

illo colloquitur. Videtur flocci facere principes Civitatis, immo omnis illius sermo eò tendit, ut illos confundat; tota illius conversatio eò directa videtur, ut fallaces illorum criminationes, atque contra Dei Filium blasphemias refellat. Hi illum criminabantur quasi seduceret populos: *seducit turbas*; Martha verò tenet illum ideo tantum venisse, ut omnes homines salvos faciat. *Tu es Christus... qui in hunc mundum venisti*. Hi probare conantur Jesum Christum blasphemum esse, quia se Dei Filium, eique similem dixit: *Quis potest similitudinem peccata, nisi solus Deus?* Martha verò docet Jesum Christum Dei Filium esse genitum in splendoribus Sanctorum ab æterno; *Tu es Christus, Filius Dei vivi*. Ita, d Deus, infantium linguas facis esse disertas ut sapientes sæculi confundas, & ore illorum perficis laudem, quæ tibi uni debetur: *Ex ore infantium, & lactentium perfecti laudem propter inimicos*. Ita revelas simplicibus, quod iusto, ac terribili iudicio Cælestis Pater prudentibus sæculi abscondit. *Auctor recens.*

Nimia an-  
xietas, &  
sollertia  
frequens  
est vitium  
in operibus  
Christianis

Vitium, quod ut plurimum in optimas etiam actiones obrepit, est nimium cum anxietate, & festinatione operari, ac naturale ingenium suum sequi. Optima quæque hujusmodi facta, ut plurimum imperfecta sunt, Homo rationis ductu agere debet; Fidelis ductu gratiæ; qui ergo suam naturam secutus operatur, neque homo est, nec fidelis. Nimia festinatio optimas corrumpit actiones; sunt vel intempestivæ, vel præcipiti cura, & sæpe hic destruitur, quod ibi ædificatur, Charitatis loco desumitur, quod non aliud est, quam temperamentum; zelus dicitur, quod impetus est. Remedium est naturalem suam agendi festinationem coercere, ubi nimis fervens dignoscatur: moderari anxiam sollicitudinem, quantumvis bonum sit, quod instat faciendum, ac tunc tandem operi manum admovere, cum intelligimus spiritum nobis esse patientiorem. Nihil autem præter hanc festinationem, ac turbam, quod in munifica hospita sua deprehenderet nactus est Filius Dei, cum videns ardorem illius nimis agitarum, ut ipsi ministraret, dixit ei: *Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima*. P. Nepveu in Christianis animadversoribus.

Dei Filius  
liberalis  
est atque  
magnificus  
in recipi-  
buendis vel  
minimis;  
quæ tibi  
adhibentur  
officis.

Dei Filius nullum recipit officium, quod non reponat cum sœnore; Fatendum est etiam, ipsum magnificè remuneratum fuisse bona officia, quæ a Sancta Martha recepit, Nam præter quam quod erat illam honore afficere, eandem omnibus Judææ matronis anteferre; domum illius consecrare, crebro ad illam divertere, sexcepta illi præbuit amoris sui documenta eadem in domo, in qua tot hospitalitatis recepit officia. Ibi sermonibus suis Magdalene

perfectionem, Marthæque ipsius sanctificationem absolvit; ibi illas præcipua, atque altissima fidei nostræ docuit Mytheria; ibi sua illis aperuit confilia, & de morte, atque resurrectione est collocutus. Ibi stertus suos lachrymis earum commiscuit, cum ex ore illarum audiret mortem fratris earumdem. Ibi affectibus suis permisit, ut sese attollerent, ac ipsum hominem esse probarent, & amicum hominum. *Turbavit se ipsum, infremuit spiritu, & lachrymans est*. Ibi tandem miraculorum omnium maximum operatus est, ibi hospitam suam est remuneratus; nam ex sermone, quem habuit, videtur Lazari resurrectio fuisse fidei, & charitatis Sanctæ Marthæ remuneratio. Nobismet igitur hoc exemplo persuadere debemus, omnia opera bona, quæ propter Deum facimus, ne unum quidem sine premio futurum, & illum in hac etiam vita relaturum gratias opellæ nostræ supra ea, quæcumque ab illius magnificentia sperare ausi fuerimus, P. Senault Oratorii Presbyter.


Summa quidem felicitas est vidisse Dei Filium in terris inter homines conversantem, audivisse oracula ex illius ore prodeuntia, & admiratum fuisse prodigia, quæ manus illius operabantur. Prophetæ hoc bonum optaverant; videre cupiverant, quod Apostoli triennio viderunt; nos quoque procul dubio hac gratia frui cuperemus; vellemus, ut olim S. Martha, illum domi excipere, pedes ejus abluere, illi mensæ accumbenti ministrare; optaremus procul dubio illi ea omnia præstare charitatis officia, quæ Sancta ipsius hospita illi præstitit: Sed hæc inutilia sunt desideria. Simus nostra conditione contenti; felicitas nostra nihil cadit Sanctæ hujus mulieris felicitati. Magna quidem perfruebatur voluptate, hospitio recipiens Dei Filium; hoc verum est; sed si ipsi pari bono perfrueremur, amor proprius, & vanitas sese immiscere possent, & quantumvis optima esset intentio nostra, difficillimè pietas nostra careret cupiditate, quia præsens esset etiam remuneratio. Filii Dei Majestas, omnes charitates, quæ in vultu illius emicabant, obtutuum ejus dulcedo poterant imminuere meritum amoris, & fidei hospitiæ suæ. Sed cum illi in paupere famulamur, qui tantum abest quod amabili oris habitu nos illiciat, ut imo horrorem cieat; cum illi optulamur in agro, in quo nihil est, quod nauseam non pariat, nihil quod patientiam nostram non exerceat; cum non videmus Salvatorem in his pauperibus nisi oculo fidei, & in illis nihil nisi mala, & miseras deprehendimus: fides nostra, & charitas majus habent meritum, & eo jucundiores sunt Deo, quo pauperes isti, in quibus eadem famulari credimus, majorem habent cum illo rationem.

Finis Tomi Primi Panegyricorum.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36

20

R. P. VINCENTII  
**H O U D R Y**  
 E SOCIETATE JESU  
**B I B L I O T H E C A**  
 CONCIONATORIA  
 COMPLECTENS  
**P A N E G Y R I C A S**  
 ORATIONES SANCTORUM.  
 TOMUS SECUNDUS,  
 IN QUO CONTINENTUR  
**P A N E G Y R I C I**  
 IN LAUDEM  
 INSTITUTORUM ORDINUM RELIGIOSORUM,  
*Recens ex Gallico sermone in Latinum translatis.*  
 EDITIO NOVISSIMA.



**V E N E T I I S , M D C C L V I .**  
 EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.  
 Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

R. P. VINCENTII  
**H O U D R Y**  
E SOCIETATE JESU  
**B I B L I O T H E C A**  
**C O N C I O N A T O R I A**

*C O M P L E C T E N S*

**P A N E G Y R I C A S**  
ORATIONES SANCTORUM.

**T O M U S S E C U N D U S,**

*I N Q U O C O N T I N E N T U R*


**P A N E G Y R I C I**

*I N L A U D E M*

**I N S T I T U T O R U M O R D I N U M R E L I G I O S O R U M,**

*Recens ex Gallico sermone in Latinum translata.*

**E D I T I O N O V I S S I M A.**



**V E N E T I I S, M D C C L V I.**  
**E X T Y P O G R A P H I A B A L L E O N I A N A.**

*Superiorum Permissu, ac Privilegiis.*



3

# CONCIONATORUM BIBLIOTHECA, SANCTOS ORDINUM INSTITUTORES Complectens.

PRO SANCTI BENEDICTI  
MONASTICÆ VITÆ IN OCCIDENTE INSTITUTORIS  
P A N E G Y R I C O.  
M O N I T U M.



**P**OST Sanctos, de quibus in Novo Testamento sermo est, in delectu, qui mihi efficiendus fuit eorum, quorum vulgariis celebrantur Elogia, ratus sum Ordinum Institutores esse preferendos, quia fieri nequaquam potest quominus eorum Panegyrica habeatur oratio ipso natiuitatis eorum die festo iis in Templis, qua ipsorum nomini dedicata sunt. Verum nequaquam de omnibus sermonem habebimus; tum quia ad id longè plura implenda essent volumina, tum quia horum Ordinum non pauci jam obsoleverunt, vel in solitudinibus viventes, & procul ab oppidis, hanc non invexerunt consuetudinem, Diem Festum Institutoris sui panegyrica oratione celebratorem efficiendi.

Inter eos verò Patriarchas, ad quorum laudes concinnandas suppellectilem sumus allaturi, vetustissimus, novissimus, idemque princeps, qui in Occidente Monasticum ordinem instituerit, vel instauraverit, Magnus est S. Benedictus adeò celebris in toto Christiano orbe, deserti lumen, & inter præstantissimos, maximosque Sanctos Ecclesie numerandus. Sanctus hic, inquam, primus mihi se offert juxta illud, quod mihi proposui consilium, cumque Ordo, cujus Fundator est, latissimè pateat, ut nullum sit regnum, regio nulla, ubi die illius festo non habeatur elogium, hujus argumenti sermo Concionatori non nisi perutilis, imò etiam necessarius esse potest; neque mihi arduum erit uberem rerum suppeditare copiam ad panegyricam in Sanctum hunc orationem elucibrandam, cum tanta sit Auctorum, qui de eo locuti sunt, frequentia, tanta actionum ejus celebritas, tanta Sanctitatis ejus præstantia; tot miracula, quæ operatus est, tot tanque heroica virtutes, quas exercuit, & quarum nobis exempla reliquit; præsertim verò admirabilis Ordinis sui progressus, tantus virorum numerus dignitate, scientia, & Sanctitate illustrium, quos Ecclesie peperit, tantisque fructus, quos per tot secula tulit; quæ omnia procul dubio uberem dicendi copiam præbunt, satisque amplam suppeditabunt rerum suppellectilem, ut in Magni Sancti hujus laudem habeatur Oratio.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

*Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.*



**I**N Sancto Benedicto potest ostendi communis Dei Providentia, quæ pro consiliorum suorum varietate celat, & profert in Mundi lucem Sanctum hunc virum. Oblectatur Deus in hoc eum virtutum cumululum congerere, quæ animam a faculi corruptione tuentur; sed ubi advenit tempus, quo gratiæ illius fuerunt palam in lucem ferendæ, super hoc humilitatis, sapientiæque fundamento gloriæ, atque fulgoris extruxit sanctitatem. Igitur S. Benedictus sub duplici hoc aspectu a nobis est considerandus.

1. Deus Sanctum hunc Mundo abscondit, ut in solitudine illum sanctificet.

2. Deus Sanctum hunc mundo profert, ut per ejus regulas, & exempla Mundum reformet. Pro priori parte dici potest. 1. Secesum, ac separationem a mundo in sæculis corruptis atque multiplici vitiorum labe infectis habitam semper fuisse, juxta Evangelica principia, veluti conditionem illis necessariam, quibus verum est desiderium proficiendi, ac sese in pietate peticiendi. In ipsis Christianæ Religionis incunabulis nil fidelibus uti-

lius erat societate, & consuetudine, quam habebant inter se; sed postquam mundus corrupti cepit, & Christianis nihil reliquum fuit, quàm sui Capitis nomen, quin negotium illis faceret puritas morum, quæ tantum hoc nomen decet, nec non periculis plenum sit in civili societate vivere, ne exemplo, & consuetudinis torrente rapiantur; opus fuit, ut qui pietatem vellent tueri, ab omni cum secularibus consuetudine secederent, ut animas suas salvarent, quemadmodum dixit Angelus Loth: *Salva animam tuam*. Dicit potest 2. Deum S. Benedicto, dum adhuc inter pueros versaretur, cum jam a teneris usque unguiculis ætatis provectioris sapientiam haberet, ac divini afflatus experientia locum obtinerent, ostendisse quanta sint hujus vitæ in mundo pericula, & effectisse, ut consilium caperet a mundo secedendi tunc maximè cum omnia videbantur conflueret, ut magis magisque mundo adhereret. Omnia præsto sunt, ut illum morentur, Majorum nobilitas, ingenium felix, voluptas, Romanæ juventutis exemplum; via hæc nimis est floribus confusa, sed adducit in præceps; & Benedictus in iris anime suæ penetrabilibus

bus hanc eadit vocem: Saluum te fac. ne & tu simul perdas. 3. Ostendendum est qua fidelitate Benedictus gratia respondeat. Non haeret; interiozem sequitur vocem, & mundi erroribus abjectis antequam illum cognosceret, doctus sine studio, relinquit opes, voluptates, sodalitates, ut se recipiat in antrum, ac inaccessible rupem, ubi solo vivit pane, & aqua, sibi per fidelem amicum delatis. Egreditur, ut ita dicam, ex ipsa natura, ut sese in sepulchrum conjiciat; jam seculo mortuus est, ac brevi fit caeli civis. Vidimus in priori parte S. Benedictum fugisse mundi gloriam, sese oculis illius subtrahentem, ac Deo uni placere cupientem, videmus modo, quomodo Deus illum in mundi lucem proferat.

Pro altera parte hoc satis est cogitare. 1. Multitudinem miraculorum, ac prodigiorum, quae per Sanctum Virum hunc operatus est Deus, & quae miracula Patriarchatum veteris Testamenti exaequarunt, & Prophetiae donum, quo illum dignatus est Deus. 2. Fecit Deus, ut cognosceretur a plurimis, qui confluebant ad ipsum, ut religiosam vitam amplecterentur, a Principibus viris, qui eum consulebant, imo etiam a rege Barbaro, qui eundem invisit. 3. Protulit etiam Deus servum suum per sanctissimas regulas, quas edidit ad morum reformationem, quas innumera statuum omnium multitudo amplexa est, qui per illas ad summum perfectionis apicem evaserunt. Flechier.

II.

Tamquam prodigium factus sum multis. Sancti haberi possunt velut prodigia, cum Deus ostendit in illis virtutes, quae videntur oppositae, & cum illi eliciunt, ut Scriptura loquitur, lumen ex tenebris, & vitam ex morte. Ita in S. Benedicto possumus admirari sanctitatis prodigium per virtutes, & facta, quae prodigium, & miraculum potius sapiunt, quam communem Dei agendi rationem cum aliis vulgo Sanctis; simulque fidelitatem eorumdem Sanctorum in conciliatione harum virtutum, quae sibi adversari videbantur. Hoc in S. Benedicto possumus admirari, qui simul consecravit

1. Solitudinis obscuritatem, ubi latuit toti mundo ignotus, cum fulgore existimationis, quae in illius desertum perduxit terrae principes, & eos, qui praeter ceteris magis nitentur.

2. Profundam humilitatem cum dignitate, quam hominum ambitio concupiscere consuevit; videlicet potestatem in omnem naturam maxima miraculorum vi in ferme infinita multitudine subditorum, qui regulam ipsius secuti sunt, ac denum in felici gloriosissimorum facinorum successu.

3. Paupertatem, atque inopiam rerum omnium hujus mundi cum temporalium, ac spiritualium bonorum affluentia, quae illius merces fuerunt.

III.

Videmus Sanctos, qui aliis, aliisque modis se ipsos sanctificant; alii publicam habent sanctitatem, quam insignibus virtutibus acquirunt; alii privatam & secretam, quam virtutibus obscuris, & sine fulgore adipiscuntur; verum non desunt quidam praeter ceteris divino affecti privilegio, qui in persona sua virtutes omnes colligentes Deum mirum in modum glorificant. Felicem hanc immixtionem in S. Benedicto deprehendimus, quomodoquidem habet ille veluti duplicem, eamque diversam sanctitatem.

1. Sanctitatem particularem, & secretam, quam adeptus est in solitudine, & obscura, & latenti vita Status Religiosi.

2. Sanctitatem publicam, ac insignem propter miracula, & prodigia, quae operatus est, efficiens ut ita dicam, ut virtutes, quae mundo mortuae videbantur, reviviscerent. Biron.

IV.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Sap. 10. Haec Sapientiae verba suppeditare possunt divisionem Panegyricae Orationis in Sancti hujus laudem.

1. Illum deduxit Dominus per vias rectas immitens eidem cupiditatem relinquendi mundum,

ut se reciperet in Solitudinem, ubi maximas exerceat virtutes, humilitatem, sui ipsius abnegationem, arctissimam cum Deo unionem, atque admirabilem mortificationem.

2. Et ostendit illi regnum Dei, & dedit illi Scientiam Sanctorum. Ostendit illi Deus viam, quae tutius ad Dei regnum adducit, faciens illum Patrem, atque Institutorem Ordinis, qui plurimos edidit Sanctos, qui in omnem terrarum Orbem sese effudit, cujus Regular, atque statuta fuerunt norma, & exemplar omnibus Religiosis Ordinibus, qui deinde in Ecclesia niterunt.

3. Et honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Successus, quem largitus est Deus laboribus ejus; inestimabilis fructus, quem peperit in Ecclesia per tot Regnorum conversionem; magnorum virorum numerus, quos hic Ordo protulit, & qui rexerunt Ecclesiam, honestarunt, effecerunt celebrem & gloriosum in universa terra.

V.

1. S. Benedictus Christianae pietatis fervorem in Ecclesia instauravit, ubi fere extinctus erat; plures convertens homines, & regiones, atque efficiens, ut in aliis, pietas, & Religionis officia resforescerent, in quibus vix aliquod vestigium supererat.

2. Revocavit, instauravitque veterem Eremitarum in Oriente disciplinam, eamque primum instituit in Occidente, ubi plura saecula floruit.

3. Fuit perfectionis Evangelicae exemplum, & regula Religiosis omnibus. &c.

VI.

Faciam te in gentem magnam: benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & erisque benedictus. Genes. 12. Viderine possunt magis magnificae promissiones praeter istas, quae in his verbis continentur, quae olim Deus Abraham dixit? Quis autem vidit unquam majorem Deo obedientiam, quam in Sancto hoc Patriarcha, qui, ut S. Ambrosius ait, actibus suis superavit omnes conceptus, quos de summis viris sibi effinxerunt Prophetae. Sed hic Dei amicus adeo Sanctus, atque perfectus, cui neminem similem inventum fuisse veritas ipsa testatur, hodie in S. Benedicto sibi similem invenit. Profectus inter utrumque similitudo mihi adeo perfecta visa est, & adeo nobilis comparatio, ut hujus laudes celebrandas nihil mihi aptius fuerit visum, quam dicere, si Abraham benedictus fuit per antonomasiam in veteri Testamento, S. Benedictum fuit Abraham novi; hoc est, Patrem, Patriarcham, atque Institutorem Cœnobitarum, qui sunt velut primi fideles inter Christianos. Si prior habuit posteritatem adeo frequentem, ut stellas caeli, marisque arenam exaequaverit; ullane exiit unquam Sanctitas adeo fecunda, ac illa Sancti Benedicti, qui fuit velut arbor procerâ, quae ramos suos a mari usque ad mare protendit, & quae inestimabiles fructus in tota Ecclesia produxit? Sed ne credatis, utrumque tot favoribus caelitus cumulatum fuisse, antequam traducti fuerint per gravia pericula, & ut inquit Scriptura, per molestas tentationes, quae illorum fidelitatem aliis ostendendam, admirandamque praebuerunt. Quamobrem in hoc sermone videbimus.

1. Quomodo deduxerit Deus S. Benedictum per castem vias, eademque de illo pericula fecerit, quae olim de primo fidelium.

2. Quomodo Deus illi eadem praemia, eademque contulerit benedictiones, quas veteri huic Patriarchae; quae tota erit hujus Elogii partitio.

Sicuti ea solidior virtus est, & pietas constantior, quae saepius, atque vehementius tentata fuit: mirum vobis esse non debet, si S. Benedicti virtutem vobis ostensurus, initium duco ab istis tentationibus, quibus voluit Deus illius sanctitatem experiri, ut olim Abraham, hoc enim effecit, ut illius virtus cognosceretur; ac inde meritum illius posset aestimari. Nostis autem, ut reor, voluisse Deum periculum facere fidelitatis primi illius patriarchae tres praeterim ob causas, quae effecerunt, ut omnia illum saecula admirarentur, & ut Deus ipse gloriosum hoc illi perhiberet testimonium: Nunc cognovi, quod timeas Deum. Primum autem contigit,

Principium.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copiam potest ad propositas sermonum structuras exornandas, & Auctores argumentum hoc pertractantes.

Sanctus Gregorius Magnus in dialogis suis totam S. Benedicti vitam descripsit, & quidquid alii dixerunt de virtutibus, & miraculis ejus, de sanctitate, actionibus, benedictionibus Dei in ejus personam, & Ordinem; omnia denique, quae de illo ab Auctoribus dicta sunt, ex hoc fonte hausta sunt. Hoc est peculiare Sancti Benedicti elogium, quod Summus Pontifex, Ecclesiae Doctor, Jesu Christi Vicarius illius Panegyricum ediderit, & quod os idem, quod Caeli decretâ protulit, laudes ejus protulerit.

Sancti Patres aliique Auctores.

S. Bernardus in sermonibus de tempore, sermonem habet in diem festum S. Benedicti, ubi illius justitiam, pietatem, sanctitatem, regulamque commendat, quam a Spiritu Sancto dictatam fuisse opinatur.

Abbas Guericus & ipse de S. Benedicto quatuor sermones edidit, & Abbas Goffridus duos; Lanfpergius autem unum, qui in altero Operum suorum tomo invenitur.

Aymoinus Monachus Sermonem in festivo S. Benedicti, in unum sermonem coegit, quidquid alii ante ipsam in S. Benedicti laudem dixerunt, cumque iis, qui praeter ceteris Sanctitate floruerunt, comparat.

Beda Venerabilis Humil. in die Natali S. Benedicti, ubi centupli promissionem probat erga Sanctum hunc.

S. Bruno sermonem habet in S. Benedicti festum, cujus thema haec verba sunt: Nemo accendit lucernam & ponit sub modio &c.

S. Petrus Damiani duos habet hujus argumenti sermones, alterum quidem in pervigilio festivitatis, ubi verba facit de illius morte, ejusque circumstantiis; alterum vero in ipso festo die, ubi pro themate illa usurpat verba: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

S. Odo Abbas in quodam sermone de Sancto hoc loquitur de illius miraculis, deque populorum in ipsum devotione.

S. Thomas Aquinas duos habet sermones, alterum in illa verba: Dilatus Deo, & hominibus &c. ubi ostendit praefiguratum fuisse in Moysse in solitudine, & exitu de deserto; alterum autem in illa: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio.

Alcetiâ.

P. Haincve sub finem patris secundae Meditationum suarum, unam habet in festum S. Benedicti diem.

P. Suffren in Anni Christiani tomo secundo. P. Novet similiter satis extensam habet Meditationem in tomo, cui titulus; Vita Jesu in Sanctis suis.

Tomo quarto collationum Abbatis Trappensis, unam de S. Benedicto reperies.

P. Thomassinus de Festis l. r. c. 7. satis prolixè de hoc agit Sancto.

P. Pagi die 26. Martii, qua die tenet Sanctum hunc obiisse, latius de eodem verba facit.

Molinier in tomo 2. Panegyricorum.

P. Senault Oratorii Presbyter tomo primo Panegyricorum.

Concionatores Recentes, qui hujus Panegyricum ediderunt.

Idem tomo secundo, Sermone de translatione illius.

P. Le Jeune & ipse Oratorii Presbyter in parte 4. operum suorum sermonem unum habet de S. Benedicto.

P. Duncan in tomo secundo Panegyricorum. Biron, tomo primo Panegyricorum.

P. Texier tomo secundo Panegyricorum.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Christianae argumenta in tomo secundo Panegyricorum.

Inter elogia Historica, tomo primo, adest Sancti hujus Elogium.

Genes. 12.

Abidem.

VII.

git, dum jussit eum domum, patriamque terram relinquere, ut eod sedem rerum suarum transferret, quod a Domino vocabatur. Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Rursum, cum illi severam Circumcisionis legem irrogavit, signum fuderis, quod percussurus erat cum eo, & characterem, quo distinguendus erat ipse, totaque ejus posteritas ab aliis nationibus, & omnino cum familia sua separandus ab illis. Denique omnium gravissimum, atque difficillimum illud fuit, cum ei praecepit, ut sibi id, quo nihil in terris illi suavius erat, sacrificaret: Tolle unigenitum tuum, quem diligis, Isaac. Haec eadem ratio est, quam servat Deus erga S. Benedictum, qui postquam illi libertatem, voluntatem, omnesque affectiones suas sacrificavit, regularem vitam amplectens, illius exiit exemplar, & primus ejusdem parens in Occidente.

Pro altera parte; satis est, vobis ostendam, S. Benedictum, postquam Deo praebeuit eadem fidelitatis experimenta, ac Abraham Patriarcha, eadem etiam praemia, & benedictiones consecutum fuisse. Ad id attendendum est, quid olim promiserit Deus illi, quem elegerat, ut pater esset populi sui. Primum igitur ad illius personam spectabat, quem benedixit, & gloria se cumulaturum promiserat: Magnificabo nomen tuum. Alterum ad filios, & posteritatem ejus, quam illi promiserat futuram veluti stellas caeli, & maris arenam: Multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & sicut arenam, quae est in litore maris, tertium denique ad omnes terrarum nationes in illius gratiam; quia temporum deorsum participes erant futurae fructuum hujus benedictionis: & in te benedicentur omnes cognationes terrae. Nonne vobis haec verba continere simul videntur promissionem, quam facit Deus primo hujus fidelium parenti, & vaticinium earum gratiarum, quas primo huic Cœnobitarum Patriarcha destinabat?

Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem &c. propter nomen meum: centuplum accipiet &c. Matth. 19. Centuplum duobus modis accipitur: primo secundum S. Hieronymi sententiam, videlicet quicumque propter Deum aliqua terrena, ac temporalia bona reliquerit; hunc pro mercede spiritualia bona accepturum; quae propter dignitatem suam, atque praestantiam supra ea bona, quae derelicta sunt, centuplum habere possunt: modo altero secundum Cassianum, aliosque plures SS. Patres, centuplum hoc intelligendum est ad literam, & quantum fieri potest, in eadem specie bonorum, in qua erant ea, quae derelicta fuerunt. Juxta quod principium,

1. S. Benedictus abrenunciavit universae mundi hujus gloriae, vitam latentem, abditanque vivens in solitudine, relinquens nobilitatem, magistratus, & honores, quos in hoc mundo sperare potuisset; & Deus illum remuneratus est gloria toto caelo majori, illum efficiens in universa Ecclesia celeberrimum.

2. Abrenunciavit omnibus terrae suae bonis Religiosam paupertatem amplexus; Deus vero effecit ut in paupertate cordis thesaurum inveniret, quo vere locuples factus est coram Deo, ut loquitur Scriptura; & praeterea illud temporalibus opibus auxit, ita ut credatur Ordo illius possedisse tricentum bonorum Ecclesiasticorum; quod reipsa centuplum ipsum excedit.

3. Abrenunciavit libertati suae, amplectens, atque instituens Regularem statum, eo modo, quo in praesentiarum viget in Ecclesia; & videtur Deus illius potestati subjecisse naturam omnem per insignia miracula; ac deinde plurimos Monachos, qui illius Regular, ac voluntates secuti sunt.

Genes. 11.

In Sermonibus in diversa Ethicâ argumenta &c. tomo 4. invenies Elogium S. Benedicti.

In specimine Panegyricarum Orationum tomo primo, tres deinceps sunt orationum hujus argumenti structurae, ac tria sermonum de S. Benedicto compendia.

Præter vitam S. Benedicti fufus a S. Gregorio Magno descriptam, & præter ea, quæ in Menologiis habentur, Paulus Diaconus Montis Cassini cœnobita in Longobardorum Historia.

S. Leo Ostiensis. Trithemius de viris illustribus Benedictinis Tomo primo de actis S. Benedicti.

Potissimum verò S. hujus vita, & compendium historia Ordinis ejusdem, edita a P. D. Joseph Mege ex Congregatione S. Mauri Monacho.

Qui si desint Auctores, solæ Ecclesiastici Officii lectiones, quæ festo die Sancti ejusdem leguntur, satis suppellectilis ad illius Panegyricam orationem elucubrandam ministrant.

PARAGRAPHUS III.

Locî, Exempla, figura, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstraverô tibi. Genes. 12.

Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Ibidem.

Leva oculos tuos, & vide, a loca in quo nunc es ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem, omnem terram, quam conspicias dabo tibi, & semini tuo usque in sempiternum. Ibid.

Faciam semen tuum sicut pulverem terræ: si quis hominum potest numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Ibidem.

Attendite ad Abraham patrem vestrum, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. Isaie 51.

Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Sapient. 45.

Similem illum fecit in gloria Sanctorum. Ibid.

Glorificavit illum in conspectu Regum. Ibidem.

Dedit illi coram præcepta, & legem vitæ, & discipline. Ibidem.

Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Osce 2.

Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Psalm. 54.

Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum. 1. Machab. c. 2.

Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? Prophetam? ariam dico vobis plusquam Prophetam. Luc. 3.

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut non cogitarem de Virgine. Jobi 31.

A muliere compta avertè faciem tuam. Eccli. 9.

Quæ vidit Mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Matth. 5.

Hic est, qui fuit in Ecclesia, in solitudine, cum Angelo, qui loquebatur ei. Apocal. 7.

Figura, & exempla Veteris, novique Testamenti.

Ubi considerantur Verba, quæ dixit Dominus Abraham: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui... faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus; videntur dicta S. Benedicto, & sub figura illius antiquæ legis Patriarchæ, describi imaginem Patriarchæ legis novæ; qui non secus ac ille interiori Divini Spiritus motu tactus, jugulans in corde suo affectus, sensusque natura, nonne statim, ubi audivit, cognovitque, abrenuntiavit cuicumque cupiditati, ac spei, quam mundus, & amor proprius ciet in illis, qui pari sunt genere, ingenio, ætate? Nonne statim egressus est de voluptatis, Romanarumque

Qui vitam Sancti hujus scripturæ sunt.

S. Benedicti cum S. Joanne Baptista colatio. Matth. 11.

S. Benedictus Apostolo comparatus.

S. Benedictus cum Moyse colatus.

Comparatur Noe arcam ædificanti ut diluvium evitet.

S. Benedictus deservit patriam, & consanguineos suavititer. Deus ab Abraham facti.

Sanctus hic Deo dicitur quod ubi est antiquus, qui in re Abrahami hinc imitari videtur.

temporis, & personarum sæculi, quo S. Benedictus vivebat. Roma Christiana videbat adhuc non sine lacrymis Ethnicæ pravitatis reliquias in sinu suo; idolorum quidem aræ prostratæ erant, sed vivebat adhuc demonum cultus; luxus ad excessum evaserat; pompæ, divitiæ, honores, voluptates adhuc primam sedem obtinebant; omnes hæc ardentissime conquirebant. Talia erant illorum idola, qui cum abdicassent cultum æneorum, ligneorum, marmorumque simulacrorum, in eorum locum succurrant libidines, & voluptates; hoc pacto Romæ tunc Demon exercebat imperium. Benedictus in cordis sui penetrabilis vocem audit sibi dicentem; fuge de medio Babylonis, quæ offert tibi calicem, ut ex eo haurias venenatum vinum, quod omnes terræ habitatores inebriat. Pareat Benedictus; sibi in solitudine arcam ædificat, ut salvet animam familiamque suam a diluvio corruptionis, quod terram universam inundabat; & factus est postea pariter sobolis adeo frequentis, ac stellæ Cœli, & Romæ arena, & quæ deinceps in Ecclesiæ sœculi usque ad sæculi consummationem erat supervictura.

Nec putatis S. Benedicti gloriam intra adeo breve spatium tantum contineri, quale est Ordo peculiaris illius. Audacter affirmare possumus, illum cum hac dignitate primi Cœnobitæ vitæ Institutoris in Occidente, fuisse etiam Apostolum Ordinis Religiosi generatim. Ex se patet argumentum: sicut enim Dei filius Apostolorum ministerio usus est, ut Ecclesiam institueret, ac fidem in diversas terrarum plagas proferret, pariter cum jam stauisset in Ecclesia Religiosum statum instituere, veluti longè perfectiorem communi aliorum conditione, delegit præstantissimos viros, qui consilium istud exequerentur, veluti Paulos, & Antonios, pro Ægypto, Basilios in Oriente, Augustinos in Africa: quos inter S. Benedictus excellit, quippe ordo illius omnium est frequentissimus, & si Ægypti, atque Orientis cœnobitæ jam deserunt, illius tamen Monachi subsistunt adhuc, & usque ad sæculorum finem subsistent. His adde, Omnes fere Religiosos ordines, qui post suum occurrerunt, vel a suo origine duxisse, vel secundum ordinis sui exemplar formatos fuisse, vel secutos fuisse illius instituta, & potissimam Regularum partem ab illo fuisse mutuatos. S. Bernardus. Ordinem hunc proceræ comparat arbori; cujus alii sunt veluti rami; & Urbanus secundus ait, hunc esse veluti fluvium terrestri Paradisi, qui in alios Religiosos ordines dividitur, tanquam tot flumina, quamvis aqua semper sit eadem.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Genes. 12. Hæc verba magnam quidem habuere vim in animo Abraham, ut statim solum verteret, ac patriam relinqueret, quam, natura comparatum est, ut omnes homines suavi simul, ac vehementi charitate complectantur. Verum si sedem mutavit, hoc accidit ut majori cum auctoritate aliò rerum, fortunarumque suarum sedem transferret: at S. Benedictus, ubi audivit vocem eandem sibi intrinsecus loquentem, non bona tantum sua, verum etiam spem aliorum acquirendorum deseruit. Deserit consanguineos, ut vivat in solitudine, neque aliam ultra habeat societatem, quam ferarum. Egreditur domo sua, ut in cavam se recipiat rupem, ubi simul, & generis nobilitatem & ingenii sui lumina, & omnia naturæ bona, & universa, quæ illi fortuna pollicebatur, contumeliter; idque quatuordecim natus annos tunc cum Mundus placere incipit, & florens ætas spem facit diutius perfruendi bonis, arque honoribus, qui appetuntur.

Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac. Genes. 22. Quemadmodum Deus ut periculum faceret fidelitatis Abraham, præcepit illi, ut sibi id sacrificaret, quo nihil illi jucundius, & antiquius

erat in terris, unigenitum videlicet suum, cordis sui gaudium, & spem suæ posteritatis; ita etiam S. Benedicti fidelitatem vult experiri. Expetit ab illo victimam, quæ eidem erat propior erat, quam Isaac Abraham, & quæ eidem erat suavior, quam hic unigenitus Patri. Quam autem hanc esse arbitramini? Est primogenitus cordis nostri, amor libertatis nostræ, ipsa voluntas nostra. Hanc autem insignis hic sanctitate vir immolat instituens, simulque amplectens statum Regularem, quem jure appellare possum maximum atque perfectissimum sacrificialium omnium, quæ Deo possint fieri; in reliquis enim quidquid illi possumus offerre, extra nos est; honores, divitiæ, fortunæ bona, hæc vix extremam attingunt cuticulam; filii ipsi ad summum sunt pars eorum, a quibus vitam acceperunt; sed ut S. Augustinus ait, nihil magis nostrum est, nihil nobis est antiquius, quam ipsi nobis. Quid tam tuum quam tu? & quid non tam tuum, quod tu, si aliquid es id quod es. Alia sacrificia sunt actiones liberæ, cujus retinetur facultas, a qua producuntur: sunt effectus nostræ voluntatis, aliquid in gratiarum actionem Deo offerentis; sed ipsa voluntas non sunt: dona sunt cordis nostri sensus indignitatis, sed cor istud semper in nostra potestate stum est; Sed hoc sacrificium, ipsam impendit libertatem; dicam melius; hoc non est tantum sacrificium offerre Deo, sed ipsum esse sacrificium, victimam, sacerdotem, atque altare ex ejusdem Sancti Augustini sententia. Ipse homo Dei nomine consecratus in quantum mundo mortuus, ut Deo vivat, sacrificium est.

Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac. Gen. 22. Si facti hujus magnitudo in se spectetur, numquid hoc experimentum fidelitatis Sancti Benedicti minus vobis videtur illo, quo Deus primum illum fidelium patrem probavit? Nonne hoc dare est primogenitum suum, eidem suam dare voluntatem: nonne dare est, quod ardentius amat, illi in æternam suam obligare libertatem? Nonne est magnum Deo facere sacrificium, se ipsum, corpus, animamque suam immolare, & semet efficere viventem hostiam per voluntariam obedientiam, de qua loquitur Princeps Apostolorum: Hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium? Verum ne putatis, Regulares tantum, & qui sese devoverunt peculiariter Deo per statum suum imitari debere Sanctum hunc, & eadem fidelitatis suæ illi documenta præbere: omnes ad id tenentur Christiani pro modulo suo. Non petit Deus, ut omnes sese a mundo, corpore, & re ipsa divellant; ut S. Benedictus; sed omnibus hoc faciendum est corde, & affectu; imo etiam per intervalla secedendum est a mundi tumultu, ac impedimentis, ut serius salutis suæ negotium in solitudine, atque recessu recogitent. Nam sicuti sæculares omnes imbuti sunt fallacibus instinctis, Evangelica dogmata mentem illorum pervadere nequeunt, nisi per meditationem, studium, atque mentis attentionem. Ad hoc igitur secedendum est, saltem ad tempus, a mundi strepitu, ubi nostra momenta, horæ, dies patent nugis, vanitatibus, & solatiis omnibus quibus impenduntur.

Erat lucerna ardens, & lucens. Joann. 5. Vix prodire incipit Benedictus, cum velut Joannes alter, circum undique sedentes in tenebris, & umbra mortis illuminet. Tota excitatur Italia ad Evangelicæ hujus tubæ clangorem, quæ a Tyberinis oris in Urbes, & Regum aulas sese effundit; & Oraculum hoc ex deserti adytis egrediens tantam in populos obtinet auctoritatem, ut ad illud audiendum festinanter conflant. Certatim undique ad sanctas, diversasque predicationes concurrunt est; & adolescentes, quos Christiani Parentes illi crediderunt, docuit ferre jugum Domini. Addidit Deus vitæ illius sanctitati, ac dicendi vi, Prophetiæ, & miraculorum dona; vas hoc electionis repletum fuit iis omnibus, quæ illud efficere poterant pretiosum, & venerabile.

Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.

Dare Deo suam voluntatem, & libertatem, ut faciat S. Benedictus, hoc est imitari sacrificium Abraham.

Cur Deus educat nonnumquam Sacerdos de solitudine, eosque in mundi luce profert.

ejus, Osæ 2. Deus, qui admirabilis est in sanctis suis, sæpè illos per solitudinem ad Apostolicæ vitæ ministeria disponit. Cum ridet virtutem eorum, qui in solitudine vivunt, illum attingisse perfectionis, & fortitudinis gradum, ubi prava sæculi contagio illis non possit officere, eos nonnumquam in mundum profert, ut illius errores, & scandala impugnet; & postquam illos in solitudine erudit tanquam in cœlesti schola ad Religionis bella bellanda, Providentia ipsius fallens fervorum suorum humilitatem, quæ in tenebris, & silentio jacere gessit, illis suscitât occasionem exercendi scientiam salutis, in qua illos ad magisterii lauræam perduxit. Etenim ex omnibus Domini ministris, nemo ad populorum conversionem est aptior, his admirabilibus viris, qui in remotis desertorum latebris innotuiti, repente prodeunt, tamquam miraculosè cœlo dilapsi, ut vias salutis homines doceant. Talis fuit S. Benedictus. Deus qui ex illo facturus erat magnam Ecclesiæ lumen, diu obscuris nubibus illum circumsepsit, ut majori luce cõruscans prodiret.

Duplex est religio vitæ genis, Erenitium, & eorum, qui in communi vivunt. S. Benedictus alterum præcælit p̃tiori.

Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Psalm. 32. Duo Religioſæ vitæ genera in Ecclesia deprehendimus. Alii vivunt in solitudinibus procul a mundo, & hominum consuetudine, ut se integros contemplationi devoteant; alii regularem ducunt vitam in communitate congregati sub regimine, atque auctoritate superioris, qui Abbas vocatur. Sicuti duplex hoc vivendi genus quadam habet similia, quadam diversa, ita etiam habet bona sua particularia. Non instituitur hic simplex utriusque examen, ut utrum præstet, innotescat. Quidquid obiter dici potest, hoc est, S. Hieronymus, qui utrumque vitæ genus exercuerat, videtur communitatem antefere. Qua in sententia versantur Venerabilis Beda, & Patres non pauci; licet Cassianus asserat, vitam solitariam tantæ perfectionis esse, ut omnes nequaquam illi sint pares; in Communitate verò facilis virtutes omnes addisci. S. Benedictus Patriarcha ille adeo perfectus, & in utroque vitæ genere eruditus, posteriori huic sententiæ suffragari videtur; & permittit Monachis, qui in Monasterio satis edocti fuerint, secedere, & eremiticam vitam veluti perfectiorem profiteri. Ad duplicem hanc sententiam conciliandam, utrumque hoc vitæ genus conjungendum est: quod præcælit S. Benedictus Occidentalium Monachorum Patriarcha, qui licet in communitate Religiosos quadam congregasset, voluit tamen, ut ubique quadam virtutum gradum adepti fuerint, solitariam amplectantur vitam ad sublimiorem perfectionis gradum evasuri.

Benedictio Abbatibus promissa in S. Benedicti, & quæque ordine adimpletur.

Magnifico nomen tuum: criske benedictus. Genes. 12. Promissio hæc, quam Deus olim fecit Patriarchæ Abraham, magnificè adimpleta est in S. Benedicto, & ad litteram, & secundum spiritum tam in persona illius, quam in illa discipulorum ejus. Sanctus hic Monachorum pater gloriosè enituit numero, & sanctitate filiorum spiritualium. Hinc ea Cœnobiorum multitudo; admirabiles illæ primorum fidelium clemosynæ, qui zelo acti, undique opes suas conferebant ad Sancti hujus institutoris, Successorumque illius pedes, cum minimè possent bona sua in sanctiorem usum impendere, quam ut Dei laudes in Monachorum ore fierent perennes. Hinc illa Ordinis duratio, qui tot inter christianam ditionum perturbationes tandiu viguit, palam ostendens, originem illius nonnisi de cœlis fuisse delapsam, Ex hoc ordine tot Ecclesiæ lumina prodierunt, Pontifices, Præsules, Doctores; ita ut dicere fas sit, S. Benedictum in persona sua; & in filiis suis benedictionibus auctum fuisse; has verò benedictiones tot, tantæque extitisse, ut ad finem usque temporum sint permansuræ.

S. Benedictus renuntiavit his omnibus, quæ in mundo sperantur, & Deus illi cum favore retribuit.

Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet: non potest meus esse discipulus. Luc. 14. Hoc S. Benedictus perfectè adimplevit; omnem abiecit spem, quam habere poterat in sæculo, & in hoc assidua

incubuit, ut in dies se pauperiorem efficeret; Sed illum Deus modis omnibus locupletavit. Renuntiavit proprio spiritui, & Deus replevit cum spiritu omnium Justorum. Renuntiavit omnibus sæculi honoribus, & dedit illi Deus absolutam in creata potestatem. Renuntiavit terræ bonis; & Deus ultra centuplum illi restituit. Sanctus hic vitæ mundo abscondit, & Deus effecit, ut ibi enitesceret. Se ipsam indignum censuit, ac impari qui aliquid aggrederetur; & Deus illo usus est, ut adimpleret consilium, quod vix humana mens assequi poterat. Pro virili admisus est, ut Mundi oculos falleret; Deus verò illum posteritati venerabilem reddidit. Mundum fugiebat; sed Mundi Principes, Episcopi, Reges undique illum consulti accecebant, ut ex illius ore veritatem audirent. Ecce eam dignitatem quam Sancto huic Patriarchæ sua promeruit humilitas; hic modus est, quo Deus remuneratus est illum, quod omnibus naturæ, fortunæque bonis, quæ sperare poterat, renuntiavit.

Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terre. Genes. 27. Benedictio, quam Jacob a patre accepit, nobis simul innuere videtur ubertatem carum benedictionum, quas dedit Deus S. Benedicto, omnibusque Monachis ejus. Nominis roris cœli intelligere possimus cœlestia bona, quæ sunt virtutes, nomine autem pinguedinis terre, terrestria. S. Benedictus cum suis auctus est duplici hoc genere benedictionis; idque ubertimè. Vivam habuit fidem, qua infinita paravit miracula; spem itabilem, propter quam omnia sæculi bona reliquit; & quidquid in Mundo pretiosum est, contempnit; ardenti præditus erat erga Deum charitate, tenera erga proximum misericordia, admirabili prudentiâ, ut se ipsam, aliosque dirigat; fortitudine, atque invicta patientia. Adde his omnibus virtutibus, dona Spiritus Sancti, intellectum, sapientiam, scientiam, consilium, fortitudinem, pietatem, ac cõmõrem Dei. Adde gratias gratis, donâ miraculorum, curationes, cõgnitiones cordium; aliaque id genus plurimas, quas nemo per se potest sibi mereri: quæ benedictiones proprie de cœlo descendunt: De rore cœli. Si alia intuemur bona, quæ dici possunt terræ benedictiones: de pinguedine terre; quamvis Sanctus hic vir pro se, suisque illa semper contempserit; tamen sicuti omnino erant necessaria ad Cœnobiorum institutionem, & ad Monachos alendos; Deus eorum illi contulit copiam, ut verè dici queat, illum duplex hoc benedictionis genus possedisse, ut in videatur nihil ipsi, dum viveret, defuisse, nihilque ordini suo ad Mundi usque exitum esse defuturum.

Duplex benedictionis genis, quod hic Sanctus accepit benedictiones cœli, & benedictiones terre.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententia aliquorum Sanctorum Patrum, aliorumque Auctorum hujus Argumenti.

Relicta domo, rebusque Patriæ, soli Deo place-re desiderans, scienter nesciens, & sapienter indoctus. S. Gregorius in vita S. Benedicti.

Ab ipso pueritia tempore cor gerens senile, atavem moribus transiens, nulli voluptati animam dedit. Idem ibidem.

Roma liberalibus studiis traditus fuerat, sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem, ne si quid de scientia ejus attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret. Idem ibidem.

Dicibus certis Romanus Monachus panem ei ferebat. Idem ibidem.

Hinc in specu latitantem Pastores invenerunt, quem dum vestitum pellibus inter frumenta cernerent, aliquam bestiam crediderunt. Idem ibidem.

Inter tot miracula, quibus in mundo clavit, doctrina quoque verbo non mediocriter fulsit. Idem ibidem.

In aqua e rape producta Moysen, in ferro quod e pro-

e profundo mare rediit, Elisam, in aqua itinere petram, in corvi obedientia Eliam video. Idem ibidem.

Secundum magnitudinem gratiæ, magnitudine gloria S. Benedictus est exaltatus. S. Bernardus serm. de S. Benedicto.

In monte Cassino cõvertit idolum, subvertit aram, succendit lucos, atque in ipso templo Apollinis Oraculum R. Martini construxit, & commorantem circumquaque multitudine prædicatione cõtinua vocabat. S. Gregorius in vita S. Benedicti.

Cum Sanctus vir dñi in solitudine virtutibus firmis succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei servitium congregati sunt, ita ut duodecim Monasteria cum omnipotentis Dei optatione construeret. Idem ibidem.

Quem Spiritus Sanctus hominum spiritualium auctorem, & rectorem de Mundo eduxit, & in solitudine duxit. Guillelmus Parisensis serm. 52.

Vivere in solitudine jam in æternitatis vita partem habere est. S. Ambrosius Epist. 26.

In laudem solitudinis plures locos invenies in romano quarto Bibliotheca Cõcionarorum, Titulo de solitudine, qui tamen omnibus solitariis cum S. Benedicto communes sunt.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex morum, mysticæque Theologia ad hoc Argumentum afferri possit.

Bona quæ inveniuntur in solitudine, ut Sancti famus, & quibus S. Benedictus invenit.

Solitudo semper habita fuit tanquam admirabilis schola, quæ summi viri, qui subinde varis mundi temporibus floruerunt, accessere de voluntatibus Dei erudiendi: tanquam fons luminum, ubi viderunt præcipua vitæ spiritualis instituta; tanquam seminarium, hoc enim nomine a S. Chrysostomo appellatur, unde invita naturali fertilitate, egressi sunt incomparabiles viri, quos illa sacula admirata sunt tanquam virtutum prodigia, & plantæ illæ insignes, quæ inter pulcherrima Ecclesiæ ornamenta recensentur. Ibi in silentio, & in suavissima requie, quam tranquillâ parit conscientia, extra mundum gustatur felicitas, quæ numquam filis mundi concessa fuit; ibi procul ab omnibus sæculi turbis homo sese colligit, atque intra sese ipsum concludit, & si verus quidam crederet, nisi confusus percrebresceret creatorum rerum fragor, futurum ut suavis creatorum concentus audiretur; dicere possumus, ut christiana fiat prophana hæc cogitatio, in inhospitiis iis locis, ubi profunda regnat malacia; nihil prohibeas, quo minus anima quæ illuc secessit, audiat Deum suum, & in pace, suavitate, ac illecebra vocis ejusdem perfruatur. Itaque ibi S. Benedictus credidit viam esse tutiorem, quâ ad altissimum perfectionis apicem possit perveniri.

Sunt qui in solitudine mundum & in mundo solitariam vitam ducunt.

Facillimum, & familiarissimum est iis, qui in solitudine, ac recessu vivunt, ibi vivere non secus ac sæculares, sæculi spiritum ibi tuert, iisdem cupiditatibus agi, secum mente fingentes varia objecta, quæ occurrunt in mundo, atque sibi omnia sæculi negotia representantes; & vulgò videmus homines, a mundo sepositos; & a reliquis sejurctos, iisdem vitiis obnoxios esse, quæ eo sunt periculosiora, quo sunt magis spiritualia, & non in actionibus, sed in frequentibus desideriis consistunt, quæ soventur, & quæ non suppetit, unde replentur, quia fortune bonis non satis large donati sumus: quod verò ille, qui sæculo extremum dixit vale, & eodem animum ita suam avellat; ut deinceps nonnisi de Deo cogitet, quod in mundo solitudinis spiritum servet; quod cum major factus fuerit apud homines, intus de se sentiat humilior; quod inter tumultuosas sæculi curas semper unitatem spiritus teneat, perfectamque simplicitatem, hoc sublimibus tantum spiritibus videtur concessum, qui videntur quidem in terris cum hominibus vivere; quorum tamen conversatio in cœlis est.

Hoc illud secretum est, quod S. Benedictus felicissimè invenit.

Dux sunt solitudines longè inter se dissimiles, altera, in quam nos tentat spiritus impellit; & ubi homines errant in semitis iniquitatis: non defuerunt enim apud Ethnicos Solitarii, qui ab hominum societate secedebant, ut facilius illis abscondere possent vitia sua, quorum cognitio abstulisset eam pictatis famam, quam sibi conciliare adhibebantur; qui ore superbia tumido, ut S. Augustinus inquit, venditantes magnifica vanæ scientiæ suæ dogmata, expectabant donec plausuum, laudumque rumor ipsos etiam specum suorum adytum penetraret; & ea tranquillitate qua in speciem perfruebantur sibi honorificum prætexebant integumentum, quo inexplebilem gloriæ cupiditatem, quam tantopere deperibant, contegerent. Verum alterum est solitudinis genus, in quam nos Spiritus Sanctus adducit, ut ambulemus in viis justitiæ, & ut ibi audiamus Domini vocem: Ducam eam in solitudinem, & loquar ei ad cor. S. Benedictus Pater Cœnobitarum fatis insignis hoc glorioso carere est in Ecclesia; illustri quippe huic Patriarchæ debet Ecclesia prima Monasticæ, ac Religioſe vitæ fundamenta. Ne consideremus ergo in Sancto hoc Patriarcha unum ex illis Solitariis æquè inutilibus homini, ac eidem ignotis; sed solitarii pro sua; & proximi sui salute operantem; imitatorum vitæ abscondite, & discipulum vitæ publicæ Salvatoris; qui prædicavit omnes illas veritates, quas Deus illi in auriculam revelavit, & ad mundi eruditionem iis usus est salutaribus præceptis; quæ tradidit ipsi Spiritus Sanctus in solitudine. Super hoc fundamento instituendum est totum Sancti hujus elogium, cujus caracter potissimus est fuisse Christianum, Evangelicumque Solitarii, verum imitatorum latentis; absconditæque vitæ Salvatoris.

S. Benedicti solitudo non fuit otiosa, & inutilis; sed activa pro sanctificatione promovim.

Quam pretiosa sit in oculis Dei Sanctitas abscondita, quæ nihil habet tæstem, quam Deo.

Diximus duplex esse genus Sanctitatis; Sanctitatem silentii, ac recessus, quæ latebras diligit, & permanet in obscuris; & sanctitatem fulgoris, quæ in solitudine minimè continetur. In comparatione duorum horum statuitur; qui in speciem sibiimet adversari videntur, tenent Theologi absconditam sanctitatem aliquid habere præcipuum, propter quod alteri præstet; nam præter quam quod proficetur se colere hanc Salvatoris vitam absconditam; quæ paucos invenit exemplorum suorum imitatores, viam austeram, & asperam, quam sequitur, longè difficilius homines amplectuntur: Sanctitas verò quæ extrinsecus insigni alicujus virtutis exercitatione resurget, aliquibus redimira est gloriæ radiis, qui difficultatem ipsam immittunt, cum virtutes, quas clanculum exercemus difficultates habent suas integras, & sine lenimento. In virtutibus, quæ nitent, semper adest secreta quadam immixtio, & aliqua in nosmet ipsos consideratio; cum autem aliquis Sanctus est in solitudine, ubi Deum unum testem habet; tunc propter Dei amorem merè Sanctus est, & uni illi placere studet: Secreta virtus solum Deum judicem respicit. Igitur ad S. Benedicti gloriam asserere possumus, virtutem illius eo fuisse puriorem quia Deus, cui unice placere studebat, solus extitit heroicarum actionum ejus testis.

Communis sententia est de in capite cujuslibet ordinis colligere donata, & gratias, quæ ordinis destinant universo.

Communis est Magistrorum aeteticæ vitæ sententia, Deum ubi vult aliquos Religiosos ordines instituere, horum Institutibus conferre omnes virtutes ab illis subinde exercendas, iisque peculiare largiri gratias, quæ necessariæ sunt ad illas acquirendas. Hinc licet inferre, Institutores Ordinum talem habere gratiarum affluentiam, ut non solum alius quispiam ex Ordine parem gratiæ copiam non sortitus fuerit, sed etiam totus Ordo generationi non habeat plures gratias statui suo congruas, quam ipse Institutor; a quo tanquam a fonte manat quidquid quilibet Religiosus possidet; quum enim hic usus fuerit, Ordinis sui Principe tanquam exemplo, hic ceterorum norma est, atque mensura. Fieri quidem poterit, ut Religiosus aliquis privatim plures habuerit scientias, talem plura, vel etiam plura operatus fuerit miracula;



gula; sed in eo, quod verum Religionis spiritum constituit, dici nequaquam potest, ut vel Religio-

Instituto Ordinis participare est meritum omnium quorum Pater, & caput est.

Si Ordinum Fundatores magis ornati sunt gratiis, non minus constat ipsos participes esse merito-

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex asceticis, recentioribusque Concinatoribus loci hujus argumenti.

Triste valetas quo tempore in solitudine fecerit S. Benedictus.

Quenam erat Italica facies cum S. Benedictus consilium inivit secedendi? Dissidia eam debilitaverant, bella vastaverant, haereses corruperant, Tyranni ejus ipsi dominabantur, Pontifices ejus erant oppressi: idolorum cultus sub ruderibus suis spirabat adhuc; Ethnicorum mores immutati non erant, Gothi, Hunni, Heruli, & Vandali in hanc Religionis, & Eleganciae sedem, impetantem, & ignorantiam invexerant: Roma, a quo Dei iudicio cesserat subinde in praedam tot Nationibus barbaris, & superba civitas illa, quae triumphorum suorum tempore adopraverat vitia populorum, quos vicerat, servitutis tempore & vitia, & leges accepit ab iis, a quibus vincebatur. Injustitia, crudelitas, adulatio, impudicitia in hac Christiani Orbis Metropoli grassabantur, nulla erat amplius verecundia, nulla pietas, nulla honestas, nulla Religio. Fuge, Benedicte, in montem, neque permanas in locis, Urbi huic proximis. Dei appellantis vocem sequitur Benedictus: abjecto saeculi errore, antequam ferre cognosceret illum, fugiens homines, & uni Deo placere studens; eruditus sine studiis, & sapienter ignarus, deserit scientiam, nobilitatem, sodalitates, ac se in longinquum montis inaccessum recipit specum, negli-

gens omnia non solatia solum, verum etiam necessitates naturae, modico tantum vivens pane, quem aegre, & per intervalla unicus poenitentiae suae conscius afferebat. Flechier.

In horrenti hoc loco recessu iste miles Filii Dei tyrocinium ponit militiae suae sub ductu Spiritus Sancti, qui illum ed perduxit, vel impulit, non secus ac olim Salvatorem Mundi. S. Benedictus ibi permanet non quadraginta dumtaxat dies, sed tres integros annos, ibique eam ducit vitam, quae aetatis suae vires excedit, sed quae natura ipsius vires videtur excedere; & quae idcirco non potest esse nisi effectus non vulgaris gratiae, qua edoctus fuit de mundo victoriam referre antequam illum cognosceret. Si ab illo quaesieritis, quid illum locum, ut ita abrenuntiet ea quae possidere poterat sine crimine, & cur fugiat eorum societatem, inter quos illum nasci iusserat Providentia, reor illum vobis responsurum, se mandum laqueis, scopulis praeruptisque locis plenum vidisse, in quibus quotidie videntur tot funesti lapsus, tot miserae naufragia: ideoque non secus ac Mundus Sanctum quemlibet visum potest corrumpere, ita opus esse, ut Sanctus sese a Mundo fecerit. S. Benedictus in sanctae prudentiae Spiritu dixit quod olim peccator quidam in ipso saeculorum exordio spiritu desperationis actus: Omnis qui invenit me, occidet me. Quocumque convertam oculos, videbant inundi illecebras, ac blanditias, usque cor meum corrumpitur: audient aures fallaces sermones, & horum nequitiam arripient, & peribit innocentia mea: Omnis qui me invenit, occidet me. Mihi igitur ex hoc mundo fugiendum est, si tamen vitam vivere volo. Neque solum cum S. Benedicto ita Deus agit, sed cum omnibus illis, qui vere ipsum colere cupiunt, a quibus in solitudine, ac recessu inquirendus est. Quomodo enim exaudiri posset vox illius, cum circum undique nobis obstitit mundus? Quomodo ille inter inimicos suos nobiscum loqui gauderet? Fugite Chaldaeos, egredimini Babylone, dicit per Prophetam Spiritus Sanctus: Ex mundi rumore, & confertissima turba recedite, & in solitudinem properate, ut ibi Dominum inveniat. Illuc eos evocat, cum quibus loqui vult, ibi eos alloquitur, quos evocat; hic est veluti conditus nobis ad conveniendum locus; ibi invenimus illum, ibique cum eo colloquentes summa oblectatione perfundemur. Auctor Sermo in omnia argumenta.

Genes. 4.

Occupatio Sancti huius in tam diuturna solitudine.

Admirabilis illius mortificationis solitudo permansit.

Ubi mecum reputo, insigni hunc Sanctitate virum annos integros in specu delituisse, non nec dicere possum hunc prorsus divinum hominem esse, quandoquidem unum agnoscit Deum, Deo uno spiritu ejus occupatus est: Quis scire posset cordis illius sensus in recessu adeo diuturno? Hoc ejus humilitas hominum cognitionem celavit; verum rupes illa saltem, quae illum audiit, non ne potest repetitis vocis imaginibus ad nos usque sensus ejusdem reddere? Quae voces, quae suspiria, quam dulcia colloquia repeteret? Sed ipsi conficiamus, quanam esse debebat cordis sui cum hoc divino objecto conjunctio, ut dies, noctesque in antro illo sine tadio, sine fastidio, sine lassitudine traderet. Quanam fuerunt caelestes deliciae, quibus fruebatur, dum omnibus terrae consolationibus viam intercluderet? Intueamur rupem hanc non solum tamquam incunabula ordinis sui, cujus jamjam institutionem Deus illi iusserat: verum etiam veluti templum precibus, lacrymisque illius, praesertim vero austerissima poenitentiae, atque asperissima mortificationis rigoribus consecratum. Idem.

Profecto rupes haec, cui quodammodo insculptus est S. Benedictus, illi simul & cubile, & cubiculum est, ubi necessitas una soporem illi conciliare potest, & hunc precibus, ac suspiriis identidem interruptum. Esca non est saporis suavior, aliquot panis frusta, & parum aquae, ab unico solitudinis suae familiari de rupis vertice demissa, omnis est coenae apparatus; & parum illud etiam, quo vescitur, non pro jejunio tantum assumendum est.

est, quam pro portento. Neuro mollior est ejus tunica; quoniam inducitur cilicio es asperis contexto crinibus, quorum pili hirti, & acuti non ita levibus nodis colligati illum potius torquent; quam tegant; praeterquam quod latibulum ejus potius est horridus carcer, quam recessus, desosum ad radices rupis, altitudo cujus centum assurgit cubitis, ut in ipsa solitudine sibi interdica innocuas voluptates, quas aliis impertit agrorum, nemorum, fluviorumque conspectus, qui blanda quadam specie fallit cogitationes ipsas, & quasdam habet illecebras, quae efficiunt nonnumquam, ut perquiratur. Verumtamen Sanctus hic vir in austeritate sua invenit, quo ipsam nova arte augeat mortificationem, & quantum industriae proprius amor adhibet, ut recentes delicias inveniat, quibus corporibus gratificetur; tantumdem adhibeat odium, quo S. Benedictus se ipsum persequitur, ut nova mortificationis genera excogitet. Huc usque Poenitentiae spiritus, & salutis suae desiderium egit tantum hunc virum; sed fatendum est, horum temporum fidelibus humillimum esse conceptum de Christianismo, qui esse debet spiritus Crucis, atque austeritatis; cum putant, (modò ab illis abstineant, quae parum criminosa sunt,) se innocuam vitam ducere; & posse transigere vitam inter solatia, atque sibi permittere qualibet sensuum oblectamenta. Verum quid de hoc sentit Evangelium? Quanam fuit primorum fidelium hac de re consuetudo? Quid nos docent tot Sanctorum exempla? Non alio nobis opus est testimonio, quam admirabilem intueri austeritatem, quam S. Benedictus exerceat in innocens corpus suum, tunc vero praesertim cum permittit Deus, ut gravi aliqua eum adoriatur tentatio ad fidelitatem ejus probandam, & augendam coronam. Tunc praesenti periculo huic sui ipsius odio sevidenti facultatem impertiente non abstinet ab ea severitate, quae nobis hodie tantam ciet admirationem. Idem.

Quam parum terrenis afficitur.

Sanctus hic in solitudine, & procul ab illis que corrumpere poterant cor ejus, non ideo tentationum est expositus.

S. Benedictus vitam hanc austeram, & eremiticam in ipso aetate suae flore incepit. Non solum relinquit mundum; ex univerfa, ut ita dicam, egreditur natura; tamquam in tumulo se ipsum sepeliat; nescit amplius dierum, nocturnaque discrimina; & tenebrae ejus sicut lumen ipsius. Aeternitatis meditatione occupatus temporum seriem obliviscitur, & nescit quandenam Paschatis dies celebratur. Jesu Christo repletus, cumque in omnibus ejustem mysteriis simul adorans, illorum ordinem, & solemnitatem non distinguit. Credit peccatori, qui sit sibi similis, nullam esse perfruitionem, nullum festum diem, omnemque dies suos esse debere dies lacrymarum, atque poenitentiae. Ita mortuus saeculo, & in antecessum Caeli civis obliviscitur ferè ejus regionis, in qua est; nullius temporis est, nullius loci, nullius populi; totus cum Deo est, totus in Deo, totus pro Deo. Flechier.

Quamvis solitudo hominem tueatur a cupiditatibus, vulgaribusque saeculi habitudinibus, tamen ille nec de sua praesumere debet virtute, neque in sua innocentia confidere. Cupiditates ubique locorum geminant, natura ubilibet invenitur, & non est Paradisus in terris, quod serpens non irreat. Quantumvis procul abstinat ab occasionibus; sibi extra periculi aleam siti sumus, ubi nobiscum sumus. Gratiae habeantur Jesu Christo; Benedictus eas superavit illusiones, quae in animam ejus turbam conjeccerant. Fingite vobis Sanctum hunc solitariam, cui Deus tamquam primitias spiritus sui ingressit perfectionis desiderium, & gratiam miraculorum; qui ex rupibus sibi tamquam propugnaculum, saeculi illecebris invium posuit; cui jugis oratio abluat sensum, & creaturarum rerum memoriam; qui centies in die per poenitentiam sacrificabat cor, quod vix peccatum attigerat, & quod nihilominus praesto erat, ut tentatione vinceretur, & in deserto eam amitteret innocentiam, quam in mundo servaverat. Impudicitiae demon nescio quod vitus spelunca afflat isti, Sanctum circum-

volat, aeremque inficit, quem ille reciprocatur. Turbatur sanctus, fervorem suum intrepescere intelligit, & consuetis luminibus sensum offundi caliginem. Ex imo sensuum mortificationum ad animae superficiem attollitur densus quidam vapor; reliquiae veteris tentationis, quae ferè deletae erant, memoriae ejus se offerunt; importuna recordatio formae, quam olim Romae viderat, eo invito instauratur. Ex lethali hac cogitatione desiderium oboritur; & ex desiderio secretum solitudinis tedium. Tu hoc passus es, Domine, ut postmodum tibi fortius adhaxeret propter miserationis tuae memoriam, & suae infirmitatis periculum; poenitentia actus dolet, gemit, lacrymatur, orat, uno sera tempore omnia; & nudum corpus inter vepres, & spinas, quas ea solitudo pepererat, volutans sine miseratione se ipsum lancinat cordis occultum vulnus cruento corporis vulnere curans; initium voluptatis, infinito dolorum vulnere expians; sexcentis ex partibus fundens sanguinem, quem austeritate nondum extinxerant, & rebellis carnis suae scissuris suam castitatem commendans. Oculorum coniectus sine consilio, sine improbitate ad summum temere elapsus prope fuit, ut una ex Christianismi columnis, ruinam faceret: quae igitur nobis metuendi causa est, nobis inquam, qui arundinum instar fragiles nosmet audacter obijcimus voluntariis tentationibus; & qui temere in singulos ferè dies in aperitissima pericula irruimus? Idem.

Sentiebat Benedictus, reliquias igniculi, quem intra nosmet ipsos deserimus, adhuc vivere in carne jejuniis attrita, & in corpore austeritatibus arido; quas ubi penitus extinctas sub cilicio fetisque horrenti subucula existimabat, agnovit repente ignem corripere flante daemone, & recurrente memoria ejus objecti, quod olim in oculos ejus inciderat. Nihil intentarum relinquit ut importunam hanc cogitationem abiciat, confugit ad preces; Deum invocatur hujus praesentis spectatorem; sed frustra. Molestissima imago haec illius mentem repler: constantia ejus periculi magnitudine quantur, & ex illius ignis scintilla fit incendium, quod extinguere nequit. Quid ab illius fidelitate expectatis? tu verò hac in occasione quid agas? Benedictus sibi met succensus e specu suo egreditur, & arma conquirat ad rebellionem corporis cum salutis suae inimico contententis subigendam; sed odium, quo illud persequitur, obvium quodvis illi in arma convertit; fuit autem rubus spinis confusus, quem natura data opera posuisse visa est, ut gratiae moribus obliqueretur. Sanctus in illum nudato corpore se se conjicit, donec sexcentis perforatus cuspidibus, sexcentis laniatus vulneribus, & aculeis cruentatus sentit, dolorem de voluptate egisse triumphum. Heu! Si peccatoris poenitentia adeo jucundum est in Dei oculis spectaculum, ut facere possit gaudii incrementum in ipso deliciarum omnium loco; quodnam tandem esse debet gaudium, quod afferit illi mortificatio Sancti viri, in seipsum armati, & adeo crudele martyrium sustinentis, ut suam tueatur innocentiam? Sed bone Deus! quanam tristitia, & doloris causa (si beatissima in sede locum invenire dolor posset) intueri ignem, cujus vel minimas scintillas suffocare deberet Fidelis mortificatione sua, ali in serico, & in luxu; excitari epularum pretio, & omni objectorum, societatum, ac licentiae genere saginari, futurum aliquando pabulum flammis aeternis? quoniam in hoc abominabile vitium praesertim vim omnem suam exercebat; ita etiam hoc consilio Sanctus noster suffocavit illud sanguine suo, & timor, ne in venis suis exardescat, efficit, ut persistat in jejuniis, austeritatibus, omnibusque severitatibus reliquum vitae suae spatium, jugi martyrio, quod ingeniosa mortificatio rationem invenit efficiendi diuturnum aequè, ac acerbum. Auctor Sermo in omnia argumenta.

Quam admirabile fuit gratiae consilium cogentis S. Benedictum, ut se se inter penitiores deserti latebris

Eadem tentatio, eodemque vitio hic fuerat denis hoc vitio genit.

Dei de Sancto hoc vitio confilium, hinc fuerat denis hoc vitio genit.

tebras recipiat ; ut adhuc viventem se in profundo specu sepeliat ; ut trienio in hoc sepulchro deliret. Si egrediebatur Urbem Roma, ut vitam, quam passim vivere consueverunt Solitarii, duceret, dicere possem, timorem, ne blandis falleretur hostibus ; qui tot in mundo animas perdunt, contemptum, quo omnes sæculi vanitates aspernabatur, mentem illi injectisse recedendi a periculosis occasionibus, ut tutius, atque tranquillius in familiari cum solo Deo consuetudine propriæ salutis prospiceret. Si hoc ille spectasset, quod illi extitisset commune cum tot aliis, quos Spiritus Sanctus in desertum adduxit, se se recipere potuisset in minus asperam solitudinem, & minus austerum vivendi genus eligere. Sed ubi confidero adolescentulum tresdecim, vel quatuordecim annos natum ; qui præter Deum omnibus inconsultis, inter horrentes saltus terribilem hanc sibi conquirat mansionem in penitenti montium recessu ; cum video teterrimam hoc sepulchrum, quo vivens adhuc se occultit, dicere teneor, Deum nequaquam ad hæc extrema illum adducturum fuisse, nisi ex se portentum facere vellet, illum ad vitam attollens prorsus admirabilem, admirabili hoc genere mortificationis. P. Tezier.

S. Benedictus non animi levitate ductus se se recipere in solitudine, sed validè gratiæ motu actus.

S. Benedictus tamquam alter Joannes Baptistà à puero in desertum se recipit. Non ætatis infirmitas, non gracilitas naturæ, illum deterrere potuerunt ; oculos ejus non perstrinxit fulgor consularium dignitatum, quas domi suæ reperiebat ; non illum pellexerat consanguineorum blanditium illecebræ, neque præpotentis fortunæ spes illum cohibuit. Non vicit illum spes sibi ad gloriam iter sternendi politiorum litterarum studii ; non dimovit illum austeritas vitæ, quam amplectebatur in horrentibus locis, quæ sibi jamjam erant aequanda ; & quin ultra deliberando trereret tempus, fecutus est motum spiritus quo agebatur. Neque consilium adeo strenuum putetis acceptum esse referendum levitati adolescentiæ, & imprudenti fervori pietatis orientis, præcipiti mentis furori. Benedictus viridi adhuc ætate omnem habet ætatis longè præcelsioris sapientiam. Replevit Deus Spiritum suo Spiritum junioris hujus Danielis, qui quamprimum senes prudentiam docebit ; dupliciter beatus, & quod portaverit jugum ab adolescentia sua, & numquam illud reliquerit ; & quod dileculo vocem ejus audiverit, & nunquam pro Dei voce vocem alterius acceperit. Illic didicit agnoscere Mundum, agnoscere Deum, agnoscere se ipsum ; agnoscere Mundum, ut illius vanitates contemneret, atque tentationes superaret ; agnoscere Deum, ut misericordias illius celebraret ; & adoraret magnaniam ; agnoscere cor suum, ut affectibus ejus moderaretur, & motus sanctificaret ; quæ tria totam vitæ spiritualis artem constituunt, & quidquid anima Dei voci attendit scire potest, ut ad majorem sui ipsius perfectionem contendat. *Elogia Historica.*

S. Benedicti vocatio fuit omnino cœlestis.

S. Benedictus ex præstantissima Italiæ familia egressus, & a genitoribus suis Romanus missus, ut scientiarum suarum lumina illis adjiceret, quæ in civili hauserat institutione, secretis cœlestibus afflatur luminibus. Pro scientiis profanis, quibus operam dabat, aliam prorsus cœlestem percepit, omnemque assecutus est eorum Salvatoris Verborum scientiam ; Porro unum est necessarium : Quod prædesti homini si universum &c. Magnis hæc perinotus veritatibus non alium posthac librum voluit, quam Evangelium, non alium Magistrum, quam Jesum Christum ; illic studiorum suorum curriculum abjecto, aliis scientiis omnibus, præter quam Crucifixi scientiæ valedixit, & adorabilia hujus consilia secutus, repente omnem cum hoc mundo toties maledictis periculo commercium fregit, ut vivens adhuc in inaccessiblei ferè solitudinem sese reciperet. Hic oculis nostris occurrit spectaculum dignum admiratione Angelorum, & hominum. Benedictus ab ea, quam Romæ habebat, deliciis omnibus affluente mansionem ad horrentem solitudinem gradu facto, adhuc vivens in horrido specu sepe sepultus, nullam nisi in Cælis conversationem ha-

bens ; in terris ignotus omnibus præterquam Sancto cuidam Monacho, arcto vivebat pane, qui ab eodem sibi afferebatur, quem Providentia illi familiaritate conjunxerat, ut victus Benedicto suppetere, & hic diutius proferret cursum austeritatum, atque triumphorum, quos de carne, mundo, ac dæmone relaturus erat. Ex orationum Panegyricarum specimine.

Alta deserti vita vacans Benedicti.

Benedictus tenella adhuc ætate Romam missus ad ornandam politiorum litterarum studii præclarum institutionem, quam domi a suis parentibus hauserat, primum quidem secutus est vias, quas alii eodem loco nati amplectuntur ; nequaquam respondit suorum consiliis, qui institutionis ejusdem curam gerentes id unum cogitabant ; quomodo tandem in Mundo enitesceret. Ex eo tempore cogitavit ille, qua arte non in terris, sed in Cælo æternam sibi mansionem statueret. Incæpit ille, ut Moyse, de iis erudiri velle, non quæ ad dignitates, sed quæ ad summam adducerent beatitudinem ; etiam atque etiam illi cordi fuit, quomodo ad majorem Dei gloriam excoleret magna illa talenta, quæ deinceps tanta in luce in persona illius coruscant ; & studia, quæ passim viam sternunt ad honores, atque opes, primi fuere gressus, qui illum ab adolescentia adduxerunt ad Deum. In ipso stadii hujus ingressu menti nondum occupatæ sexcenta se se offerunt objecta ad illam salendam aptissima, & quæ in animam tunc non satis calentem hominum perfidias, ingerunt turbam cogitationum jucundissimarum ; & pueri tunc sibi plaudunt, repletique hæc chimericis imaginibus voluptatum, fortunarum, dignitatum ; sibi videre videntur astra firmamenti subjecta, quæ eos venerentur. Benedictus falli non passus est hæc omnibus fallacibus sæculi imaginibus ; retrahit se, videre videntur astra firmamenti subjecta, quæ eos venerentur. Benedictus falli non passus est hæc omnibus fallacibus sæculi imaginibus ; retrahit se, secleriter a sæculi via pedem, veritus, ne satis diu in eadem permaneret, processeritque ; sequitur vocem Dei vocantis, atque trahentis ; interimitit studiâ, quæ ob vanitatem, atque propter temporales causas inciperat ; adrenuntiat omnibus inanibus scientiis, quæ ad Jesum Christum Crucifixum minime adducunt. Ex eo tempore tamquam inutiles, & perniciosas respexit artes ad magnas opes, honoresque perveniendi ; & certum inicit consilium a mundo recedendi ea ætate, quæ periculosior est, & ad fallendum aptior propter chimericæ bonæ, quæ pollicetur, quam propter illa, quæ contulit. *Sermo Manuscriptus.*

Gratiæ, & favores quibus cumulat Deus Sanctum hunc ut illum ad ex dispaneret, quæ de eodem inierat consilia.

Quis fando assequi posset interiores gratias, quas effudit Deus in magnam hanc animam in adeo diuturna conversatione, adeoque arcta conjunctione cum illo, qui fons est omnium bonorum ; quibus luminibus non illustravit Deus mentem illius, ut eum parem faceret iis exequendis, propter quæ ipsum elegerat ; Legere satis est Regulam ab eodem editam, ut prorsus divina sibi scientia agnoscat ; ita omnibus in rebus sequerebat ille principium ratione sublimius ; cuius rei non alia afferenda sunt argumenta, quam jure illud Prophetiæ donum, propter quod futura simul, & præsentia nequaquam differre coram ipso videbantur ; & singularis gratia penitiorum conscientiarum latebras inspiciendi, & secretissima cordium consilia scrutandi. Jus hoc Dei unius est, sed illud communicavit Deus magno huic Sancto, ut inde judicarem, nullam esse gratiam, quam illi non concesserit, ut tamquam Abraham alterum gloria, & honore illum cumularer. *Magnifico nomen unum. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Dens ostendit illi mundum in puado colidum.

Noctis jam, S. Benedictum in sua Orationis fervore sensit se ipsum supra se attolli ; Cælum scilicet, & nocte ipsa concubia inde quadam insolite lucis species effulsi ; additaque fidei visione, mundus, Deo permittente in radium solemem collectus, se se oculis ejus obtulit, eique humanarum rerum nihilum, & deformitatem aperuit. Sed Deus illi cælum terramque coarctasset, seu cor, mentemque illius dilatasset ; S. Gregorius inquit, vidit perturbationes, ac vicissitudines terræ hujus, crea-

creata qualibet vanitati deservire cuncta orbem universum hominum concupiscentiis subditum ; & cælesti hujus luminis interiorumque gratiarum, quas recipit, ope videt, has opes, & honores, quæ secundum Mundi opinionem omnem terræ hujus felicitatem constituunt, decretere. Auctori videtur immensa spacia, quæ in humanis mentibus dilatantur ambitio ; evanescente hanc mundi æquum, quæ præterit, universalem hujus sæculi hypocrisis, ubi virtutum tamquam virtus eisdem, quos virtus honores exigit ; ubi fidei saguntur miseria, & fallaces conquiruntur felicitates. Videt congeriem inanum desideriorum, spei temere conceptæ, odiorum iniquorum, inconditarum cupiditatum. Videt inutilium cogitationum vanitatem, voluptatum insaniam, sapientiæ stultitiam, occupationum inutilitatem, mobilitatem fortunarum, inane vororum, negotiorum tenuitatem ; simulque cum his immobilitatem Dei, Sanctitatem operationum illius, essentialis ejusdem immensitatem, atque durationis eternitatem. Quam parvus illi videtur Mundus ! Num mirum est, si illum S. Benedictus contemnat, & si cum illo æternum divortium instituat ? *Flechar.*

Prodigia, & miracula que S. Benedictus operatus est.

Possem vobis post S. Gregorium dicere S. Benedictum Operum suorum potentia enituisse ; ad Moyse imitationem aquam eliciisse de rupibus, ut stratum siti consuleret, corvis præcepisse, ut panem rostro deferret, eique in aere, velut alter Elias descripsisse viam, quam sequerentur ; spiritu, & verbo ex sinu mortis pueros excitasse, ut ad Elisæi exemplum marentibus familiis solarium afferret ; effecisse, ut super aquas siccis pedibus incederet Discipulus, qui spiritus sui hæres futurus erat, quod ipsum Salvator præstiterat ; futurorum secreta a Deo illi aperta fuisse ; ipsumque omnium fere justorum spiritum fuisse repletum. Sed gloriam illius ex ipso virtutum ejus merito, non autem ex miraculorum fama elicere fert animus. *Idem.*

Vocem de celo dimissa. S. Benedicti Sanctitatis patuit.

Specus, in quam S. Benedictus confugerat, ut mortalium omnium oculos falleret, diutius sanctitatis ejusdem nitorem continere non valuit ; dextera illi Deus ipse voce e Cælo dilapsa, qua Sanctus quidam Sacerdos admonitus fuit, ut illum conquireret ; quod satis fuit, ut quocumque rumor crebresceret. Quilibet cucurrit ad primum abscondita hujus virtutis fulgorem, qui penetrat tenebras, omnesque oculos perstringit, & quæ omnes deserti illius sinus mutuata vocis imagine nomen ejus sæpius iterassent, catervatim de urbibus eò se conferunt populi ; Principes, Præfules, & quid quid dignitatis in Italia est in illud feruntur desertum, alii quidem ut hoc oraculum consulant, alii ut bene vivendi præcepta hauriant, alii demum, ut virtutem ejus honorent. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Faculas paratandum miraculorum, quam Deus Sancto huic communicavit.

Deus Benedictum gloria cumulaturus, illi suam communicat auctoritatem, tribuens illi miraculorum virtutem, quam ille non per intervalla tantum exercet, quod alii quidam Sancti viri præstiterunt, sed per habitalem facultatem, ut S. Gregorius ait, qua, ubi vellet, uteretur. Eorum narratio vobis esset molesta ; & postquam dixi ; illum mortuos ad vitam revocasse, multiplicasse panem, quod Dei Filius fecerat ; unum ex Discipulis suis super aquas, ut idem ille, traduxisset ; omnibus impegasse elementis, anni tempestatum ordinem immutasse, omnesque naturæ leges invertisse, alia ipsi animo fingere potestis, quæ in illo ita erant vulgaris, ut se se expediturus a conferta ægotantium turba, qui undique ad ipsum conferebantur, ut per illius preces pristina valetudini redderentur, illos per Discipulos suos sanari juberet : qua in re accidit mirum hoc, quod inter ipsa prodigia prodigium habendum est. Cum enim nescio quis ex illis, quibus curam hanc ille commiserat, unus tot curacionibus nequaquam sufficeret, locum hic, diemque condixit, quo omnes simul convenirent ex omnibus Siciliæ civitatibus, ubi forte tunc temporis aderat ; & postquam Deum oravit per merita

Parris sui S. Benedicti, visi repente sunt innumeri hydrofici, leprosi, claudi, paralytici simul confurgere, perfectamque valetudinem obtinere. Hæc vocari potest miraculorum patrandorum virtus, ea sine numero operari, eorumque patrandorum facultatem aliis communicare. Hoc miraculum est, quod millia complectitur, & quod non fit in gratiam unius, qui sæpe unius ejusdem testis est, sed in gratiam populi universi, in gratiam Regni totius, & cujus tot testes sunt, quot capita civium. *Idem.*

Totila Gothorum Rex S. Benedictum invisit, & cum eo colloquitur.

Post hæc quid mirum, si reverentia, quæ S. Benedicto adhibetur ad cultum, & venerationem procedit ; si omnium sermone celebratur summa illius apud Deum potentia, & si Reges ipsi nominis ejusdem fama illecti honori sibi verunt eundem invisere ? Testis sit Totila insignis ille Gothorum Rex, qui Roma, Italiaque tota potitus est. Jucundum sanè spectaculum fuit, regem hunc barbarum, suopte ingenio superbum, atque victoribus timidum, imperatorem hunc, cui ducem militum parebant millia, hunc gentium dominicem, qui quocumque terrorer, formidinemque ferebat ; huic inquam hominem ad pauperis Monachi pedes prostratum, postquam antea nequiquam eum fallere fuerat admissus, alteri cupiam traditis regi sui insignibus, ut non cognitus eum eo colloqueretur. Dicendum profecto est, Deum aliquem auctoritatis characterem imprimere in faciem Sanctorum, qui officii ipsi Regum Majestati ; & qui efficit ut honoribus afficiantur ab illis, ad quorum nutum reliqui mortales contremiscunt. Vix enim princeps iste oculos in S. Benedictum conjecit, cum facies ejusdem fulgore deterritus, ad pedes ejus concidit curvato in terram corpore, totisque artibus trepidans, donec Sanctus vir manum eidem extendit, eumque verbis suis confirmavit. Mox ut Sanctum decet, ad eum locutus est videlicet non adulatus est illi propter potentiam, relosque triumphos ; sed posteaquam pari cum lenitate, atque auctoritate exprobravit illi cædes, & savitiam, quam in Italia exercebat : ubi, ait, Deus jure in peccata populi sui irritatus, te ad illum puniendum uteretur, Romam capies, & adhuc annos novem regnabis, sed decimus vitæ tuæ gloriæque finem injiciet. Nescio, an barbarus ille ex hoc tam salutari consilio profecerit ; scio equidem illum quantumvis superbum, veluti reum sententiam hanc accepisse, & ex Sancti hujus viri ore bellorum suorum exitum, ac vitæ suæ fatum didicisse. Potest ne quisquam ad sublimiorem honoris apicem attolli, quam cum videt sibi honorem haberi a Regibus, seque tamquam sortis eorum dominum, arbitrumque censeri ? Illud verò, quod inter magna illius miracula maximum arbitror, hoc est, quod eò magis se se hic Sanctus humiliat, quod magis exaltatur a Deo, & cordis sui humilitatem tacetur, quo magis eum undique gloria circumfulget ; nam dum Reges illum invisunt, & Summi Pontifices tamquam Oraculum consulunt, omnesque populi eum sequuntur, & veluti Sanctum venerantur, ille speculi instar reflectit in Deum lucem, quam inde recipit, & Cælestibus luminibus utitur, ut terrenorum vanitatem dignoscat. *Idem.*

Cæli benedictio, qui effudit Deos in Sancti hujus Ordine, non minus mirabile est, quod in personam ipsius infudit.

Si tanta Dei fuit benedictio in ipsam S. Benedicti personam, pro certo habeo illam, quam in illius ordinem, ac posteritatem in meritorum illius gratiam effudit, non minus esse admirabilem ; & si aliquantisper seria animi cogitatione id perpendimus, fatebimur gratiam non minus uberem extitisse in hoc Monachorum Patriarcha, quam extiterit natura in primo illo credentium Patre, cui pollicitus Deus est se filios ejus numero stellarum Cæli, & arenæ maris æquaturos. Et profecto lumen virtutum, & Sanctitatis hujus Cænobiarchie, quod primum adeo resulsit, non minus ardoris excivit in cordibus, ut ad ipsum imitatores, atque Discipulos adduceret, qui cum multiplicati, atque in plura sæcula perennes effecti fuerint ; jure optimo eidem comparaverunt nomen primi Patris Cænobii.

habitatum; Primum dixi Patrem; nam licet antea nonnulli extiterint Eremitae, eorumque aliqui simul convenientes aliquam religiosae societatis speciem praebuerint, hoc nihilominus fuit informare consilium, sine lege, sine consensione, sine conformitate; cum singula Monasteria propria habere vitam rationem ab aliis profusam aliam, errantibus instar luminis, quia ulli inhareat subjecto, videlicet sine regulari vita forma, sine votis, sine obligatione. Sed ubi S. prodiit Benedictus, lumen illud se se huic syderi adiunxit, quod postmodum omnibus subinde Ordinibus communicavit, & in Occidente fecit, quod S. Basilii jam in Oriente, & S. Augustini in Africa fecerant. Merito igitur illi applicari possunt ea verba, quae dixit olim Deus Abraham: *Faciam te in gentem Magnam*. Te Patrem frequentissime familie constituam. *Idem*.

Genes. 12.

Benedicti-  
nes quas  
effudit  
Deus in  
Sanctum  
hunc, erit  
nempe  
ejus, non  
toti Eccle-  
siae commu-  
nicatae fu-  
erunt.

Præter Benedictionem, quam Deus in S. Benedicti personam effudit primum, & mox in Ordinem, ac posteritatem ejus, in gratiam ipsius, illam etiam per labores Sancti hujus Solitarii in omnem effudit Ecclesiam, quæ inde inestimabiles fructus percepit. Admirabilis enim hic vir, quem quodam in sensu vocare possum desideratum omnibus Occidentis gentibus, hanc Mundi partem replevit spiritu Sanctitatis; fecitque, ubi apparere incipit, ut illicò ferè facies illius mutaretur, eo sæculo, quod sæculorum omnium sentina appellatum est, quo furens barbararum gentium exundatio in Italiam irrupit, quorum alii cultores idolorum, alii autem haeretici omnium fere mentes infecerant, moreque larè corruperant. Dicere sufficiat, impudicitias, cædes, & blasphemias tunc temporis publicas fuisse, & Romam, ipsum Religionis caput, postquam experta est quicquid in bello inhumanus, atque terribilis est, factam fuisse theatrum nequissimarum profanationum simul ac facta est barbarorum præda. Dum hæc incumbentem tenebræ, atque hi ferverent tumultus, prodiit S. Benedictus, ut mundo lucem afferret, qui non solum iterum factus est Christianus ope illius, verum etiam fere totus Sanctus evasit; tunc enim statim visa est in Italia tota quædam veluti primitivæ Ecclesiae figura; & mox Sanctus idem per Discipulos suos in Galliis, Hispaniis, aliisque Europæ ditionibus prædicans, non prohibuit solum, ne fierent Haeretici, vel Ethnicis; sed brevi toto in Occidente fecit generalem morum reformationem, seu potius universalem mutationem; tantum infidet potestatis exemplo, & Sanctitati hominis unius in hominum mentes. Hæc Dei benedictio super Sancti Benedicti labores effusa cum adeo felicem successum re adhuc integra nacta fuisset, deinceps perseveravit in filiis ejus; Quo autem fructu? Quisnam hoc verbis assequi possit? nam plurimum sæculorum decursu, omnia fere bona, quæ in Ecclesia facta sunt, propter illorum zelum, atque labores facta sunt. Alii eam gubernarunt, ejusque Pastores fuerunt; alii eam prædicarunt, quæ amplifcarunt; alii eam prædicarunt; alii scientia sua erudierunt, atque illustrarunt, & ejus Doctores habiti sunt; alii denique ejusdem propugnatores extiterunt, hæreticos, & schismaticos amoventes: ita ut minimè dubitem affirmare, quo minus plurimum sæculorum spatio Ecclesia, præter Deum, acceptum referre debuerit uni S. Benedicto, quidquid fidei, doctrinae, Sanctitatis in illa refuclit; etenim filii ejus duntaxat omnia hæc munera iis temporibus exercuerunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Magna Sancti hujus Eremitæ gloria hæc est, ipsum a Deo electum fuisse, ut totius hujus Ordinis esset institutor, quem Patres nonnulli Evangelicam vineam appellarunt, quæ jam a mari ad mare se se pro salute, & consolatione Fidelium extenderat. Cur autem inquirenda sunt adeo publicæ veritatis documenta? nemo enim unus ignorat Sancti Benedicti Monasteria fuisse aperta Doctrinae Sanctæ gymnasia, & Bibliothecas palam clamare huic ordini deberi scientiarum perennitatem, omnesque Ecclesiarum Ordines, illi per tot sæcula summi

splendorem, & sanctitatem debere. Nullus fuit particularium Religiosorum Institutor, qui spiritum illius non consulerit; & Ecclesia dignata est ex S. Benedicti ordine pluribus sæculis suos eligere Episcopos. Quatuor Episcoporum millia recensentur, Archiepiscoporum verò millia, & sexcenta; Patriarchæ quinquaginta, Cardinales ducenti, Pontifices quinque & viginti. Quod verò amplissimum, atque præstantissimum est, S. Benedictus se stiparum videt corona quinquaginta quinque millium, & septingentorum Monachorum suorum, quos in Sanctorum albo descripsit Ecclesia, quin de innumeris aliis verba faciamus, qui se ipsos in silentio sanctificaverunt, & quos voluit Deus hominum cognitioni subtrahere, ut eos in oculis suis perfectione efficeret. Illud verò quod palam ostendit, S. Benedictum fuisse prodigium non in persona tantum sua, quantum in ordine, hoc est, quod voluit Deus ad sui institutoris exemplum, ut magnum fierent parvi, & parvi evaderent magni; quia Mundi nobiles divitias suas abjecerunt, ut amplecterentur voluntarias Sancti illius abjectiones. Viginti duo Imperatores, quadraginta duo Reges, Imperatrices quinque, totidemque Reginae purpuram exuerunt, ut humili S. Benedicti tunica induerentur. Illustres hi viri, ac mulieres dignitatem suam ut ita dicam sacrificaverunt huic homini propter Dei amore exinanito: verum e contra etiam pauperes Cœnobitæ ex cellularum suarum angustiis desumpti sunt, ut in primo Ecclesiae solio collocarentur.

*P. Texier.*  
S. Antoninus Florentinus Archiepiscopus videns uberem fructum, quem S. Benedicti Ordo in Ecclesia ferebat doctrina, & sanctitate, illum appellare non dubitavit *magnam Ecclesiae columnam*, quoniam tandiu illum sustinuit. Profecto hic ordo meritis fuisset hoc nomen, licet dedisset tantummodo magnum hunc Doctorum numerum, qui illum illustrarunt, & propugnarunt; Erenim præter Bedas, Petros Damiani, Anselmos, Hildephonfos, & Rupertos, qui ejusdem lumina fuerunt; eruditus Auctor testatur se vidisse ultra quinque mille volumina a S. Benedicti Monachis composita, præter tota alia, quæ deinceps fuerunt edita, & quæ simul fructus vigiliarum Filiorum, & benedictionum Dei in Patrem eorum extiterunt; *Magnam Ecclesiae columnam*. Hoc etiam nomine jure vocari possent ob solum numerum virorum Apostolicorum, qui illam in omnes terrarum partes dilatarunt; pauci quippe sunt populi, qui huic Ordini acceptam referre non teneantur Fidei prædicationem. Anglia S. novit Augustinum, qui primus in eam fidei lumen invexit; Germania S. Bonifacium, Bohemia, Hungaria, & Polonia, S. Adalbertum, & omnes fere Septentrionis regiones Sanctum Anthonium, qui magnus eorum Apostolus fuit nuncupatus; quasi S. Benedicti filii inter se omnes partem fuissent gentes, quibus fructum benedictionum Patris sui communicarent. *Magnam Ecclesiae columnam*. Cœlum ipsum hoc illi nomen negare non potest; nam postquam illi ultra quinquaginta Sanctorum millia dedit, Pontificum oraculo in beatissimo cœlestium civium albo descriptorum; decreto sancitum fuit ne aliorum celebraretur Apotheosis, ne multitudo eorum officeret cultui, ac venerationi: ita ut hujus Ordinis Monachi merito dicere possint: *Filii Sanctorum sumus*. Illud verò quod asseram, & illorum ægrè me narantem feret modestia, hoc est: Patris Sanctitatem in Filios migrasse, eorumque austeritatem, solitudinem, charitatem, quæ tanto fervore incepit, non aliud expectare debere, quam perennitatem Benedictionum Cœlestium in universum Ordinem suum, ejus regularis disciplina certissime aliis esse potest exemplo, & palam ostendere quænam sit virtus, & Sanctitas sua. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Testimonium S. Antonini Archiepiscopi Florentini in laudem Ordinis S. Benedicti.

Admirabilem præsertim gratiam in S. Benedicto.

S. Benedicti gloria in idolorum cultu velle do nitur.

Caracter S. Benedicti ejusque particulares virtutes.

Copia gratiarum, quas Deus S. Benedicto contulit.

quæ tunc ille instituit, & quæ deinceps fuerunt velut primum semen procretae illius arboris, quæ deinde ramos suos in omnes Mundi plagas extendit, & omnem fere terram operuit. Hoc nequaquam videbitur vobis hyperbolicè dictum, si animum adverteritis in hoc Ordine recensitas fuisse triginta septem mille Abbatis Cœnobitis repositas, Prioratus quatuordecim mille, Virginum verò Asceteria ultra quinquaginta millia. Hi sunt veluti totidem rami secundarii illius geminis, ac totidem viventia instrumenta magnæ illius animæ, quæ tot in locis operata est. Cumque domus quælibet complures annos duraverit, nonne hoc est, posteritatem illius stellis cæli, & arenæ maris exæquare? *Multiplicaba semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris*. Præterquam quod Magnus hic Sanctus non solum Pater est amplissimi hujus Ordinis, qui ex illius nomine appellatur, & qui citra controversiam præ reliquis frequentissimus est, latissimèque dispersus; verum etiam quodammodo omnium Religiosorum Ordinum, qui deinceps fuerunt, ex magni cujusdam Pontificis sententia, a quo vocatur: *Fons hortorum irriguus, cæteris rigans Religiones, & Ordines*; vel si mavis, fons est in pluribus divisus rivulus, quoniam alii mutuati sunt quicquid sanctius est in Regulis ejus; alii se ad illius imitationem formarunt, & duodecim ex maximis, atque essuissimis Ordinibus Ecclesie: illius Constitutiones sibi vindicarunt; & licet sub alio nomine, aliaque indumenti forma, sub regula S. Benedicti vivunt. Ita Sanctus hic Patriarcha generalem habet in omnes Regulares ordines influxum, non secus ac Sol in omnia Systera, quæ non actionem, non lumen, non virtutem obtinent, nisi ex reflexione radiorum illius. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Fulgidior S. Benedicti gloria, ejusque præcipua virtus, fuit Zelus, quem in convellendo cultu idololorum testatus est. Misera Ethnicæ superstitionis reliquia adhuc sub inaccessis Montis Cassini rupibus delitecebant; ibique impune thus adolebatur Apollini, qui coram Christiana Roma servabat adhuc Templum, & lucos. S. Benedictus eo animatus spiritu, qui Christianos Heroes facit, in ipsius latibus suis idololatram adoritur, confingit idolum, evertit delubrum, incendit lucos, quos superstitionis fictis numinibus sacraverat, & in ipsa templi, atque areæ duo ædificat sacella, alterum in S. Joannis Baptistæ, alterum verò in S. Martini honorem; & intra paucos dies recens hic Apostolus omnes eos populos ad Jesu Christi fidem convertit. *P. Croiset in exercitiis Spiritualibus*.

Fingite vobis imaginem Eremitæ omni virtutum genere præditi, hominem, quem levissimæ impressiones invidiæ non tangunt, qui subtilissimis superbæ sensibus non afficiuntur, qui delicatissimis voluptatum illecebris non moventur; qui ab omni avaritiæ labe immunis est, qui gravissimis calumniæ jaculis non perterretur. Fingite vobis animum semper tranquillum inter contemplationis delicias; vel semper in charitatis operibus vigilantem; cor divinum inter impetus amoris sui erga Deum, & motus zeli sui erga proximum; corpus, quod erat indefessè charitatis instrumentum, aut perennis penitentiae victima, oculos omnibus sæculi pompis clausos, os divinis laudibus affluens, manus pauperibus semper apertas. Pedibus ejus debeat mundum, domitam carnem, demones confusos subjicite. *Specimen Oratorum Panegyricarum*.

Si S. Gregorio fides habenda est, S. Benedictus spiritu omnium justorum plenus fuit; quibus verbis Sanctus hic Pontifex innuit magnitudinem animæ Sancti hujus Patriarchæ & ubertatem gratiarum, quibus illum Deus cumulavit. *Spiritus omnium justorum plenus fuit*; non ne hoc idem est, ac plane dicere, S. Benedictum repletum fuisse omnibus diversis muneribus, quæ Dei spiritu Sanctis communicantur: Hæc dona, inquit Apostolus, quæ extrinsecus procedunt, singulis ad Ecclesiam utilitatem data sunt; Recipit alius a Dei spiritu sublimem sapientiam, alius Donum Fidei, alius gratiam orationum, alius

prophetiæ donum, alius denique donum discernendi spiritus. In hac diversarum supernaturalium Spiritus Sancti operationum enumeratione in anima Sanctorum a S. Paulo instituta, videtur simul exaratum fuisse compendium elogii S. Benedicti; cum enim Sanctus hic vir fuerit spiritu omnium justorum plenus: necessarid consequitur, omnia dona hæc inter plures Sanctos divisa in illius persona simul fuisse conjuncta.

Si quæ umquam occurrit in morum disciplina oppositio difficilè superanda, hæc caest, quæ inter magnitudinem, & humilitatem invenitur. Plura sustinenda sunt prælia, ac vires omnes exercenda sunt, ut duo hæc simul conciliantur; & dicere possumus hoc non minimum esse gratiæ miraculum, cum duo hæc in una eademque persona inveniuntur, quæ neque in homine, neque in Angelo simul esse poterunt, Magnitudo efficit, ut illi amitterent humilitatem, & statim ac se super alia creata eminere viderent, noluerunt amplius se suo Creatori subicere. Sed quod Sanctis omnibus commune fuit, in S. Benedicto est peculiatissimum, Dignitas ejus nunquam id egit, ut ipse humilitatis suæ oblivisceretur, quò magis illum extulit Deus, eò magis seipsum humiliavit. Pontifices illum in honore habent; Reges illum adunt, Nobiles illum perquirunt, Doctores eum consulunt, & quilibet esse vult Magni hujus Institutoris Discipulus. Omnes isti honores illum minimè tentant; totus est in sua humilitate; laudes sibi delatas aspernatur, se peccatorem esse fatetur; & æquo judicio Deo uni refert acceptam omnem gloriam, sibi verò unicè reservat humilitatem. *Auctor Recens.*

Res omninò omnem naturæ superans ordinem in S. Benedicti vita est admirabilis visio, quam S. Gregorius, a quo vita ejus descripta fuit, enarrat, in qua vidit simul mundum universum in solis radio in compendium redactum. Cum sermo est, inquit S. Gregorius, de mundo in compendium redacta, vel in uno Solis radio collecto, intelligendum non est, quasi cœlum, ac terra re ipsa ad breviorum statum fuerit redacta. Sed animam Beati hujus viri contemplationi Cœlestium dediti, dilataram fuisse: *Videnti Creatorem, angusta est creatura*; & in Deum rapta, haud ægrè videre potuit, quidquid est infra Deum. Doctores quidam crediderunt eo temporis momento S. Benedictum illustratum fuisse lumine gloriæ, & vidisse essentiam Dei; cui sententiæ videtur S. Bernardus subscribere in verba S. Gregorii a nobis superius allata: in fulgore lucis a facie Dei emanantis homo videt, mundum esse nihil, si comparatur cum anima sua, quæ per lumen hoc ita se se dilatat, ut illi totum Universum coram Creatoris majestate nihil esse videatur. *Idem*.

Vera S. Benedicti magnitudo consistit potissimum in Ordinis sui institutione, & in reparatione disciplinæ Monasticæ, quæ propter temporum calamitatem, & humani Spiritus inconstantiam in Oriente deciderat. Antoniorum, & Hilariorum Spiritus in Ægypto, ac Thebaide erat extinctus, Imber, & Cæli ros super felicissimos eos montes, quos adeo sanctè illi coluerant, non depluebat; Eremitarum numerus percrebuerat, & in cremo fervor interpuerat; otium relaxationem pepererat, & dissensiones, vanitates, & sciendi curiositas novitatem, & hæreticos invexerant. Homines illi, olim sæculo mortui, errabant per deserta, & civitates, non ut charitatem exercerent, sed ut anxietati suæ satisfacerent; & illi, quorum virtutes Mundus olim admirabatur, & quos consulebat, mandi moribus, & consuetudinibus imbuerantur, easque in Cœnobia sua deserebant. Solitudo molesta erat; penitentia insigniatur, sæcularia desideria in Religionem obrepebant, regulæ negligebantur, ac cremus faciem mutabat. Adeo verum est, Deum unum esse immutabilem, & sanctissima quæque facilè in relaxationem, & interitum labi. Deus per misericordiam suam suscitavit S. Benedictum, ut horum malorum esset reformator, & ut in Occidente suis regulis, curis, exemplis, Monasticæ Disciplinæ in Oriente ruinas repararet. *Fleebier*.

Regula sua S. Benedictus homines fideles efficit, ut Sanctos faceret Monachos. Quæ altitudo sapientie,

Magnitudo & humilitas, quæ sic invicem alternari videntur, in S. Benedicto per se conciliantur.

Gregor. Dial. l. 2. c. 35.

Magnum S. Benedicti opus est Institutio Ordinis sui, & Ecclesiasticæ disciplinæ reformatio.



tiæ, ac prudentiæ in colligendis præceptis Evangelicis! qua charitate se se convertit ad filios, ut ad Patris sui legem, atque doctrinam recipendam illos disponat! Qua prudentia adhibet suavitatis, & firmitatis temperamentum, quod est Superiorum character! Qua cura, exactæque brevitæ proponit cœnobitis suis varias sanctificationis vias, quas Spiritus Sanctus in Scripturis Sanctis aperuit! Quo iudicio effodit; ut ita dicam, fundamenta humilitatis transiens per omnes gradus, omnesque circumstantias, quæ illam componunt? Qua vi inferioribus obedientiam, & silentium persuadet? Qua præcautione præcipit in precibus, sanctisque Officiis attentionem? Qua severitate præscribit solitudinem, sæculi fugam, jejunia, abstinentiam, integritatem, paupertatem Evangelicam, regularitatem, & observantiam? Hæc Regula ejus, hæc & vita ejus. In iis, quæ docuit, videre possumus, quod ille exercuit. Hoc parum esset, si fratribus suis præcepta reliquisset; sed illi exactæ solitudinis reliquit exemplum. Non videtur ille pedem e deserto efferre, non dico, temporalibus, sed ne spiritualibus quidem negotiis vacaturus. Numquam sibi licere voluit in sæculo amicos habere, vel nascentis Ordinis sui negotia in aulis Regum terræ sollicitare, & sub pietatis prætextu officia præstare, quæ Mundus a sibi desertientibus exigit, tamquam necessaria. Noluit unquam e Monte Cassino egredi, ut alicui se negotio sæculati immisceret; Fratribus suis fuit in omnibus omnium virtutum forma, & exemplum; eos præsertim docuit qua patientia, & animi lenitate toto vitæ suæ spatio se se gerere deberent. *Ibidem.*

Sanctitas numquam persecutionibus caruit, & S. Benedictus hoc ipsum expertus est. Sacerdos quidam vitæ profus prostrigatus, qui proximam Sublaci Paraciam regebat, tanta virtutum exempla ferre non valens, quæ nequitia illius secreta flagitia illi exprobrabant, nequaquam satis esse dixit novam Sancti hujus viri Institutionem dictis proscindere, atque Patrem cum filiis persequi, verum etiam Religiosos infestis artibus corrumpere conatus est. Sanctus ille tempestati cedendum censuit; Sublacum reliquit, ut se in Montem Cassinum conferret, ubi Dominus illi uberiorē parabat messē, & ubi ille præclarissimæ laudi Institutoris Omnium Regularium Ordinum celeberrimi, Apostoli etiam qualitatem erat aditurus. *Pater Croiset; in Exercitationibus pietatis.*

Numquam satis celebrari potest insignium horum virorum memoria, qui Instituti sui Sanctitate aperientes claustrorum asylum tot animabus, quæ inter Mundi scandala interierunt, sunt veluti adminicula quædam, quibus Providentia Discipulorum eorumdem prædestinationem adnectit. Quod autem latius harum arborum rami protenduntur; quo disciplina eorum observatores numero augentur, quod magis originis eorum distat antiquitas, eod majores sunt fructus, quos in vinea Domini ferunt, & patet familias illis plura debet. Hoc posito, quenam S. Benedicto debentur elogia? Quot Sancti ex illius Ordine coluntur in beatorum album relati per facram Apothecam, vel in authenticis annalibus conservati? Quot sanctificati sunt in cellularum suarum caligine, procul ab omni humana societate, in desertis procul semotis, quin illum haberent testem præter Deum; & qui dum viverent in secreto faciei Domini absconditi, eod majori in luce extrema revelationis die sunt prodituri? Quot adhuc se ipsos sanctificant in magno Cœnobiorum numero, ubi Sancti Patris regula ad unguem servatur? quot demum anime laudant, & in æternum laudaturæ sunt Deum in Cœlis, quæ essent æternæ ultionum ipsius victimæ, nisi Sancti hujus Institutoris regule eam ipsis indigitaissent viam, quæ illas in æternæ felicitatis portum deduxit? O Domine! Ergo in favorem servi tui Benedicti præstitisti fidem, quam olim Abraham obligaveras? Magni hujus Patriarchæ familiam eamquam Cœli stellas, & maris arenam multiplicasti; illic induxisti Principes, & Monarchas; & po-

Magni fructus quos S. Benedicti Ordo prætulit præsertim vero, in Ordine suo, & Religiosis omnibus ejus.

steritas Patris Eremitarum facta femine est æquæ frequentens, ac generatio Patris Fidelium. Post hæc si verum est, quod qui fecerint, & docuerint, fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates, quibus gloriæ radis, quàm nitido fulgore circumseptus esse debet S. Benedictus in Cœlo, quoniam quidquid prædestinatum est ex Discipulis ejus, omnes illum circumstant, tot veluti radii, immortalem componentes coronam, quam illi justus Juxta præparavit? Et si Sanctus hic vir Pater extitit Eremitarum, fuit etiam vitæ Eremiticæ exemplar; quod non leve est augmentum gloriæ, quam illi Deus conferre dignatus est. *Specimen Orationum Panegyricarum.*

Cum S. Benedictus mundo concessus fuerit non solum, ut esset exemplo peculiariter Ordini suo, atque generatim Religiosis omnibus, verum etiam Ecclesiæ universæ; nostrum erit persequi fructu benedictionum, quas Deus nunc quoque in illius gratiam effundit. Ad id autem imitandæ sunt virtutes illius, quæ illas promerita sunt, nobisque non secus ac illi exercendæ sunt sensuum mortificatio, humilitas Christiana, mundi fuga, contemptus honorum, omniumque terræ hujus honorum. Testis est S. Gregorius eodem temporis momento, quo Sanctus hic in Italia exspiravit, unum ex Discipulis ejus, qui erat in Gallia, vidisse nubem fulgentem, ac densam, quæ se se extendens a cellula, ubi corpus ejus jacebat, usque in Cœlum speciem præferebat tamquam vitæ lucis locupletissimis ornata vestibus, ita ut magnifici triumphi imaginem exhiberet; cumque illius oculi in id spectaculum essent intenti, vocem Cœlo demissam in auriculas ejus hæc verba ingessisse. *Hæc est via, qua dilectus Domini Cœlum Benedictus ascendit.* Via hæc apparuit speciosa, lucida, & plena gloria post mortem illius; sed quàm aspera, & difficilis fuit dum viveret? quot crucibus confusa, quot spinis fuit præpedita! Eo quod per arduissimam incessit viam, facta est illi hæc via lata; ad hanc sublatus fuit per humilitatem, cujus figura est nubes hæc, quæ de terra desumpta ac diu obscura & caliginosa permanet, antequam solariis radiis penetraretur. Sanctus hic omnes sæculi pompas, honoresque conculcavit, antequam perveniret in Cœlum. *Hæc est via, qua dilectus Domini Cœlum Benedictus ascendit.* Heu! Credimus ne in vita hac aliam esse viam crucis, austeritatis, mortificationis pro illo, alteram verò deliciarum, & voluptatum pro nobis? Non ita: eadem omnibus sequenda via est, si omnes ad eundem terminum cupimus pervenire. Et sanè ubi passim prædicari auditis arctam esse viam, quæ ducit in Cœlum, unquam ne hoc vobiscum consideratis? numquid vita hæc voluptuosa, quam ducit, hoc odium, quo cruce, atque austeritate excrucior, hæc omnium commodorum, ac deliciarum perquisitio, ea via est, quæ ducit in Cœlum? Numquid hanc secuti sunt Sancti? numquid hanc Dei Filius nobis ostendit? numquid hanc S. Benedictus toto vitæ suæ spatio calcavit? Si non omnibus tanta est animi præsentia, ut in speluncis, atque in solitudinibus, ut ille, vivant, atque tantam hanc austeritatem imitentur; numquid nimis a vobis exigitur, cum hortamur, ut a periculosis societatibus abhorreatis, & ut paulo frequentius de Deo cogitetis? Si nemo vos cogit, ut contenti sitis arcto pane, & aqua, quamquam fortasse peccata vestra expianda sint a posteriori penitentia; quam hæc mollities est, cum sepe illa a vobis auditur querela de quadragesima, & jejuniis, & ob levissimas causas petitis dispensari a minimis etiam mortificationibus, quas ipsa etiam Ecclesiæ reddidit mitiores? Numquid in rosis accubabitis vos, qui semper in jugi periculo versamini amittendæ innocentie, quam Sanctus, licet ab omnibus illius amittendæ occasione procul abisset, se tuc non posse arbitratum est, nisi corpus suum inter spinas volutaret? Hic tamen in mortificatione imitandus est, si participes esse volumus meritum ejus, & gloriæ. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

imitari de Benedicto, hic dicitur ipse fuisse viduus esse deus.

# PRO SANCTI FRANCISCI DE PAULA INSTITUTORIS ORDINIS MINIMORUM, P A N E G Y R I C O. M O N I T U M.



*Sanctus Franciscus de Paula ornamentum, & gloria sæculi sui; vir ille adeo admirabilis, humilis, summiisque honoribus apud omnes affectus; Propheta ille, & opifex miraculorum, qui in vita sua omnia transactorum sæculorum miracula instauravit; magnus ille vir, ut verbo me expediam, eminentes ejus virtutes sunt instar totidem miraculorum, adeo notus est, atque tot eruditorum Scriptorum laudibus celebratus, ut nulli deesse possit ad ejusdem Panegyrici Orationem habendam supellex. Ceterum virtutum, miraculorum, & illustrium factorum copia, quibus magni hujus Sancti vitæ repleta est, efficit, ut negari operis & laboris sit uno sermone omnia complecti, quin aliquid omittatur, quod Panegyricam Orationem illius imperfektam relinquat.*

*Dua tamen sunt virtutes præcipue, quæ Sancti hujus characterem constituunt, ad quas referri possunt ea omnia, quæ illum admirabilem, atque imitabilem mortalibus præ reliquis præstiterunt; humilitas videlicet, & charitas, quarum altera illi nomen tribuit, altera verò fuit velut vexillum, quod illi Cœlum obtulit, ut Ordo suus hoc stemmate ab aliis dignosceretur. Igitur ad duplicem hanc fundamentalem Christi-nismi virtutem, quæ facta quodammodo sunt S. Francisci propriæ, referemus quidquid colligere licuit ad incomparabilem viri hujus elgium concinnandum, qui humili simplicitate, & verè christiana charitate adeptus est solidam gloriam, ad quam neque callidissima politica, neque abolutissima Principum superbia unquam pervenit.*

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

*Qui humilitatis fuerit, erit in gloria. Job 22.*



Uamvis peccatorum tantummodo virtus esse videatur humilitas, cum ad se reversi penitentiam viam ingrediuntur: dicere nihil locius licet, hanc propriè virtutem esse Sanctiorum amicam; quia cum magis his persuasum est de suis infirmitatibus, & de Numinis Majestate, quo pluribus de cælo illustrantur luminibus, & beneficiis augentur, eod majorem Deo tribuunt honorem, magis de propriis viribus diffidunt, & in Deo uno consistunt. Hoc initio suffulti statuere possumus probationem sanctitatis S. Francisci Paulani; cujus mens, cor, affectus omnes, nomen, Ordo humilitatem inspirat; cum qua natus est, & per quam ille vixit. Verum cum in ordine providentiæ divinæ, gloria sequatur humilitatem, hoc etiam in mundo, secundum ipsius veritatis Oraculum: *Qui se humiliat, exaltabitur*: hic homo in deserto suo absconditus, & in semet quodammodo exinanitus, factus est in præstantissimum instrumentum, quo Deus usus est in Ecclesiâ, ut suam ostentaret potentiam: homo hic, qui reliquis sese submiserat hominibus, factus est Regum, ac Principum terræ Dominus; homo hic, qui puerorum innocentiam, beatamque simplicitatem servavit, ipsos sæculi prudentes docuit sapientiam. Possumus ergo Sanctum Franciscum de Paula considerare:

1. Magnum in humilitate sua;
2. Magnum in dignitate sua.

Hæc duæ erunt sermonis hujus partes; hæc duæ species ad quas omnes illius virtutes referentur.

Pro Sermonis themate illa Canticorum verba desumi possunt: *Ordinavit in me Charitatem*; vel ut alia habet lectio: *Vexillum ejus super me charitas*. Cant. 2. Quemadmodum Regulares Ordines, qui eximium Ecclesiæ ornamentum constituunt, totidem sunt auxiliares copie, quas illa opponit vitio, omnibusque viribus Interni. Horum autem singuli suam habent vexillum, & sym-

*Hendry, Paneg. Tom. II.*

bolium, quo invicem distinguuntur, hoc est alicujus virtutis exercitium, munus aliquid, æquæ vitæ rationem sibi propriam, vel aliquod Evangelicum dictum, quod potissimum proficiunt. Itaque dicere possumus aliorum stemma, aut vexillum orationem esse, & contemplationem; aliorum recessum, ac solitudinem; horum zelum salutis animarum; illorum denique exercitia penitentiae, & mortificationis: non tamen ex eo quod in una tantum virtute sese continent, vel in una Religionis exercitatione; sed quia hic eorum spiritus est, hic finis Institutionis suæ, hic ille character, quo distinguuntur, sicuti indumentum efficit, ut extrinsecus eorum discrimen appareat. Hoc in sensu S. Franciscus de Paula pro simbolo, & vexillo charitatem habet virtutum omnium præstantissimam; Omnium Religionis exercitationum sanctissimam, & gloriosissimum munus Christianismi: *Vexillum ejus super me charitas*. Illud vexillum hoc de cælo ad ipsum delatum fuit, & pro simbolo, ac stemmate datum. Hoc in vita illius narratur, & hoc hodierna die pro Elogii ipsius fundamento mihi vindico; quod sermonis hujus argumentum constituit meditatam sum, cogitando gloriosum hoc Charitatis vexillum.

1. In corde illius, ut olim Sponsa Canticorum, idque, ut ostendam, Deum exercituum integram illius possessionem adisse; & vias, quas Deus secutus est, ut illum ad sublimem adeo Sanctitatis gradum attolleret.

2. Considerando hoc idem vexillum in manibus ejus; quæ res illum victorem omnipotentem, & gloriosum coram Deo, & coram hominibus reddidit. Vexillum in corde significat effectus Charitatis in Sancto hoc vito; rationem omnium consiliorum ejus, objectum votorum omnium, & animam cunctarum actionum: hoc ipsum vexillum in manibus ostendit nobis victorias, atque triumphos Charitatis illius. Quæ tota erit hujus Orationis partitio. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

B

Qui

*Qui humiliatus fuerit, erit in gloria; Job 22.* S. Franciscus Paulanus vir ille, qui toto vitæ suæ tempore laboraverat, ut lateret, & qui sese aliorum pedibus subjecerat, & qui non reperiebat deferta adeo obscura, vel locos satis imos, quæ suo responderent sese humiliandi, & annihilandi, desiderio, vidit se honore, & gloria cumulatam coram hominibus. Sub hac imagine illum hodierna die considerandum vobis propono.

1. Ille se humiliavit, 2. Ille exaltatus fuit. Humilitatem ejus, sed & gloriam illius hodierna die oculis vestris conspiciendam subjicio; quia inde fructum percipere poteritis ex sublimibus illius exemplis progressum referentes: *Qui humiliatus fuerit &c. Ex Specimine Oratorum Panegyricorum.*

IV.

In Sancto Francisco Paulano hominem habemus admirabilem, qui in statu naturæ corruptæ servavit innocentiam, quam in statu naturæ sanæ, & incolumis primus hominum parens amisit. Sanctus hic vir servavit gratiam, atque sanctitatem baptismi ad extremum usque vitæ suæ spatium, eamque servavit per eas virtutes, quæ ex diametro oppositæ sunt peccato primi parentis, illum igitur sub triplici hoc adpectu possumus inquirere.

1. Adam per superbiam gratiam amisit, nimium temere fidem adhibens promissionibus Serpentis, se Deo similem futurum; Et S. Franciscus proflus opposita virtute se ipsum inspicit tanquam novissimum, ac minimum, & veluti nihilum non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

2. Adam per ignavam indulgentiam, ac metum ne conjugii displiceret, Dei mandatum perfregit ex vetito fructu comedens; Sanctus vero noster tantum abstuit, ut Principum, Regumque illecebris seduci se sineret, tantum abstuit, ut metueret, ne illorum metu vinceretur, ut imo constanter illorum vitia, noxasque pestingeret.

3. Ad immoderantiam illum adiecit, ut vetito fructu vesceretur. Sed S. Franciscus Paulanus tantæ fuit abstinentiæ, ut non solum ex vetitis fructibus non comederit, verum etiam licitas sibi epulas interdixit.

Tres hæc virtutes humilitatis, generositatis, abstinentiæ secuti sartam rectamque Dei gratiam contra inimicos nostros tuebimur. Humilitatem obijciemus superbiæ, quæ vitiorum omnium fons est; generositatem inani bus terroribus, quos Mundus incutere potest; abstinentiam denique temptationibus carnis. *P. le Jeune Presbyter Oratorii.*

V.

Offendi potest S. Francisci de Paula character, qui in se ipso conjunxit, 1. Magnam innocentiam, quam toto vitæ suæ spatio servavit incolumem per penitentiam, quæ in Dei Ecclesia austerissima habetur; Magnam simplicitatem, qualem præscribit Evangelium, cum eminenti sapientiâ, quæ effecit, ut omnes Mundi sapientes illum colerent, consulerent, admirarentur, ita ut Reges, & Principes verba illius oraculorum instar exceperint. 3. Profundam humilitatem cum Sanctitatis fama, quæ in omnem terrarum orbem pervasit propter miracula innumera, quæ quibuslibet in occasionibus operabatur, & quæ illius probabant apud Deum auctoritatem.

VI.

S. Franciscus de Paula charitatem in præstantissimo gradu exercuit, necnon humilitatem usque in abyssum. Et profecto quisnam duas hæc virtutes archiori fœdere simul conjunxit? Humilitas illi nomen dedit; charitas vero scutum, quod de cælo ad ipsum Angelus detulit. Humilitas illum cunctorum hominum pedibus subjecit; charitas illum usque ad divinitatis sinum exaltavit. Ubi considerari potest acta duarum harum virtutum necessitudo; quantum primam voluit Dei Filius, ut ab ipso differeremus: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde;* ex altera vero nobis peculiare præceptum proposuit. Itaque in magno hoc viro considerare possumus

1. Profundissimos humilitatis sensus, & maxime admirabilem humiliationum praxim,

2. Amorem, & praxim charitatis, quæ præstantissima est, & maxime sublimis.

Humilitas, Charitas, & mortificatio tres sunt virtutes, quæ potissimum in S. Francisco Paulano eniterunt; sed considerari possunt in triplici diverso statu, in quo Sanctus hic vixit, & in quo tres hæc virtutes, quæ proprium illius characterem constituent, exercuit.

VII.

1. In deserto, quò se recepit tenera adhuc ætate, qua cepit sese devovere Deo, procul ab omni mundi consuetudine sejunctus, 2. In Statu Religioso, cum Ordinem instituerit, ubi ad gloriosæ Institutionis exemplum tres hæc virtutes exercentur.

3. In Regum aula, ubi nihil de consueta vivendi forma immutavit, nihil de austeritate, paupertate, charitate, & humilitate invenit, inter plausus, & mortalium omnium existimationem.

VIII.

Ad S. Francisci Paulani Elogium concinnandum, vobisque ostendenda illius merita, & sanctitatem, ne expectetis me apud vos verba facere vel de charitate ardenti, qua illius anima æstuabat, vel de admirabili fide, qua procellas ad maliciam vocabat, & montes transferebat, vel de insolita austeritate, quam admirari potius quam imitari possumus, non secus ac propheticum illum Spiritum, quem illi contulit Deus, & quo futurorum arcana legebat, hominumque intentiones considerabat, Sinite, queso, ut illius laudes meæ accommodans infirmitati, verba faciam de gloria illius humilitate, vobisque ostendam, quemadmodum unquam fuit ex iis, qui inter Sanctos humilitatis laude maxime nituerunt, unquam etiam fuisse ex iis, qui præ ceteris in honore habiti sunt: ita ut inter gloria suæ sublimitatem, ac humilitatis profunditatem ratio quadam intercesserit. *P. Senault Oratorii Presbyter.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia potest ad has Sermonum structuras exornandas; & Auctores de his rebus agentes.

Testimonium, quod Philippus de Comino magno huic Sancto perhibuit, quem vidit, & cognovit. Nil præstantius dici potest iis, quæ fidelis iste narrat Historicus, qui omnia solo veritatis amore, neque alio affectu exponit. Liber, cui titulus, *Vie, & miracles de Saint François de Paul;* editus a P. Claudio du Prévier, Duaci editus.

Historici vice sancti hujus, & qui de illius factis, miraculis, quæ scripserit.

Pater Hilarion de Coste hujus Religionis Sacerdos, in libro, qui inscribitur; *Le Portrait de Saint François de Paul,* vel *l'histoire abrégée de sa vie.*

P. Franciscus Viçton latinè edidit vitam Sancti hujus.

Cardinalis Simoneta compendium edidit vitæ Sancti ejusdem, ex quo desumptæ fuerunt octo Lectiones, quæ per Octavam in toto Ordine perleguntur.

Pater d'Attichi, qui mox Augustodunensis Episcopus creatus est, non mediocriter voluminem edidit, ubi ea congestit omnia, quæ alii de hoc argumento dixerunt.

Idorus Toscanus de Paula Italicè præ ceteris fufius argumentum hoc pertractavit.

Baptista Fulgofus libr. 2. *sua Miscell.* Auctor hic, qui proximus erat tempore Sancto Francisco Paulano, narrat quibus honoribus affectus fuerit a Ludovico XI.

P. Theophylus Renaud nono operum suorum Tomo, cui titulus, *Hagiologium Exoticum;* fufius descripsit vitam, & actiones trium Institutorum Ordinum, quorum alter est Franciscus Paulanus, ubi factis, exemplis, auctoritatibus ostendit quidquid Sanctum hunc magnum effecit coram Deo, & coram hominibus.

Sunt & alii Auctores, qui de S. Francisco Paulano

Iano scripserunt memorari ab Eschenio, & Papebrochio in Actis eruditorum pro mense Aprili: sed præterea duo isti eruditissimi viri acquisiverunt, & collegerunt omnes actus, testimonia, allegationes, quæ productæ fuerunt in Sancti hujus Canonizatione, & quidquid in laudem ejus dici potest.

Afatici.

P. Nover in tomo suarum Meditationum de vita Jesu Christi in Sanctis suis præclarum habet meditationem hujus argumenti pro secunda Aprilis die.

P. Haincveuve in parte altera meditationum sub finem voluminis unam fati amplam habet.

P. Croiset in Exercitiis Pietatis pro mense Aprilis, edidit Compendium vitæ, virtutum, miraculorum, & præcipuarum actionum Sancti hujus.

Concionatores Recentiores.

Flechier in Panegyricis. Birot Tomo altero Panegyricorum.

P. Senault Oratorii. P. le Jeune Oratorii.

Ogier Tomo secundo Actionum publicarum. Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta Tomo 2. Panegyricorum.

In Specimine Panegyricorum; triplex adest synopsis, vel compendium Sermonum in laudem S. Francisci Paulani.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, figura, & applicationes Scripturarum huic Argumento.

**E**go minimus in domo Patris mei. Ait Gedeon. Judic. 6.

*Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Job 22. Humiles posuit Deus in sublime. Jobi 5.*

*Humilem Spiritu suscipiet gloria. Prov. 29. Quanto magis es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Eccles. 35.*

*Ubi est humilitas, ibi est sapientia. Prov. 11. Si quis est parvulus, veniat ad me. Ibid. Exerit cum Dominus ab humilitate. Eccles. 15.*

*Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11.*

*Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Luc. 5.*

*Hic est verè Israelita, in quo dolus non est. Joann. 1.*

*In humilitate superiores invicem arbitantes. Ad Philipp. 11.*

*Invicem humilitatem infuset. 1. Petri. 4. Ecce elongavit fugiens, & mansit in solitudine. Psalm. 54.*

*Rectus facite in solitudine semitas ejus. Isa. 40. Agebat a Spiritu in desertum. Luc. 4.*

*Humiliabam in jejunio animam meam. Psalm. 34. Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia, in jejunio. Ad Corinth. 6.*

*Pertranstite benefaciendo, & sanando omnes. Act. 10.*

*Charitas urget nos. 2. ad Corinth. 5. Charitas vestra magis, ac magis abundet in operibus bonis. Ad Philipp. 1.*

*In Charitate radicati, & fundati. Ad Eph. 3. Omnia vestra in charitate fiant. 1. Cor. 16. Ordinavit in me Charitatem, vel vexillum super me charitas. Cant. 2.*

*Amplificatus est in mirabilibus suis, & quis potest similiter se gloriar? Eccles. 48.*

*Quis est hic, quia venit, & mare obedunt ei? Matth. 8.*

*Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in signis, & prodigiis, & virtutibus. 2. ad Cor. 12.*

*Exempla, & Figure ex Scripturis depromptæ.*

Offendit Deus in Sancto Franciscus novam imaginem Eliæ Prophetæ.

**S**icut Filius Sirach in 48. Ecclesiastici capite de Propheta Elia hæc profert: *Amplificatus est in mirabilibus suis; & quis potest similiter se gloriar? sibi sibi:* Fuit hic ex maximis Prophetis, quos Deus populo suo tribuerit. Propheta, qui naturæ do-

minus legem irrogabat elementis, & cujus vultus ipsa etiam sensu carentia parebant; qui morte ipsa fortior ex manibus illius evellebat, quos illa mundo eriperat; qui veluti pronus condus caelestium gratiarum ad libitum earum fontes aperiebat, & claudere; Propheta, quem nulla unquam maxime terribilium potentia deterruit, & cujus amicitiam Reges ambierunt, qua ille usus tantum est, ut illos Deo conciliaver. Hic ille est vir adeo magnus miraculis, cui nemo potest comparari. *Amplificatus est in mirabilibus suis, & quis potest similiter se gloriar? sibi?* Ecce nihilominus hominem, qui, audeo dicere, cum illo est comparandus; est autem S. Franciscus Paulanus, quem olim Patres nostri admirati sunt, & quem ipsi modò veneramus. Ita sanè, volens Deus novissimis hæc temporibus ostendere brachium suum abbreviatum non esse, in Sancto hoc viro omnia descripsit ea lineamenta, quæ olim Prophetæ contulerat. Hunc, ut illum, de solitudine eduxit, ubi pietas effecerat ut sibi contra mundi corruptionem inveniret; ut mundum reperire posset in Solitario, unde suam confringeret sapientiam, per ea ipsa, quæ secularium oculis magis contemptibilia poterant videri.

Novi hujus Samuelis mater adhuc ab utero tubentem hunc pietati devover; voluit, ut Dei domus fieret domus ejus. Ubi per ætatem agnoscere potuit virtutem, misit eum ad illam exercendam apud Sanctos, humilesque Regulares, ut humilitas illi quodammodo fieret naturalis. Ipsa ulro sibi solatium adempti videndi filium, quem Deo potius, quam sibi optaverat, ne labes sæculi quoquo modo innocentie ipsius puritatem pollueret. Ut nascenti puero hujus humilitati faveret, permisit Deus, ut educaretur non in scientia, quæ inflat, sed in charitate, quæ ædificat. Cum civiles discordiæ, cum omnia susleque miscuissent in Sicilia, & Publica Gymnastia, vel dissipata essent, vel omnis ad illa interclusus esset aditus ipsi; Deus magistri vices cum illo exercuit in solitudine, & in silentio, & docuit illum Sanctorum scientiam, quæ veros humiles facit. Nullus fuit unquam docilior, vel attentior discipulus. Studebat hic non quomodo suum expoliret ingenium, sed quomodo cor suum emundaret; in preces transigebat totum illud temporis spatium, quod alii in humana studia transmittunt: studia, seriæ ætatis inutilis nugæ, & communis superbiæ, & ambitionis inherentium ipsi fundamentum; studia, quæ nil profunt, nisi ut ratio adhuc infirma sub pondere difficultatum passim occurrentium fatigerur; studia, quæ nec ad Dei gloriam, neque ad Ecclesiæ utilitatem instituta veritatem adfectatis subtilitatibus miscant, inanemque ingenii sibi blandientis alunt oblectationem.

S. Franciscus de Paula tamquam alter Samuel ab ipsa nativitate Domini servitio devoverat.

Æquo jure S. Franciscus de Paula potest etiam cum Elia Propheta iterum comparari: Crederetis ne Sanctum hunc virum habere potuisse persecutorem in Christiani Principis persona? Habuit tamen. Ferdinandus Neapolis Rex, ejusque duo filii nimium faventes indignationi nonnullorum aulicorum suorum, quibus Franciscus non admodum placebat, cuidam militum duci imperium dederat, ut illum capivum tenerent. Quam periculose plenum opus est alex eorum adversari cupiditatibus, quibus nimia potentia persuadet, sibi jus esse ea faciendi, quæ sibi placent? Sanctus noster facere non potuit quominus factum eujusdam Principis adolescentis data in occasione improbarer, quin Dei causam proderet; quæ res illi magnam hanc persecutionem conflavit. Fingite vobis id, quod imple Jezabel odium contra Dei viventis Prophetas illi suavit adversus Eliam prophetam. Hoc ipsum Francisco accidit. Dux a Neapolitano Rege immisus milite sepelit illius solitudinem, ne sibi elaberetur. Discipuli autem S. Francisci ad arma concurrunt; ipse vero Franciscus omni carere metu in tanto, quod ipsi imminet, periculo. Filios suos confirmat dicens, an velitis, nos frui protectione Dei exercituum, & frustra homines in-

Sanctus hic Elie similis etiam in persecutione, quam passus est.

Handey, Paneg. Tom. II. B 2 exci-

excidium meum conjurasse, si Domino cœli, ac terræ placet, ut diutissime vivam. Videns autem ducentum cum satellitibus accedentem, nequaquam iratus est contra illos, neque Prophetam imitatus ignem elicit de cœlo, quo absumerentur; sed illis solita lenitate occurrens, ecce me, inquit, paratum, ut iracundiæ Domini vestri vidima cadam; insigite ubi vobis libitum fuerit, mortis idem, quo gloriæ Dei mei sum immolandus. Dux venerabili Sancti hujus adpectu, lenitate, ac miraculis, quæ operabatur, permotus, sese ad illius pedes prosternit, eumque rogat, ut pro se proque Principibus suis Deo preces effundat; & statim ad Regem reversus nuntiatis iis, quorum ipse oculis suis usurpaverat, repente fuit, ut omnium corda converterentur. Aded verum est, eos qui in speciem videntur infirmissimi, in Deo vim reperire, quæ omnem humanam potentiam exuperat.

Longè aliter egit Deus cum S. Francisco Paulano; & atque olim cum Arsenio. Cum Sanctus hic Imperator Arcadii, & Honorii præceptor esset, diu, & cunctis precibus Deum fatigavit, ut sibi eam ostenderet viam, qua post se melius divinæ Majestati placere, nec non saluti suæ tuto consulere; audivitque vocem sibi dicentem: *Fuge, late, tace.* Fuge aulam, quæ commune est cupiditatum omnium domicilium; tunc mortalium oculis subtrahere, ac tace. Paruit ille; Aulæ vale dicit, in horreis deserti latebras se recipit inter belluas; & aded profundum silentium servat, ut jam omnem humanitatem, & loquendi usum abjecisse videatur. Franciscus autem, contra, cum se in arctissimam cellulam recepisset, Dei Filius per Vicarium suum illi recepit, ut de solitudine sua egredere, aulam adiret, & omnibus se prodiceret. Aded aperit novæ, Dei gratiam, quæ ubique semper humilem Franciscum comitabatur, ita bene illum in humilitate fundasse, ut sese præberet invulnerabilem vanitati.

Religiosi Ordines sunt imagines Ecclesiæ, eorumque Institutores, Figura sunt Filii Dei. Sicut Saluator nil Ecclesia sua majus effecit, Institutores Ordinum nil illustrius ordinibus suis effecerunt. Hæc sunt præstantissima manuum eorum opera, imagines virtutum suarum, ac spiritus sui characteres. Pro ipsis eandem habuere charitatem, eademque studia, ac Jesus Christus pro Ecclesia; & sicut hic pro eadem mortem subire voluit; summi etiam illi vici pro Ordinum suorum institutione, ac regimine vitam suam consummarunt. Quamvis fors, vel opinio, vel locus aliquid contulisse videatur, ut aliquibus eorum nomen tribueretur, plures ex Sanctis Institutoribus ordinibus suis nomen fecerunt, volueruntque ut eorum nomina simul filiis suis ipsorum officia exhiberent. Elias propheta Ordinem suum a Monte Carmelo nuncupavit, loco, ubi ille primus sedem suam constituit, ut Filii sui non oblii, ubi Ordo suus originem sortitus fuerat, meminissent, se eremitas esse, quibus nulla erat habenda cum secularibus necessitudo. Sanctus Dominicus Ordinem suum Prædicatorum nuncupavit, ut Filii sui intelligerent præcipuum ipsorum officium esse prædicare Evangelium, & si Scientiam, & virtutem fuissent adepti, adhibendos esse, ut Filio Dei subditos lucrarentur. S. Ignatius nomen Societatis Jesu Ordini suo tribuit, ut illius affectu docerentur, se totidem esse debere viventes Jesu imagines, quem factis, ut nomine, exprimere tenerentur. Cum autem S. Franciscus de Paula Ordini suo facturus fuit nomen, suam consuluit humilitatem, dilectam virtutem suam adhibuit in consilium & sicut illa cæterarum actionum suarum regula videbatur, in hoc etiam aliarum principem esse voluit, & quandoquidem ordo ipse futurus erat æternum spiritus sui monumentum, æternum quoque fieri voluit humilitatis sitæ testimonium. Elegit ergo nomen omnium humillimum, ut suo Ordini imponeret; & non obliis Ecclesiam a Dei Filio *pusillum gregem* nuncupatam fuisse, & membra illum consti-

tuentia, *minimos suos*; Quod *uni ex minimis meis fecisset*; censuit, sibi ad Jesu Christi imitationem filios suos *Minimos* esse appellandos. Et profecto hoc illis humile simul, & gloriosum nomen tribuit, quod a cæteris Regularibus distinguuntur, & quod testatur, humilitatem virtutem fuisse Patri suo dilectissimam. Quod Ordines alii appellantur vel a solitudine, vel ab Institutum penitentia; Sancti Patriarchæ Francisci Paulani ordo deseret æternum characterem humilitatis Institutum hujus, & quotiescumque recordabimur, filios suos ab ipso Minimos fuisse appellatos, nobismet persuadebimus, ipsum illis virtutem hanc in hereditatem reliquisse, & velle, hanc illorum in Ecclesia gloriam constituere, quemadmodum eorum characterem constituit.

*Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.*

**Quatuor sunt minima terre: & ipsa sunt sapientiora sapientibus.** Proverbi. 30. Sancti omnes humiles fuerunt, vel Sancti non sunt; alii tamen magis, alii minus, secundum eorum cooperationem. S. Franciscus Paulanus hæc peculiari gratiam obtinuit, ut perfectè esse post se humilis, & parvulus, quemadmodum docuit Dei Filius. Etenim quidquid efficit, ut homines sint parvuli ea parvitate, quæ maximos, & sapientissimos facit, refertur ad quatuor virtutes, quæ in vita illius fulgent, de quibus dici potest quod Sapiens dicebat; *quatuor sunt minima terre, & ipsa sunt sapientiora.* Hæc autem virtutes sunt, paupertas bonorum, simplicitas spiritus, subjectio omnibus hominibus, atque tribulationum amor. Nihil est in mundo humilius, nihil vel magis contemptibile, vel contemptum magis quatuor hisce virtutibus. Humiles autem sunt pauperes, simplices, qui tribulationes patiuntur, & qui humiliter loco nati sunt: non secus ac divites, sapientes, omnibus commo- dis suis gaudentes, & mundi nobiles; maximo habentur in pretio. Cum aliquis paupertatis eligit statum, simplicitatis, subjectionis, tribulationis; sibi que complacet, glorieque venit, se ipsum in infimo loco constituit. Hoc præstitit S. Franciscus Paulanus, qui ided tantopere amavit paupertatem; ut elemosynis dumtaxat viveret; spiritus simplicitatem aded coluit, ut semper rudis haberi voluerit; tantopere dilexit subjectionem, ut semet infra omnes esse astimaverit, & sacerdotio insigniri noluerit, aded contemni sibi placuit, ut magna oblectatione afficeretur, cum se nihili fieri cognosceret. Si Sanctus hic vir ordinem instituit, hoc propter hujus parvitas amorem effecit; ut tot parvulos faceret, quos Religiosos haberet, & ut æternum hujus rei vigeret memoria, voluit Religiosos suos *Minimos* appellari, ut intelligerent ipsos debere semet *Minimos* ducere, & lætitia affici; si omnes eos ducerent, Minimos, pauperimos, subjectissimos, remotissimos ab omnibus mundi honoribus, omnibusque bonis, quæ superbiam sapere possunt.

**Qui major est in vobis, fiat sicut minor.** Luc. 22. Apostoli postquam tot a Dei Filio acceperant documenta, ac exempla humilitatis; agrè illam exerceverunt, immo etiam oborta inter ipsos contentio est, *quis eorum videretur esse major.* Sed longè aliter sentit S. Franciscus de Paula, tantum enim abest, ut aliis se majorem putet, ut querat, quinam sit minor, & non appellari nolit *major*, imo nec *minor*, sed *minimus*; Neque solum hoc sibi vendicat nomen; sed in praxim redigit, atque effectum ostendit; & de Religiosis ejus dici possit: *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse minor*, atque S. Franciscus de aliis filiis suis referentem palmam, se præbuisse minorem minimum ad exemplum S. Pauli, qui ut suam parvitatem & humilitatem exprimeret, dixit, se minimum esse omnium Sanctorum: *Nisibi minimo omnium Sanctorum.*

Ord.

**Ordinavit in me Charitatem ... seu, *Vexillum super me Charitas.*** Cantic. 2. Sicut varia sunt Charitatis in vita Christiana officia, ita mirum esse non debet, si in Scripturis exhibetur sub multiplici symbolorum varietate, quorum aliis natura, aliis verò ejusdem effectus nobis repræsentantur. Ex Principis Apostolorum sententia experimentum est, quod peccatorum multitudo contegitur: *Charitas aperit multitudinem peccatorum.* S. Paulus illam thoracem vocat nullis inimicorum telis perviam, qua contra omnes eorum impetus nosmet tuemur; *Induti loriceam fidei, & Charitatis.* Dei Filius illam ignem ardentem, omniaque absumentem appellat: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Sed Canticorum Sponsa, quæ hac virtute omnino erat ornata, & ejus singula verba totidem mytheria sunt, ita illam nobis describit, ut id fecisse videatur dumtaxat ut exhiberet nobis charitatem insignem S. Francisci Paulani; dum illam *vexillum* appellat, quod animarum sponsum super illius cor posuerat, ut ostenderet, hoc trophæum esse suum, & se filius omnimodam possessionem adiisse. *Vexillum ejus super me Charitas.*

**Ordinavit in me Charitatem.** Cantic. 2. Ordo Charitatis, quem posuit Deus in corde S. Francisci de Paula, hic est, ut non nisi per divinæ Charitatis impressionem operetur, & ut illam sibi vitæ totius principium, canonem, & finem constituat. Dicit etiam potest, hanc fuisse nativitate ejus principium; liquet enim, parentes ejus hunc a Deo obtinuisse tamquam orationum bonorumque operum suorum fructum, per merita Seraphici S. Francisci Assisiani; quasi necesse fuisset, ut Seraphim in amore Dei, aliud daret eo tempore, quo in terra charitas intepuisse videbatur. Eadem etiam dies, quo in lucem editus fuit, Charitatis simbolo fuit connotata; quippe cœlestis ignis adter visus est super domum, ubi prodit in vitam. Deinceps verò a teneris usque unguculis & inter ipsa crepundia in Dei timore, & amore innutritus, ipsa innocentiore ætate palam ostendit Charitatis magnitudinem non ex virtibus corporis, neque ex numero annorum esse dimetiendam. Nondum e pueris excederat, cum illius primos ardores expertus est, vel dicam melius, cum cordis illius possessionem Charitas adiit. Deum unum amavit; unum hunc quaesivit, cum uno hoc conversari voluit, atque ut hunc ex toto corde, omnibusque virtibus suis amaret, procul ab omni mundi hujus consuetudine in desertum secessit; quod in ejus Officio palam testatur Ecclesia: *divino ardore succensus in eremum secessit.* Ibi ille sese penitus divinæ huic mancipans Charitati, quæ omnino in omnes affectiones illius exercebat imperium, divinis ardoribus sui summa capie cum oblectatione; ibi seque tamquam in infinitum super terræ hujus vilitatem, & secularia attollens negotia, quæ mundi, & seclatorum illius delicia sunt, atque veluti principium, ac finis ipsorum respicitur; tamquam columba in montem Sanctum hunc avolavit, se beatissimum ducens, si sancti amoris divinis ardoribus consummeretur.

**Discite a me quia mitis sum, & humilis corde.** Matth. 11. Si verum est unam tantum virtutem in perfectissimo gradu exercitam satis esse, ut quis Sanctus evadat; illam inquirentes, quæ S. Franciscum Paulanum ad tantum Sanctitatis apicem evexit, cuinam primas referre debeamus? quandoquidem ejus virtutem fuisse humilitatem: quæ sicuti est generale cæterarum fundamentum, asserere possumus, hanc illam esse, per quam ad tantam evasit perfectionem, & altissimam gloriæ ipsius verticem esse, profundissimam exercuisse humilitatem; quam nobis etiam, atque etiam Dominus commendat, cum ait: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* His verbis non docet ille, operari miracula, cæcis oculorum aciem, surdis aurium usum, mortuis vitam reddere; verum quidem est ab illo doceri *Honary, Paneg. Tom. II.*

virtutem, ejus exercitatio nequè difficilis est, ac mortuorum suscitatio; quoniam difficilius est humilem esse, quam hujusmodi parare miracula, cum superbia quodammodo sit de hominis essentia; verum ut nobis viam aperiret, ipse etiam dignatus est ejus facilitatem ostendere per effectus, quos aded frequenter nobis ob oculos posuit, ut nihil sit, quod objiciamus; & in hoc dignoscere possumus quænam extiterit Sancti Patriarchæ Francisci Paulani præstantia, qui toto vitæ suæ tempore exercuit virtutem, quæ aded supra hominem posita est, & qui Discipulis non aliud suavit, quam praxim virtutis hujus, quæ est cæterarum regina; ed usque ut ejusdem nomine insignirentur; quæ in re Sanctus hic vir imitatus est Dei Filium; nam licet plurima operatus fuerit prodigia longissimè supra naturam posita, commendavit solum Discipulis suis, ut hoc unum facerent, videlicet ut mites essent, & humiles corde: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quemadmodum Saluator Discipulis suis tradiderat.

**Scientia inhatur; Charitas vero edificat.** 1. Cor. 8. Ex quo scientia charitatem superat, atque uberior est hac virtute, satis commune est ab illa virtutem extingui. Scientia non debet crescere, nisi prout charitas accipit incrementum. Charitas ex D. Paulo scientiæ præferenda est: *Supereminentem scientiæ charitatem;* hoc enim est idem ac si diceret: Charitatem, quæ supereminet scientiæ; vel ex aliquorum sententia, Charitas ipsa scientia est supereminens quasi diceret, supereminentem scientiam charitatis; quicumque enim possidet charitatem, citò ad sublimem Dei cognitionem perveniet. Ita hoc discriminis adest, S. Augustinus ait, inter divinarum, & naturalium rerum cognosciones, quod videlicet istæ necessarid præcedunt amorem, quo illas deperimus, charitas verò ut plurimum magna præcedit lumina, quæ habemus a Deo, quæ ipsum communicat amantibus se: *Vos dixi amicos, quia omnia, quacumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Hinc videmus aliquandò simplices homines, sine studio, sine acuminè nonnunquam amplissimos de Deo sensus fovere, quam alius quilibet maximo donatus ingenio; quia illi ardentius diligunt Deum; Deus verò mentem illorum replet luminibus, prout cor eorum ardore plenum est. Charitas fuit scientia electa a S. Francisco Paulano, & licet satis sublime fortitus esset ingenium, ut per humanas scientias inter homines emiseret; ille tamen semper quaesivit potius humilem simplicitatem, quæ ipsum extulit ad tantum divini amoris gradum, undè hausit altissimas cognosciones longè plurimis in vias; quæ propter ille pro Ordinis sui stemmate Charitatem elegit.

**Charitas non inhatur.** 1. Cor. 13. Scientia, inquit S. Paulus, loquens de scientia etiam divina, ac revelata, vanitatem parit; sed Charitas edificat; charitas, cujus comes individua est humilitas. Virtus hæc perfecit S. Francisci Paulani fidem; hanc ex omnibus christianis virtutibus unam maxime dilexit, ipse illam impensius excoluit, ardentius, & constantius exercuit. Seu qua ad Deum pertinet, fidem ejus animavit, ut eum summopere magnam, & infinitè amabilem consideraret, seu qua ad proximum spectat, impulit hanc eandem fidem ad hæc prodigia patranda, & efficienda miracula, nisi ut illum consolaretur, edificaret, aggrotanti opem afferret vel lapsam a sceleribus revocaret; quo in munere aded feliciter omnia illi cesserunt, ut injuria quis in hoc Sancto Eremita reprehendat contemptum, quo neglexit scientias, & artes, quæ ad vitæ nostræ solatium, & subsidium excogitata fuerunt; fides enim per Charitatem operata peperit effectus toto cælo magis admirabiles atque utiles, quam omnes artes, ac scientiæ. Ignorabat quidem Philosophiam; sed omnia illius placita evertit miraculis, ut in mentibus incredulorum fidem stabiliat. Ignorabat Medicinam, sed incurabiles etiam ægritudines pellit; deserta efficit xenodochia, integrasque frequentat urbes, quas

B 3

Dei Filius longè aliter se gessit cum S. Franciscus olim cum Arcadio.

Ordinum institutores imitari sunt Jesum Christum in institutione Ecclesiæ, & quam in re S. Franciscus Paulanus illum fuerit imitatus.

S. Franciscus Paulanus fuit perfectè humilis.

Ordo Charitatis, quem posuit Deus in corde S. Francisci.

Charitas præferenda scientiæ vel potius ipsa est scientia admirabilis. Ad Eph. 3.

Jean. 15.

Sanctus hic humilitas, per fidem, & charitatem de Ecclesiâ, & proximo melius est meritis, quam si omnes humanas scientias possideret.

Matth. 11.



saeva lues ad horrentem solitudinem redegerat. Ignorabat iustitiam; sed sexcentas aufert litteres; sexcentis contentationibus suam imponit, ac inveterata, & inter necina civium mulcet odia. Ignorabat Mathematica, & ipsam oppidorum propugnaculis muniendorum disciplinam; sed ipse valium est, quod toti Turcarum vi resistit, militarium Italiam universam post Tarantum captam, terribilem servitute. Ignorabat denique Rhetoricam, & Eloquentiam; tamen Eruditi viri, & ex quolibet statu Doctores pluribus in rebus, in quibus hospites, rudesque erant, opera ejus erudiantur; & ipse illis lumina praeberet, ut & se ipsos regant, & alios edoceant. Dicere igitur de sancto hoc viro possumus omnibus omnia fuisse, ut omnes lucrifaceret: Omnibus omnia factus. Ogiez in publicis Actionibus.

Victoria Christiana illi comparata, quam retulit Gedeon de Medianis.

Gladius Domini, & Gedeonis... tenuerunt lampades sinistris manibus. Judic. 2. & 7. Per arma illis omnino similia, quibus usus est Gedeon ad Medianitas penitus evertendos, S. Franciscus de Paula insignem retulit de Turcis victoriam, eosque ex Italia fugavit. Gedeon, & milites omnes manibus suis lampades deferebant, quibus victoriae suae faciem praeferrent; cum his Medianitas adortus eos ad internecionem delevit. S. Franciscus Paulanus ad quem in summa publicorum negotiorum desperatione Comes de Arena confugerat, ut infestissimo inimico resistere posset, non aptiora nactus est arma, quam Imperatori huic daret, nisi cereos benedictos, cum quibus, adjuvantibus Sancti hujus precibus, Imperator ille fidentia, & spei plenus contra infideles profectus est, de quibus aded perfectam retulit victoriam, ut illos omnino Italia exire coegerit. Non igitur humanae sapientiae fidendum est, neque fortitudini. Pauper Eremita sua in Deum confidentia, precibus lacrymisque suis ea in occasione cereis benedictis quos tamquam insignia militibus Christianis tribuit, id exequitur quod fortissimi ex illis sine hac ope talem sibi successum promittere non potuissent. Idem.

Nisi efficiamini ut parvulus iste non intrabit in regnum Caelorum. Matth. 16. Dei Filium erudire volens discipulos suos de statu, in quo esse debet anima fidelis, ut apta sit regno Dei, accepit puerum, & statuit illum in medio eorum, dicens illis, nisi similes fuissent illi, numquam ipsos in regnum Caelorum esse ingressuros. Mihi videtur aliquod simile hodierna die facere nobis proponeris imaginem innocentiae, simplicitatis, & humilitatis Sancti Francisci de Paula in persona discipulorum illius. Nisi efficiamini &c. Licet in capite omnem saeculi Sapientiam haberemus, sapientiores essemus omnibus Philosophis, ditiores, & potentiores Regibus omnibus, atque omnibus saeculi Politicis prudentiores; hac omnia nihil nobis prodesse nisi parvulum hunc, qui vulgo Minimus appellatur, imitati fuerimus; videlicet nisi illius habuerimus humilitatem, nisi Christianae simplicitatis illius participes erimus. Ogiez sermo 2. Actionum publicarum.

Sapientia Dei providens est erga sanctos quos in humilitate constituit, autem pro gloria suis constituit uterque.

Qui se humiliat, exaltabitur. Joan. 14. Quenam communis est Dei erga Sanctos Providentia? Nonne est illos magis, magisque attollere, prout ipsi se humiliant, implens hoc pacto illud Oraculum, quod ex ore divino emanavit: Qui se humiliat, exaltabitur? Nonne S. Bernardus nos docet hanc legem esse ab aeterno fundatam: Hoc est aeterna lege fundatum, Quemadmodum scit Deus superbos confondere, novit honorare iusti humilitatem; educit ergo illum de pulvere, in quo virtus sua illum constituerat, ut illum colloeret cum Principibus populi sui. Hoc pluribus in locis nos Dominus docet, ut amabilem nobis exhibeat virtutem humilitatis per spem mercedis illius. Gloria, Sapientis inquit, portio humilium est: Humilem spiritus praecedit gloria; alibique docet Humilitatem certum esse praedictum, & certissimum securae gloriae praesagium: Gloriae praecedat humilitas. Dicit elevationem necessarium esse effectum, & naturae praemium illius, qui sese humiliavit. Ita admirabili

sapientia temperamento Deus electos suos tueretur, & regit: ita S. Franciscum Paulanum humiliavit, atque extulit; incipit quidem illum humiliando, efficiendoque, ut altas jaceret radices in principali virtute hac, ne obrueretur pondere ejus gloriae, quam illi destinabat, & ad quam illum deinde extulit, ne succumberet sub pondere cognitionis propriae infirmitatis, & nihili. Effecit ut Sanctus hic sentiret, primum quidem se per se nihil posse; postmodum vero, se omnia posse in eo, qui illum confortabat confirmabatque. Eduxit illum Deus ex nihilo, in quo per humilitatem suam sese coarctaverat, ut mox sua illum fortitudine, atque sapientia indueret, & ut proponeret ipsam tanquam spectaculum saeculo suo, tanquam rarum hominem, cui, non secus ac Moysi, credidit donum prodigiorum, ac potestatem universae naturae imperandi. Verum o Deus! omnia haec dona sine amore tuo in oculis tuis nos efficiunt tanquam aes sonans, & cymbalum tinniens. Inutiles servi sumus, nullamque in regno tuo partem habemus, si facultate mutandi anni tempora, & efficiendi, ut nobis natura cuncta obsequatur, non accedat etiam amor noster; quod S. Franciscus mirum in modum praestitit. Die novissimo nos ipse repelles, cum te interpellantibus, utpote illum, in cuius nomine tot miracula fuerimus operati, respondebis, nescio vos; recedite a me. Opifices iniquitatis, nescio enim vos. Ad infinitum igitur majum hoc evitandum, concede nobis Domine gratiam te amandi, non autem patranda miracula; ut simus imitatores S. Francisci Paulani in charitate; & in miraculorum dono admiratores. Sermo Manuscriptus.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, & aliorum, quae ad hoc argumentum referri possunt.

Ode in te fundamentum humilitatis, & pervenies ad fastigium Charitatis. S. Augustinus. Verum humilem patientia ostendit injuste. Idem super Joannem.

Humilitate omnia facta vestra condiantur. Idem epist. 58.

Semper habet, unde det, cui plenum est postus Charitatis. Augustinus in Psalm. 36.

Stabile fundamentum est humilitas, neque si natec, illa virtutum congregatio non nisi ruina est. S. Bernardus l. 5. de consider.

Honorari appetunt multi in schola humilitatis. Idem serm. 1. Super missas est.

Humilitas duplex est, una, quam parit veritas, altera, quam inflummat Charitas. Idem serm. in Cantic.

Humilitas, simplicitas, & innocentia decur sunt animae. Ibid. serm. 45.

Humilitas, & mansuetudo collatae sunt. Idem serm. de Virg. Maria.

Humiliatos plures videmus, sed non humiles. Idem de verbis Apostol.

Dives est iste in miraculis, dives in virtutibus, dives in signis: reddidit caecis visum, surdis audirum, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sopitatem.

In summo honore summa sit humilitas honoris, laus est humilitatis virtus. S. Augustinus serm. 215.

Mensura humilitatis unicuique data est ex mensura magnitudinis. Idem de Sancta Virginitate c. 31.

In infirmitate humilitatis perficitur Charitas. Idem l. 4. de Trinit.

Tota & vera Christianae Sapientiae disciplina in vera, & voluntaria humilitate consistit. Idem sermone 8. de Eucharistia.

Humilitas charitatis est meritum; charitas humilitatis est premium. Ideo Tract. in Joann.

Si queris quid primum sit in Religione, & disciplina Christi? respondebo, primum est humilitas; Quid secundum? Humilitas; quid tertium? humilitas. Idem Epist. 56.

Rara

Rara & magna profecto virtus est, ut magna licet operantem, magnum te nescias. S. Bernardus.

Deum non nisi humiles contemplari possunt. S. Gregor. l. 27. Moralium.

Humilitas magnitudinem animi facit. S. Chrysostomus homil. 1. in Epist. 1. ad Corinth.

Humilitas non est sine magnitudine animi. Idem super Joannem. Homil. 7.

Charitas id potest, quod natura negat. Idem Homil. 50. ad popul. Antioch.

Humilitas sublimioris Philosophiae mater. Idem homil. 39. in Matth.

Nullus ad eum accessit, qui quasi divino spiritu plenus ab eo non recesserit. In Bulla Canonizationis Sancti Francisci.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae penu ad hoc deprohi possit argumentum.

Quemadmodum in rerum natura maxima quaeque a minoribus passim incipiunt, divina Providentia eadem & in gratia, & in gloria ordine sequitur rationem. Humilitas est principium elevationis Sanctorum; & Dei filius, qui eadem veritas est, nos docet minimos, qui sunt super terram, in caelo maximos esse. Ut enim magni fiant, ad Deum accedant opus est, qui verus est fons omnis magnitudinis; neque ad illum accedere possunt nisi prout sunt humiliores; quia quod propius illi sunt, eo magis illius detegunt magnitudinem; & quod ille major ipsis videtur, eo minores, & contemptibiles se coram illo esse deprehendunt. Adde his, virtutes, quae Sanctos faciunt; esse debere in eminentiori gradu, qui illos supra reliquos vulgo extollat: at prout magis arduum motu charitatis, quo aguntur, opus est ut sese demittant motu humilitatis, quae fundamentum est, quo fulciuntur, radix propter quam crescunt; & regula, quae angelicam, & humanam sanctitatem meritorum: Mensura hominis, quae Angelis. Hinc iudicium ferre possumus de praestantia S. Francisci de Paula; & gloriosius testimonium, quod perhiberi possit virtuti illius esse dicere, ipsum fuisse minimum in domo Dei: Ego minimus in domo patris mei. Si enim minimus fuit, opus est, & ipsum maximum fuisse, necessaria illatione, & dicere possumus futurum fuisse, ut aded magnus non esset, nisi minimus extitisset.

Humilitas non esse debet tantum exterior, sed interior habere debet fundamentum.

Math. 6.

Humilitas vera esse nequit, nisi interior sit. Profecto virtutes omnes intrinsecus formari debent, antequam extrinsecus prodeant: Cum enim generallis eorum finis sit placere Deo, qui decipi nequit externa specie, quid prodesse illis exteriori Christiani hominis habitum regere, cum interim pars interior in vitiis perseveraret? Hinc Mundi Salvator palam in Evangelio nos edocet, ut hominis fugiamus adspicuum, cum boni aliquid facimus, & ut Deum unum quaramus virtutum nostrarum restem, quae non nisi Deum habere debent pro objecto, atque termino: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. At si hoc verum est de virtutibus omnibus generatim, potiori jure verum esse debet de humilitate. Qua igitur cura nobis adniendum est, ut Christianae vitae fundamentum regamus, quandoquidem ipsum etiam aedificium abscondendum est? Et quam interior esse debet virtus, per quam reliquae omnes esse debent spirituales, atque interiores? S. Francisci Paulani humilitas nequaquam externae speciei inharebat: interior ejus pars jam humiliata erat, ac de se humiles fovebat sentus, antequam exterior pars ullum humilitatis indicium praese ferret. Cor ejus, mens, genus, facta, ordo, nomen, omnia redolent humilitatem. Humilis, atque latens pia matris vita, votum, quo illa filium suum S. Francisko Assinanti dicavit, vite penitentis, & mortificatae exemplari, omnia profuerunt fidei huic Salvatoris humilis, & eximii discipulo.

Hoadry, Paneg. Tom. II.

Anima, quae verè humilis est, capax est omnium virtutum, atque gratiarum, quas in ipsam infundere Deus oblectatur; neque enim ullum est periculum vanitatis, abusus gratiarum, sibi vendendam gloriam, quae Deo unice debetur; humilitas quippe omnibus moderatur periculis. Humilis pauciora, quam alii, peccata committit, & se nequissimum ducit peccatorem, & insignem edit peccatorum suorum penitentiam. Ita se gerit S. Franciscus Paulanus; imo Religiosos etiam suos voto adstringit, ut perpetuum servent jejunium, ipsis tantum peculiare. Humilis plura, quam alii, operatur, & postquam operatus est omnia, se inutili servum arbitrat, & se incipere dumtaxat existimat. Hac de causa semper procedit, nunquam subsistit, & brevi eo pervenit, quod alii non nisi sero atsequantur; ita ut si noster hic Sanctus viginti dumtaxat vel triginta annos in hoc fervore vixisset, non minus meritorum hoc spatio collecturus fuisset, quam alius intra annos centum. Quae igitur merita collegisse dicendus est spatio centum & ultra annorum, quibus vixit in jugi virtutum omnium exercitatione, & in perpetua sui ipsius instauratione, qua singulis diebus multiplici favore augebat numerum gratiarum Dei, quin ullam earum imminutionem pateretur? Nonne inde suppetit abunde, ut magnus in terra fiat Sanctus, & major adhuc in Caelis? Cogitemus paulisper ad quem gloriae gradum pervenire poterit, & ne fallamur, tres haec regulas sequamur, quae quantum nobis in hac vita conjicere licet, certissime sunt, ut de Sanctorum beatitudine iudicemus. Prima est humilitatis regula, propter quam Dominus noster pollicitus est aliquem eo magis glorificatum iri, quo magis se ipsum humiliaverit. Secundum hanc regulam Sanctus noster Patriarcha nonne prima in regno Dei obtinere debet subfella; quandoquidem scimus, illum semper se ipsum tanquam omnium minimum existimasse, ac novissimum semper sibi in terris locum vindicasse? Regula altera desumitur ex praestantia virtutum, ac bonorum operum in hac vita factorum; aliquando enim sufficiunt unus, vel duo actus heroici, ut aliquis Sanctus insignis evadat. Qui vero magis praecleari videri possunt actus penitentiae, mortificationis, charitatis, quam in vita Sancti hujus viri? Sia autem virtutes haec maxime sublimes extiterint, atque earum actus magno fuerint in numero, & saepius multiplicati; hinc tertia desumitur regula, ut credamus gloriam quoque, & mercedem eorum majorem futuram; quippe certissime actus quilibet habet meritum suum, ideoque horum actuum numero multiplicato, uberior quoque inde fit copia meritorum. Unde inferre possumus, quandoquidem S. Franciscus tandiu vixit in jugibus actibus sublimissimum virtutum certissime illum sibi concessisse incrementum meritorum acervum, qui illi honoris in caelo cumulum promeruit Deo uni, & Sanctis cognitum, qui mortalium omnium reverentiam ac venerationem illis debet conciliare.

Qui verè humilis est virtutes omnes exercere potest, ac infinita merita acquirere.

Vera humilitas esse debet in corde & extrinsecus prodire.

Ficta est humilitas cum extrinsecus tantum videtur; sed imperfecta est, cum in interiori dumtaxat parte lateret. Oportet, ut extrinsecus deferamus illius humilitatis signa, quam intus fovemus. Non ideo tamen dico, illam in hominum oculis esse ostentandam, quae manifesta esset hypocritis; sed opus est, ut humilitas nostra innoscat, quin illam alii ipsi queramus aperire; opus est, ut spiritus, & cor his sensibus imbata secum, ut ita dicam, trahant corpus necessario effectum, & in illo sensibiles imprimant characteres interioris humilitatis, qua repleta esse debent. Id ipsum praeter propter accidit, ac unguentis, quae satis diligenter nunquam occluduntur, ne virtus eorum evanescat, & dissipetur; sed quae nihilominus, licet lateant, emittunt extrinsecus odorem quemdam, qui efficit, ut cognoscantur, quin videantur. Virtutes nostrae ac praesertim humilitas, nunquam satis latere possunt, ne si niteant, secreta vanitas omnia illarum merita corrumpat. Sed quamvis latere debeant,

opus est ut eorum odor sese extrinsecus effundat, & quin humiles videri velimus, semper tamen modesti videamur. S. Franciscus de Paula perfectam habens, exploratamque hanc necessitatem, ratus est satis non esse humilitatem hanc intus reconditam, in qua fideles quidam errantes quiescant, quos secrete pudet suorum criminum, palam vero sibi luxum omnem, omnemque exteriorem vanitatis nitorem permittunt: similes Sauli, qui aequo animo privatim Prophetae probra pertulisset, dummodo hic illius coram hominibus parceret verecundia. Sancti hujus nostri ratio, vita, indumentum, externa species nihil nisi humilitatem, & sui ipsius contemptum redolebant: Utque illius perenne in Ecclesia remaneret exemplum, voluit ordinem suum inter alios peculiari humilitatis professione tantum emicare, & filios suos eo nuncupari nomine, quod efficiens, ut illi jugiter muneris sui reminiscerentur, cognoscendam praeberet Institutoris sui modestiam per eam, quam suis praescribit discipulis. Cum vulgo magnifica in terris appetantur nomina, & inutilis, vacui, superbiique tituli charo veneunt pretio; Franciscus Paulanus id unum quaerit, quomodo saeculi vanitatem proffiget; filiis hereditatis jure legat nomen, quod novissimum parvitas gradum significat, adimplet in se, & in Ordine suo id, quod olim Gedeon dicebat: *Familia mea minima est in domo Dei, & ego sum omnibus minimus*. Ardens desiderium exteriora humilitatis opera exercendi efficiebat ut abjectissimum quodlibet munus tamquam pretiosissimum intueretur; & ut summo cum gaudio humillima quaevis praestaret officia non illis solum, qui in Ordine suo maxime spectabiles erant, verum iis etiam, qui novissimi.

Cur humilitas necessaria sit, & quomodo S. Franciscus illum in summo gradu obtinens, in ceteris virtutibus excelleret.

Illud humilitatem super reliquas virtutes adeo commendat, quod est veluti generale principium, ex quo illae procedunt; nam sicuti superbia est capitale peccatum, quod aliorum omnium peccatorum particeps est: humilitas generalis est virtus, quae particeps est aliarum omnium virtutum, sine qua cetera non aliud sunt, quam umbra, & phantasma ejus, quod esse videntur. Humilitas captivat intellectum sub iugo fidei, prohibetque ne quis erret in inanibus, curiosisque argumentationibus, quae passim ad infidelitatem adducunt. Humilitas inter spem, metumque aequè ancipitem animam tenet, sapientem illi fidenciam ciet, atque temerariam exerudit presumptionem. Humilitas homini suam ostendens infirmitatem, & miseriam, nihil & fragilitatem periturarum divitiarum, cum sancta replet benedictione, ut cum supra mundum attollat, & efficiat, ut Deum unum inquirat. Mirum esse non debet, si cum S. Franciscus de Paula fuit adeo humilis, possederit alias etiam virtutes in summo perfectionis gradu, & si altitudo aedificii congrua fuerit soliditati fundamenti; quia humilis erat, & quia in summa vitae innocentia, & puritate a saevissimis tamen austeritatibus non abstinuit. Quia humilis erat, semper reformidans ne Dei gratiam amitteret, satis felix fuit, ut baptismalem innocentiam ad mortem usque tueretur. Quia humilis erat, semper in perfecto rerum omnium contemptu vixit. Quia humilis, erat, quin cum peccatoribus durius, atque inimitis ageret; cujus rei principium est superbia, respiciebat illos, non secus ac Dei filius, spiritu charitatis, & misericordiae. Quia humilis erat, fides sua, cujus fundamentum humilitas est, tanta erat, ut omnia posset apud Deum. Quia humilis erat, in tanta vixit rerum omnium paupertate, ut nihil nisi tunicam, & cilicium possideret. Quia profundè humilis erat, christianam servavit modestiam inter gravissima pericula, in qua illius amittenda non semel incidit.

S. Franciscus inter ceteros claruit dono prophetiae, & miraculorum.

Duo gloriosissima Sanctitatis in hac vita privilegia sunt Prophetae donum, & donum miraculorum. Haec in Salvatore maxime eniterunt, qui verè Propheta fuit potens verbo, & opere. Sed inter Sanctos, quibus illa communicata fuerunt, S.

Franciscus Paulanus non extremum obtinet locum. Prospicit futura, ex penitentiis solitudinibus suae latebris detegit ea, quae maxime latent; ipsa etiam Principum consilia cognoscit, & occultissima, & secretissima facta scrutatur. Alibi plura hujus rei afferemus exempla, ex quibus innotebit, illum in supremo gradu Prophetiae donum possedisse; Verum si Sanctus hic vir ea in re fuit admirabilis, nihil minus & miraculorum parrandorum facultate refulsit. Fuit unus ex viris illis, quos praeter communem naturae ordinem subinde suscitavit Deus, ut bonorum fervorem excitent exemplis suis, & peccatores obduratos iis confundant prodigiis, quae humanas vires excedunt. Miracula verò Francisci nostri adeo erant frequentia, ut naturae Dominus videretur, ita ut non immeritò saeculi sui Thaumaturgus vocetur.

Deus vulgò justos exaltat propter illi se humiliat.

Haec communis est Dei erga Sanctos suos Providentia; illos exaltat, prout ipsi se humiliant. Quemadmodum novit peccatorum superbiam confundere, novit etiam honorare justorum humilitatem, seu ut plus auctoritatis, fideique virtuti conciliet, quae per se infirma videtur, atque ut illam magis venerabilem reddat per ignotas haec, sed certissimas vias, quibus, ubi libitum fuerit, novit e tenebris lucem eruere, & gloriam ex ipsa humiliatione; seu ut ostendat cum iis, qui ipsum sequuntur, tum iis, qui ab ipso recedunt, nullam subiri jacturam ab illis, qui ipsi deserviunt; & in mundo etiam reperiri ea bona, quae contemptum, & quae pro ipso sacrificantur. Hic aquitatis, justitiaeque Ordo, haec magnitudinis, & humiliationis compensatio nulli magis cluxit, quam in vita humilis, & pauperis, simulque magni, & illustri Francisci de Paula. Eduxit illum Deus, ut ita dicam ex nihilo humilitatis suae, ut illum sua indueret fortitudine, atque sapientia, & ut ex eo faceret unum ex iis singularibus viris, quos per intervalla proferre gessit, tamquam spectaculum Ecclesiae suae per magnas virtutes, quas gratia sua parit in illis, & per opera mirabilia, quae ejus potentia eorum ministerio operatur, ad bonorum fervorem excitandum non vulgaris pietatis exemplis frequentibus, & ad confirmandam fidem peccatorum adspectu prodigiorum, quae Deus operari gaudet per servos suos, quos in mundum mittere oblectatur, veluti ad instaurandam, redintegrandamque pietatem, ac religionem.

Facile est humilem esse in vita obscura, humilique genere, sed humilitas inter honores, & dignitates curat, haec est difficile.

Humilitatem inter vitae latentis tenebras, ubi nullus est virtutum testis praeter Deum, & propriam conscientiam, exercere non admodum operosum, & arduum est. Vanitas viribus caret in eos, qui carent meritis, & nominis gloria, qui nihil laude dignum in hominum luce operantur, qui intra, & extra se non nisi humilitatis documenta reperiunt. Sed cum ab ignota vitae caligine quispiam se ipsum videt per non vulgaria merita ad honores, & eminentes gradus sublarum; difficile est, ne humanae gloriae splendor perstringat, ne suavis hac vanitatis ebrietas animam fallat, ne caput in adeo repentina elevatione vertigine laboret. Quidquid potest profundam tentare humilitatem, tentavit humilitatem S. Francisci de Paula; sed nulla ei gravior, aut periculosior extitit tentatio, quam plausus, amor populorum, & Principum virorum veneratio. Sed nihil nobis timendum est pro humili Francisco: adeo altum erat illius humilitatis fundamentum, ut quin metuenda esset labefactio aliqua, sese magis in singula pericula consumaverit, solidaveritque.

Medius quoddam est inter simplicitatem superstitiosam, omnia credentem, & licentiam omnia Sanctorum miracula negantem.

Non diffitemur adesse superstitiosam quandam simplicitatem, quae merito sibi vertit omnia indiscriminatim credere; quae elato vocis tono vera esse omnia mordicus asserit, quae eodem fere in loco habet historica facta, quae non satis certo in nituntur fundamento, ac ipsa fidei nostrae dogmata; quae erronea pietate mendacio veritatis speciem studer appingere, dummodo aliquid Religionis veluti praetexte valeat. Haec popularis credulitas est, quae falsa constituit miracula, quemadmodum va-

na eruditorum sublimitas, & caeca flagitiosorum hominum sapientia ea, quae vera sunt, fateri detrectat. At nonne liquet Deum habere delectos servos, veluti S. Franciscum de Paula, quibus communicavit uberius sapientiam suam, atque potentiam; & tantum abesse quod Domini brachium fuerit abbreviatum, ut per temporum intervalla se magis, magisque extendat, ad communicandas, quod fecit cum Sancto hoc, vires suae omnipotentiae? Nonne ipse etiam Jesus Christus fore dixit, ut qui crederent in ipsum majora iis, quae ipse fecerat miracula facerent? *Majora horum faciet*. Ita horum mortalium incredulitas, qui Sanctorum miracula in dubium revocant, ea verò potissimum S. Francisci de Paula; quia praebant speciem fortitudinis Spiritus sui, quod jactitant, justum praebent locum dubitandi de Religione eorum, & suae temeritatis indicium, si falsi nomine infimus Regum, Cardinalium, eximiorum Antistitum, atque adeo Ecclesiae ipsius testimonium, quae non nisi post diligentissimum examen, ac certissimas probationes, ea recognovit.

1 Ion. 14.

S. Franciscus humilitas maximum miraculorum suum illius.

Quodnam, amabo vos, maximum Sancti hujus miraculum extitit vobis videtur? Num super aquas tamquam in continenti, ut olim S. Petrus, deambulasse? Num vi orationis suae corpus suum de terra elevasse, & alia plurima id genus prodigia? an potius nequaquam perstrictum fuisse fulgore ejus gloriae, quam tantus hic miraculorum numerus illi fuerat adeptus? Donec mundus illum in coelum usque attollebat, velut Sanctum, cujus Apotheosis jam prospiciebatur; Franciscus Paulanus in nihilo suo delitescere, omnem Deo omnipotenti acceptam referens gloriam, & honorem, nihilque sibi reservans quam humilem confessionem, qua se inutilem servum praedicabat. Quantum ipsi opera nostra bona celebrare studemas, tantum Franciscus de Paula sinistram suam, & mortalium omnium oculos celare conabatur id, quod dextera agebat; eò usque ut dictum fuerit, ipsum pudere bonorum operum. In miraculis certe, quae operabatur, proximi utilitatem unice spectabat, divinas has operationes rejiciens modo in virtutem aliquot herbarum, quas ipse excolebat, modò in cereos benedictos, quos distribuere, ut effectus miraculosi Ecclesiae benedictionibus referrentur accepti. Ita dicere possumus Franciscum Paulanum se ipsum quodammodo ignorasse, adeo illi de sua imbecillitate erat persuasum. Humilitate sua, tamquam integumento pro vitili operiebat virtutes suas, & miracula quae operabatur; eaque & sibi, & aliis ita abscondebat. Gratia in ipso effectum in speciem opposito operante, & efficiente, ut hic aliis Sanctus, & sibi contemptibilis videretur, Sanctus erat, quin ipse cognosceret; & feliciter illum humilitatis apicem attigerat, cujus Dei Filius verum est exemplar; qualis est peccatorem videri, ac talem non esse. *Sermo Manuscriptus.*

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aservicis, nuperisque Auctoribus loci hujus Argumenti.

Charitas est tamquam proprius nuptii hujus Sancti Caesaris & vexillum Ordinis sui.

Si charitas Sanctos omnes fuit, eaque mensura est perfectionis illorum super terram eorumque gloriae in Caelo, ut iudicium seramus de Sanctitate, & gloria incomparabilis Francisci de Paula, cujus laudes hodierna die celebrandas suscepi, unicum satis esse proferre verbum, illud videlicet, quod Sanctis omnibus commune est, factum esse quodammodo illius proprium, atque singulare. Charitas illius vexillum est, compendiosus omnium virtutum ejus Panegyricus, stemma, quod illius nobilitatem ostendit, ac denique caracter, ut ita dicam, quo ab aliis Sanctis secernitur; ideoque nomen hoc aureis descriptum literis, & coruscantibus radiis redimitum cultibus ad illum demissum fuit, veluti vexillum, sub quo coegit Religiosum Ordinem, ut mundo inferret bellum, hominibus

adduceret ad Deum. Ne putetis ergo hoc esse parum dicere in Sancti hujus laudem, in quo virtutes omnes ad principatu certare videntur, has omnes ad Charitatem redigere. Nam praeterquam quod, cum haec sit ceterarum Regina, difficile est, ne in sui sequelam alias trahat; spero me vobis meridiana luce ostensurum, eas licet hujus fulgor ipsis officiat, tamen prorsus singulare pretium inde assecuturas; quatenus in eandem transformata charitatem, qua ad incomparabilis perfectionis gradum attolluntur. Ita ut si S. Bernardus docet charitatem esse veluti animae quantitatem, quae illius regulam, atque mensuram magnitudinis ejusdem constituit coram Deo, omnia in Sancto hoc magna esse, necesse est, quamvis humilitas ejus effecerit, ut *Minimi* nomine appellaretur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

S. Franciscus multum reliquit antiquam cognoscere, vel ab eo cognoscetur.

Attentè S. Franciscum Paulanum inspiciamus, qui, ut Apostoli, sibi abrenuntians deserit omnia, parentes, amicos, bona, patriam, ut Jesum Christum sequatur, & mundo extremum vale dicit antequam vel Mundus illum, vel ille Mundum cognoverit. Sancti hujus vestigia admirati, illa imitari aditamus eo in gradu, quem nostra nobis vocatio permittit; tandem enim quoniam hic est, cui Jesus Christus non dicat, *Sequere me*; cui non suadeat; fuge de medio Babylonis, popule meus, qui non sentiat crudeles Mundi tentationes, quae nobis documento esse debent? S. Franciscus Paulanus sanctam Babylonem fugit; se se in solitudinem recipit, & sine impedimento, vel obice ad perfectionem progreditur. Calabriae deserta locus fuerunt, quò columba ista evolavit, ut cum Domino loqueretur corde ad cor, & ut illum loquentem audiret, quin creaturarum rerum fragor obstreperet. Ut S. Joannes Baptista in deserto; ita Franciscus de Paula non alium actionum suarum testem voluit, quam Deum; quippe unus ille futurus erat merces illius. Non spectabat ille virtutis splendorem, ac laudem, sed meritum, & pretium quod illa in Dei, & Angelorum Spectatorum sanctae vitae suae obtinebat. Putavit omnem felicitatem suam in hoc positam esse, si amaretur a Deo, omnemque suam securitatem in hoc, si ab hominibus ignoraretur. In id unum igitur contendit, ut se ipsum in humilitate sumeret, ut aliis humilitatis consilia praeberet, ut Ordinem institueret, ubi virtus haec potissimum coleretur, & ubi humilitatis disciplina esset adeo accurata, ut subditos omnes intra virtutis hujus terminos contineret; persuasum illi quippe erat, volenti praevalere ponere aedificium profundum jaciendum esse fundamentum, quod ventorum vi minus labefactari valeat, ac resistere possit omnibus concussionibus, quae accidere possent propter procellas, imbrum ingruentium copiam, aliamve aquarum colluvionem. Similiter sciens, cum virtutum aedificium sit omnino spirituale, non aliud habere posse fundamentum, quam humilitatem, & virtutes eò perfectiores futuras, quò altius desossa fuerint illorum fundamenta; semper sedulam navavit operam, ut se in hac virtute perficeret, eamque tamquam virtutem Ordini suo familiarissimam delegit. Num potest quidquam sanctius in principiis ejus videri, num quidquam utilius in institutis, quae ille proponit, num quidquam conformius Evangelio in sine suo, quandoquidem hoc Institutum uni tantum basi, humilitati nempe incumbit? *Sermo Manuscriptus.*

Hic Sanctos qui in Mundo nascuntur, quodlibet in alio glo-riam faciunt, id non est humana gloria, sed gloria Dei desiderio.

illorum sapientia illis designat, & mortalium ple-

Felix edu-

Quomodo,

S. Hierony-

catio S. Francisci Paulani a puero. ... Quomodo, & cur S. Franciscus de Paula in desertum secessit. ... S. Hierony- ... Occupatio S. Francisci in solitudine quo concessit.

hil reliquum esse nisi ut in contemptu; atque ca-

Ut Deum ex toto se ipso diligeret, utque pri-

In Eremito S. Franciscus Paulanus Spiritum suum

S. Franciscus Paulanus in solitudine concessit, ut totum traderet Deo.

Ejusdem argumenti.

Occupatio S. Francisci in solitudine quo concessit.

operum contemplatio, & fructus, quem inde percipit,

Sanctus hic contemnit scientiam quae inflat, & ei studet quae edificat.

S. Franciscus Paulanus in se eligens gratiam penitentiam cum perfecta innocentia conjungit.

Austeritas S. Francisci Paulani penitentia.

ne quae pro zona erat, arctius innocuae carni ad-

S. Franciscus de Paula in innocens corpus suum

De Sancti Francisci Paulani mortificatione verba

Ejusdem argumenti.

Rigida S. Francisci abstinencia, & vita quadragesimalis, cui seipsum suoque filios aditavit.



fuit, propter quam Summi Pontifices hoc institutum probantes, illum ceterorum austerissimum prædicarunt, propter abstinentiam hanc, quam ex voto servarunt, & propter æternam hanc quadragesimam, quæ vitam eorum in crucem, lentiores quidem, sed ceteris acerbiores invenit. *Brevit.*

Quis non admirabitur amabilem hanc simplicitatem, & profundam S. Francisci Paulani humilitatem! Supernaturalibus operibus suis præter opinionem adeo universalem sibi æstimationem comparaverat, ut terræ Principes secum certare viderentur, quisnam illum possideret. Quod verò ipsam superat cogitationem, hoc est, quod Sanctus hic Patriarcha cum tantis esset in hominum opinione, atque æstimatione eorum dignissimus, pro certo habebat se mortalium omnium abjectissimum, & maxime contemptibilem esse, gaudebatque hoc nomine appellari, & nominis officio fungi, pro tali ab omnibus existimari, & sensus fovere, & deterioribus vestibus uti. Oblectabatur ille vocari parvulus, quippe eximium putavit favorem se consecutum, cum a Summo Pontifice Minimi nomen imperavit. Libenter nominis officioungebatur; nam licet Ordinis sui Generalis esset, inter artifices operi manu vacabat. Gaudebat pannosis uti indumentis, quia sibi deterrimam vestem diligebat. Gestiebat pessimè tractari; etenim herbis, & radicibus tantum vescitur: Humillimè de se ipso sentiebat, horrebat quippe laudes, & omnia honoris argumenta ipsi erant non ferenda. Hic tamen Sanctus vit, incomparabilis hic Thaumaturgus, hic dilectus Deo, & hominibus se ipsum pater non potest; tantum illum pudet nozarum suarum, ut mireretur, se a tellure sustineri; nihili sui cognitio tantum eum penetrat, ut non audeat ad aras accedere se indignum existimans Sacerdotio, quia se peccatorum omnium nequissimum putat. Potest ne Charitas ad sublimiorem gradum atrolli? Potest ne humilitas ad inferiorem gradum demitti? *P. Novet.*

Quisnam potiori jure ad Filii Dei Sacerdotium admitrendus erat, quam S. Franciscus Paulanus, qui vita, moribusque suis se se illi adeo conformem præbuerat? Num deerat ipsi necessaria qualitas aliqua, ut quis sacris initiatur mysteriis, ac inter Altaris ministros recensetur? Habebat ille eam fidem, de qua loquitur Salvator, montibus transferendis parem. Ardebat igne potentis illius Charitatis, quæ cor hominis a mundo divellit, & ab iis omnibus, quæ mundi sunt; & quæ efficit, ut solus ametur Deus, & non nisi propter Deum creatura aliqua diligatur. Si pauperem esse oportet ut imitemur Summum illum Pontificem, qui se se rebus omnibus exiit in Eucharistie Sacramento; Franciscus non nisi radices erant, quibus vesceretur, & cilicium quo indueretur. Si oportet purum esse spiritu, & corpore, ut quis offerat Agnum hunc sine macula; solitudo, quò a puero concesserat, poterat de illius integritate, atque innocentia respondere. Si integritate summa præditus sit oportet, qui Deum sibi in partem elegit; Franciscus non utebatur ea auctoritate, qua in spiritum Principum pollebat, eorum munera, ac largitates non exceperit; Religionis suis nequaquam ea omnia, quæ poterat, commoda procuravit. Longè absuit a zelo, ardenti, ac nimis sollicito, qui nimis crebro videtur in ipsis domibus, quæ optimè gubernantur, nec non in Ordinibus Religiosis, qui præ ceteris reformationem sapiunt, ubi privati vel seculari desiderio, quo videri velunt industrii, vel vanitate, qua se fratribus suis utiles vel necessarios præbere gestiunt, conantur communitatem amplificare, & omnia ad illius utilitatem referre propriæ virtutis sumptibus, & sæpe etiam propria indulgenti cupiditati speciem communis commoditatis prætextentes. Quid in illo erat desiderandum? Num penitentia? A diebus S. Joannis Baptistæ numquam visa fuit austeritas magis admirabilis. Num Scientia? in Oratione, ac solitudine didicerat plura, ac sublimiora iis, quæ per humanas litteras addiscuntur. Denique quis unquam

De S. Francisci Paulani humilitate, & quid de se ipse sentiret.

Quo humilitatis sensu S. Franciscus oblitus a Summo Pontifice sacros ordines recusaverit.

aprior fuit sacrificando Corpori, & Sanguini Salvatoris, quam qui eidem omnia vitæ suæ momenta sacrificaverat? At tamen vir iste adeo Sanctus, cui Jesus Christus per eos Vicarii sui præbebat certissima vocationis indicia, se omnino tanto hoc, sed terribili ministerio indignum existimat. Quid hoc exemplum intuitu judicare possunt, qui omnes fidei ac pietatis sensus jugulantes Jesu Christi sacerdotium invadunt non vocati, ac temerè subeunt facinram, qua premuntur, & opprimuntur? Quid illi sentient, qui se in Ecclesia intrudunt, quin antea sincera penitentia præterita peccata expiaverint; & qui postquam in Mundo profanam vitam duxerunt, ad pedes Altarium se conferunt vitam ducturi sacrilegam? Quid dicent qui Sacerdotium intuentur tamquam aditum ad Ecclesiasticas dignitates, qui sæpe tamquam ambitionis suæ instrumentis abutuntur Sanctissimi Religionis Mysteriis, ipsoque Salvatoris sacrificio? Qui Sacerdotium artem putant, qua sibi victum saporant, non autem statum, qui eos, & eorum opera alios etiam debet sanctificare. Calamitosi id genus mortales admittuntur, atque imitentur Francisci humilitatem, & coram Deo impotentiam, atque superbiam suam lacrymis prosequuntur. *Flechner.*

S. Francisci de Paula virtus maxime clara humilitas fuit. Hanc ille reliquis omnibus prætulit, & cum etiam hæc cum charitate certaret, minime dubitavit, quin hanc priori præhaberet; neque testatus est unquam majorem erga Deum claritatem, quam cum de se ipse humillimè sentiens se indignum censuit, qui propius ad ipsum accederet. Hoc autem innovit, cum Summus Pontifex virtutum Sancti hujus viri magnitudinem admiratus, non secus ac miracula, quorum fama per Italiam longè latèque percrebuerat, voluit illi sacros ordines conferre, ut majorem zelo, & charitati ipsius tribueret auctoritatem: Sed Sacerdotii ministerium, pro quo altissima etiam Seraphin satis ardentem charitatem non haberent, adeo terribile illi visum est, ut se ad Sanctissimi Paris pedes abjecerit oraturus, ne ulterius progrediretur, mallens imitari humiliactiones Dei, qui in terras descendit humiliatus, atque exinanitus, quam eo insigniri caractere, qui ipsum atolleret. Deoque propiorem faceret. Charitas nil aptius excogitare poterat ut Deo illum altius conjungeret, sed de hujus dignitatis celsitudine cogitantem humilitas illum adducit in imitationem Principis Apostolorum, qui Salvatorem obtestatus fuerat, ut recederet a se, quia erat peccator: *Exi a me, quia homo peccator sum.* *Lue. 5.* Timet se ea auctum potestate intueri, cui se ipsum Deus submittere voluit, & credit se gloriæ illius magis consulere, se ipsum profando nihili sui sensu immolando, quam quotidie ob suam charitatem explendam, Deum suum inter manus suas sacrificando. Ipsum Ecclesiæ caput videt nullam illi deesse qualitatem, quæ optari possit in homine ad mysterium adeo sublime; sed satis est, ministerium hoc esse adeo sublime, ut Sanctus hic vir se eodem indignissimum censeat. Numquid videtur vobis ipse magis humilitatem suam exercere potuisse? *Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Quodnam fundamentum Sanctus hic Patriarcha subternere voluit Instituto suo, cujus principia adeo sancta sunt, exempla adeo edificantia, fines adeo Evangelici, nisi humilitatem? Cum nomina rerum essentiam complectantur, & Ordines sint opus manuum suorum Institutorum; virtutum eorumdem similitudines, & character spiritus illorum; voluit, ut Discipulorum suorum nomen præcipuum ipsorum munus, potissimumque virtutem referret. Cum vanitas fulgidiores requirat titulos, ut præ ceteris niteat familia; humilitas illi titulum omnium minimum illi proposuit ad familiam suam ab aliis fecerendam. Voluit hanc esse custodem aliarum virtutum filiorum suorum, & essentiam Religionis suæ qualitatem. Dicebat olim Gelcon: *Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.* Ita Franciscus loquebatur.

Ejusdem argumenti

Lue. 5.

S. Franciscus Paulani humilitas in sui Ordinis Institutionem palam ostendit.

batui. Ordo meus esse debet omnium Ecclesiæ Ordinum humillimus, me autem oportet humillimum esse in Ordine meo. Hic ille ordo est, qui licet sursum habeatur in presio, semper tamen Institoris sui humilitatem conservans palam sæculi vanitatem confundit, non aliud querentis quam gloriam; hic ordo, qui licet tot illustres ediderit viros spatio annorum ducentorum, & ultra, quin unquam reformatione indigerit, integritatem suam factam, rectam servasse videtur per humilitatem, virtutem hanc Institori suo adeo dilectam. *Flechner.*

Nihil est quod S. Franciscus Paulanus intentatum reliquerit ad evitandum honorem, quò eligebatur Generalis Ordinis illius, cujus Pater erat, atque Institor. Credit illum a se ideo institutum fuisse dumtaxat, ut sibi esset obediendum, non autem ut sibi subditi essent, quibus præfesset. Denique coactus hunc honoris gradum sumere, precibus atque suffragiis fratrum suorum; ad eorum pedes provolutus suum locum accipit, & amplissimum honor ad quem aspirat, est, illis mensæ accumbentibus ministrare. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Humilitas fidelis hujus Sancti viri sacra nequaquam hunc deserit inter honores, quò caritatem ipsi deseruntur. Non fuit unquam in illo magis admirabilis hæc virtus, quam cum illa veluti extracentum suam versabatur; & Dei Providentia cum de latentis vitæ caligine eduxit, ut in fulgidissimum mundi partem, hoc est in Principum aulas proferret. Cum illum ad supremi Pontificis latus ejus consilia, tamquam Oracula excipientis intueor; cum video unum ex maximis terrarum Regibus ad pedes illius procumbentem humili voce operi illius implorantem, eumque tamquam vitæ, mortisque suæ arbitrum in honore habentem; cum populos cerno, una cum optimatibus certatim ad eum confluentes, ut fiant benedictionum; & præcium ejus participes; jure censeo delicatam esse hujus tentationis genus, & magnam, & raram virtutem esse humilitatem, quæ in honore habetur. Sese intra æquissimæ moderatōnis terminos continere, atque dum non est, ubi ad obscuræ vitæ tenebras redactus es; Facile superbie resistimus, quem non satis ampla existimatione, vel merito insigni fulcimur. Pudet nobismetipsis habere fidem, quantumvis optimè de nobismetipsis sentiamus, cum soli sumus, qui nosmetipsos plurimi faciamus, & cum non alium factorum nostrorum probatorem, vel assentatorem, quam nosmetipsos habemus: sed cum nosmet honoribus auctos in mundo emicere conspicimus; cum aliorum laudes & plausus non vulgari virtute nobismet promoveremur; quam periculosum est, ne in aliorum sententiam abeamus, ne nosmet ipsos admiremur, laudibusque celebremus, & aliquid nostri alieno thueri, quod nobis adoleatur, commisceamus? S. Franciscus Paulanus hoc periculum evitavit. Se ipsum secundum conscientiam suam judicavit, non autem secundum aliorum æstimationem; neque oblitus est, quinam coram Deo esset, quantumlibet gloriosus esset coram hominibus. Hac de causa Deus, qui superbis resistit, ambitionis illorum conatus everrens, neque minus resistit humilibus efficiendo, ut eorum virtus emicere, & ut magis magisque agnosceretur prout illi in caligine, larebrisque versari conantur; Deus inquam voluit, ut Servi sui Francisci nomen, cum adhuc viveret, tranaret maria, & ab omnibus populis cognosceretur. Stratim ac Sanctus hic vir urbem aliquam ingrediebatur, ad eum certatim undique concursus fiebat, & quocumque in loco subsisteret, ibi de illius virtutibus, atque miraculis tantum sermo habebatur; & ipsi etiam Præsules, principesque viri secum certare videbantur, quinam illum majori honore exciperet. *Flechner, alique.*

Vult S. Franciscus Paulanus altissimam, perfectissimamque charitatem, non secus ac profundissimam humilitatem esse vexillum, & characterem ordinis sui, cujus Deus illum Institutorem effecerat.

Omnino contemdit ne fieret Ordinis sui Generalis.

Servat humilitatem inter honores, qui ipsi detestantur.

rat. Scit ad Charitatem hanc altius extollendam ponenda prius esse fundamenta humilitatis secundum illud S. Augustini cæsum: *Fode in eo fundamentum humilitatis, & pervenies ad fastigium charitatis.* Agnoscite hoc in loco Sancti hujus Spiritum, qui satis cognoscat quod vinculum intercedere debet inter humilitatem, & charitatem, ut altera numquam separetur ab altera. Ut igitur illas arctè in ordine suo æquè ac in persona conjungeret, alterius nomen assumit, alterius verò stemma, & insignia attollit. Orientem Ordinem suum Minimum vocat, vult enim ut quantum charitas eum supra ceteros potest atollere, humilians illum oculis suis omnium minimum ostendat. Neque putetis laudem illius mutari argumentum, ubi ab una ad alteram virtutem sit gradus; quippe de magnitudine, & sublimitate charitatis ejus ferendum est iudicium ex profunditate humilitatis eisdem & una eademque esse debet utriusque mensura. Altera quidem illum ad Ordinem suum institutum impulit; sed ab altera nomen voluit mutuari, ut hæc præclarissimarum Christianissimi Virtutum societatis absolutissimum illius characterem constituere. *Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Cum Deus Sanctum hunc virum constitueret Ordinis caput, qui sub Charitatis vexillo decertaturus erat, quemadmodum jam super humilitatis profunditatem erat fundatus, illum quamprimum coegit solitudinis delicias relinquere, ut mundum eodem igne inflammaret, quò ipse utuabat. Incipit ille cum duodecim sociis, qui sese illius regimini subjecerant, eosque sub hoc eodem vexillo, tamquam duodecim Charitatis Apostolos ordinavit, & ita prima jecit Ordinis sui fundamenta; qui non solum divina inspiratione, ut reliqui, constitutus fuit, sed qui eundem habuit Deum Institutorem modo prorsus peculiari, etenim dum primum illius Institutionis agitaretur consilium; Deus misit ad Franciscum vexillum, de quo loquimur, cui inscriptum erat hoc nomen *Charitas* radiantibus litteris, cum interim vox de cælo lapsa hæc protulit verba: *Hæc erunt insignia Ordinis sui.* Hoc vexillum est, sub quo Ordo hic dimicaturus est: Nequaquam a veritate originis suam hauriet nobilitatem, sed ab ejus sanctitate, quæ eadem est charitas. Hæc anima est, quæ magnum corpus hoc animare; hic spiritus est, qui illum regere; hoc vexillum, sub quo in aciem prodire debet, ita ut sicuti Deus ponere voluit Charitatem Evangelii sui compendium: Franciscus omnes Regulas, & Ordinis sui Statuta in hac ipsa charitate concludere voluit, quæ etiam præstantissima Christianæ Religionis instituta complectitur. Sed attentius consideranti illustre vexillum hoc in manibus Sancti hujus Fundatoris, facile est videre, illud eisdem fere habuisse successus quos Dominorum Orbis vexilla habuere. Hoc enim efficit, ut ille victoriam referret de iis omnibus, quos bello lacellivit; ut omnipotens esset per ea prodigia quæ operatus est in natura, quæ illi subiecta videbatur; ut denique in terra, & in cælo esset gloriosus. *Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Cor Sancti Francisci de Paula ita repletum erat charitate, ut virtutem, & Charitatem inspiraret accidentibus ad ipsum, quemadmodum ex Bulla Canonizationis illius innoscit. *Nullus ad eum accessit, qui quasi divino spiritu plenus ab eo non recesserit.* Hic illum video cum zelo prædicantem, erudientem populos, & convertentem peccatores, illic pauperibus intervientem, afflictos consolantem, miseris omnibus opem ferentem. Hic cum considero urbes pertransientem, & quocumque coelstes benedictiones ferentem, quod de Filio Dei dicebatur: *Pertransit benefaciendo, & sanando omnes; illic cum aspicio charitate flagrantem, ubique devotionis ignem accendentem. Quicumque vident illum, exemplis ejus moventur, atque sermonibus; qui de illo verba facere audiunt, undique confluunt spectaturi miracula, quæ fama prædicantur; & urbes omnes, per quas transit, vel*

Ordinem suum in charitate, quæ ac in humilitate constituit.

S. Franciscus de Paula charitatis etiam omnes exercuit.

ubi





redigit; morbus frequentissimos illorum exercitus profertur, incendium fortissimas accenditur. Franciscus Paulanus veluti naturae dominus illam ubique docilem invenit. Imperat ille: ignis vim suam cohibet; lapides suum pondus amittunt; mare sub pedibus ejus solidatur; venti quiescunt, fluctus sedantur; tenebrae vertuntur in lumen; morbi dissipantur, & mors ipsa, licet indomita, cedere cogitur. Nullus est dubitandi locus de horum miraculorum veritate, quod spiritus fortes hujus saeculi faciunt, neque nimiae crudelitatis arguendi Patres nostri, qui eorum memoriam piis consecraverunt monumentis, quae undequaque sese oculis nostris offerunt. Avertat Deus, quod tenerarius fidei compunctus censor Catholicae Ecclesiae auferam cum utilitatem, quam in hisce miraculis nanciscitur. Deus illa per Sanctum hunc Virum operati volebat, ut in antecessum damnaret haereseos, quae non multo post obitum illius, in Europa insurrexerunt. Tandem enim quam potens & validum adversus illas praesudicium est cetera miraculorum quae patrata fuere in Ecclesia, cujus ille doctrinam oppugnant, & auctoritatem ab ipso Dei filio in eadem Ecclesia suae institutione constitutam contemnant? Certum est, si Haeresarchae isti, qui paulo post S. Francisci Paulani decessum, cujus memoria adhuc recens erat, deservierunt a Fide, voluissent minime claudere oculos luminis, quod Deus adhuc offerre in ejus persona dignabatur, nequaquam secessissent ab Ecclesia, cujus filii tot prodigiis veritatem probabant. *Sermo Manuscriptus P. Martineau.*

S. Franciscus de Paula prorsus sancta generositate ingressus est in Regnum aulae, ubi nuntiaturus veritatem, quam subditorum assentatio, atque propria ipsorum cupiditates illos plerumque celant. Nonne ausus est Regi Neapolitano ob oculos ponere populorum angustias, qui sub immodico tributum pondere languebant, ab ipso interrogatorum? Nonne discerere quidem, sed generoso zelo dixit ei, ipsum alienis tantum opibus esse locupletem; non debere illum arbitrari se thesaurorum ejus esse Dominum ut de illis ad arbitrium disponeret, sed procuratorem, ut illos in populorum salutem erogaret; illum a Deo constitutum esse Dei ministrum, ut populos beatos efficeret, non ut faceret miserum in luxum, libidinemque abstulens subsidia ex populorum labore, & substantia depromptas insumendo? Nonne fecit, ut ex nummo, quem ille coram eodem rege percipere, manaret sanguis, ut si minus verbis, saltem miraculis ei persuaderet; atque in eo cetera miserationem sensibili hoc publicae miseriae, & calamitatis argumento; & ut illi significaret ipsius impotentiam, atque inhumanitatem, ostendens illi in hoc metallo sensu carenti, miseriam imaginem plagae illius, quam in populorum corde gignebat. *Flechet.*

Facendum est, S. Franciscum de Paula christianam verè licentiam sibi vindicasse, ut Principes viros de vitiis ipsorum corripere, eosque de officiis suis commoneret. Qua generositate Ludovicum XI. admonuit, ut sese morti diserneret? Rex iste, ut liquet, illum accesserat sperans fore ut precum illius ope languentem proferrer vitam, quam agerrime relinquebat. Franciscus nequaquam illi blanditur; sed audacter id illi aperit, quod olim Isaias Propheta Regi Ezechiae: *dispone domum tuam, quia morieris tu, & non vives.* Haec est Dei voluntas, & nihil te eripere potest a morte. Nempe erat, qui Regi huic proximi obitus, nuntium auderet afferre; unusque in terris repertus est S. Franciscus de Paula, cujus charitas adeo generosa fuit, ut non dubitaverit nunciare illi durissimum hoc verbum, quo audito Reges contremiscunt. Nemo unus ignorat quodnam fuerit hujus Regis ingenium. Genio varius, ac morosus, in consiliis impenetrabilis, in odiis implacabilis, inconstans in amicitia; atque & amicis, & inimicis formidandus, & aequae de utrisque diffidens, ac suspiciosus. Aliquando ad superstitionem usque devotus, semper verò eo usque politicus, ita ut omnia, quae

ad conscientiam pertinent, nullo in discrimine haberet, ubi de regno, regnique utilitatibus ageretur; Denique nemo unquam magis vitam amavit, vel mortem extimuit. Ad hoc tamen omnes cura, atque cogitationes, vellet, nollet, erant impendendae: quod tamen Sancto Francisco reservatum erat, qui deinceps ferocem, intractabilemque spiritum hunc circumvixit; colloquitis visis illi pietatis sensus immisit, consiliis cum ad veram poenitentiam disposuit, precibusque suis illi piam mortem obtinuit. *Auctor Sermo in omnia argumenta &c.*

Quanam firmitate, sancta quoque constantia S. Franciscus Paulanus Ludovico XI. mortis proxima nuntium contulit? Princeps hic, cujus dissimulatio caractere extitit, in ultionibus suis implacabilis, alius decipiendis semper intentus, semper expavescens, ne ipse deciperetur ab aliis, in ingrata senectute traheret ejus vitae reliquias, quam artibus omnibus proferre adhibebatur; mox ad supersticiosas devotiones confugiens, modò ad inuilia remedia; qui tandem postquam humana omnia expertus fuisset consilia, extremam spem in Sancti Francisci virtute, & precibus collocavit. Cum enim miraculorum ejus fama quocumque pervassisset, arbitratus est, se per illius orationes miraculosam curationem esse consecuturum, Adeo verum est mortem amarum esse homini pacem habenti in subsantiis suis. Alius homo minus solidae pietatis, quam S. Franciscus Paulanus fortasse aliquo secretae oblationis genere illeceus facile palpasset Regem, a quo evocabatur, ut vitam suam cursum proferret; cumque illius valetudinem pristinam reparare non posset, aliquam saltem illi vitam spem immittere studuisset. Sed ille Regi mortem annuntiat: *Morieris tu, & non vives.* Non uritur ille artibus, quae vulgò adhiberi consueverunt ad verbum hoc triste mulcendum; etenim vix audeat quisquam Regibus dicere, illos mortales esse tunc etiam, cum actu moriuntur. Sed hic Propheta missus a Deo has turpes execratur blanditias; Ob Regis oculos exhibet, sepulchrum, quod jamjam aperitur, ut ejus corpus excipiat; Post mortis terrorem excitat in ipsius anima salutarem judiciorum Dei metum, & prorsus oppositus crudeli pseudo amicomum misericordiae, qui sinuat animam interire, ut corpori aliquod afferant solatium; credidit se melius de hoc Principe meritum fuisse, si aliqua ex eo obtinere posuisset poenitentiae momenta ante mortem, quam si vitae illius plarium annorum faceret accessionem. *Ex Specimine Panegyricorum.*

Quanam fuit S. Francisci Paulani fortitudo, cum postquam Neapolitanum Regem docuerat bene vivere, accessit, ut Regem Galliarum bene mori doceret. De Ludovico XI. loquor. Rex hic in consiliis suis impenetrabilis, in ira implacabilis, semper suspiciosus, semperque suspectus; assuetus struendis insidiis, & iis, quae sibi struerentur, pertimescendis; aliis sibi quaeque odiosus, in tristi secreta traheret miseram ejus vitae reliquias, quam in aliis perturbandis, & se ipso vexando traduxerat. Deus, qui saepe in peccatores animadvertit per ipsorum peccata, tradidit illum suis suspicionibus, atque aegritudinibus; factaque ex cupiditatum illius subiecto, suppliciorum ejusdem materia, permisit, ut propriis discerperetur curis, & postquam in universum terrarum orbem sui timorem incusserat, ipse quoque vicissim universam terrarum orbem reformidaret. Jugiter ob oculos illius mors versabatur, non ut se illi prepararet, sed ut illum femoreret. Quantumvis dissimulandi artem in paucis calaret, hanc dissimulare imbecillitatem non valuit. Magis cupidus regni auctoritatem suam, quam tumidas subeundi jacturam animae suae; longas peregrinationes suscipiens magis ex timidine, quam ex poenitentia; quarens sese inter terrores suos confirmare, & inquietum conscientiam suam superstitionis devotionibus sedare; sibi contra mortem vallum obiciens imaginum, & reliquiarum eorum Sanctorum, qui illam sapientissime expectarunt; & generosissime obierunt, frustra qua-

idem argum. aliter expositum.

Aliter hoc ipsum est.

libet perquirebat subsidia, nihilque sibi vel ab arte, vel a natura promittere valens, tandem sibi mer blandiebatur spe miraculosae curationis. *O mors! quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis.* Tunc Princeps iste postquam omnes Caeli Sanctos invocasset, ad illos terrae confugit, atque omnia tradens pro anima sua, ut loquitur Scriptura, misit Legatos usque in penitiores Calabriae montes, ut Sanctum hunc virum accesseret ad miraculum in sui gratiam patrandum vitaeque suae terminos proferendos. Vir quilibet minus solidae virtutis existimasset sibi festinandum, ut eo acciceretur honore, qui existimationi, virtutisque suae parabatur. Respexisset Galliam veluti theatrum aptissimum, ubi Dei gloria primum, mox verò per accidens & propria entretineret. Regem ad justitiam, & pietatem fuisset hortatus, sed gratiam ejus sibi aucupari studuisset. Arripisset hinc occasionem recentis Inlicito suo celebritatem comparandi, nec non Principis protectionem, atque effusam liberalitatem sibi demerendi, fortuito illi spem incertam faciens vitae longioris, atque Dei negotia pertractans, propria minime contempisset. Verum longe aliter accidit. Franciscus de Paula satis est in Dei sui amore fundatus, satis humilis est, ac generosus zelator aequitatis, nec unquam ne transversum quidem ut ajunt unquam a Dei charitate secedet. Regi omnia pertimescenti annuntiat, dies ejus ad exitum esse perducitur; tempus esse disponendi animam suam, & cogitandi qua ratione Dei Judicia sincera, licet brevissima, poenitentia possit praevertere si ad gloriae futurae persequitionem velit adire. *Flechet.*

Ludovicus XI. S. Franciscum Paulanum in Galliam accesserit dumtaxat, ut corporis sui bonam valetudinem obtineret; sed incomparabilis hic Vir, principis illius cecitatem miseratus, palam ei profectus est, illum non nisi de animae suae salute esse oportere sollicitum. Quisnam alius zelus, quam Sancti hujus, sustinuit solum illius regis aspectum, cujus superbia inter ipsos languores, quibus conficiebatur, magis, magisque terrorem incutiebat? Regis illius, qui cum toto vitae suae spatio voluerit se ipsum Europe totius arbitrum constituere iis artibus, quae nunquam satis intelligi posse videbantur, tunc uni vacabat curae, amovendis scilicet mortem, quam prope sibi imminere sentiebat? Regis illius, qui postquam solum sibi firmaverat iis artibus, quas regnandi libido potest suadere hominibus in quieto, diffidenti, suspiciosis, & ex finitimorum turbis proficere querenti, viam querebat regni sui proferendi contra ipsius Caeli judicia quod terminos constituit, quos humana potentia praeterire nullatenus potest. Sanctus Noster ipsum illi Verbum protulit; verbum triste, ac fatale, quod aulicorum nemo illi dicere audebat, quia impune illi dici non poterat: *morieris tu, & non vives.* Cur te inani curationis spe fallam? Scias, mortuum hunc eundem finem, quem vita tua habiturum. Reliquo igitur tempore utere, non ut recentis conquiras pharmaca, sed ut te ad mortem christianè obcedam disponas: *Morieris tu, & non vives.* *Sermo Manuscriptus P. Martineau.*

Revocate, si vobis lubet, magnum illud periculum, quod subiit Italia, cum prope fuit, ut Mahumedis II. Imperio subiceretur, ac infidelibus ejusdem copiis opprimeretur. Princeps ille aequè potens ac ambitiosus postquam Graecorum evertisset imperium, molitus est filii Dei Regnum in ipsa ejusdem Metropoli evertere. Credidit, silentium necesse esse, ut omnia ex voto contingerent. Simulavit igitur omnem armorum suorum vim in finitimis sibi populis convertere, ut facilius eos, qui longissime aberant, imparatos opprimeret. Omnes belli apparatus contegere studuit, ut perderet Romanos sub specie foederis cum illis instaurati. Sed quam admirabilia sunt judicia tua Deus, & quam bellè evertere, atque perturbare nosti hominum consilia, quae sapientissime capta videntur, & quorum successus certissimum videtur futurus!

Franciscus de Paula, propheta ille potens verbo; & opere, nescius, quid circum se fiat, unicè sibi uni intentus, latens in crebro, nullam habens secularium negotiorum cognitionem, de penitioribus recessus sui latebris politici hujus infidelis secreta detegit; & caelesti afflatus lumine aperit facinus, quod humana Sapia penetrare non potest. Interrumpit cursum contemplationum suarum; Principes ad vim strenuè repellendam; Populos ad poenitentiam, ac Sacerdotes ad preces fundendas hortatur; ipse verò suas duplicat austeritates, ut Principem impium armis exuat, iramque Dei a Christianorum cervice depellat. Deus vero, qui de populo acquisissimas repositere cupiebat poenas, permitit, ut amantissima famuli sui monita tanquam vana imaginationes, inutiles visiones, ac delictamenta haberentur hominis, qui facile falli, ac perterri poterat. Eventus tamen nihilominus verissimum Sancti vaticinium ostendit. Tarenti oppidum primos expertum est furores classis infidelium, & a barbaro imperatore captum, jure, sed nimis serò in omnem Christianum orbem late terrorem incussit. Vifa sunt Lanæ crescentis cornua illic apposta, ubi crux adorabatur; & Roma, illa Impetii Christiani mater, & caput, expavit, ut in communis nationum omnium inimici dominationem laboreret, sicutque sedes infidelis imperii. Videre hic mihi videor furorem omnem fluctuum maris agitati, ac indignantis in arenæ granum alidi. Tyrannica, & terribilis ambitio! post tot procellas, quas excitasti, non ultra proceles: *Huc usque venies, & confringes timentes fluctus tuos.* Non exercituum robur, non foederati Principes, non militum virtus barbari hujus victoris impetum retardabunt; sed preces Solitarii pauperis, & rerum omnium egeni invictum obicient vallum huic torrenti Italiae universae interitum portendenti. Enim verò Franciscus de Paula, velut alter Moses egreditur ex deserto populam Dei a Pharaonis captivitate liberaturus: ejecta ex fidelium animabus formidine spem, atque confidentiam parit. Comit de Arena Christianorum Imperatori dat ille cereum benedictum, tanquam pignus victoriae, quam ille mox cumulatissimam refert; & Ecclesia credit, illi uni acceptam referendam esse non extremam ex iis Victoris, quas Christiani de infidelibus retulerunt. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Inmodica Mahumedis II. ambitio, quo usus est Deus ad puniendam populorum Orientis flagitia, inuit consilium, devicta jam Constantinopoli, triumphos suos ad ipsam usque Romam proferendi. Il ut tutius exequeretur, nihil praetermisit, atque seceretum suae addidit solertissimae diligentiae. Credere sine ea in regione, cujus potissimus character est perspicacissima futurorum praescia politica; Franciscum de Paula unum fuisse, qui barbari Victoris consilia praesentiret? Rem ille palam protulit, sed ei fides habita non fuit, seu quod pudore sustulerentur fateri, bonum Eremitam magis perspicacem fuisse, quam alios omnes simul; seu quod voluerit Deus ad tempus, Prophetae suae gloriam desiderari, ut mox accederet gloria Protectoris Occidentis majori cum pompa, & nitore. Quomodo cumque sit quamprimum Mediterrancum mare classe Turcica obumbratum est, quae nullum obicem naeta ad Italiae litora appulit, ac Otranto potita est. Europa in ipsis vel remotissimis regionibus suis contremuit; cumque populis persuasum esset, unum S. Franciscum de Paula posse eam fugare tempestatem, quam solus praeviderat, magis in illius precibus, quam in Principum suorum exercitiis confiderunt. *Ex manuscripto Sermone P. Martineau.*

Mahumedes II. intensissimus Christiani nominis hostis devicto Graecorum imperio, jamjam & illi Romanorum inhians, viam hujus etiam potiundi inquirebat; cumque opes ejus non essent ambitio-ne ipsius minores, de suscepti consilii eventu nequaquam dubitabat, si illud secretò regere potuisset, donec aliquo Italiae oppido potiretur, quod ad reliquos conatus viam sibi sterneret facilitorem. Fran-

Job 38.

Alia eju-dem facti narratio.

factum esse aliter expositum.

Generosa libertas S. Francisci de Paula in annu-tiandis veritatibus, quas adu-latores Regibus absconduunt.

Quis licentia Ludovico XI. aperuit necessitatem se-met ad mortem ob-equitia praeparandi.

Isai. 38.

Magna aucto-ritas, qua S. Franciscus Paulanus apud Deum spue-batur.

ciscus qui cœlestibus cogitationibus addictus in eremo, & specu suo terrena omnia ignorabat, divinitus ambitiosam hanc intellexit expeditionem, qua christiana Religio prope erat, ut labefactaretur, Egreditur ille de eremo laturus opem, ac tantum excidium semoturus. De hoc certiores facit Principes Christianos, eosque hortatur, ut pro virili tantum periculum avertant. Monet Antistes, ut publicas preces indicant, populisque suadet, ut Divinam mulcere iracundiam sincera penitentia conentur. Primum quidem monitum hoc aded salubre machinis exceptum fuit, habitumque tanquam visio Solitarii ac imaginatio mera; sed monitum hoc de cœlo dilapsum fuisse probavit eventus, cum postquam in otiosa securitate sine præcautione ulla sopiti omnes quiescere quin aliquid præcaverent, Italia, atque Religio Christiana visa sunt in interitum ruere propter savissimi hostis conatum, qui repente exarsit, cum minus id eventurum homines suspicarentur. Improvisum istud periculum universam terrarum orbem exopore excussit, neque aliud præsentius, tutiusque consilium ad præsens malum arcedendum inventum fuit, quam ad illum confugere, a quo prædictum, ac prænuntiatum fuerat, ut ille sua apud Deum auctoritate illud averteret. Hæc prima, ac urgentissima exitit occasio, qua Sanctus noster enituit, præcibus suis inutiles efficiens conatus furentis hujus hostis, qui quocumque vastitatem, eademque afferebat. Quid gloriosus Sancto huic accidit viro, si tamen ulla gloria illecebra affici potuisset, quam mox haberi tamquam Rerum publicarum patronus, & Ecclesiæ atque Religionis præsidium? *Auctor Sermōnum in omnia argumenta &c.*

S. Franciscus de Paula dum viveret mundi gloriam neglexit, anhelabat enim ad solidiorem gloriam Cœli, in cujus possessionem ipsum adduxit Charitas sua, per mortem æquè sanctam atque gloriosam, ac ipsius vita fuerat; quandoquidem illum potius Divini amoris conatus, quam morbi vis eripuit, quemadmodum judicatum fuit ex mortis ejusdem circumstantiis, quæ accidit ipsa feria sexta majoris hebdomadæ, eademque hora, qua Mundi Salvator expiravit. Cum enim jussisset sibi semel, & iterum legi Dominicæ Passionis historiam, cujus verba singula fuerunt veluti totidem spicula, quæ cor illius penetrarunt; vitam suam absolvit actu ferventissimæ Charitatis. O mortem in conspectu Domini pretiosam! & quæ ante oculos illius non minus gloriosa est, quam pro ipsa charitate mortem oppetere: quamvis gloria veri, & positivi Martyrii, quod illi defuit, ut vitæ aded sanctæ corona imponeretur, videtur illi post mortem, posthumo martyrio, abire verbo invidia, concessam. Hæretici quippe cultus Sanctorum inimici æquè ac illius, qui Deo ipsi adhibetur, videntes, charitatem Francisci adhuc in tumultu viventem per multitudinem miraculorum, quæ ibi singulis diebus patrabantur, inhumanè in sanctum illum corpus igne fervierunt, & illud adhuc integrum post quinquaginta ab obitu annos cremarunt, atque hoc pacto longum absolverunt martyrium, quod vivens pertulerat, quemadmodum in illius honorem cælit Ecclesia: *longum tulit Martyrium.* Ita postquam cor ejus ardenti charitate æstuavit, quandiu ille vixit, corpus redactum fuit in cineres a barbaris, qui ipso Crucifixi ligno usi sunt ad excitandas flammæ, quasi non alio cremari posset igni, quam eo, qui alitur cruce, in qua Deus insignem amoris sui erga homines ostendit excessum. O gloriosum sacrificium! o pretiosa commixtio ligni crucis & corporis Sancti Francisci de Paula, qui postquam quocumque tulit charitatis vexillum, post mortem absumptus fuit igne, qui ex Crucis vexillo exarsit. *Auctor Sermōnum in omnia argumenta &c.*

S. Francisci Paulani corpus, quod nullum grave crimen polluit unquam, & tot virtutes sanctificavit, licet mortuum, operatum est prodigia, quæ eos commovere poterant, a quibus polluebatur, si rabies, qua agebantur, aliquod fecisset in

Sancta, & pretiosa, & mortis S. Francisci de Paula.

Mortuum illius eadem virtutes operatus est, quod commovere poterat omnes

illis reliquum rationis, ac mentis: *Et propheta dicit mortuum corpus ejus.* Ignis, si ita loqui fas est, religiosior illud reveritus est; ad plures horas vim suam suspendit quasi locum, tempusque datus impiis agnoscendi, & reparandi impitum conatum. Denique tunc tandem agere cepit in Sanctum corpus, cum impii in cineres redegerunt adorabilis Salvatoris Crucifixi imaginem; quasi Sanctus docere voluisset, non esse discipulum super Magistrum suum, & se velle post ipsam mortem participem fieri contumeliarum, quibus Deus suus afficiebatur, cujus humiliationum participis esse voluerat, dum viveret. *Sermo Manuscriptus P. Martineau.*

Quid addere possum ut Magni hujus Sancti viri elogium concludam? Unum hoc mihi reliquum est verbum, quo vos consolens, videlicet, si furor Hæreticorum Galliam, præsertim vero Turronensem civitatem, ubi obiit, pretioso hoc viduavit depositio; pro mortuis, animaque carentibus reliquiis, Sanctum Franciscum de Paula alias viventes reliquisse, a quibus non minus opis percipere possumus. Sunt autem hinc quidem Sanctus Ordo quem instituit, inde vero sanctæ vitæ ipsius exemplum, quod recens adhuc in nostra viget recordatione. Quod ad Ordinem ipsius pertinet, verbo dicam, Sanctum hunc adhuc vivere, & renasci in filiis suis tamquam in totidem viventibus sui ipsius imaginibus, quoniam legunt vestigia, quæ gloriosus Institutor ipse reliquit, & sub ipso charitatis vexillo decernant: ita ut subditi omnes, qui illum componunt Ordinem, dicere possint cum Apostolo in omnibus operibus suis: *Charitas urget nos.* Charitas illos agit, & animat; cum de suggestu concionantur, cum in Penitentis Sacramento peccatores Deo reconciliant, cum inter homines versantur, cum vitam suam in tot gloriosis laboribus tradunt: *Charitas urget nos.* Charitas illos excitat ad eos suscipiendos; sub hoc vexillo merent stipendia, hæc Patris sui hæreditas est, quam tulerunt veluti characterem, quo semper distincti fuere. *Auctor Sermōnum in omnia argumenta &c.*

Non parva est S. Francisci Paulani gloria post se homines reliquisse, qui luminibus ejus replent, animati charitate, regulis ducti, vivunt pro se quidem in ea austeritate, quæ raro exemplo post dubiæ sæcula ne minimum quidem labefactata est; pro aliis vero sanctificandis in ea cuncta aded sapienti, constanti, atque edificante, ut centies authenticis testimoniis probavit Ecclesia se in illis non minima invenire subsidia.

Sed præsertim in sancta domo ubi S. Franciscus de Paula vivit adhuc, Amisit illa quidem pretiosas Sancti hujus viri exuvias, spiritum tamen servat adhuc ideoque de cœlo eam cum voluptate prospicit. Dicendum est: quidquid istic sese meis oculis offert, nonne longè melius, quam ipse dicere valeam, istud enarrat? Hic igitur potissimum illi vota nuncupari possunt. *Ex Sermone Manuscripto P. Martineau.*

Prodigium, quod olim admiratus est Cardinalis Petrus Damiani in homine, qui in aula versabatur, fuit, exercere jejunium summa, qua fieri poterat, austeritate eo in loco, ubi delicia, & rerum omnium affluentia ultra se offerunt; vivere in paupertate, cum sibi patere videntur Principum potentissimorum thesauri; profundissimæ humilitatis sensus fovete inter plausus, & laudes, quæ undique deferuntur. Prodigium hoc S. Franciscus Paulanus instaurat; nihil ex pristino vivendi more immutat inter florentissimas Europæ aulas; ibi, non secus ac in eremo eandem videbitis exercere austeritatem, quæ ipsos etiam illius socios perterret, quibus illam non sine miraculo persuasit, cujus adhuc supersunt vestigia in Illustri Monasterio Pleffiaci prope Duronem? Ibi illum videbitis non secus ac in deserto, omnia terre bona continere tunc etiam, cum non mediocri illorum copia eidem offerretur; cujus rei argumento esse potest quod illi accidit, cum nobili cuidam viro sibi ingenium auri, argentique vim offerenti, dixit in eam sententiam,

a quibus per summum nefas prophanebatur. *Eccl. 48.*

Viventes S. Francisci Paulani reliquias sunt Religiosi Ordinis ejusdem.

Idem sequitur argumentum.

Varia Sancti Francisci Paulani Elogia.

tiam, quam olim S. Augustinus usurpaverat; se nequaquam sua sæculi bona abjecisse, ut alienis spoliis locupletaretur. Illic illum æquè ac in deserto videbitis semper intra nihilum suum coarctatum, cum interim undequaque laudes illius celebrantur. Hæc virtus est æquè rara, ac excellens, S. Bernardus agebat, propriam ignorare magnitudinem, cum interim ante aliorum oculos ob sexcenta præclara facinora magnus videris. *Rara, & magna profecto virtus est, ut magna licet operantem, magnum te nescias.* Etenim si magni laboris est, secreta quadam non affici voluptate, cum aliquid nobis meriti inesse cognoscimus; num facile est, nulla perterriti oblectatione, cum omnium ora, vultuque in nos conversos esse sentimus? *Ex Manuscripto Paris Martineau.*

Non ita facile mente assequi licet, quomodo unus homo sufficere possit tot curis, & actionibus, quot S. Franciscus Paulanus. Solus erat anima nascentis Ordinis sui, mirum in modum, cum adhuc viveret, multiplex factus; undique veluti Christiani Orbis oraculum consultus, omnibus responderet. Summi, & ini cætervatim ab eo pro quovis infirmitatis genere quaerunt subsidium, & cum gravi hac laborum assidue omnes ferè, integrasque noctes in precibus traducit; non aliud habet cubile, quam lapidem, rabulamque. Vita ejus jure jejunium est; crucientis flagellis, ferreisque aculeis præfixis discepit suum corpus, ejusque indumentum, si proprio uti velimus vocabulo, cilicium est. Ita Charitatis igne æstuabat, ut crucifixi inuiteret, vel oculorum acies in cælum sublata susciperet ad hoc, ut in ætærum raperetur; ejus autem erga Dei Matrem devotio aded erat tenera, ut ad Solam Sancti nominis ejusdem pronuntiationem lacrymis temperate non posset. *P. Crozier in Exercitiis Pietatis.*

Si judicium ferendum est ex consiliis, quæ de S. Francisco Paulano sibi proposuit Deus, hunc ille elegerat ut esset lumen sæculi sui, Magister Regum, Oraculum populorum, Gallia Apostolus, & ejus Ordinis Patriarcha, cui nihil parvum est præter nomen, quod tandem est vera magnitudinis ejus argumentum. Si considerantur lumina non vulgaria, quæ ille in hujus animam effuderat, vi-

Gratiæ, & supernaturalia dona quæ Deus in S. hujus effuderat.

detur nihil unquam ex thesauris sapientiæ Dei tanto huic viro, secretum, absconditumque fuisse. Neapolitano Regi imperii jacturam vaticinatus est, Ludovico XI. vitæ finem, Carolo VIII. ea quæ vel prospera, vel adversa in Neapolitana expeditione erant eventura; Ferdinando Regi victoriam de Mauris referendam; Julio II. Supremam Romani Pontificatus dignitatem. Si de illius miraculis verba facienda sunt, sæculi sui Thaumaturgus erat, non vulgaris cujus potentia super naturam omnem latè patebat. Super aquas tanquam super solidam, statamque viam ambulabat; montes retrocedere jubebat; pendulas rupes ruere vetabat; ignem ignitaque prunas, tanquam rosas atredebatur; arduos ingrediebatur fornaces, quin læderetur; aeris tempestates mulcebat; in aerem raptus, sublatusque ipso etiam Ludovico XI. ejusque aula inspectante manebat; mortuos suscitabat; imperiosè morbos æquè, ac dæmones extrudebat. Ejus præsentia, obtutus, verba, pedes, manus, vestimenta, quidquid illius erat, miracula operabantur. Denique Charitatis nomen in ore ejus idem erat, ac virga Moysis in manibus hujus; sæpè illud proferebat; ac nunquam eodem utebatur, quin insignem miraculum aliquod operaretur. *P. Nover.*

Sancte Vir quacumque Cœli ex parte Galliam prospicias, nullus dubito, quominus illam ea, qua olim charitate amplectaris. Illam adspectu tuo decorasti annorum vigintiquinque intervallo; ibi pretiosas exuvias tuas reliquisti; & quemcumque furorem, ac rabiem hæresis in sacras reliquias tuas exercuerit, ligno Crucis tuum corpus comburens, hoc ed spectavit, ut tibi post mortem ipsam martyrii coronam, toties a te, dum viveres concupitam, compararet. Centies detraxisti de cœlo benedictiones in nos, in Reges, & Regna; tibi in presentiarum neque minus potestatis est, neque charitatis, quam cum in hac vita versararis. Per hanc igitur charitatem preces nostras exaudi tu, qui charitati omnia concessisti, & nihil unquam charitati negasti. Esto protector noster, sicut patrum nostrorum fuisti. Averte ea mala, quæ bellum, hæresis, & vitium in hoc regno parere possent: Et pietas, atque pax nos æquè sanctos in terra, ac in æternitate beatos efficiant. *Idem.*

Oratio ad S. Franciscum Paulanum.

PRO SANCTI PHILIPPI NERII  
INSTITUTORIS CONGREGATIONIS ORATORII  
INITALIA  
PANEGYRICO.  
MONITUM.



Supremi Pastoris providentia Ecclesie necessitatibus semper intenta in persona Sancti Philippi Nerii præbuit eidem perfectissimum illius Sanctitatis exemplar, quam in illis requirit, ut ejusdem præcipuum, amplissimamque partem constituunt, videlicet in Ministris Domini ad statum hunc evocatis, ut eorum opera Sacerdotum ipsius efficiatur æternum.

Verum quidem est, omnem incomparabilis viri, cujus hodie memoriam recolimus, sanctitatem in suis communium actionum serie, & in officiis ejus ministerii, quo summa cum laude fideliter perfunctus est contineri, quæ omnia non tantum sacri Oratoris eloquentia campum aperiant, quantum Apostolica vitæ genus in arduis missionibus, & captis, quæ felicem eventum obtinere: verumtamen dicere possumus virtutes, atque labores Sancti Philippi Nerii, quod in hominum oculis non aded veniunt, non idè minoris esse meriti apud Deum; zelumque ipsius in procuranda omnibus artibus plurimorum peccatorum conversione, reformatione morum in verbis, integritate Provinciarum, reparatione fervoris in Ecclesiasticis; constantem ejus in laboriosissimis muneribus fidelitatem, ac denique inestimabilem fructum, quem in Ecclesia tota retulit, eum is etiam, qui præ veteris Sanctitate floruerunt, coæquasse.

Animadvertendum est dumtaxat, 1. Cum Sanctus Philippus Neri novissimis hæc sæculis vixerit, in laudem illius asseri non posse scripturæ locos, & Sanctorum Patrum auctoritatem, nisi per applicationem. 2. Quemadmodum illum in Ecclesia sua posuit Deus, ut esset exemplo præsertim Ecclesiasticis, Hondry, Paneg. Tom. II.



videri possunt officia huic statui inhærentia, per quæ magnus hic vir. se ipsum sanctificavit, Tomo II. Bibliotheca Concionatorum; titulo Ecclesiasticus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Orationum Panegyricarum hujus argumenti Synopsis.

Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet, & edificabo mihi domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus, I. Reg. c. 2.

I.



D Sancti hujus elogium exornandum intruci possumus

1. Dispositiones, quas attulit, ut Sacerdotium reciperet; atque inde occasionem arripere ostendendi quam puritatis intentione se se terribili huic ministerio debeant offerre, qui ad dignitatem adeo eminentem contendunt.

2. Ostendi possunt Sacerdotii ipsius occupationes; ejusque exemplo erudire illos, qui hoc munus subierunt, quod cum sui non sint, sed Ecclesie, a qua vocati fuerunt, omnino ad salutem animarum debent incumbere.

Ad primum divisionis punctum exornandum ostendi potest, 1. Sacerdotii statum reliquorum esse sublimissimum; 2. nullum idcirco esse, qui majores dispositiones requirat; 3. Sanctum Philippum Nerium, cui explorata erat Sacerdotii dignitas, semetipsum perfectissimè præparasse. Sacerdotes non ne peculiari devotione pertinent ad Deum; non ne illi præ cæteris magis adherere debent? Deo enim propiores sunt per characteris sui privilegium, & ceteris esse debent puriores, Deum orant, exorantque pro fidelibus, & apud Deum funguntur oratoris officio, adorabilem Salvatoris personam referentes. Offerunt, & Sacra Mystra dispensant: oportet ergo ut ipsi omnium primi fructus eorum percipiant. Alios reprehendunt, ipsi vero esse debent irreprehensibiles. Cum illis difficilior sit post lapsum consergere, ita majori cura, & metu innocentiam suam factam rectam debent tueri. Hæc enarratio duo probat, alterum, Sacerdotii statum amplissimum esse, alterum vero dispositiones eorum, qui ad eum evocantur, esse debere singulares, pro statu ejusdem singularitate. Quæ duæ veritates his verbis continentur: Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet, & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

Hæc considerationes S. Philippum Nerium a puero permoverunt; & Deus admirabilibus virtutibus progressibus cor ejusdem ad ea munera obeunda disposuit, quibus eum destinabat. Quantumvis felix a natura sortitus fuisset ingenium ad omnigenas scientias perdiscendas, ad eas tamen incumbere maluit, quæ pietatem ejus fovere poterant. Corripuit sancta Scripturarum simplicitate, superbiam, quam humanæ scientiæ gignunt, & ex ipsis studiis suis hausit argumenta orationum, & exercitationis statum virtutum. In lectionum suarum intervallo visus est, modò in facelli alicujus angulo lacrymis suffusus ad Jesu Christi pedes prima amotis sui, atque poenitentiae specimina proferre; modò sub porticu S. Petri in pauperum corona fidei rudimenta, & elementa Religionis tradere, in charitatis usum impendere suæ paupertatis reliquias, & fructus, quos per abstinentiam necessitatibus suis subtraherat. Modò videbatur in Xenodochiis, ubi laboribus, sermonibusque agrotantibus ferebat opem, eoque juvabat iis viribus, quas mortificationes, & jejunia illi reliquerant. Ita virtutum suarum exercitatione S. Philippus se se ad Sacerdotium præparabat; sed multò magis profecit, cum relictis sterilibus scientiæ theormaribus, decrevit se nihil amplius scire velle, quam Jesum Christum crucifixum, neque alia pati potuit lumina quam ex oratione sua percipiebat. Intima hæc, quam cum

Deo habebat, consuetudo, illi Sanctuarium aperuit, eique sanctam præbuit facultatem offerendi Omnipotenti Deo victimam cœlestem pro peccatis hominum.

Pro altera parte ostendi potest, 1. Sacerdotium non esse titulum inane sine muneribus suis, atque laboribus; sed immo esse ministerium repletum plurimis officiis, quæ essentialia sunt, ac non ita facile adimplenda. 2. Sanctum Philippum tamquam dignum ministrum perfectè omnibus hæc officiis fuisse perfunctum. Harum veritatum altera probatur verbis Apostoli ad quemdam Episcopum: Tu vero vigila; in omnibus labora: Ita enim Paulus Timotheum hortatur, ut se se in vocatione per Jesu Christi gratiam confirmet, & labore veluti miles Filii Dei merens stipendia: Opus fuit Evangeliste. Modò Evangelistæ munera obiens, modò puræ fidei doctrinam conservans, eamque cum timore, & prudentia dispensans; Depositorum custodi. Ad alteram vero probandam satis est S. Philippi vitam percurrere, ut innotescat illum fuisse operarium Apostolicum, ipsis Ecclesie primordiis dignissimum; vocationi suæ intentum, quam operibus suis certam studebat efficere. Ostendendum est omnem vitam suam cursum feriem fuisse operum misericordie, & charitatis nunquam laboribus fessus, ac ratus se omnibus debitorem esse, ut omnes lucraretur. Non ne hæc imago est Sacerdotis, qui semper secundum Evangelii legem ambulavit, Sacerdotis secundum cor Dei? Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet. I. Reg. cap. 2. Flechier.

Dedit illi Deus fingi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius. Ecclesiast. 45. Destinavit illum Deus Sacerdotii ministerio; ille vero hoc titulo proflus peculiarem laudem promeritus est. Si vocatio ad Sacerdotium electio est peculiaris, qua Deus personam aliquam fecerit in ministerium sanctissimum, atque amplissimum, quod sit in Ecclesia; si illi, quos ad se ipsum evocat, ac fruuntur felicitate, quod propius ad supremum universorum Dominum accedunt, qui quotidie in eorum manibus renasci dignatur; si sunt illius portio, & hæreditas, quemadmodum loquitur Deus in Scripturis; si eliguntur, ut supremam exercent potestatem in corpus ejus naturale, & mysticum; si, ut aperiant Cœlum fidelibus per facultatem quam Ministris suis tribuit, in eorum manu constituens claves illius; si denique, ut sapienti dispensatione Sanguinem Jesu Christi distribuunt, dicite quæso, quemnam esse oporteat illum, qui eligitur a Deo, ut in adeo sublimi statu sanctificetur? qui in persona sua debet ostendere, quamnam esse debeat vitam ibi ducenda; & quinam tandem, ut in glorioso hoc munere excelleret, manu sua instituit, & condidit illustrem Congregationem repletam viris scientia, & virtute præditis, nec non imitatoribus zeli sui, ut in opus adeo magnum adlaborent, ut pietatis ignem accendant, qui ferè clanguerat, & ut exequantur consilium, quod Deus ipse illi inspiraverat? Ex amplissimo eo sine, quem sibi de magno hoc viro proposuit Deus, cognoscite quinam illius zelus esse debuerit, quæ Charitas, pietas, unio cum Deo, atque, ut uno me verbo expediam, quamnam fuerit sanctitas illius, qui ad munus adeo nobile obeundum electus est; & vos ipsi delineabitis imaginem gloriosi S. Philippi Nerii, quem

2. ad Timotheum.

II.

quem vos facilius agnosceris ex conceptu, quem vobismetipsis adstrueris viri perfecti, & in omni virtutum genere præstantis, quam ego vobis exhibere valeam peculiare vite illius actiones vobis representans, quarum maximam partem illius nobis humilitas abstulit. Tamen quod hominum oculis fallere non potuit, satis erit, ut justum ejusdem elogium exornem, si vobis ostendam;

1. Quomodo dignè omnia obierit munera statum adeo sancti, ac religiosi, characterem suum sustinens iis virtutibus, quæ ejusdem sunt propriae.

2. Quomodo de Deo, deque Ecclesia per quam bene meritus fuerit, suum zelum, suasque curas impendens, ut alios ad perfectionem formaret. Horum alterum ostendit personalem sanctitatem, atque thesauros gratiarum, & meritum, quæ possidebat; alterum vero viam, quam ingressus est, ut illa proximo communicaret, aperiens illis fontes, qui quocumque sanctitate debent effundere. Hæc erit Sermonis divisio. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

III. Considerari potest S. Philippus Nerius tamquam vir meriti præstantissimi, atque omnino extraordinarii; & respici

1. Tamquam vivens, qui conversatur cum mortuis; & qui exemplo suo nos docet, quomodo moriamur Mundo, voluptatibus, honoribus, Deo tantum, & pro Deo victuri.

2. Tamquam vir justus, qui conversatur cum peccatoribus, quos convertere adnititur, atque ad Dei familiarum traducere.

3. Tamquam mortalis homo, qui conversatur cum Angelis; qui illos imitari conatur, puritate vitæ incomparabili, charitate ardenti, intima adhesionem cum Deo, & iis omnibus, quæ pertinent ad cultum Dei, a quo nihil eos potest avertere. Ex P. Senault Oratorii Præhytero.

IV. Ecce Sacerdos Magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inveniens est justus. S. Philippus Nerius in depravato eo sæculo, quo vivebat, considerari potest tamquam Sacerdos Magnus electus a Deo ad iram suam mitemdam, & procurandam apud ipsum peccatorum reconciliationem. Eccli. 40. 1. Hic fuit homo justus, qui cum inter laicos adhuc versaretur, sese commendabilem præbuit omni virtutum genere; ita ut vita ejus, non fecus ac S. Pauli, esset Odor vitæ. Odor vitæ sumus.

2. Qui homines ad virtutem adduxit exemplis, præcipis, ac ferventibus adhortationibus suis, ostendens illis vias salutis, quas sequi debebant.

3. Et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Ostendi potest quomodo ille divinæ justitiæ flagella a peccatorum capite averterit pluribus modis. Sacrificiis suis; hoc enim præcipuum est Sacerdotis munus, ex D. Paulo, qui debet offerre dona, & sacrificia pro peccatis populi Dei: deinde precibus, & mortificationibus, tamquam publici poenitens, qui hoc pacto se facit victimam populi, pro quo offert se Deo, justitiam illius delinens.

V. Considerari potest S. Philippus Nerius, tamquam absolutissimum Sacerdotalem Sanctitatis exemplum. Quapropter illi applicari potest gloriosum illud testimonium, quod Judæ Machabæo perhibet Biblia. Elegit Sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei; eisque in vita sua perfectum proposuit autographum

1. Sanctitatis, quam habere debebant, ut se se adeo sublimi vocationi disponerent.

2. Quam in sui muneris praxi ipsi erat exercenda.

3. Quam in altari querere debent divina celebrantes Mystra, & Salvatoris Corpus consecrantes, qui tons est omnium gratiarum, & principium perfectionis Sanctorum Omnium. P. Novet vita Jesu in Sanctis suis.

VI. Considerari potest S. Philippus Nerius in variis vitæ suæ statibus, tamquam perfectum exemplar earum qualitatum, quæ in iis requiruntur, qui sublimè hoc ministerium proficiuntur.

Hicory, Paneg. Tom. II.

1. In vocatione sua ad Sacerdotium, quod opus fuit Spiritus Sancti; qui hoc illi per animæ suæ directorem imperavit, ut per obedientiam statum hunc ingrederetur exemplo Filii Dei, qui non sibi sumpsit gloriosam Pontificis dignitatem, sed qui recepit illam ab eo, qui dixit eidem: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

2. Philippus Nerius se ad Sanctum hoc Ministerium disposuit per innocentiam vitæ, per omnium animi affectionum mortificationem, & charitatis suæ fervorem erga Deum, atque proximum.

3. Quoad vero functiones adeo Sancti Ministerii, nemo unquam Minister majori cum fidelitate omnia obit munera eidem inhærentia: nemo unquam Minister majori zelo officii sui honorem sustinuit, atque cultum, & venerationem extendit; quod non per se tantum, verum etiam per Congregationem omnem, quam instituit, sanctitate, & zelo cumulatissimam obtinuit.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia potest ad propositas Sermonum structuras exornandas, & Auctores de hoc Argumento pertractantes.

Fontes puriores, Auctoresque magis fideles, ex quibus rerum copiam haurire liceat ad S. Philippi Nerii laudes celebrandas, indignitate non possumus, quam Acta Canonizationis ejus, & historiarum vitæ illius, quæ post ejusdem obitum in lucem editæ sunt. Has narrationes, ac vitas primos fontes appello; ii enim omnes qui locuti sunt, & scripserunt deinceps de actionibus, virtutibus, miraculis, & inestimabili fructu, quem attulit Ecclesie per Congregationem ab ipso institutam, inde hausere, quidquid dictum ab illis fuit.

Prima S. Philippi Nerii vita, quæ in lucem prodit paulo post ejus obitum, scripta fuit ab uno ex Discipulis, & alumnis ejus Antonio Gallonio, qui palam testatur, se in narratione ab ipso de Sancti Viri factis, & præsertim miraculis facta nihil attulisse quod ducentorum, & quinquaginta restium juramentum probatum non fuerit, inter quos nominat sex Cardinales; quod tamen de aliquibus peculiaribus factis intelligendum est; neque enim id affirmari potest de universis.

Vitam alteram scripsit Jacobus Baccius ejusdem Congregationis Sacerdos. Vita hæc, quæ primum quidem Italicè, mox vero Latine ab eodem Auctore conscripta fuit, a priori non differt, nisi quod fustior est, & continet Acta Canonizationis, ac eorum testimonia, qui magnum hunc virum propriè agnoverunt.

Tertia paulò superioribus recentior, præter alios quot facta, & peculiare circumstantias meliorem in ordinem redacta, & cultiori stylo conscripta fuit a Hieronymo Bernabæo.

Cardinalis Baronius, qui præcipuum extitit Congregationis Oratorii ornamentum, & quo nemo melius eum cognovit, in Annotationibus suis in Romanum Martyrologium, verba facit de Sancto hoc viro iis verbis, quæ satis aperiant, quam sublimè sentiret de ejusdem meritis, & sanctitate.

Spondanus, & Raynaldi in Annalibus suis cum laude meminerunt virtutum, ac meritum Sancti hujus.

IIIi omnes qui recens labores suos impenderunt in Vitas Sanctorum, veluti Auctores de Sanctorum actis pro Mensè Maji; Baillet, alique nonnulli: Hermant, Auctor Historiæ de Ordinibus Regularium institutione.

P. Croiser habet compendium vitæ, ac virtutum illius in Exercitiis Asceticis pro singulis anni diebus; hoc ille non historico modo elucubratus est, sed ea elegantia usus est, quæ Concionatori non parum sit profutura.

P. Novet in Meditationibus Sanctorum, unam habet, eamque pulcherrimam de S. Philippo Nerio.

Qui vitam hujus sancti scripserunt.

Qui de eodem locuti sunt in operibus suis.

Recebat  
Concionatores.

Fleclier egregiam habet Orationem hujus argumenti inter Panegyricas.  
P. Senault Oratorii Presbyter tomo tertio Panegyricorum.  
Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. Tomo II. Panegyricorum.  
Quoad collectanea hujus argumenti, reor nulli ampliora inveniri posse, quam in Actis Sanctorum, quae memoravimus.

PARAGRAPHUS III.

Loco, Exempla, figura, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Uscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet. 1. Reg. 2.  
Qui ad justitiam erudierunt multos, fulgebunt sicut stella in perpetuas aeternitates. Daniel 12.  
Quia repulisti scientiam, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Osee 4.  
Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus requirunt. Malach. 2.

Elegit Sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, Lib. 1. Machab. 4.  
Inventus est perfectus, justus, & in tempore iracundia factus est reconciliatio. Eccli. 4.  
Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Eccli. 45.

In fide, & lenitate ipsius Sanctum fecit illum. Ibidem.  
Dedit illi coram praecepta, & legem vitae, & disciplinae. Ibidem.  
Dedit illi Deus fungi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius. Ibidem.

Separavit vos Deus Israel ab omni populo, & junxit sibi, ut serviretis ei in cultu Tabernaculi, & ministraretis ei. Numer. 16.  
Constituit Deus coram Arca Domini de Levitis, qui ministrarent, & recordarentur operum ejus, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel. L. 1. Paralipom. c. 16.

Sic vos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum ejus. 1. ad Cor. 4.  
Dedit nobis ministerium reconciliationis. 2. ad Corinth. 5.

Pro Christo legatione fungimur. 2. ad Corinth. 5.  
Vide ministerium quod accepisti a Domino, ut illud impleas. Ad Colos. 4.

Esto exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate; in fide; & castitate. 1. ad Timoth. 4.  
Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. 2. ad Timoth. c. 2.

In omnibus praebe te ipsum exemplum honorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Ad Titum c. 2.  
Nec quisque sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. ad Hebr. c. 5.

Attende lectioni, exhortationi, doctrinae. 1. ad Timoth. 4.

Exempla, & figura Scripturarum.

Mirum sanè fuit Israelitis spectaculum, cum Aaron thuribulum manu gerens se se projecit in flammis, ut inde eriperet populum, qui ab illis absumebatur, cumque oculos in caelum sustollens Dei iracundiam precum suarum fervore lenivit. Contempit enim ille sibi impendens periculum; se se objecit fulminibus, quae de nubibus contorta ruebant, atque se inter mortuos, & viuentes commiscens, prospicientes incertos reliquit utrum ille vitam suam esset amissurus, cum alienae vellet optulari. Sed non minus mirum mihi videtur spectaculum, intueri Sacerdotem, qui ut suo fungatur munere divina se se objecit justitiae, immiser se se mortuis eos suscitaturus, viventibus eos converturus, Angelis, & Deo Angelorum eos

placaturus. Hoc tamen praestitit Philippus, Cum enim Sacerdos esset, atque a Jesu Christo ad reformandos Ecclesiae Sacerdotes electus, haec omnia miracula operatus est, dum viveret adhuc in terris, & amore, zeloque plenus se se in periculum conjecit, ut alios liberaret. Pro mortuis oravit, eosque a mortuis suscitavit; oravit pro vivis, eosque conyertit; Deum, & Angelos oravit eosque ad lenitatem inflexit.

Ex historia vitae Sancti hujus novimus, illum saepe se a viventibus secessisse, ut cum mortuis versaretur; ipsum Sanctorum Corpora consuluisse, quae licet in pulverem redacta, non idè Spiritus Sancti Tempia esse cessabant; ipsum ab illis didicisse vitam contemnere, & mortem peroptare; & in eorum schola percepisse, quomodo amplissime Christianae Religionis virtutes exercendae sint; atque se eorum exemplis animasse ad omnes pericula hujus aeternitas perferendas, ut Coeli beatitudinem consequeretur. Constantis fuit primorum fidelium praxis, quemadmodum Ecclesiastica testatur historia, noctes super Martyrum sepulchra traducere, & ad illustrium horum Heroum simulacra se se contere, ut inde artem edocerentur dolores, quibus agebantur, strenue perterendi & evadendi mortem, quam illi vicerant pro Salvatoris nomine sanguinem effundentes. Illuc S. Ambrosius mittebat eos, quibus superbia suae conditionis oblivionem adduxerat, ut se se colligerent, simulque mundum superate perdiscerent. Sed quanyas omnia sepulchra generatim loquendo, scholae sint, ubi de terrensibus Vanitatibus erudiri possumus; scendum est, primorum Martyrum monumenta sanctiores esse accagemias, ubi discere possumus, non solum contempere quidquid mundus adeo perdidit quart; verum etiam effundere nostrum sanguinem, & vitam ipsam impendere pro Jesu Christi gloria; gratiam primi fideles in sancta haec loca secessabant, ut sanctae praepraerent ad gravissimas persecutiones strenue sustinendas. Haec procul dubio considerationes cogesserunt S. Philippum Neri, ut frequenter adèd Sanctorum Martyrum javiseret sepulchra, melioremque noctium partem transigeret in Cameterio Calisti, adèd commendabili propter ingentem vim reliquiarum, quarum sacer est custos.

Deus in lege Veteri nullam agri partem Levitis assignavit, cum Chananitidem partitus est duodecim tribubus Israel, quemadmodum omnes porunt; & hanc attulit causam, quia ipse futurus erat haereditas eorum, atque possessio. Ego ero pars vestra, inquit illis, & haereditas vestra. In hoc igitur sita est felicitas eorum, qui sunt Ecclesiae destinati, possidere Deum titulo haereditatis, & modo proprius peculiariter, ita ut hic apud illos locum teneat omnium, quod Cleri nomen significat, habere Deum in sortem, & haereditatem suam; sed hoc etiam significat peculiaritatem obligationem, propter quam Sancti esse debent; quoniam hoc quodammodo est jam sanctos esse, Deum ita possidere in hac etiam vita, quia non nisi per gratiam, & sanctitatem possidentur, & haereditas Regni sui in Caelo his tantum debetur, qui ex hoc mundo egredientes in possessione gratiae fuerint inventi. Deus autem elegit Ecclesiasticos, ut ad hunc finem nobiliori via, quam alii, pervenirent: quia vult ipsos unum se possidere, ac uni sibi deservire, atque omnino suos esse, ut vicissim ipse quoque totus eorum sit; utque haec omnia uno verbo complectar, finis vocationis ad statum adèd eminentem est, esse sanctos. Hoc persuasum erat S. Philippo Neri, qui a puero terga vertit mundo, voluptatibus, honoribus, divitiis, sibi referens Deum unum in partem, certus consilii, unice fatagendi ad animae suae sanctificationem.

In lege veteri, ubi castitas, & continentia usum non obtulerant, neque eam habebant perfectionem, ad quam illas Saluator extulit deinceps in fide Evangelica; Deus illas tamen in Ministris suis requirebat, ita ut antequam sibi a Ministris suis Sacrificium offerretur, deberet Sacerdos manum victimam

Deus est propria Ecclesiasticorum haereditas quod illos sanctos efficere debet.

Quae debent esse puritas eorum, qui Altarium cultui dicuntur.

animae capiti imponere, ac palam, & solemniter ante aras prosterni, se mundum esse, neque noxae ullius sibi conscium in re hac, alioquin nequam aucturum se se Ministerio adèd Sancto immiscere. Haec legalis erat caeremonia, & figura; quae tamen his temporibus, quibus umbrae veritati locum fecerunt, nobis innuit, quam esse debeat puritas eorum, qui se se deoverunt Arae, & cum manibus gestant, qui ipsissima puritas est, qui offerunt corpus, & sanguinem Dei sui, & qui virginali carne, & vino, quod virgines germinat, saginantur. S. Chrysostomus dicentissime hunc locum persequitur, & ait, quemadmodum potestas, quam Sacerdotes exercent in ipsum Deum, toto caelo superat potestatem Angelorum, eorumque minus longe praestantiorum horum ministerio est; hos illi debent in puritate saltem imitari, si minus per naturae infirmitatem illos aequare possunt. Hoc praestare conatus est S. Philippus toto vitae suae tempore, cum semper eximiam adèd puritatem servaverit, ut audacter proferri possit tamquam perfectum exemplar ejus puritatis, quam Sacerdotalis status requirit.

Applicationes quorundam locorum Scripturae huic argumento.

Tu es sacerdos in aeternum. Psal. 109. Hec questio est, circa quam saepe Patrum Doctorumque sententias consului, ut illius explicationem invenirem: quare ex omnibus statibus, quos Saluator assumere dignatus est, & ex omnibus muneribus, quae exercuit, suum tantummodo Sacerdotium in scripturis vocetur aeternum, quemadmodum ab ipso etiam S. Paulo Apostolo nuncupatur. Sempiternum habet sacerdotium; eosque omnes invenio prope constato, & unanimes consensu reddere; sicuti Deus nulli magis honoratur quam sacrificio, qui praecipuus est actus nostrae Religionis, Dei Filium, ut aeternum Supremae Majestatis magnitudinem coheret, voluisse, ut corpus suum in saeculorum ultimum finem in sacrificium offerretur. Verum cum Deus ubicunque coli mereatur, sacerdotium hoc non aeternum dumtaxat, verum etiam immensum quodammodo esse oportuit, ut sicuti Propheta cecinerat, nomini illius hoc sacrificium offerretur; hinc cum in lege veteri pauci essent Sacerdotes, voluit hos in nova in infinitum multiplicari. Aude his, sicuti Deus uno in opere, plures habet fines, credidi nequaquam improbandam esse aliam hujus divini facti causam, quae magis moralis est, mihi quae locum praebet ostendendi, quam bene de Ecclesia meritis fuerit S. Philippus Neri. Sicut enim in Ecclesia, quam Dei Filius constituit, Sacerdotes, & illi qui ad Altaris ministerium vocantur, reliquis Christianis esse debent exemplo; & status eorum Sanctitatis vitae suae sanctitate debet sustineri; voluit, eos in omnes ferè locos late diffundi, & hanc vitae professionem aequè ac Ecclesiam ipsam extendi, cujus illa pars est vel portillima, ut ubique sanctitatis exempla invenirentur, in qua oculos quisque conjiceret.

Messe quidem multa, operarii autem pauci. Matth. 11. Quot sunt homines rudes, qui ipsa Religionis ignorant rudimenta? Quot peccatores veteribus impliciti habitibus, ex quibus emergere non admodum conantur? Quot populi non audiunt amplius sibi verba fieri de veritatibus Religionis? Quot agri non afferunt fructum, quia non excultantur? Quot peccatores permanent in umbra mortis, quia oculis eorum status sui calamitas non exhibetur? Suae natura homines tot malorum causas in Pastorum incuriam rejiciunt, eosque instigulant negligentiae. Verum si propius omnia inspiciamus, inveniemus, omnia haec mala Subalterorum Ministrorum, inferiorumque negligentiae accepta esse referenda. Deus ergo orandus est, ut Ecclesiae suae optimos tribuat Sacerdotes, qui status sui praestantiam noverint, qui nomen sustineant, quo donari fuerunt virtutum suarum exemplo; qui

tantum in populo vitae sanctitate eminent, quantum eminenti characteris sublimitate; qui mereantur servire Deo, ac satis dignè obire officii sui ministeria, non secus ac S. Philippus Neri illa sine intermissione ad vitam suae extremam exercuit, totum vitam suae spatium infundens ad illa obenda, cum ea, quae summa haberi potest, cura, & diligentia.

Sicut populus, sic & Sacerdos. Isaie 24. Populus Sacerdotum exemplum sequitur. Magnus iste Sanctus, de quo loquimur, credidit nequaquam satis esse Sacerdotum Sacerdotum Congregationem instituisse, nisi omnes Ecclesiae Sacerdotes converteret, & nisi hos sibi socios adumeret, ad peccatores quoslibet convertendos. Sciebat ille quidem Religionem nihil esse perniciosius flagitiosa Sacerdotum vita; sicuti optima quaeque sunt deterrima, ubi primùm contabescunt, Ministros Filii Dei, quos esse decet Sanctissimos, ubi intepescere, ac retro labi incipiunt, in nequissimam rucem impietatem. Sciebat quoque viam validiorem, simulque brevioram ad fideles omnes convertendos esse initium ducere ab Ecclesiasticorum conversione, quia secundum illud Scripturae effatum; Sicut Populus sic Sacerdos; Populus Sacerdotes imitatur, eorumque exempla sectatur. Hac de causa summus hic vir nullam invenit requiem nisi postquam universum Italiae Clerum reformavit, Ecclesiasticos in pietatis viam revocavit, & in cordibus eorum accendit veterem illum fervorem, & zelum, quo primi Salvatoris Discipuli absumebantur. Conspicuit autem cum praestantissimo Ecclesiae Mediolanensis Archiepiscopo, Romanaeque Ecclesiae amplissimo Cardinali S. Carlo, in eximium hoc opus, & uterque pro vituli adniti sunt alter quidem Mediolani, Roma alter, tanta cum utilitate, ut Ecclesia brevi faciem, Sacerdos morem, Fidelis vitam mutarent.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam urentem. Psal. 43. Finis quem sibi proposuit S. Philippus in Congregatione instituenta, fuit, ut Sacerdotes Angelis similes fierent puritate, & charitate, quemadmodum hos potestate, & dignitate antecesserunt. Angeli enim per plus luminis habent quam Sacerdotes, minus autem potentiae. Si Angelus Filii Dei in terras nuntiat adventum verbis suis; Sacerdos illum suis huc accessit. Si Angelus illum hominibus ostendit, Sacerdos hunc illis tribuit; si alter potestatem habet per viam consilii advocandi a sequiori tramite in rectam salutis viam fideles, qui sunt corpus mysticum Jesu Christi; alter potestatem habet illos a peccato ad gratiam, a morte ad vitam per auctoritatis viam traducendi. Denique si ex D. Pauli sententia, Deus nemini Angelorum dixit unquam quod Jesu Christo: Filius meus es tu, ego habeo genui te, nemini quoque illorum Saluator haec dixit verba, quae dicere potest Sacerdotibus, Tu Pater meus es super terram; nam non secus ac ille vos me produxistis, & quotidie super altari producit, Si igitur magnitudinem perfectionis, ad quam Sacerdotes vocantur, metiri possumus ex ea status sublimitate, ubi Deus illos constituit, Angelos quoque sanctitate superare debent. Et profectò ad illos potissimum hoc Salvatoris verbum pertinet: Estote ergo perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est; & tanto Angelis ipsis meliores esse debent, quanto status illorum pra Angelorum statu sublimior est. Saltem ambigi non poterit, quominus Angeli in Scripturis evocati, Angelicam habere debeant perfectionem; homines proflus spirituales, proflus expediti a corpore, corporeisque rebas per vocationis suae sublimitatem, quemadmodum Angeli sunt per naturam, atque essentiam. Opus est, ut sicut illi, zelo repleti sint pro Dei gloria, ac igne succenti, cum illius honor agitur, ut sicut illi, parati sint ad annuntianda verba ipsius, & ejus imperia capessenda. Opus est, ut sicut illi, incessanter deserviant iis, qui quantum fratres sui destinati sunt ad salutis haereditatem capiendam. Haec erat fides, haec doctrina, hoc

S. Philippus Neri cum Sacerdotum Congregationem instituit, per hanc ad Cleri cultus reformationem inebuit.

Sacerdotes dignitate, & potestate Angelis praeferendi.

Matth. 15.

Vocatio ad Ecclesiam vitam non est, ut commo- dus ubi vi- vas, sed ut facilius sanctificari possit;

exemplar, quod Sacerdotibus Congregationis suae proponebat S. Philippus. Videte vocationem vestram, i. ad Cor. I. Haec validior est, ac utilior adhortatio, qua habenda sit ad eos, qui Ecclesiasticum statum ingrediuntur, & praesertim Sacerdotio deponantur. Serio animum advertite ad finem illum, propter quem Deus ad ministerium suum vos evocat, & eligit altarium suorum ministros: Videte vocationem vestram: intelligetis nequaquam vos ab illo vocatos fuisse, ut opulenta beneficia possideatis, vel ut Crucifixi bonis commodam vobismet vitam rationem procuratis; non ut asilum, honestumque periculum inveniatis in labantibus familiae vestrae ruina; non ut opes Ecclesiae vobis in locum patrimonii succedant, quod jus natiuitatis ferè totum primogenito referri iubet; non denique ut spectabili aliqua dignitate maiorum vestrorum nomen, & decus sustineatis; sed ut in hoc statu sanctificemini; quandoquidem ille est aperta professio vitae sanctioris et, quam vulgo ducere soleant Christiani. Flebiter.

Qui non intrat per ostium in ovile ovium, fur est, & latro. Joan. 10. Potiori jure furis, ac latronis nomen merentur illi, atque hoc nomine puniuntur illi, qui Ecclesiasticum statum ingrediuntur, qui Sacerdotio insigniti cupiunt ob aliquem honorem vel utilitatis finem, ceterum mundo additi, & secundum spiritum ejus viventes; qui non norunt quidem quid sit hic status; qui tantum abest, quod necessarias habeant dispositiones, ut ad sacrum hoc ministerium attollantur, ut ne digni quidem sint, qui Christiani appellentur. Hi mortales sunt ebrii spiritu Mundi, & voluptatibus ejus, qui dies suos traducunt in Mundi societatibus, & quorum negotia sunt secularia solatia. Horum beneficia paria essent alendis pluribus Ecclesiasticis virtute praeditis, qui languent in paupertate: Nihil Ecclesiastici in iis reperitur, non mores, non sermones, non sensus. Adfectata eorum munditia, & elegantia; eorum mundi legibus submissio; cui uni placere quarunt, cura, qua omnia vite commoda perquirunt; haec omnia jure scandalum afferunt iis, qui norunt Sanctitatem statum, quem sunt ingressi. Numquid nocentior inveniri fur potest, quam qui ad alendum luxum, & vanitatem suam eo abutitur bono, quod ad pauperum inopiam sublevandam, eosque nutriendos destinatum est?

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiae Sanctorum Patrum, quae huic argumento inservire possunt.

Ubi Christi servit Ecclesia, interpretetur primò vocabulum, & nominis definitione prolata, miratur esse, quod dicitur. S. Hieronymus in Epist. ad Nepotianum.

Quod sumus professione, actione potius, quam nomine monstremus. S. Ambros. de Sacerdotum dignitate cap. 3.

Cum Sacerdotalis dignitas videatur aliis dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus est, cum illis se imitandum debet ostendere. S. Gregorius l. 7. Regist. Epist. 117.

Cujus vita despiciatur, necesse est, ut ejus praedicationis contemnatur. Idem homil. in Evang.

Si Sacerdos est, sciat legem Domini, si ignorat legem Domini, ipse se arguit non esse Sacerdotem Domini. S. Hieronym. in Aggaeam Prophetam.

Tantum interesse debet inter Sacerdotem, & quemlibet virum probum, quam inter caelum, & terram discriminis est. Ildorus Pelusota l. 2. Epist. Epist. 205.

Sacerdotem virum oportet esse divinum. Sines. Epist. 105.

Professio vestra vita caelestis est. Cassiodorus Epist. 24.

Sacerdos est miraculum stupendum, potestas ineffabilis: caelum attingit; cum Angelis versatur, cum Deo familiariter agit. S. Ephrem Serm. de Sacerdot.

Custodes animarum Sacerdotes. Gregorius Nazianzenus in Orat. ad Sacerd. Congreg.

Meditari stat Sacerdos inter Deum, & humanam naturam; illinc venientia beneficia ad nos deferens, & Dominum iratum reconcilians. S. Chryostomus homil. 5, in Iliam.

Sacerdos quasi communis quidam omnium pater est: dignum est igitur, ut omnium curam agat, omnibusque provideat sicut & Deus, cujus functionem procurat. Idem homil. 6, in primam ad Timoth.

Ecce Sacerdos factus es, non allevasti onus tuum, sed arctiori jam alligatus es vinculo discipline, & ad majorem teneris perfectionem. De imit. Christi l. 4. c. 5.

Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus, & aliis bonae vitae exemplum praebere. Ibidem.

Nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se divino Ministerio dedicaverunt. Concil. Trident. sess. 22.

Cum a reb. seculi in altiore sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt, ex ipse sumunt, quod imitentur. Ibidem.

Zelo domus Dei comeditur, qui omnia adversa, quae videt, cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat, & gemit. S. Augustinus in Joan. cap. 3.

In via Domini socios habere desiderate, si ad Deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis. Idem ibidem.

Quid est zelus, nisi intima quadam similitudo Charitatis, pio nos sollicitantis amulari fraternam salutem? S. Bernardus homil. 58. in Cantica.

Zelum tuum inflammet Charitas, informet scientia, firmet constantia: sit fervidus, sit circumspiciens, sit invictus. Idem in Cant.

Quomodo quis potest dicere se diligere Deum, & ejus amorem appetere, qui ejus imaginem videt in sterquilinio jacere, & non curat? S. Bonaventura in Ppharet. divin. amoris.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penu ad hoc argumentum depromi possit.

Uo sunt necessaria illis, qui indoi volunt dignitate, ac privilegiis Sacerdotii novae legis gaudere. Per Jesum Christum ingrediendum est, per illius astatum, voluntatem, spiritum, virtutem praxim, & propriae salutis desiderium. Ita loquitur in Evangelio suo: Per me si quis introierit, salvabitur. Alterum est operari propter Jesum Christum. Pater suus operatur in illo; ille operatur pro Patre suo; opus ergo est, ut qui cum illo conjuncti sunt per consummationem operis Redemptionis, & reconciliationis hominum, indefinenter operentur cum illo. Haec duae sunt qualitates essentialis, & inseparabiles, vocatio, & ministerium. Otium, ac tadium ut plurimum excipiunt festinationem, & imprudentiam, S. Bernardus ait. Qui usurpator est Sacerdotii, saltem erit inutilis ejusdem possessor; cum Deum non consuluerit; opus Dei non operabitur; & cum in ipso aditu ostium clauserit gratis illius, non perfingetur eo munere, quo ut dignè perfungatur sola Dei gratia potest efficere; cum e contra vocationis praerogativa vulgo producat fervorem actionis, & difficile sit, ut qui omnes suas curas, gaudiumque suum in eo collocavit, ut ad Dei sui cultum recipiatur, non impendat omnem sollicitudinem, ac meritum suum, ut illum veneretur, & colat.

Antiquae legis ministerium minus sublime erat, quam nova; ideoque nunc majore opus est perfectione, ut quis accedat ad altare, quam temporibus illis requirebatur. Attamen ipso legis antiquae qu-

Duo necessaria Sacerdoti Domini, scilicet vocatio legitima, & exemplum auctoris, illius adherentium. Joan. 10.

Ad Hbr. 3. 4.

tempore voluit Deus Dominus esse electionis eorum, eosque reprobabat, qui ultro non vocati se se offerbant; & insignis temeritas erat sacri Ministerii munus aliquid peragere, nisi vocationis apertissima existentia documenta. Quod si tantae necessitatis erat in veteri Testamento ad Sacerdotium vocari, vos inde facile judicabitis, divinam vocationem multo magis novi Testamenti ministris esse necessariam. Audite sententiam a S. Paulo prolatam: generalis est, & complectitur eos omnes, qui ad altarium ministerium aspirant: Non quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Docet Apostolus voluisse Jesum Christum se huic legi subicere: Sic & Christus non semet ipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Aequum est igitur, ut Deus sibi suos eligat Ministros, & nemo ingrediatur domum illius, nisi secundum voluntatem ejus. Homines qui non eadem possident jura, quae Deus, volunt, ut qui se ipsis dedunt, sibi accepti sint, suisque ingenii accommodent. Quid ergo est aequius, quam cum Deo hanc ipsam legem servare? Quae major temeritas est, quam illo invito in Ministerium ipsius numero velle referri? Quae magis damnavilis temeritas, quam velle dare Deo id quod Deus ipse repellit?

Ad statum hunc amplectendum exploranda est Dei voluntas, & videndum utrum ad id explorandum maxime necessaria.

Quoniam lex urget, ut nemo per se sanctorum Altarium ministerio se offerat, & necessum esse, ut prius vocetur; ut ad illud admittatur opus est cognoscere, utrum haec sit Dei voluntas, qui illam prout per ea signa, quae ipse in sua Ecclesia constituit. Necessè est ad hunc statum sincero impelli desiderio servienti Deo, sine ulla temporalis lucri immixtione; habere oportet omnia talenta, quae ad omnia hujus status officia obeunda requiruntur. Denique Superiorum oraculis parendum est, quorum voce Deus loqui consuevit. Qui igitur Deo servire vult in Ecclesia, considerate debet, quem sibi finem proposuit; expendere debet summa cum humilitate talenta sibi a Deo concessa, aperire debet penitens cordis sui latebras legitimis superioribus, consulere debet eos, quorum lumen, & pietas talia sint, ut credere possit, fore ut per illos mentem suam explicet Deus. S. Philippus ad unguem haec Christianae humilitatis consilia adimplevit; Nequaquam ipse ultro sacris se ministeriis immiscuit, scire voluit quanam esset Dei voluntas, nec umquam statum hunc fuisset amplexus, nisi homines admodum illuminati in viis Domini persuasissent illi, ipsum illis esse praeditum qualitatibus, quae necessariae sunt ad omnia egregii Sacerdotis munera obeunda.

Sacerdotii haec magnam requirit preparationem.

Sacerdotalis dignitas adeo sublimis est, & mysteria, quae illa Sacerdotis committit, adeo sunt terribilia, ut nemo ad illam contendere possit, quin sancto timore trepidet, & illam nemo aggredi possit nisi eo modo, quo magna, & difficilia homines aggredi consueverunt, ubi maxima periculi portio gloria regitur. Vix auderet quisquam ad illam accedere, nisi amor aequè ac fides oculos teget, & ut aliquis se in adeo eminentem locum inserat, qui medium tenet inter homines noxios, ac Deum iritatum, opus est divino illo Spiritu, quo astatum erat Aaron, cum medium se statuit inter populum Israel, & ignem de caelo, quo ille vorabatur. Verum si hinc adeo sublime, atque terribile est hoc munus, ut ad illud aggrediendum, opus sit, ut ita dicam, de eo ne cogitare quidem; inde sanctum est adeo, ut cum ad illud aliquis se se preparare debet, nunquam satis diuturna esse valeat cogitatio, & ad satis dignè offerendam hanc adorabilem victimam novissimis annis vitae nostrae, nobis iam faciendum esset, quod haec ipsa victima fecit, quae ab ipso suae Conceptionis exordio se se obtulit, dispositaque ad sacrificium, quod non nisi mortis saec tempore erat consummatum. Quantumvis Sanctus esset Jesus Christus, ex quo in mundum ingressus est, voluit tamen trum, ac triginta annorum spatio se se preparare, ut seculi faceret,

quod ipsi quotidie facimus; & differens in ultimum vitae suae diem sacrificii hujus exemplum, atque praecipuum, nos docuit, ad hoc ut dignissimus actione adeo sancta, opus esse, ut Sacerdos vel mortuus sit, vel proximus ut moriatur omnibus creaturis. Perfectus sanè supremi hujus Sacerdotis imitator erat S. Philippus Neri. Dicit nequit, quantum sedulitatis adhibuerit, ut Sacerdotalem statum ingrederetur, quem amplecti noluit nisi post plurimos recessus, ac meditationes de sacri ministerii sublimitate, de indignitate sua, quae illum semper deterruerat; atque tunc tandem ad illud accedendi certum inibi consilium, cum sextum aegeret aetatis annum supra trigessimum, atque tunc etiam prudentissimum virorum persuasionibus actus.

In Christiana religione id non accidit dignitati Sacerdotali, quod in lege veteri accidebat, ubi illa ita uni adhererebat familiae, & uni ex tribus populi peculiariter, ut sacrosancti hujus ministerii possessio adiretur, tanquam hereditario jure eò usque, ut enorme habitum fuisset crimen, si ex aliis tribus, vel familiaribus aliquis ad solemne sacrificii munus electus fuisset. Verum cum Dei Filius Ecclesiam, atque Religionem infunderet, ubi ipse offerri voluit in sacrificium, ac semet praebere puram victimam, ut loquitur Propheta, quae omnibus temporibus omnibusque in locis immolaretur, ita etiam auxit numerum Sacerdotum novae legis suae, qui non natiuitatis jure, sed virtutum suarum fulgore nitecerent, atque semet attollerent supra ceteros homines sanctitate, qua sunt digni Altaris ejusdem Ministri. Hinc ille non patitur, ut sine peculiari vocatione aggrediantur munus ad eò augustum, simulque adeò terribile, quemadmodum S. Joannes Chryostomus asserit: ad id enim requirit eas qualitates, eosque animi habitus, qui saepe Sanctissimos etiam viros deterruerunt; ita ut aquissimo humilitatis sensu minime ausi fuerint cum recipere characterem, quem vitae suae sanctitate nequaquam satis dignè sustinere se posse arbitrati sunt. Ex hoc numero extitit incomparabilis noster Philippus Neri, qui, licet esset innocentiae miraculum, cum optinis ad virtutem propensionibus natus, plurimisque naturae bonis ornatus, gratiae verò bonis ita praeventus, ut se a saeculi corruptione semper praeservaverit raro insignique beneficio, quod non relinquebat locum ambigendi quominus caelitus electus, formatus, dispositusque fuisset, ut locupletissimum fieret status hujus ornamentum; & quamquam ab ipsa usque pueritia se ipsam ad Dei cultum palam evocari cognosceret, nunquam sibi satis virtutis inesse arbitratum est, ut se altaris ministerio devoveret; solaque obedientia fuit, quae illum impulit, ut subiret onus daemonis terribile, atque Angelis ipsis verendum. Opus etiam fuit peculiari vocatione Dei, quae ejusdem significata fuit per illum, qui curam gerebat conscientiae ipsius, & cui cognitus erat thesaurus gratiarum, quem sub vita communi juvenis ille celabat. Et profecto virtus illius tenebras ipsas, & recessus sui caliginem superabat.

Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificantur. Exod. 19. Quamvis haec verba ad eos referantur, qui jam Sacerdotio insigniti fuerunt, ideoque illos, qui re ipsa ad altaria accedunt, ut divinae Majestati deserviant; non incongruè illis etiam possunt applicari, qui ad hunc statum anhelant, & ad illum aditum sibi aperiunt per Sacros Ordines, qui varii quodammodo gradus sunt, per quos ascenditur, & per quos gradatim ad Deum accedere incipimus. Ut autem palam fiat, quid pro hoc ad Deum accessu intelligendum sit, triplex accessionis genus in Ordinum acceptione potest considerari. Primum sit per consecrationem faciendam, cum Sacerdos ordinatur; Ordo quippe est res facta, & qui ordinatur, consecratur per hunc actum, & fit quid sanctum, & sacrum, non sicut atque Calix, qui per consecrationem sanctificatur. Si enim Templum, ara, aliaque in Dei ministerium destinata, pro sanctis habentur, potiori jure Sanctus

In Lege veteri Sacerdotum familiae uni erat adnexum, in nova autem voluit Deus ut per virtutem quae se eò ad dignum praeparat.

Qui sacris initiatur ordinibus accedunt ad Deum.



Deus habendus est Sacerdos, qui magis capax sanctitatis est, quam omnia isthac inanima. Igitur quemadmodum dicimus aliquid Deo consecrari, cum quod erat antea profanum, & in usus profanos destinatum, omnino devotetur in cultum Dei, quin imposterum alios in usus sit adhibendum; ita dicere possumus illum cum ita sagratus est, ad Deum propius accedere. Ita Minister Filii Dei huic unice adhærere debet; neque ultra fas est illum terrenis vacare negotiis, ut olim, vel negotiari, ut Mercatores solent, neque arma gestare, ut milites, neque conjugio sese immiscere; neque filiorum curam suscipere, quod priorem statum consequitur, sed unice divino vacare cultui, suæque alienæque salutis prospicere. Nonne hoc est accedere ad Deum, idque modo profus nobili, ac præstantissimo? Ratio altera accedendi ad Deum priore adhuc excellentior est, sique per societatem officii, & communicationem ministerii cum Jesu Christo. Jure enim Sacerdotes, & qui sacris initiatorum Ordinibus, sunt socii Officii Jesu Christi, ac veluti ejusdem Confratres; quo nomine vocantur omnes illi, qui in unum corpus coalescunt, eandemque in communitate versantur, ut sunt Sacerdotes, & Episcopi, Consiliarii in eodem Populi caru, verbo, illi omnes, qui idem vitæ genus profitentur; unde dicimus eos, qui in eandem societatem admittuntur; simul archius conjunctos esse, ac propius verè connecti. Igitur eodem pacto dicere possumus, Sacerdotes ad Jesum Christum accedere, cum enim ille sit ex vi status sui persona Deo consecrata, & illi etiam non secus ac ipse, in eadem professione, eodemque statu versari, dici possunt. Verbum hoc animadvertendum est; aliud quippe est Deo simpliciter consecrari, & illi ex status sui vi consecratum esse; qui enim statum dicit, dicit stabilem, certamque professionem, quæ personam ita ligat, & obligat, ut inde illa emergere nequeat. Sacerdos igitur per statum suum Deo sacret; Deo archius vincitus, obligatusque est, quam qui aliquid civilem, politicumque statum ingrediuntur, suis magistratibus, muneribusque alligentur. Hæc enim vincula frangi possunt; illa verò Sacerdotum non item; quapropter si qui in eodem corpore, & communitate continentur, simul archè conjuncti sunt; archius Diaconi, & Sacerdotes simul esse debent conjuncti, ideoque etiam cum Domino, quandoquidem ejusdem est professionis. Hinc nomen illius gerunt, & non Christiani tantum, verum etiam Christi appellantur ut illi: *De genere Sacerdotum Christianorum*; quia Sacerdotii unctionem acceperunt, & sese propius attingunt. Tertius denique modus accedendi ad Deum adhuc sanctior est, sit enim per affinitatem, per interiorum similitudinem, per virtutem, & gratiam, quod illos similes efficit Angelis, & ipsi Deo; nam in Dei cultu nomina, quæ imponuntur, nequaquam sunt nomina vacua, & effectû carentia. Si quis sacram recipit unctionem, dicitur Christus, simulque recipit effectum sub hoc nomine latentem; & interiorius spiritualem recipit unctionem gratiæ, non secus ac illam extrinsecus re ipsa recipit cum oleo, & balsamo.

Sempiternum habet Sacerdotium. Ad Heb. 7.

Malach.

Deus ad Sacerdotium non vocat homines nisi ut operentur, & fructus afferant. Joan. 15.

se, & natura sua constitutum est, ut qui ad istud elevati sunt, fortiter operentur. Numquid dici potest, modò illius immutatum esse naturam, ejusque officia non esse amplius eadem? Magnum Ecclesiæ vulnus hoc est, quod in illius sinum magnus irrepit Ministrorum numerus, qui sumptibus ejus vivunt, & ex quibus illa nullam percipit utilitatem. Illi ergo quibus necessaria desunt talenta, ut Ecclesiæ deserviant, ab altaris ministerio excludendi sunt, & liquet hos a Deo nequaquam vocari. *Recons. Auctor.*

Munus bonum præbendi exemplum non minimum est inter Ecclesiasticæ, & Sacerdotalis vitæ officia; & hoc ipsum maximè inculcarunt Apostoli in iis monitiis, quæ discipulis suis tradidere. Audite quomodo S. Paulus Apostolus ad Timotheum discipulum suum loquitur. *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate*: Quod ipsum ad Titum reperit: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate*. Cur autem Apostolus acriter aded urget discipulos suos, ut bonis exemplis fideles edificent? quia ipse eorum vim, & efficientiam illorum cognoscit; quia qui docet, & facit facilius persuadet eo, qui docet tantummodo. Evangelicæ veritates secundum omnem earum vim explicantur, Christiani nihilum moventur: qui facilius moverentur, si qui eas tradunt, accuratius illas operibus exequerentur. Hoc semper conatus est præstare Philippus Neri; qui semper exercuit, quod alios docuit. Ille sibi amorem conciliabat charitate; dum aliis Evangelicum verbum nuntiabat, sibi attentos reddebat morum suorum sanctitate, bonisque operibus suis eos, quibus Evangelicam doctrinam inspirare cupiebat. *Idem.*

Sacerdos, & Ecclesiasticus bonum præbere exemplum.

Sacerdotia status duo exigunt præsertim: magnum sanctitatem, & peculiarem cum Salvatore conjunctionem.

Conjunctionem cum Deo Sacerdotibus, & Ministris Domini imprimis necessaria.

Ut qui ad Sacerdotium vocantur, dignè sublimis status sui munus obeant, duobus indigent. 1. Maxima perfectione, & sanctitate; quia hic status sanctus, & sacer est in institutione sua, officium hoc divinum est in omni ministerio; immo ipsa est origo sanctitatis quæ in Ecclesia Dei esse debet. 2. Peculiari nexu cum Salvatore, cum quo Sacerdotes intinè conjuncti sunt per ministerium suum aded peculiari modo & tanta cum potestate, ut par minimè deceat Angelos ipsos in statu gloriæ. Quapropter Sacerdotes admitti debent, ut omnino hæc duo præstent, eaque tamquam statui suo maximè necessaria respiciant. Hoc ipsum eximie S. Philippus Neri præstitit. Status sui perfectionem aded sedulè consecutus est, ut summi æquè, ac ini illum suspicerent, & jam in antecessum virum sanctissimum prædicarent. Ita salvatorem dilexit, ita adhæsit illi, ut verè dicere liceat, hunc inter maximè necessarios illius extrinsecus, nec non eximie ejusdem muneribus cumulat. *Idem.*

Novæ Legis, non secus ac antiquæ Sacerdotes juxta doctrinam Apostoli, medium quodammodo locum Deum inter, hominesque tenentes, & hominum apud Deum negotia procurant, & apud homines, Dei. Hinc necesse est ut propius, quam ceteri ad supremam hanc Majestatem accedant per orationem, quæ illos supra terrena omnia attollat, ut jungat Deo, & ut illos profus divinos efficiat viros, qui cœlestia tantummodo cogitent, æternarumque rerum dumtaxat desiderio foveantur. Tandem enim quid minus exigi potest ab eo, qui per consecrationem sese altarium ministerio devovit, qui Dei ipsius locum tenet, qui loquitur verbis ipsius, qui illius vices gerit? Tam sæpè divinissimum illius corpus præ manibus habens potest ne illi spiritum saltem suum non præbere? Cumque inter præcipua illius munera sit, Dei laudes concinere, eumque aliis propitium suis precibus reddere; potest ne satis dignè suo perungi munere, quin intinè adhæreat Deo? Hæc fuerunt prima illa fundamenta sanctitatis S. Philippi Neri, quæ illum aded in sublime pertrulerunt; & hæc potissima fuit ejus præparatio ad ingrediendum San-

Sanctum hoc Ministerium, ad quod illum destinabat Deus per donum orationis, quod a teneris usque unguiculis a Deo recepit, & quod toto vitæ suæ tempore excoluit.

Cum aliquis sibi proposuit semet sacris addicere ministeriis, nec non statui Sacerdotali debet ille sibi exhibere nihil coram Deo sanctius nihilque coram Deo sublimius esse, quam sublimis hic status, verum simul etiam nihil modestius esse, nihil gravius, nihil difficilius. Dei gloria unicus debet esse finis illius; si certus est, se consecrare vel le bona, corpus, vitamque suam in Dei cultum, & animarum salutem, hic unicus esse debet finis, quo animetur. Si alias ob causas operatur, pro certo habere debet se nequaquam vocari a Deo, & si in sanctum hoc ministerium ingreditur, se nequaquam ingredi per ostium. Postquam proposuit sibi finem ad examen revocaverit, secretò seculum reputare debet, qualiter ipse affectus sit, quibus viribus præditus; cur enim Ecclesiasticum statum amplectatur, si status illius officiis explendis est impar? S. Philippus licet Sacerdotali oneri ferendo maxime par esset, quandoquidem plurimos annos semper fideliter servierat Deo, ac uni illi placere studuerat, non ideo cessavit, quo minus se ipsum diligentissimè excuteret: sed non ausus sese tanto muneri immiscere, pendere omnino voluit a nutu prudentissimorum virorum, a quibus regebatur, ordinem verò Sacerdotii non nisi obedientia compulsus animum adiecit, ut susciperet.

Ob Sacerdotis oculos versari semper debet sui status sublimitas, ut hæc cogitatio suæ professionis honorem vitæ sanctimonia sustinere eum cogat. Sanctus esse debet non solum propter vitæ sanctitatem, quam proficitur, verum etiam propter Dei consilium, quod de ipso inicit, & propter finem quem ille sibi proponere debet in status hujus electione habenda: videlicet se ipsum sanctificandi. Ideò ab illis, qui ad eundem admitti postulant, queritur, ut accuratius inquiratur, quo spiritu agantur, utrum eorum ingenium, natura, vires sese muneri tanto valeant accommodare, & præsertim, utrum satis habeant virtutis, ac virium, ut suscipiendum onus valeant gestare. S. Philippus Neri periculum evitavit, quia quin ullam sese ultro immiscendi mentem haberet, triginta, & amplius annos, in omnibus pietatis exercitiis transiit, antequam fieret Sacerdos, quamquam non nisi divinis actus consiliis hoc tandem susceperit Ministerium.

Elogium S. Philippi Neri.

Sacri Providentiæ semper in Christiana

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, Recentibusque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Novissimis hæc sæculis, quibus error, incertitia, avaritia, inertia Dei domum evertebant, ad utilitatem, & gloriam Ecclesiæ natus est S. Philippus Neri, qui pœne extinctum Sanctuarii ignem rursus accendit suæ pietatis fervore, & ardore zeli sui, qui disciplinæ, & Religionis spiritum in ipsius Religionis centro instauravit, & qui ea tantam auctoritate, quam illi virtus sua, exemplique sui robor conferebat, sine dignitate, sine Ecclesiasticæ præminentie gradu ordinem, & penitentiam restituit, & Romæ Clerum reformavit; qui ab ipsa infantia omnibus affectibus suis moriens prospera contempsit, non expavit adversa; qui non solum non rapuit aliena, sed propria etiam erogavit, qui orationis suæ sublimitate super homines assurrexit, iterumque per humilitatem, & miserationem ad illos descendit; purus & castus in cogitationibus suis, venerabilis in actionibus, integer, & in omni vita sibi constans; discretus in silentio, utilis in sermonibus, semper suo muneri intentus, & Deo ipso repletus. *Fleebier.*

Quemadmodum inter homines nullus est vitæ status, cui Deus gratias, atque subsidia non destinaverit, ita nullus est, ad quem divina Providen-

tia non evocaverit aliquem, qui aliis esset exemplum, eosque ad status ejusdem perfectionem acquirendam impelleret. Animadvertunt etiam non pauci, tot inter conditiones, vitæque genera, ex quibus urbes, & Regna coalescunt, tot inter Ordines, qui admirabilem hanc Ecclesiæ varietatem constituunt, atque tot inter artes, ac professiones, quas sine peculiari vocatione ingredi, periculosa plenum opus est alere, ne unum quidem esse, cui Deus admirabili sapientiæ consilio non dederit aliquem sanctitate præstantem, qui dux esset, & qui præluceret iis, qui viam eandem decurrunt, qui similem vitæ professionem ingressi sunt, eundemque vitæ cursum susceperunt. Enumeratio satis esset proluxa, & diurnum requireret spatium; satis sit affirmare, cum statuum, ac professionum omnium sanctissimum sit Sacerdotium: cumque ministri, qui ad illud evocati sunt, ad alios sanctificandos sint instituti; ac ministerium istud efficiat homines divinatorum mysteriorum dispensatores; videtur Deo curæ fuisse, identidem ac per intervalla recentia proferre luminæ ad Ministros suos illustrandos, iterum excitandos, ignem Sanctuarii accendendum, & instaurandum zelum, & Spiritum Sanctitatis, qui semper fuit eorum caracter. Hoc ipso consilio Deus S. Philippum Neri proculit in mundum; ideoque illum tot exornavit virtutibus, tot illi gratias impertit, ita ut haud hæsitanter affirmari possit Sanctum hunc virum ad altissimum perfectionis in hoc statu gradum evasisse. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

S. Philippi sapientia, & pietas cum ætate adolecebant, & incipiebat percipere gustum sanctæ ac penitentis vitæ Religiosorum, quorum domos crebrò ventitabat, cum Pater illius coactus fuit eundem mittere in cujusdam ex patruorum ejus rusticam domum, qui cum opibus distulserat, & filios non haberet, illum sibi hæredem futurum designabat. Opulenti hujus patris divitiæ non admodum affecterunt eum, cum majus huic cordi esset bonum, videlicet solitudinis, & divini cultus amor. Quò magis mundum vivebat, eò magis ad solitudinem anhelabat. Patruus autem, licet ægrè ferret nepotem suum a suo conspectu divelli veritus est, ne vocationi ejus obstitet, si apud se illum diutius retineret. Philippus ergo Romam se contulit, quò vix pervenit, cum statim ejus virtus cluxit. Paucis diebus tantum profecit pietate, atque doctrina, ut Romæ jam tamquam consultissimus Theologus, avique illius vir sanctissimus haberetur. Sanctitas ejus in tota vitæ ratione elucebat, & in faciem usque, & oris habitum saliebat. Pudor, & modestia illum nequissimo cuique verendum præbebat; licet non defuerint quidam aded impudentes, qui innocentie illius ponerent insidias; quod tamen in eorum dedecus cecidit, & opprobrium. Permisit Deus, ut diu illi hujusmodi prælia sustinenda essent ad periculum virtutis ejusdem faciendum, & ut ille hinc majorem victoriarum numerum referret. Periculosissima scorta se agrotare simulabant, eumque accerlebant, ut sese converterent, videlicet ut illum tentarent; Sed divina favente gratia inde purior ejus virtus evasit; & omnia hæc tentamenta ipsum humiliorem, & recundiorem, magisque mortificatum effecerunt. *P. Croiset in exercitiis pietatis.*

Sancti hujus vivendi genus erat austerum; plerumque enim semel in die comedebat, & si quando pani, & aquæ parum leguminis accedebat, curabat ut hoc ipsum ita malè conditum esset, ut hoc solatium in veram penitentiam converteretur. Jugis erat ejus oratio, paullisper sopore interrupta. Cum qualibet die septem Romæ visitasset Ecclesias, non minimam noctis partem ad cæmeterium Callixti impendebat, ut super Martyrum monumenta sua pietatis exercitia produceret. Piis id genus actibus divini amoris ignis aded cor illius inflammavit, ut deinceps rogandus illi fuerit Deus, ut divinos ardores moderaretur. Magis, magisque in dies singulos ad intimam cum Deo unionem attra-

Religione excitavit eos, qui essent alius virtutum exemplum in quavis vitæ genere; ita invisiuit, hæc temperibus; citavit S. Philippum Neri, qui Ecclesiasticis præstantissimè perfectione fuit itatus exemplum.

Instituto S. Philippi Neri, & prima que protulit virtutis exempla.



attractus, annos natus tres supra viginti omnem sibi interdidit cum mundo consuetudinem, ac sese totum bonis operibus mancipans, statuit nil amplius quam propriam perfectionem, & proximi salutem inquirere. Xenodochia, carceres, refugii domus facta sunt charitatis ejusdem theatra; & quasi hæc nondum zelo ipsius satis essent, nullus præteribat dies, quo non inveniretur in aliquo priorum hominum cætu, in collegiis, in compitiis, ac triviis, ut mortales omnes qua familiaribus sermonibus suis, qua sanctissimis exemplis ad virtutem impelleret. Cui adeo activæ charitati ita benedixit Deus, ut brevi gravissima facta fuerit mutatio in locis omnibus, quæ frequentius obibat. Jurgia, blasphemæ, obscenæ dictæ ex publicis locis proscripta fuerunt, & Roma admirata est generalem morum reformationem prius etiam, quam illius auctorem cognosceret. Idem.

Zelus & charitatis opera effecerunt, ut ex fractu ejus retulerit Romæ cognosceretur.

Tunc cæptum est observare meritum, atque virtutem adeo præstantis operarii. Complures pietate viri sese illi comites addiderunt, ut honorum operum illius ferent participes. Non pueri solum, & pudibundi pauperes zeli ipsius effectum experti sunt; charitas ejus sese super omnes status effudit; assidue operabatur, ut omne subsidii genus procuraret xenodochiis, captivis, & pauperibus domibus Religiosis. Romæ etiam opitulante, ac urgente sancto quodam Ecclesiastico viro Confessario suo celebrem instituit confraternitatem Sanctissimæ Trinitatis in Ecclesia sancti Salvatoris, vulgò del Campo, nuncupata in solatium, ac levamen advenarum, peregrinorum, invalidorum, quibus nullum esset refugium. Philippus erat velut anima novi hujus corporis, & ex molestis membrorum functionibus meliorem sibi semper partem vindicabat. Cum Sancti nostri Confessarius satis admirari non posset insignes fructus, quos ardens sui poenitentis charitas in Ecclesia ferebat, ratus est, illius ministerium utilius futurum, si ille ad Sacerdotalem dignitatem evehretur. Consilium hoc vix auditum Philippi humilitatem exagitavit; obtemperandum nihilominus fuit, & ne illi tempus permitteretur novas in singulos dies difficultates ne-ctendi, interposita tantum interstitiorum dispensatione intra duos menses Tonsuram, quatuor minores, Subdiaconatum, Diaconatum, & Sacerdotale ministerium accepit. P. Croiset in Exercitiis Pietatis.

Humilitas spiritum illum a Sacerdotio deteruit, sed postmodum ille hujus dignitatis munere sanctissimè perfunctus est.

Cum S. Philippus Neri Romæ versaretur, ibi mundo ignotus latere cupiebat, sed sanctitatis ejus celebritate per totam Italiam effusa, potissimum verò Florentiæ, ubi natus erat, pervulgata; civitas hæc credidit sibi ex illius virtute proficiendum esse, illum obsecrans, ut suscipere vellet curam ejus Templi, quod in illa totius orbis Christiani metropoli possidebat, ut locum eidem præberet exercendi magnum illum zelum, cujus ardorem omnes sentiebant. Non deerant Philippo cause, propter quas sacerdotale munus reformidaret, ad quod ascendendum erat illi, ut huic concivium suorum Templo deserviret; in quam curam modò plurimi sine vocatione æquè ac sine virtute obrepunt. Sed credidit etiam jure, sibi magis esse pertinensendum, ne divinæ adversaretur voluntati exploratæ, & per manifesta signa compertæ. Post satis diuturnam renitentiam cessit, sed hanc dignitatem arbitratu est esse inevitabilem sanctitatis requisitæ necessitatem, non secus ac viam ad sanctitatem ipsam acquiritendam expeditissimam. Utrique satisfecit; nempe ad illam omnes attulit necessarias dispositiones, omniaque ejus munera explere conatus est; & profectò dicere audeo hoc unum esse ex perfectissimis exemplis, quæ hoc in statu unquam extiterint. Verum inter hanc virtutum multitudinem, quæ in illius persona pari cum fulgore enarruerunt, illas commendare possum, quæ potissimum incomparabilem hanc dignitatem exornant, & quæ præsertim in his requiruntur, qui ad statum hunc sublari fuerunt; videlicet unionem cum Deo per orationem, ut tutius cum hominibus versari li-

ceat, & pro illis exorare; puritatem illis necessariam, qui quotidie immolant, & comedunt Agnum sine macula, ac tandem jugem mortificationem, quæ debet efficere veluti tot viventes victimas illos, qui a Deo electi sunt, ut ipsi hoc offerant adorabile sacrificium. Hæc sunt dispositiones, atque virtutes, quas S. Chrysostomus requirit ad hoc ministerium, & quas Sanctus noster perfectissimè exercuit. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

S. Philippus Neri se indignum arbitratus tanto hoc ministerio, quantum Sacerdotium est, plures annos cunctatus est, quin animum posset appellere, ad statum hunc amplectendum; sed ad illum ingrediendum per obedientiam coactus, vix mente concipi potest quam sanctis dispositionibus affectus illum ingressus est. Primam celebravit Missam tanta cum Deo & Salvatore suo conjunctione, ut dici possit spiritum illius absortum fuisse hoc majestatis, & amoris mysterio; & qui judicium serè voluisset ex languore vultus ejusdem, ex igne quo cor illius urebatur, dixisset, illum venisse non tam ut aliam victimam sacrificaret, quam ut se ipsum ad pedes altaris immolaret. Gratia, quibus cumulatus fuit, dum primùm sancta litavit hostia, non nisi præludia fuerunt earum, quibus deinceps erat cumulandus. Quotidiè facris operabatur, & recenti fervoris accessione in singulos dies; operabatur ita ut in extasim rapi videretur. Post consecrationem plerumque plures horas sine motu, & sine sensu permanebat; & suaves lachrymæ, quas fundebat, satis ostendebant, quinam esset ardor divini amoris, quo cor intrinsecus aestuabat. Numquam nisi cum vi ab altari recedebat. Cum missam celebrare cogere in sacello domestico propter suas infirmitates, & sæpe etiam ut per otium suæ pietati satisficeret; minister, qui aderat celebranti, ita jussu paulò antè communionem fecedebat, & non nisi post unam, alteramve horam accedebat, ut ille Missam absolveret. Facile est mente assequi intimas communicationes, quas tunc habebat cum Jesu Christo, & quibus spiritualibus deliciis pura hæc anima perfruebatur.

Quis intelligere possit quid in S. Philippi corde accideret per internam hæc cum Deo suo colloquia, per intimam hanc, quam cum illo habebat unionem? Ut hæc secreta detegeremus, auferendum esset hujus sanctuarii velum, ut ibi non mortuum, ac in monumento sepultum Salvatorem intueremur, sed viventem, & communicantem vitæ abundantiam animæ huic sanctæ, Sancto amoris ejusdem igne succensæ. Ipse etiam sanctus hoc nobis explicare posset, quandoquidem in Jesu Christo magis, quam in se ipso vivebat. Spiritus hominis ignorabat, quod per Dei spiritum fieret in homine, ac sese penitus Divinæ tradens bonitati, in anima sua operabatur magna, licet ignoraret illa. S. Philippus quotidie Sanctum offerebat Sacrificium, & nisi gravi quopiam prohiberetur morbo, Sanctum Eucharistiæ Sacramentum recipiebat. Cum verò facris operabatur, adedò vehementibus amoris sensibus afficiebatur, ut sæpè subsistere ad vires resumendas teneretur. Nonnumquam dum Hostiam vel calicem attolleret, in extasim ita rapiebat, quin demittere posset manus, ut quod illis tenebat, iterum in altari deponeret. Aliquando postquam celebraverat ita ab omni sensu erat abstractus, ut mortuus potius, quam vitæ plenissimus videretur; & tantam suavissimæ copiam gustabat, sanctam hostiam absumens, ut qui aderat planè id exploratum haberent. Cum die quadam Sanctum obtulisset Sacrificium, & ardentiori premeretur cupiditate amandi Deum; etiam atque etiam a Spiritu Sancto divinum hunc perebat amorem, cujus ille fons est, cum repente se divina charitate inflammari sentiebat, ut illius cor, cum nimis ardeat, duas extrinsecus collas, quæ latius protense majus cordi spatium reliquerunt. Post insignem hoc Dei beneficium Sanctus noster quinquaginta vixit annos, & post obitum illius mor-

Suavissima colloquia, quæ habebat cum Domino divini celestis in my-steria.

tales omnes tanti hujus miraculi testes fuisse. P. de Saint Jure.

Quanto Dei amor cor illius esset inflammatus.

Dei amor ita erat ardens in corde S. Philippi Neri, & adedò plenè Sancti hujus animam occupabat, ut dixisses omnia illius verba, & actiones ignitas esse. Cum quadam die non communi affectu Spiritum Sanctum oraret, ut ipsum donis suis replere, suisque ardoribus inflammarè vellet, tantam repente divini hujus spiritus vim sensit, ut cor suum omninò inflammatum fuerit, ac tanta vi exultaverit, ut illius conatus serè minimè valuisset, nisi Deus insigni suæ bonitatis effectu pectus illius dilatastet duas semovens collas, ut majus relinqueret spatium cordi, quod refrigerari posset, ac liberius moveri. Ex eo tempore quinquaginta circiter annos tenerum cor istud non adedò arde se premi sentiens; incredibili vehementia sese agitare perrexit, ita ut totum corpus jugi subsultu moveretur. Hic idem ignis tanta etiam aliquando exarsit vehementia, ut Philippus gravia experiretur mala, quibus per plures dies afflictabatur, ita ut nonnumquam refrigerationem aliquam adhibere teneretur. Idedò, ne suffocaretur media etiam hyeme, & proveciori ætate, cum annum ageret octuagesimum, noctu, æquè ac interdum denudatum habere cogebatur pectus, januas & fenestras cubiculi aperire, ac refrigeratoriis pharmacis uti ad leniendos humidos calores, qui illum penitus abstulissent. P. Saint Jure in libro 4. de Cognitione, & amore Jesu Christi.

Zelus S. Philippi Neri pro salute proximi.

Postquam S. Philippus Neri ad Sacerdotium fuit evocatus, & jam Præbyter extitit, nihil illi antiquius fuit, quam cum peccatoribus versari, illos ad officium consilii suis revocare, vitam illis per penitentiam reddere, bonis operibus tueri, & ad virtutem illos inflammare qua familiaribus collationibus, qua adhortationibus publicis. Meminerat se esse Sacerdotem, & præcipuum munus suum esse, peccatores conciliare Deo; se Jesu Christi locum in Ecclesia tenere; se habere in labiis verba reconciliationis, sibi que vitam suam in hoc glorioso difficulte hoc munere esse infundendam. Juzier hæc meditabatur admirabilia S. Pauli verba: Dedit mihi ministerium reconciliationis. Pater æternus tradidit nobis reconciliationis ministerium; & sicuti erat in filio suo ut mundum peccatorem reconciliaret, in nobis quoque est ut opus idem perficiat. Sed nulla re magis ad laborandum pro peccatorum salute excitabatur, quam cum cogitabat Evangelii præcones, & Sacerdotes Dei locum tenere, nomine illius loqui, esse potius tot alios Deos, quam Dei legatos, atque ministros. Pro Christo legatione fungimur. Omnes id genus cogitationis adedò vehementer S. Philippum ad peccatorum conversionem procurandam agebant, ut nihil diceret, faceretque, quod huc non spectaret, & quasi se ipsum peccatorum utilitati devovisset, & Jesu Christi securus exemplum, eorum esse vellet victima, omnes actiones suæ pro illis impendebantur, & ipse penitus in hac charitatis exercitatione absumebatur. P. Senault Præbyter Oratorii.

Actus.

Sancta negotia, & opera charitatis, quæ hujus S. Philippi præstabantur.

S. Philippus Neri, cujus omne vitæ negotium in proximi salute versabatur, mane totum in sacro Confessionis tribunali sedebat peccatoribus funesta detracturum vincula, quibus Mundi, demonisque jugo adnectebantur, & invictas fracturas catenas, quæ illis non læcerant, sed cordium usum, motumque auferebant. Pomeridianas autem horas vel in peculiaribus collationibus, vel in publicis adhortationibus impendebat, ut rebelles ad officium compelleret, & sicuti se omnibus debitorem esse credebatur, iis, qui conversi erant, quasdam proponebat meditationes, ut recogitantes gratias, quas a Dei filio peceperant, memoriam illarum recolerent, & veterum grata recordatione recentes sibi procurarent. Sed quod Sanctus hic dolebat, cum solus non posset illud opus perficere, quod non modicum Sacerdotum numerum occupasset, amor, qui industrius est, & ad inveniendum aptus illi suavit, ut societatem institueret, quæ tot ipsi sup-

peditare posset Sacerdotes, quot ferè convertendè mortales essent, ut in illis quodammodo repetitis, factusque multiplex posset, ut ita dicam, loqui, & ageret in pluribus Templis, plurimisque locis adesse, ac per filios suos ea facere, quæ per se ipsum minimè poterat. S. Philippus rebus in omnibus Dei filium imitari conatur; instituit in Italia Congregationem, quam Oratorii nuncupavit, eamque composuit ex Sacerdotibus, quibuscum una, eademque mens esset ac illi, operarentur ad peccatorum conversionem, illos audirent, erudirent, juvarent; ita ut quodammodo multiplicatus ferè ubique ageret, ubique prædicaret, atque tot in tribunibus Confessiones exciperet, quot Confessarios instituerat. P. Senault Oratorii.

Quibus præditus esse virtutibus debet, qui Jesu Christi Sacerdotium obtinuit? Ejus conscientia non ne debet esse veluti vas purum, sanctificatum, & consecratum Domino ad illius quidem honorem, omnium verò utilitatem? Vas in honorem sanctificatum, & utile, S. Paulus ait. Nonne esse debet homo Dei, semper paratus ad corripiendum, erudiendum, edificandum, & reconciliandum in omni justitia? perfectus, & ad omne functionis genus dispositus, quam illi veritas, justitia, sapientia imponunt? Talis erat Apostolicus ille operarius, de quo loquimur; prædicans interdum, orans noctu; privatorum noxas, & Ecclesiæ universalis mala steribus prosequens. Philippus Neri vestra erit damnatio, homines profani, quos cupiditas ad altaris pedes adduxit ut ibi vestra ambitioni subsidium, egestati refugium, asylum inertiae inveniretis; vos, qui Sacerdotio initiati vobismet proposuistis tranquillam fortunam, vel in primarum dignitatum fulgore, vel in opimorum beneficiorum opulentia constitutam. Oculos in Nerium conjicite, qui cum nequaquam ut vos, frustra gratiam ordinationis receperit, altari famulatus est, non ut inde victum quæreret, sed ut illi sese tamquam victimam consecraret. Sibi merita comparavit, ferendo verbum Dei, & peccatoribus eas annuncians veritates, quas ignava indulgentia captivas tenetis. Tota ejus vita infumpra fuit pacris frangendo panem, quem vos comeditis, quin laboribus, sudoribusque vestris illum fueritis promeriti. Quanam sapientia facultatem exercuit ligandi, atque solvendi, quam ipsi profunditis, & cujus idedò dispensatores esse videmini, ut ad arbitrium vestrum, & peccatorum libidinem dispartis? Quæ dignitas, quis decor in ipso etiam exteriori habitu Philippi Neri, qui vestrum totius corporis habitum damnat! Componite ergo mores vestros ad hujus prototypi exemplar. Hoc speculum est, ubi intuemini virtutes, quæ vobis desunt, & vitia, quæ vos dedecore afficiunt. Ne sterilis fiat in vobis ista cognitio. Sermo Manuscriptus.

S. Philippi virtutes sunt exemplum, & damnatio Sacerdoti inertium, & mundo devotorum.

Quantumvis uberrima messis esset in Confraternitate Trinitatis, tamen ager hic non satis patebat zelo ipsius. Confessarii sui horruu ingressus est Communitatem P. Sacerdotum S. Hieronymi, quæ Charitatis appellabatur, ibique audiendis confessionibus additus fuit. Reformidabat Philippus terribile hoc ministerium, & non nisi per obedientiam illud susceperat. Quo in munere quot bona peperevit vix, & ne vix quidem possumus enumerare. Vixæ sunt insignes conversiones in omni ætatum discrimine, omnibusque in statibus. Apud Sanctum hunc virum confiteri, atque converti unum erat, & idem. Ipso ardenti Dei Charitate succensò, pauca, quæ proferebat verba, contentium animas penetrabant. Nullus peccator licet in peccati habitu occallisset, nullus protervus homo, nullum erat seortum, qui ad illius pedes non solveretur in lacrymas. Nihil resistere poterat horratuuncule Philippi; vel unicum Sancti hujus hominis verbum emollebat, & corda glaciæ adstricta liquebat: tot admirabiles conversiones nimis illi pericunde accidebant, ut sibi parceret. Post traductam in orationibus noctis patrem, summo diluculo facris operabatur; & vix gratiarum actione absoluta, tribu-

Sanctus hic Confessionibus excitandis potissimum vacavit.

nal exomologeseos ingressus saepe inde non egrediebatur ante noctem, multoties non alia refectus esca, nisi salute animarum. *Exercitia pietatis P. Croiset.*

Quomodo S. Philippi voluerit maria traducere & se socium addere Milionariis Indiarum propter fructus faciendi cupiditatem.

Cum S. Philippi auribus accidissent mirabiles conversiones, quas in Japonia insula operabatur Deus; per ministerium Patrum Sacerdotis Jesu, subit illi mens traducendi maria, ac sese comitem addendi illis, qui ea in regione maximo cum fructu missiones exercebant; verum inde fuit deterritus, quippe ostensum fuit ipsi, unam Romanam urbem esse illi posse instar omnium Indiarum, totiusque Mundi, qui recens fuerat detectus. Sub hoc fere tempus, cum discipulorum ejus numerus augetetur, & multitudo eorum, qui ad ipsum confugiebant, jamjam gravis fieret Templo illi, ubi ceteros habebantur, a Confratribus Charitatis petit locum, qui ad dexteram Ecclesiae ipsorum latus in satis amplam magnitudinem protendebatur. Oravit, exoravitque; & ibi per discipulos suos fieri iussit collationes quasdam, & conciones horis statutis, Summi aequè ac imi eò certatim tanta in copia confluerunt, ut Philippo aperiendum fuerit Oratorium hoc ipso in loco, ubi post instructiones habitas, publicae preces funderentur. Pio huic instituto Deus ita benedixit, ut Romae non alius haberetur sermo, quam de eundo ad Philippi Nerii Oratorium. Cum messis in singulos dies succresceret, Deo curae fuit, operariorum numerum augere; atque tunc principium habuit haec sancta Societas, quae jam saeculum abiit, ex quo aedificat Ecclesiam. *Idem.*

Summus amor S. Philippi erga Mariam.

Mirum non est, quod Angeli saepe S. Philippum visitaverint, quandoquidem Angelorum Regina eodem honore ipsum dignabatur. Etenim vitae illius Scriptor, & Bulla Apotheosis ejusdem docent, Sanctam Virginem beatis hisce Spiritibus stipatam saepe illi apparuisse. Nihil, illa inconsulta, aggrediebatur, cum illam in matrem dominamque suam elegisset; in Ecclesiae, suaeque Congregationis necessitatibus confugebat ad illam, eamque sibi in advocatam adoptans certus erat, se quicquid petisset, cœlitus consecuturum. Amor erga illam respondebat amori, quo filium ejus complectebatur; passim suam charam matrem, delicias, amoremque suum illam appellabat. Nulla erat adhortatio, nullus sermo, concio nulla, ubi Mariae nomen non resonaret; Mariam honorate, Mariam diligite, filii mei, iterabat ille indefinenter Patribus Congregationis suae: haec est omnium gratiarum largitrix; nullus de caelo favor, nisi per manus illius obtineatur. Validissima illius intercessionem referebat acceptas conversiones omnes, aliaque mirabilia, quae per illum operabatur Deus, & ipse quotidie insignibus favoribus cumulabatur. Cum quodam die ager in extremis laboraret, & jamjam ageret animam; apparuit illi beatissima Virgo; cujus aspectus recentes illi vires addidit. Omnes qui aderant mirati sunt illum intuitu repente exultare gaudio, & clamare in sedentis habitum sese erigentem, & oculos manusque attollentem versus objectum, quod ipse unus cernebat. Heu! Ecce bonam matrem meam. Quo ipso temporis momento convaluit; & gaudio ipsam superante humilitatem confessus est se celerem curacionem suam debere Sanctissimae Virgini, quae ipsum aegrotantem invisere dignata fuerat. *Ex variis Auctoribus.*

Si S. Philippus Neri perfectus erat vir Orationis antequam etiam sacris ordinibus initiaretur, conjectura assequi licet, quanta perfectionis accessio per dignitatem hanc facta fuerit. Ubi libet orabat, quasi adesset coram Deo suo, cumque suis oculis intueretur; sed ad aram recogitans felicitatem suam, qua illum inter manus suas retinebat, atque in sua potestate veluti habere sibi licebat, solvebatur in lacrymas, quibus oculi, & facies suffusi madebant. Haec quidem sunt gratiae, favoreque non omnibus sperandae. Scio equidem: Verum comparemus etiam cordis nostri frigus cum ardore, & accensione cordis Sancti hujus viri;

modicum illud tempus, quod in precibus fundendis impendimus cum integris diebus, noctibusque, quas ille orando traducebat. Hoc potissimum illis faciendum est, qui ut ille Sacris inserviunt Altaribus, qui, ut ille, initium sumere debent ab ipso cordis sui sacrificio, & saepe recogitare spiritum terribilium mysteriorum, quae ipsi operantur. Heu! Hominem qui quotidie Corpore, & Sanguine Dei saginatur, dicebat Philippus, de Deo non vivere! Hoc quam mirum est! Ita sanè; sed quod multo magis mirum esse debet, est videre quam indevotè plerique ea precum pensa perfolvant, quae ab Ecclesia recitari jubentur; qua mentis evagatione accedant ad altare; & cernere ut plurimum, quod qui orationis viri esse debent, & saepius cum Deo, quam cum hominibus loqui, alii quidem sunt negotiosi, & saecularibus curis impediti, alii voluptatibus, solatiisque dediti; alii terrena dumtaxat quaerentes reddituum, ac beneficiorum sibi accessionem procurantes, alii verbè aequè parum devotam, & cum Deo conjunctam vitam ducentes, ac mortales in mundi commercio impeditissimi. Hoc olim Propheta quidam aevi sui sacerdotibus exprobrabat: *Sicut populus sic & Sacerdos.* Statum suum non considerant, dignitatem sui caracteris nullo habent in discrimine, licet per hanc inter alios effulgeant, ministerii sui Sanctitatem negligunt, neque cogitant munus illud, quo Deo propiores redduntur. At sperant ne se alia quapiam via praebere posse digniores? Haud ita hoc sperare non debent. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Idem.

Congregatio Romana Oratorii S. Philippi Nerii insignis fuit propter summos viros, quos peperit, nec non propter suorum Institutorum sapientiam, & nitentes illorum virtutes, ex quibus conflata fuit, Ecclesiae propter perennes zeli sui fructus, ac intemeratam sanam doctrinam adhaesionem adeò utilis est, ut nullum tota Italia esse queat vel utilius, vel Sanctius institutum. Congregationis hujus Constitutiones Apostolico cujusdam Pontificis Brevi approbatae fuerunt, qui mirè callens eximia bona, quae recens haec Societas afferbat, illi suum praesidium concessit. Non multò post alia instituta fuerunt Congregationes in ditione Ecclesiastica, in regno Neapolitano, in Etruria, & ducatu Mediolanensi. Tot tanque praecleara bona nonnulli totum Infernum excitare poterant; invidia in Sanctum Auctorem exarsit, eique inter suos etiam Contrivates hostes suscitare non destitit. Zelo, ac prudentiae illius sexcenti postii fuerunt laquei; nominis ejus fama non pepercerunt inimici; ad illum decipiendum adhibitum etiam fuit impudentissimum muliercularum ministerium. Calumniae etiam excogitate sunt; delatus etiam fuit, quasi rerum novarum amator, perinde ac suos deduceret poenitentes per vias pietatis haecenus ignotas, & inexploratas. In iudicium vocatus fuit, admo-nitus, & propius inspectus; sed tandem innocentia, & Sanctitas illius latere non valuerunt, procella deronuit, & Sanctus vir fuit in ministerio suo confirmatus. Congregatio ejus Sancta erat, neque poterat pati tot contradictiones; Infernus in singulos dies magis contra membra, & adversus Caput ejus furebat. Craffissima etiam calumniae fuerunt adhibitae; sed insignis S. Philippi virtus brevi callidas has maligni spiritus artes superavit. Omnes admirabantur quotidie magis Sanctitatem illius, quam passim Deus Prophetiae, & miraculorum dono confirmavit. *Ex Pietatis exercitiis P. Croiset.*

Elogium Rothomae Congregationis Oratorii.

Perfectiones quas nova haec Congregatio passa est.

Fructus quo, adferri fecerit ista Congregatio.

ditas pendet. Verum quidem est plures insigni sanctitate viros in id omne studium contulisse, S. Carolum Borromeum, qui eandem vivebat aetate, & qui sanctae necessitudinis vinculis cum illo conjunctus erat, Mediolani id praestitisse, quod Romae Sanctus noster exequabatur; paulo post in Gallias proditisse S. Franciscum Salesium, & insignem Cardinalem de Berules, qui gloriosum hoc institutum provexerunt, & Sancti nostri discipulos non sine ingenti fructu in eundem finem adlaborasse. Sed praerquamquod messis satis ampla fuit tot operatiis; omnes juxta magnum S. Philippi consilium operati sunt; exemplo ejus alii excitati sunt; neque eorum gloriae mihi videor officere, si illis antefero Sanctum, qui primus operam suam collocaverit, ut cum vita statum reformaret, qui longissimè aberraverat eo confusione, ac tenebrarum tempore, ubi ignorantia, vitium, haereticis, morum corruptio, quasi quaedam colluvies exundarent, & in omnes terrarum plagas se effuderat. Divina Providentia plurimos in Ecclesia sua Ordines, Praefules eximios, sanctissimos Ecclesiasticos suscitavit, qui ferrent suppetias, ac repararent damnatum, atque vastitatem, quam tot inimici pepererunt. Sed S. Philippo id, absit verbo invidia, accidit, quod erat praecipuum, & maxime necessarium, videlicet Ecclesiae corpus reformare ducto a praecipuis ejusdem mensuris principio, videlicet Sacerdotibus, & Ecclesiasticis; quod profecto fuit compendiarium sequi viam ad reliquorum mortalium sanctificationem, quam ille breviori, ac praestantiori via est consecutus. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

S. Philippus unam vitam suae cultum tanta cum puritate transegit, sui quoque in hoc virtutis genere adeò perfectus per curas, ac jugem vigilantiam, quam adhibuit, ut omnibus saeculis futurus sit admirabilis: quoniam nullum commisit crimen, cujus se ipsum accusare potuerit, vel levis noxae contra virtutem aequè felicitatem, ac pretiosam, atque nitentem; ac triginta annorum spatio ne minimum quidem morum expertus est Dei dono aequè raro, ac admirabili. Ex illius etiam ore intellectum est, ipsam propter multiplices curas, atque praecautiones adhibitas ita evasisse, ut omni profusus careret sensu illecebrarum, quibus alii ad incontinentiam excitantur, quod humanam videtur naturam excedere, quae in se ipsa fert alimenta ignis, qui ad levissimam quamlibet auram accenditur, & inflammatur, & qui nunquam adeò perfectè extinguitur, ut non superet tantum, quantum satis est ad terrorem sanctissimo cuilibet injiciendum, cogendumque ut sibi adversus tam blandum inimicum quam diligentissimè caveat. Sed si magnus hic Sanctus privilegium hac in re fortius fuisse videtur, hic effectus, vel merces fuit jugis vigilantiae, qua virtutem hanc prorsus angelicam excoluit tanta cura, quae efficit ut ille Angeli nomine appellaretur ab omnibus illis, a quibus cognitus fuit. Tantum verecundiae in omnibus illius verbis, & factis praese tulit, ut cum annos triginta moderatus fuisset conscientiam praestantissimam nescio cujus Matronae, illam ex vultu nequaquam cognosceret, quia magnum credidisset facinus curiosus oculos in alterius sexus personam, conspiceret. Dicitur etiam odore prorsus caelesti, qui ex ejus corpore emanabat, puritatem alii inspirasse, quasi voluerit Deus virtutem hanc jugi miraculo ostendere; & ajunt, verbis illius aduisti prorsus peculiarem vim ad sciendum impuritatis horrorem; atque libidinosissimum quemlibet ejus consuetudine callum fieri consuevisse, ac eos qui importunissimis agebantur tentationibus, vel repente illis fuisse liberatas, vel novas ad easdem superandas vires accepisse. *Idem.*

De Angelica S. Philippi Nerii puritate.

Ejusdem argumenti continuatio.

beneficendam. Sexcentae artes, & docti excogitati sunt ad eum fallendum, perductum in ea loca, ubi puritas illius certissime naufragium fecisset nisi ille generosa execrationis constantiam fuisset testatus. Id enim, quod semel Sancto Patriarcha Joseph accidit, septies, vel octies instauratum fuisse videtur pari cum eventu in S. Philippo. Habebat ille tantam conscientiae religionem, & tanta cura baptismalem innocentiam tuebatur, ut aliquando testatus fuerit Cardinali Baronio Confessario suo; praedolore, & confusione se moturum fuisse, si sibi conscius fuisset noxae alicujus hac in re. Perfectò hujus characteris puritas, & adeò probata fidelitas digna erat procul dubio Ministro altaris; ita nihil sapientius institutum fuit, nihil sanctius, quam illa monita, quae a suis servari voluit erga mulieres, quibus opulari tenentur vel in Poenitentiae Sacramento, vel in sermonibus, qui ad pietatem pertinent; sed ita tamen, ut nusquam puritas vel levissimam labis suspicionem periclitetur; cum ita securitati duarum harum virtutum prospexerit, quas ille adeò feliciter simul conjunxerat, ut neque haec illi possent officere, neque illa hanc vel minimo possent periculo objicere. *Idem.*

S. Philippus ad unguem S. Pauli praecceptum adimplevit per mortificationem, & vitam, quam ducere austeritatem. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Verum est Praecceptum hoc esse Christianis omnibus commune, qui participes sunt Sacerdotii Filii Dei, per sacrificium cupiditatum suarum ab ipsis faciendum: sed procul dubio ad illud tuendum maxime tenentur illi, qui sese devoverunt Altari, & qui ibi saepe idem offerunt sacrificium, quod in Cruce oblatum fuit; ideoque illi esse debent magis similes ob hanc causam, propter dignitatem status, ad quem assumpti fuerunt, & sanctitatem ministerii, quod exercent. Haec erat Sancti Nostri sententia, eaque fuit tanquam regula, & ratio vitae, quam sibi statim proposuit: sed malo dicere, hanc extitisse viam, per quam Deus illum deducere voluit ad eum, quem de ipso finem conceperat, quasi Calvarius fuisset iter ad altare, & ille esse debuisset homo crucifixus, ut dignè offerret in altari, licet alio modo, Sacrificium, quod semel in Cruce oblatum fuit. Hac mente, si vitae illius Scripturis fides habenda est, a puero exercebat juge jejunium usus aqua tantum, & pane; omnibus abstinebat solatiis, in quae aetas illa suapte natura prona est, cilicio domabat corpus suum, ferreisque utebatur catenis, ut juxta S. Pauli exemplum, illud in servitium redigeret; vigiliae ejus erant assiduae, ac anni temperatum rigores supplebant aliis innocuis crudelitibus, quas fervor illius in proxim non redigisset. Homo erat verè crucifixus Mundo, nil cupiens nisi crucem, Minister, qui conabatur imitari Magistrum suum non tantum in externis ejusdem doloribus per poenitentiam, & mortificationem, sed, qui a corpore eos traducebat ad mentem per confusiones, & humiliaiones, quae Tertulliano teste, sunt animae mortificationes. *Idem.*

Mortificatio, & austeritas S. Philippi.

Quomodo S. Philippus Sacerdotium vacaret.

Singulares gratiae, quibus cumulabatur S. Philippus Neri in puritatis materia praemium erant curae, & vigilantiae summae, quam ipse adhibebat. Virtus ejus merebatur, ut manifesta fieret post ea, quae ad eandem tuendam operabatur: nemini enim in ipso aetatis flore plures paratae fuerunt infirmitates, quam ad Sancti hujus integerrimam pudicitiam la-

cibum,

ebum, vel requiem avocaret; quasi caelesti manna jam saginatus esset, videlicet luminibus, suavissimisque affectibus, quibus superfundebatur, & nullibi requiem invenire posset nisi in Deo, qui hominis centrum est, ut S. Augustinus loquitur, quia in uno Deo verum gaudium, alibi autem ubique veram nascitur amaritudinem. Sed Philippus ita valido impetu ferebatur in Deum, ut nullum in re quapiam oblectamentum inveniret, & quum semel in eo quiescebat, tunc sibi in statu suo versari videbatur, unde non nisi summa vi, & nisu posset divelli. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Ejusdem argumenti.

Amor sese colligendi re adhuc integra fuisset S. Philippo, ut ab humana consuetudine recederet solitudinem quaesiturus, & cum Deo tantum versaturus, fugiens interdiu vivorum societatem, quam metuebat, ut cor suum inficeret, & non modicam noctium partem in cœmeterio inter mortuos traducens. Illic veteres quidam Philosophi bene vivendi rationem discere conabantur tamquam in Sapientiæ gymnasio; sed cum pro Magistro non haberent fidem, neque Deum viventium, contemptus terrenorum bonorum quem illis percipiebant, ut plurimum mentem ipsorum inani superbia replebant. Hoc aliter Sancto huic accidebat; ibi prorsus divinam discebat Philosophiam, ibique meditatus vanitatem mundi, voluptatum, honorum ejus cogitabat, quid ille futurus esset aliquando, atque percitus cogitationibus mortis, & veritatem alterius vitæ, quamprimum factus est homo penitus occupatus cogitationibus alterius mundi, qui presentis hujus jam exorsus esset, vel ut melius dicam, homo totus Dei, qui non nisi de Deo cogitaret, & loqueretur. Sæpe in estasi rapiebatur extensis brachiis, oculis intentis in cœlum in integro sensuum omniumque facultatum suarum defectu; quæ omnes in divino hoc objecto occupabantur. Nonnumquam ignis divini amoris in corde ipsius accendebatur tanto cum ardore, ut cogere in terram sese abjicere, cubiculi sui fenestras summa etiam hyeme aperire, & pectusque suum nudare, ad aliquod captandum refrigerium, vel ad exitum præbendam flammis, quibus intrinsecus urebatur; & replebat Deus animam ejus tor deliciis, quas illa capere non poterat, quæ res illum cogebat, ut ad Deum confugeret, eumque obtestaretur, ut nimium ardoris impetum moderaretur. *Idem.*

Humilitas ejus & desiderium ab aliis contemnendi.

S. Philippus ardentius contemptum, & opprobria stiebat, quam ambitiosissimus quisque gloriæ desiderio teneatur: Neque hyperbolicum est, affirmare callidissimam vanitatem, astutissimamque superbiam numquam plures artes excogitasse, vel conatus exersisse ad hominum existimationem captandam, quam Sanctus hic repellere, irridere, contemni, pro fatuo, & insipienti, pro homine nullius ingenii, nullius virtutis, nullius dexteritatis haberi cupierit. Per vos mihi liceat exemplis abstinere, ac silentio prætere peculiariam factorum enarrationem, quæ nequaquam saperent illis, qui numquam Sanctorum agnovere sensus, neque intellexere sublimem Sapientiam, quæ in Sancta Crucis stultitia invenitur. Viæ, per quas Deus Sanctos deducit, elevatae sunt super illas, per quas Deus cæteros homines agit, neque omnibus statum generibus sequendæ sunt. Sancto Nostro omnino particulari opus fuit via, si ille filii Dei secutus exemplum, voluit opprobriis saturari, ut loquitur Propheta: non secus ac ille sese objecit hominum dictis, omnesque tentavit rationes, ut ab aliis contemneretur. Quod autem mirum est, quod magis conabatur malè audire in populo, ut homines de illius spiritu, persona, & virtutibus aliter sentirent per eos actus, quos adlectabat, & qui pares erant auferendo omnem existimationem, quam apud sapientes sibi conciliaverat; eò magis percresecbat virtutum ipsius fama; quod magis fugiebat gloriam ea vivendi ratione, quæ efficere poterat, ut illius jacturam fuerat; eò magis in honore habebatur, a summis æquè ac imis diligebatur; &

quod magis sanctitatis suæ fulgorem celare nitebatur, hæc magis, magisque coruscabat. *Idem.*

Satis exprimi haud potest fructus, quem in Ecclesia recens S. Philippi institutum gignebat. Quædam fuit species Apostolatus propter cursus, atque itinera, quæ novæ Congregationis hujus viri suscipiebant, ut pietatem, virtutemque ferrent in omnia Regna, quia illi, quibus subventum fuerat, cum ubique testarentur Charitatem, qua secum Sacerdotes illi usi fuerant, excitant civitates ad similes recessus pro peregrinis instituendos, & ministros, qui illos opularentur. A peregrinorum famulatu Sanctus vir suas curas ad pauperes omnes extendit, & nemo fuit, qui charitatis ejusdem effectus expertus non fuerit. Magis pudibundi, ac latentis illius cognitionem fallere nequeunt, quia ut ita dicam, ubilibet exploratores habet, nempe ab hominibus pijs admonetur, quorum opera in hisce pietatis operibus utitur. In domos, familiarumque aditum sibi aperit, non ut negotia illarum cognoscat, vel in bonorum administrationem irrepat, quod nonnulli faciunt, qui putant, characterem suum sibi conferre jus aliquod alienis bonis invigilandi, & eorum, quos regunt, familiarumque cognoscendi, quasi illis nihil, se inconsultis, facere, aut de re ulla disponere possent; sed ut secretas cognoscat necessitates deinceps opportunam illis opem laturus. Videbantur Xenodochia illius tantum elemosynis, ac subsidiis, quæ ipse comparabat, subsistere. Inter suos alii pauperibus interveniendi erant destinati, alii ob necessariam opem inquirendam solliciti; alii ad pios homines urgentes intenti, ut illorum calamitatis miseri sibi conferrent; alii denique ad pauperes ipsos hortandos, ut aquo animo suam ferrent inopiam. Ad hæc exercitia suos omnes ille impellebat, primus eos suo docens exemplo, quid, & quomodo esset agendum. *Idem.*

Recens S. Philippi Congregatio multa parit bona in Ecclesia.

Quamvis corporalia Charitatis opera non modicam temporis S. Philippi partem occuparent, ea prima tamen fuere dumtaxat rudimenta, quæ magnus hic Christianæ perfectionis Magister illis tradebat, quos ad Ecclesiasticum statum erudiebat; deinceps enim illis ostendit, ac viam longè nobiliorem aperuit: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstravit*; hæc autem excellentior via fuit se se ad animarum salutem impendere per ea, quæ proprius ad hunc statum pertinent munera. Aliis ergo utitur ad ferventes, animatasque adhortationes habendas; quibus, qui jam conversi sunt ad bonorum operum praxim adducantur, & ad familiares ad populum Sermones efficiendos, quibus nequissimus quilibet peccator converteretur; secutus hæc in re consilium Apostoli, qui exigebat, ut Sacerdotes, ac ministri, quibus regimen aliorum committebatur, pares essent annuntiando verbum Dei, quod est tamquam generale instrumentum omnium conversionum; rivus omnium gratiarum, principium omnium bonarum cogitationum, & consiliorum; denique communissimum humanæ salutis remedium. Hac arte Philippus longè plurimas Deo lucratus est animas, Sacerdotes fervore zeloque successos adhibens partim in Apostolicis Missionibus, partim ad prædicandum in Templis talibus, ac in brevi prorsus mutata visa fuerit Roma, cum interim ipse operam suam collocaret in Judæis, Hæreticisque convertendis tali exitu, ut videretur illos universos Romæ collegisse Providentia, ut Sancti hujus opera converterentur. *Idem.*

Media quibus Sanctus usus est ad animas Deo lucrandas.

1. ad Cor. 12.

S. Philippus adeò peculiariter sancto, molestoque Confessione excipiendarum ministerio se devoverat, ut qui vias Domini ingredi vellent, hos familiarissimos haberet. Sacrum illius Tribunal quotidie magna prænitentium corona circumseptum erat, quos ille cum insatiabili patientia, summo zelo, & charitate auscubabat, licet gravissimum adferat tedium molesta narratio tot nozarum, ac scelerum, quibus autem accommodare tenetur Confessarius. Attamen urbs tota hoc illi testimonium perhibuit, neminem ab illo repulsum fuisse, & neminem unquam

quam ab illius pedibus sine consolatione discessisset: æqualiter quippe tempus suum particibat, & pari bonitate pauperes, & divites excipiebat, utriusque omnes curas suas impendens sine ulla performarum acceptione, omnium miseriam statumque miseratus, suavis, & indulgens sine mollitie, & quin aliquo modo relaxationi faveret; firmus, ac inflexibilis, ubi hoc salutis penitentium, & ministerii sui gloriæ utile, vel necessarium censebat. Sanctus hic vir fuit adeò constans toto vitæ suæ spatio in adeò difficili, ac molesto officio, adeoque amavit gravem hunc conversionis animarum laborem, ut ipsa die, qua obiit, plures horas in eodem insumpserit, quin prohiberetur doloribus, quibus afflicebatur, volens consummare sacrificium suum perfectissima, quam poterat, Salvatoris imitatione, & credens se non posse melius ad moriendum disponere quam adhuc alios docendo bene vivendi rationem. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Magni viri quos S. Philippi Congregatio produxit, & magni fructus, quos attulit, & adhuc attulere Ecclesie.

Congregatio, quam Sanctus iste vir instituit, plena est Sanctis Sacerdotibus ejusdem zeli, ac ipse, eodemque spiritu ductis. Laborant ut æternum faciant zelum ipsius, ejusdem munera, ac labores producentes; veluti totidem viventia præstantissimi hujus prototypi exemplaria, ipsi etiam exemplo sunt aliis perfectionis status istius. Hanc ob causam noluit illos Religionis voto alligari, neque alii quibuscumque vinculis vinciri præter illa Charitatis, ut in Ecclesia justum faceret temperamentum inter austeritatem Religiosi status, ad quem non omnes evocat Deus, & nimiam dispersionem, quæ vitanda vulgò est in aliis Ecclesiasticis, ea mente, ut utrorumque bona simul conjungeret; illis pietatem, sedulitatem, frugalitatem, & mortificationem priorum inspiraret, & munera, ac officia posteriorum propria sanctificaret; per fugium illis aperiret, qui austeras aliorum virtutes exercere non possunt; sed qui ut illi ad Dei, ac Altaris Ministerium vocati sunt, atque felici hæc mixtione inastimabilem fecit fructum in Ecclesia Dei: Namque hoc re ipsa fuit tamquam Seminarium Præfulum, Cardinalium, Sanctorumque Ecclesiasticorum; & solus Cardinalis Cæsar Baronius perquam optime fuit meritis, scriptis suis, justus planè a S. Philippo immensum illud opus Annalium Ecclesiasticorum suscipere; quin de aliis loquar, qui sanctitatis laude floruerunt, & florent. Quapropter dici potest, ipsum effecisse Scholam Sanctorum Ecclesiasticorum, qui effecerunt ut in Clero propria status hujus sanctitas resforesceret. *Idem.*

S. Philippi Nerii virtutes imitanda.

Ecce quinam fuerit Magnus Philippus Neri, Sacerdotum Prototypus. Sanctè ille perfunctus est tanto hoc ministerio, ac in se ipso expressit virtutes omnes, quæ illud comitari debent. Deinde alios etiam ad status hujus perfectionem formavit. Verum ne credatis, hos esse solos, quibus proficiendum est ex vitæ ejusdem exemplo. Tot virtu-

tes nequaquam in una tantum professione continentur; status omnes, omnesque conditiones in earum partem accedere possunt. Illius unio cum Deo, tenera pietas, spiritus Orationis, nonne excitare nos debent ad imitandum mentis ipsius recollectionem, & nos ab hac evagatione spiritus amovendos, in quam mundi commercium nos jugiter agit? Puritas Angelica, quam tanta cura factam rectam servavit, non ne docere nos debet, a vitiis, scelerumque horrore initium ducendum esse servitutis Dei, quas Cœlum iis tantum promittit, qui semet præservant a corruptione ferre generali, quæ grassatur in Mundo; ac præsertim profunda humilitas, quæ effecit, ut ille hominum existimationem, & gloriam perhorresceret, eò usque, ut cruce Deum flagitaverit, ne ullum usquam miraculum operaretur, seu viveret, seu fato sanctus esset, in gratiam suam, ne pro Sancto haberetur; qua in re Deus illum nequaquam damnavit votis; quandoquidem plurima paravit, quæ ostendunt quàm magnus sit coram Deo, qui illius meritum, ac virtutem, eò magis illustrare voluit, quod magis ipse illam in oculis hominum celare conatus est. Imitanda nobis est immensa hæc charitas, quæ effecit, ut ille omnes labores, curasque suas transferret, ut proximo opitularetur: sed qui adeò parum utilem mundo semetipsum censebat, ut nunquam Deo dicere voluerit, quemadmodum fratres sui illum obtestabantur, hæc verba, quæ S. Martinus morti proximus protulit: *Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem*: dicens Sanctorum dumtaxat esse, ita loqui, se verò potius sarcinam esse super terram, & mortalium omnium maximè inutilem. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Prestola ejus Mortis.

Omnes circumstantiæ mortis S. Philippi ita notabiles sunt, ut illas omittere instar esset criminis. Magnus hic Sanctus charitate coactus ad Salvatorem suum anhælabat, cupiebatque mori, ut S. Paulus, præsentia, ad aspectum illius perfructurus. Votis ejus subscripsit Deus, elegitque solemnem Dominici Corporis diem, ut illius desideriis faceret satis. Philippus, cujus animus etiam affecto corpori vires suppeditabat, aram ascendit semetipsum cum Dei Filio sacrificaturus. Hoc in facto eos amoris impetus expertus est, qui verbis significari non possunt; liquefactum fuisse cor illius vi amoris sui, nisi in suspicia abiisset, & fluxisset in lacrymas. Facies ejus flammis successa visa est, & in ea deprehensa fuere lumina, quæ Sanctum hunc ad Beatorum gloriam evocari testabantur. Noluit Dei Filium relinquere, nisi illum coegisset, ut sibi benediceret, & nisi audiret ab illo, exilium suum cum die illo finem habiturum. Post promissionem hanc adeò jucundam ab altari descendit, & sinens se amore illius absami, illo ipso die suum perfecit sacrificium, & feliciter qualitati Sacerdotis, alteram victimam adjecit. *P. Se-nault Presbyter Oratorij.*



50  
PRO S. NORBERTI PANEGYRICO.  
MONITUM.



*M*agnificè Elogia, quibus Scriptores S. Norbertum ante, & post obitum profecuti sunt, sublimem profecto nobis reliquerunt imaginem suae pietatis, Sapientiae, & zeli; & altero prout sumus ad credendum Sanctum hujus characteris Virum erroris, & confusionis tempore pro Religione, & Disciplina Ecclesiastica ea omnia prestasse, quae expectanda erant ab homine, qui insignem doctrinam cum sublimi virtute consociabat. Perum consistendum est arduum, ac difficile esse uno Sermone colligere tot virtutes, tot praeclarè facta, tot insignes actiones, ac tot varios eventus, qui vitam illius partitè sunt in diversa munera, in quibus ille aequè se ipsum sanctificavit.

Quamobrem ut Magni Sancti hujus justum habeatur Encomium, exhibendus est sub tot diversis characteribus, quot variè officiis persunctus est; austeri Penitentis, Fundatoris, & Generalis Praepositi Ordinis Regularis, quem ille per tutissimas vias ad perfectionis apicem adduxit; Operarii Evangelici in Ministerio Apostolico indefessi, ac tandem vigilantis Pastoris in magna dioeceseo regimine, & zelo successi ob Ecclesiae suae jura asserenda, & vindicanda. Si diversi characteres hi minus regularem efficient Panegyricam illius Orationem, varietas argumentorum eam reddant jucundiorè; & animadvertiones, quibus locum praebebit quilibet negotiorum suus eam praebebit utiliore, dummodo ars inventiatur omnia jungendi, & ad quendam finem referendi.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variè Sermonum hujus Argumenti Structurae.

Sapientia deduxit illum per vias rectas: ostendit illi regnum Dei: dedit illi Scientiam Sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Sap. 10.



*S*anctum Patriarcham Jacob animo reputabar Sapiens; cum admirationem ceterè voluit erga eam Providentiae rationem, quae in magno hoc enituit viro, atque posterorum memoria tradere labores, quos ille petulit, ut magnis, quae de ipso consiliis illa conceperat, responderet. Divina haec Sapientia, quae illum in antiqua lege delegerat, ut ex eo faceret exemplar fortitudinis, patientiae, & submissionis divinis imperiis, perduxit illum ad optatum finem per vias quidem rectas, sed asperas, atque difficiles. Ostendit illi, Sacer Textus inquit, regnum Dei, hoc est viam, quam ingressus erat, ut eo perveniret, statim ac a Deo fuit electus, ut esset Praedestinatorum figura; docuit illum Scientiam Sanctorum, quae via est laborum, atque passorum, per annos quadraginta, ac demum illum variis curis exercuit, quae magnam illi gloriam comparaverunt, & quarum merces fuit felicitas ea, qua fuit unus ex Majoribus Messiae, deditque nomen populo Dei. Dicam ne Divinam Sapientiam eodem sermè usam consilio erga Sanctum illum, cujus hodie commemorationem Ecclesia concelibrat? quandoquidem Ecclesiae nova subrogare volens subsidia, novum Ordinis Instituatorem, novum Apostolum, novumque Pastorem, magnum Sanctum Norbertum deduxit per vias tutas, & rectas in variis statibus, per quos illum traduxit.

1. Ostendit illi viam caeli in statu saeculari, cum in Mundo, & perditionis via, per asperam sinceramque penitentiam illum de erroribus revocat. *Ostendit regnum Dei.*
2. Quemadmodum hac eadem penitentia ipsum elegerat, ut eum ad perfectionis apicem tolleret, docuit eundem Scientiam Sanctorum in Religionis statu per proxim Evangelicorum consiliorum, in quo adeo peritus Magister evasit, ut illum tradiderit Ordini magno, cujus Pater est, atque institutor. *Dedit illi Scientiam Sanctorum.*
3. Denique sicuti Deus illum destinaverat, ut esset Ecclesiae suae lumen in Archiepiscopali dignitate, ipse hoc honore se dignum probavit per labores Apostolicos, omniaque illius munera adimplevit zelo, & gloriois actionibus, pro Dei gloria, & Ecclesiae utilitate. *Honestavit illum in laboribus.*

Haec sunt, per quas divina Sapientia magnum hunc virum deduxit. Hoc est totius vitae ejus compendium, personae ipsius character, & exemplum Sanctitatis, quod nobis reliquit triplicis status illius, in quo vixit. Mundi affectus, qui sunt, vel fuerunt in erroribus, flagitiisque, discere possunt viam, quam sequi debent, ut reverantur ad Deum, & rursus ingrediantur eam, quae in caelum adducit. Religiosi se formare debent ad hoc exemplum, ut ad sublimiorem Sanctitatis apicem perveniant. Praefules, & illi qui primos in Ecclesia tenent honores, in hoc perfecto exemplari discere possunt officia inharentia ministerio, quod exercent, & dignitati, quam obtinent. Haec est imago admirabilis S. Norberti, quam vobis adnotaturus sum; hoc illum nomine appello, quia omnes summi viri, qui eo saeculo floruerunt, virtutem illius tantum admirati sunt, & una voce praedicarunt, omnia elogia, quae ipsi deferrebantur, meritis ejusdem fuisse inferiora. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

*Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.* Psalm. 117. Ad haec textus mei verba, mihi videre videor nomen, atque vitam S. Norberti; pericula ex quibus ereptus fuit, vitia, quae persecutus est, dignitates Archiepiscopi, & Patriarchae insignis Ordinis, quibus ornatus fuit, admirabilia, quae egit in Ecclesia, & in claustris, quae memoriam illius aeternitati commendarunt. Credidi me hac Prophetae sententia uti posse, ut in compendium vobis & vitae illius historiam, & elogii ejusdem fundamentum proponerem. Quapropter quin ab allati textus verbis discedam, vobis illum ostendam

1. Suffultum dextera Dei, & per gratiae vim a saeculi corruptione educatum.
2. Ad primas Ecclesiae dignitates Dei manu sublatum ob proprias virtutes: *Dextera Domini exaltavit me.*
3. Semper viventem, factumque veluti immortalem ad nuntianda opera Domini pro Ordinis sui institutione: *Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.* Haec erit Sermonis hujus partitio. *Ex Elogiis historicis.*

Ad insignis S. Archiepiscopi Norberti, Magni Ordinis.

Pro S. Norberti Panegyrico. §. I.

Ordinis Institutoris elogium dicere possumus, illum in gravissimis Ecclesiae necessitatibus a Summis Pontificibus adhibitum fuisse, a Principibus in maximis salutis suae negotiis fuisse consultum, ab Imperatoribus amore, atque familiariter dignatum. Sanctus hic vir haereseos superbiam in Belgio contrivit, suis predicationibus Germaniam, & Galliam illustravit, institutorum suorum Sapientia Saxoniæ reformavit. Quamobrem ostendere possumus.

1. Gratiam, quae illum ab aula, & saeculi divitiis deterruit, fecisse ipsum simul & exemplar, & Heroem poenitentiae.
  2. Religionem in illo nactam esse vindicem puritatis suorum dogmatum, & disciplinae.
  3. Ecclesiam summo cum fructu illum Schismatitiorum venatibus objecisse. *Ex Historia vitae illius.*
- IV. Sanctus hic considerari potest in triplici statu, in quo vixit, & in quo praeter ceteris excelluit propter singularem modum, quo ubique semper enituit.

1. In statu poenitentis; liquet enim quomodo ille fuerit conversus, & quam egerit poenitentiam, ut divinae justitiae satisfaceret propter vitam abnormem, ac flagitiosam quam in aula duxerat.
2. In statu Cenobitae, ac Institutoris Ordinis, ubi Sanctam, piamque duxit vitam, cujus auctoritas Ecclesiae totius approbationem sibi conciliavit, tanquam illius Ornamentum.
3. In statu Pastoris, & Archiepiscopi Magdeburgensis, ad quem sublatus fuit, & mox Prunatis, Apostoli curam adiciens vigilantiae Pastoris eximii, qui Ecclesiae suae jura tutatus est, omnesque errores, & vitia ex magna Dioecesi eliminavit.

V. Pro textu hac assumendo verba; *Gratia Dei sum id, quod sum.* 1. ad Cor. 15. In magno hoc Sancto viro ostendi potest opus singulare gratiae, & exemplum effectuum illius maxime admirabilem.

1. Gratiae vis ibi innotescit, cum de illo victoriam retulerit nulli eorum, quae omnibus saeculis vixit fuerint secundum: quoniam illum avulsi a Mundo, cui adhaerebat tot vinculis, quot habebat habitus, & quot illic oblectamenta inveniebant. Erat enim in ipso juvenutis flore, ex illustri genere, magna possidebat bona, spemque fovebat locupletissimae avaritiae, omnibus iis praedius privilegii, per quae entescere poterat. Haec de causa videtur Deus omnem adhibuisse brachii sui fortitudinem, ut cum victas dare manus cogere tanquam alterum Paulum, illum protervens, & illummans non secus ac Apostolum hunc, lumine profus infueto, cujus ope intellexit aeterna salutis periculum, in quo versabatur. Sed Norbertus nequaquam rebellis fuit lumini, & voci, qua Coelitus vocabatur; quandoquidem repente nuntium misit vanitibus Saeculi, & omnino alius visus est per mutationem, qua admirabiliorem in aliquo Sancto gratia operata non est.
2. Possimus deinde rationem admirari, qua gratia in hoc Sancto operata est, quem vix conversum deduxit per vias omnino peculiares, sed tutissimas, usque ad apicem Evangelicae perfectionis in Ordine, cujus ille primum Institutor fuit, & mox omnium virtutum exemplum.
3. Admirari tandem oportet triumphos gratiae de Schismate, Haeresi, & vitiiis omnibus, quae tunc grassabantur in Mundo; sed quae ipse per Apostolicum zelum suum eradicavit, ante, & postquam ad Archiepiscopalem dignitatem sublatus fuit.

VI. Pro themate assumendo verba haec: *Vas electio-nis est mihi iste: ut porrit nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel; & ego ostendam ei, quanta oportet eum pro nomine meo pati.* Act. 9. Deus illum convertit tanquam alterum Paulum, ut gestaret nominis sui gloriam; hoc est, cultum, & legum suarum observantiam;

1. Gentibus, quas edificavit vitae mutatione, quae omnibus supremam iniecit, & mox ferventibus predicationibus, ut illos excitaret ad poenitentiam. *Joan. 1. Paneg. Tom. II.*

tiam per zelum profus Apostolicum, exemplo suo, & vitae austeritate confirmatum.

2. Et Regibus, Principibus, ac divitibus terrae, quos simul conciliavit, & quorum aliquos ad vitam Religiosam amplectendam impulit, alios vero docuit quomodo sua potestate, uti Christi fideles decet, uterentur &c.

3. Et filiis Israel videlicet Ecclesiasticis, & Regularibus alios quidem reformans, aliorum vero utriusque sexus instituens, qui temporis decursu insignes sanctitate evaserunt.

VII. Tria personarum genera quolibet tempore se se Domini cultui devoverunt, feceruntque veluti classes tres, vel tres ordines Sanctitatis in Ecclesia.

1. Poenitentes, qui postquam duxerunt vitam flagitiosam, noxiam, & profus mundanam, verè se converterunt, & amplexi sunt vitam austeram, mundo vale extremum dicentes, ut de Deo, ac salute sua tantum essent solliciti. Id genus fuere; celeberrimi illi Anachoretæ, qui in desertis vixerunt, & qui in corpora sua admirabiles austeritates exercuerunt. Secundi illi sunt qui vitam frugi vixerunt, & ad contemplativam evocati vitam in communi vivunt, seorsim a Mundo, unice occupati in laudibus Creatoris; quales hodierna die sunt quamplurimi Ordinum omnium Regulares, qui id agunt in terra, quod Angeli indefinenter in Caelo operantur. Tertii illi sunt, quos vocat Deus ad ministerium Verbi, & qui Apostolicam ducunt vitam in id intenti, ut mundum convertant, ut vitia evertant, & evellant, atque contra Dei, & Ecclesiae inimicos bella gerant. Facile est ostendere, S. Norbertum in triplici hoc vita genere enituisse, & in singulis inestimabilem fructum fecisse.

VIII. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* 1. Corinth. 11. Haec sunt S. Pauli verba, quem nemo perfectius imitatus est, & ad vivum expressit, quam S. Norbertus.

1. In vocatione profus miraculosa.
2. In laboribus Apostolatus sui, & in persecutionibus, quas passus est Jesu Christi nomen variis populi enuntians.
3. In cura, & vigilantia, qua usus est in regendis Ecclesiis a se institutis, in corrigendis vitiiis, & abusibus, quae obreperant: *Sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia potest ad propositas Structuras exornandas; & Auctores, quae de hoc agunt argumento.

Guatier Magalonensis Episcopus in *Bibliotheca Patrum* T. 26. p. 297. Sanctum Norbertum appellat hominem incomparabilem, in Sacris Scripturis eruditum, virtutum suarum splendore spectabilem.

Guibertus Nonigenti Abbas, qui aliquot annos Sancti hujus consuetudine gavifus est, de hoc verba facit tanquam de primo Galliae viro propter ejus perspicaciam, & acumen in viis vitae interioris, in Religionis mysteriis, & in divinarum Scripturarum profunditate; *In eadem Bibliotheca Patrum*. p. 182.

S. Bernardus *Epist.* 56. per antonomasiam eum vocat Organum Spiritus Sancti; caelestem rivum, per quem Deus voluntates suas bonis explicabat.

Anselmus Havelburgensis Antistes illum proponit tanquam Sanctum insignem ob sui Apostolatus progreffus, illustrem ob virtutes, obiectum deliciarum, & admirationis hominum. *Lib. 1. dialog. T. 13. Specul. p. 111.*

Hermanus l. 3. de *Miracul. S. Mart. Land. c. 7. p. 547.* inquit post Apostolos neminem in Ecclesia magis enituisse numero triumphantum, quam S. Norbertum, cujus fama celerrime per universum orbem est illud pervagata.

Albericus, & Robertus de Monte ad annum 1116. testantur Norbertum hominem fuisse admirabilem, inter ceteros genere, opibus, eloquentia clarum, summis Pontificibus dilectum, ab Imperatoribus in pretio habitum, a Principibus honoratum, Sanctae Sedis praesidium, infensissimum Schismaticorum, & haereticorum inimicum.

Cardinalis de Vitriaco illum appellat tubam cum majestate Evangelicas veritates annuntiantem; hominem justum, verum Dei adoratorem, Organum Spiritus Sancti. *Jacobus de Vitriaco hist. Occident. cap. 22.*

Chronicon Westphalicum cap. 1. addit hunc Solem fuisse, qui Ecclesiam suis illuminabat fulgoribus, poenitentiae praecone, qui illum exemplorum vi, & Sermonum illecebris persuadebat. Vir erat, adjectis Trithemius Abbas ad annum 1127. praestantissimae Sanctitatis. Concionator erat, cujus nomen, & merita in toto terrarum orbe personuerunt; Denique vir erat, Baronius ait, ad annum 1127. a Deo constitutus tanquam lampas ardens, & lucens Ecclesiae.

Qui Sancti Norberti vitam scribere.

Prima Sancti hujus vita, ut perhibetur, scripta fuit ab Hugone, primo illius Discipulo, & in regimine Ordinis Praemonstratensium successore. Vita haec ex pluribus Manuscriptis collecta invenitur in Actis Sanctorum Enschienii, & Papembrochii, die sexta Junii. Haec tamen vita non satisfacit expectationi, quae de tanto hoc viro concepta fuit, ubi attentè alii perfecti fuerint historici. Quapropter

Aliquandiu post visa est Sancti hujus vita superior, pluribusque circumstantiis convestita a Praemonstratensi Canonico composita Aequali Sancti, cujus virtutes, & facta commemorat; eaque invenitur in iisdem Actis Sanctorum ab Enschenio editis &c.

Tertia adest etiam vita Gallicè, & optimè scripta a Ludovico Carolo Hugone Ordinis ejusdem conscripta; ex hac pleraque facta, materiamque depromptimus, quibus uti licet in Sancti hujus Elogio.

Enschienius, & Papembrochius in actis Sanctorum, ipsi quoque sedulo retulerunt acta, miracula, virtutes, persecutiones, & quidquid magis particulare invenirent, non inutilem ad Panegyricam orationem instituentem segetem. Hoc etiam fuit praestitit liber, cui titulus: *Ordinis Praemonstratensium Bibliotheca.*

Concionatorum nuperi.

In historicis Sanctorum clogiis unum adest in S. Norberti laudem.

Apud Patrem Duncan, Tomo altero Orationum Panegyricarum.

P. Croiset in Exercitiis Asceticis.

Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. unum habet inter Sanctorum elogia hujus Panegyricum.

P. Novet eo in tomo ubi agit de vita Jesu Christi in Sanctis suis, meditationem habet in diem Festum Sancti Norberti.

Alia, quibus uti sumus pro Magni Sancti hujus Panegyrico, è variis Manuscriptis Sermonibus deprompta fuerunt.

PARAGRAPHUS III.

*Locis, figura, exempla, applicationes Scripturarum huic argumento, & Locis, qui convenire possunt variis Sancti hujus virtutibus, & actionibus.*

**D**icit adolescentior ex illis, da mihi portionem substantiae, quae me contingit, & peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam. Luc. 15.

*In se autem reversus dixit, quanti mercenarii in domo patris mei abundantant panibus, ego autem hic fame perevi! Ibidem.*

*Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei; pater, peccavi in caelum, & coram te; & non sum*

*dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis. Ibidem.*

*Vidi illum pater ipse, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum. Ibidem.*

*Dixit autem pater ad servos suos: cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedes ejus. Ibidem.*

*Hic filius meus mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus est. Ibidem.*

*Ita dico vobis: gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam supra nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia. Ibidem.*

*Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse Discipulus. Luc. 14.*

*Sicut egentes, multos autem locupletantes, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.*

*Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. 1. ad Timoth. 6.*

*Reati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Matth. 5.*

*Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam; & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos, & non sunt, & invenisti eos mendaces, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Apocalyp. 2.*

*Sed hoc habes quod odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi. Ibidem.*

*Novè opera tua, & fidem, & charitatem tuam; & opera tua novissima plura prioribus. Ibidem.*

*Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam; sed dives es, & blasphemaris ab iis, qui se dicunt Judaeos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanae. Ibidem.*

*Haereticum hominem post unam, & secundam correptionem devota; scimus quia subversus est qui ejusmodi est. Tit. cap. 3.*

*Oportet Episcopum sine crimine esse, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem Sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere. Tit. c. 1.*

*Zelus domus tua comedit me. Psal. 68.*

*Tabescere me fecit zelus meus, quia oblii sunt verba tua inimici mei. Psal. 118.*

*Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum meum filii Israel. 3. Reg. cap. 9.*

*Sic nos existimat homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Cor. 4.*

*Figura, & Exempla ex Scripturis deprompta.*

**S**ic ne vulvis quinam fuerit ingressus S. Norberti in civitatem Magdeburgensem? similis fuit illi, quo Salvator Jerosolimam introivit. Huc introivit Dei Filius simplici indutus veste, sedens super vile, atque contemptibile jumentum, populi turba stipatus, in se ipso lacrymis prosequens enormia scelera hujus civitatis, quae occidebat Prophetas, & super terribile supplicium, quod in ipsam erat casurum. Introivit animo se se offerendi Patri suo pro salute ingratis illius civitatis. Sanctus noster Archiepiscopus ad unguem in his rebus omnibus imitatus est Dei Filium. Ingressus est ille veste non satis bona indutus, habitu poenitentis, pedibus nudis, infedens, ut Dei Filius, simili jumento; facie pallore suffusa, spiritu contrito, non sine lacrymis, quas ex corde eliciebat cogitatio eorum munerum, quae illi in adeo sublimi statu erant subeunda. Sanctus Praeful primum se contulit ad Cathedralium Ecclesiam, ut ibi Deo dignitatis suae primitias offerret, ab eoque gratiam peteret susceptum onus cum constantia, & fidelitate sustinendi. Mox ad Episcopales aedes deductus fuit; sed janitor cum nobiles viros admisisset, qui praecedebant, sui muneris esse censuit Norbertum, qui claudebat agmen repellere, aliquem esse putans ex ima plebe, qui curiositatis ergo in confertam populi

Introitus S. Norberti Magdeburgensem fuit, ut fuit illi filii Dei in Jerusalem.

puli turbam se injecisset; immo etiam asperis usus verbis cum repulit, eique elato vocis tono dixit, ut inter pauperes consisteret. Ex eo temporis momento Sanctus noster, tamquam bonus Pastor inccepit ad gregis sui salutem operam collocare; etenim tantum abfuit, quod huic domestico succenseret, ut non solum lenibus verbis illi responderet, sed in gradu suo confirmaverit, & deinceps beneficiis cumulaverit.

Norbertus ad salvatoris imitationem ejecit insecratos de Templo.

Statim ac Norbertus adit possessionem dignitatis suae, nihil illi antiquius fuit, quam diligenter operari ad Diocesis suae incultum agrum sedulo excolendum, atque cum infatigabili zelo ad vitia eradicaanda, moresque reformandos se totum impendit. Quod verò majori dolore affecti Sancti Praefulis animum fuit juges Sanctarum rerum mundanae, quae ibi inoleverant, atque tunc temporis in usu erant positae. Norbertus ergo ad imitationem Filii Dei zelo sanctae domus succensus aggressus est de profanis manibus Domini eripere haereditatem, & profus de Templo Sacilegos Mercatores extrudere. In universam Diocesim suam Ministros legavit, a quibus oves suae admonerentur, cum muneris sui ratio posceret, ut pauperum necessitatibus subveniret, & Altaris redditus procuraret, se non sine summo animi dolore intellexit, & quin suo destit muneris, ferre non posse Archiepiscopalis mensae bona, hereditatis titulum de familia in familiam migrare, atque per noxiam decessorum suorum incuriam facta esse negotium suorum patrimonio, & fructum invidiosis finitimarum potestatum; sibi nequaquam permittendum esse, ut tantum hoc sacrilegium abiret impune, atque ut Episcopi consanguineorum suorum fortunam auferent templi ruinis, & diriperent altaria, ut nepotes suos locupletarent, & licet ipse has dissimularet injustitias, conscientiam eorum, qui ea injustè detinebant, esse debere illis exprobratione parem, illos ad restitutionem cogendo. Ut autem peccatis eorum omnem auferret excusationem, & semetipsum irreprehensibilem praeretur, se proposita Anathematis poena Ecclesiasticorum suae Diocesis bonorum raptoribus percipere, ut illi sine successione titulo, sine per vim, aut dolum in fruerentur, statim restituerent. Ita Sanctus hic Pastor incessanter bonis Sponse Domini, a quo ejus cura sibi demandata fuerat, invigilabat.

S. Norbertus Davidi comparatur, & S. Paulo, nec non alii in Ecclesia celebratissimi.

Quanam erant S. Norberti arma, cum obices consiliis inveniebat? Similis David se, ut ille, inducitur cilicio, & in jejunio animam suam humiliabat, cum interim virulenta labia ferebant contra ipsum diceria; modò non secus ac Propheta ille cum inimicis suis tanquam cum fratribus comiter loquebatur: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio; quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacbam.* Modò in amaritudine animae suae ad Deum confugiens perseverabat in oratione humi prostratus a Deo imperaturus liberationem infirmorum de manu potentium, & pauperum de manu eorum qui illos opprimebant: *Et oratio mea in sinu meo convertetur:* Modò uti S. Paulus dicebat: *Vado in Jerusalem, quae in ea mihi ventura sint, ignorans, nisi quod mihi significavit Spiritus Sanctus, quoniam ibi me manent vincula & persecutiones; confirmabatque animam suam contra pericula, & contra sevitissimas procellas, secum dicens; nil vereor; paratus sum periculo objicere animam meam: dummodo gloriosè absolvam curriculum meum, & adimpleam ministerium, quod accepi a Domino Evangelium praedicandi.* Modò tanquam S. Ambrosius, qui militi cuidam violentam sibi mortem intentanti respondit, si tu mihi mortem inferes; facies quod Eunuchi facere consueverunt; & si ego moriar manibus tuis, id patiar, quod pati consueverunt Episcopi. Norbertus igitur minas strenuè contemnebat, & quasi vita sua sibi minus esset jucunda, quam utilitas Ecclesiae suae rebus omnibus anteferebat persecutionem propter justitiam, seque ex Evangelicorum Beatorum numero existimabat.

*Hoadry, Paneg. Tom. II.*

Nosti, Domine, S. Paulinus aiebat, ubi opes meae sint; eas clausi in sinu tuo; te penes est eorum depositum, illarum mihi reddes centuplum, ut pollicitus es, in die retributionis. Propter sanctam hanc avaritiam liberalis fui usque ad prodigalitate. Plenus confidentiae in sancto Verbo tuo, quo doceamur hic facere sanctum bonorum nostrorum commercium, illa, veluti callidi infitiores in caelum ante nos transmittentes usque in diem, qua in iudicium prodeundum tibi est: *Negotiamini dum venio.* Inconculsa fide credens te a nobis in pauperibus ali: *quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis;* numulariis istis distribui bona, & Regna integra, quae a Patribus meis acceperam, *Paulina regna* spe ductus messis uberrimae. Confido expectationem meam non iritam futuram, scio quippe cui credidi. *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est servare depositum meum in illam diem, justus Judex.* Nonne eodem in statu Norbertus est, quo Paulinus? Nonne indigentibus parum suorum bona distribuit? Num sibi vel minimam Ecclesiasticorum reddituum partem referavit? Nonne illos tanquam pauperum patrimonio respexit? Nonne semper ob oculos, & saepe in labiis habebat illud Sancti Pauli Oraculum: *Propterea egenus factus est, ut illius inopia divites offensus?* In summa annonae caritate, nonne quotidie ultra quingentos pauperes alebat, existimans se in illis alere Salvatorem? Sed undenam magnus ille Sanctus hauriebat ea quae sunt necessaria ad victum tot pauperum, qui vix in tota integra provincia inveniuntur? Ejus fama, aestimato virtutis suae, quae apud divites percrebuerat, illi fugerebant quidquid ad pauperum, & Ordinis sui Religiosorum victum erat necesse. Filii eodem animati zelo, quo Pater, pleni ejusdem fidei erga Domini promissiones, monentis se in locum, & jura sua pauperes subrogasse, pauperibus ferebant opem, non dicam ex iis, quae sibi erant superflua, sed uti vidua illa in Evangelio per suam charitatem celeberrima, ex iis, quae sibi erant necessaria, spe ducti se retributionis die centuplum esse recepturos.

Cum Propheta de populo Dei loquens ait: *Erit lumen Israel in igne, & Sanctus ejus in flamma.* Itaque hoc est: Lumen Israel erit velut ignis abstumens, & Sanctus Israel, erit tanquam flamma, quae inimicos illius devorabit: hoc in loco perspicue videtur Propheta Isaïas alludere igneae columnae, quae illuminabat Israel noctu, eumque a Solis ardoribus protegebat interdiu; quae illi viam ostendebat in ea inhospita solitudine ingrediendam, ubi nullum hominis vestigium inveniebatur: quae fulminatorquebat in dilecti hujus populi inimicos, eosque removebat a transitu illius. Angelus Domini in hac erat nube; ipse eam ducebat, & quocumque terrorem immittebat. Talis erat S. Norbertus Providentiae consilio illuminans eos, qui erant in tenebris; educens illos de Aegypto, ut in terram promissam traderet: illos protegens ab ardoribus demonii meridiani sapienti consilio, & caelesti rore, quem precum suarum meritis super eos detrahebat, quos ipse converterat.

S. Norbertus S. Paulino comparatur.

Luc. 19. Matth. 25.

S. August.

ad Timoth. 1.

ad Cor. 8.

Allusio ad columnam ignis, quae praebat Israelitis in deserto.

*Applicationes quorundam Scripturae locorum huic argumento.*

**I**ustum deduxit Dominus per vias rectas. Sap. 10. Sanctorum Praedestinatio, & electio a Deo facta ipsorum ante omnia saecula; haec profecto prima est aeternae eorum beatitudinis causa. Cum autem voluerit Deus, ut ipsi gloriae coronam promerentur, quae ipsis erat decreta, & ut ope gratiae suae caeleste regnum indifferenterent: primus effectus, quem ostendit Deus in tempore aeternae hujus praedestinationis est illos per rectas, tutasque vias deducere, eisque, ut Sapiens ait, digito ostendere, qua via insistendum sit, ut illuc perveniant: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Haec autem via, ut nostis, variae sunt, & generatim di-

Via recta, & recta per quam Deus S. Norbertum deduxit.

ci potest tot esse, quot sunt varia virtutum genera, & species bonorum operum, quæ omnia ad beatum hunc finem adducunt. Omnes tamen ad duas rediguntur, quæ in duos quodammodo ordines partiuntur eos omnes, qui in Beatorum sede recipiuntur. Harum altera innocentia est, quam pauci usque ad vitam exitum factam rectam tuerentur; altera vero poenitentia, quæ amissam reparat innocentiam, & quæ nos in ea jura restituit, quæ in hoc æternum Regnum habemus. Harum viarum prior quàm rara est! altera verò quàm difficilis! Attamen per alterutram Sancti omnes incesseverunt, ita ut qui per nefas a priori recesserunt, innocentiam jacturam facientes, per poenitentiam ingressi fuerint, quam ostendit ipsi Deus tamquam perfugium, ut relevarentur a lapsu; & sepe cum tali fervore ambulaverunt in viam divini cultus, ut ad sublimiorem sanctitatis gradum pervenerint, quàm si nunquam a justitiæ semitis recessissent. Ita divina se gessit Providentia cum S. Norberto, quem insignis, & subita conversio post vitam parum frugis, ac flagitiosam in rectam Cæli viam restituit.

Quomodo vis gratiæ elucet in admirabili conversione S. Norberti.

*Dextera Domini fecit virtutem.* Psalm. 117. Satis admirari non possumus gratiæ vim in subita S. Norberti conversione, qui in ætatis suæ flore, naturæ fortunæque bonis cumulatus, omnibus sæculi lenociniis, honoribus, atque voluptatibus illectus, repente omnia sua persequitur vincula ut molestam difficilemque poenitentiam viam amplecteretur. Quam rarum est per fidem rationem suam reformare, efficere ut hæc suas vias immutet, erga hunc mundum blandum, & mendacem cogitationes concipere abdicationis, contemptus, odii, quas postulat Evangelium. Ea verò ætate, qua sexcenta blanda objecta spiritum fallunt, seducunt cor, quin illis per otium liceat semet agnoscere; ea ætate, ubi animi affectiones magis vividæ, ac tenerræ inflammantur tot creaturis officiosis, quæ nostra etiam desideria prævertunt; ea ætate, qua diutinæ vitæ spes non sinit de morte cogitari, nisi per illusionem Opticæ similem, quæ efficit, ut tunc sit remotissima, cum proxima est. Animo concipite juvenem genere illustrem, opibus spectabilem, omnibus præditum talentis, ac naturæ bonis, inter delicias domi apud parentes altus, educatusque, corde liberali, & magnifico, anima vitæ solatiis tantummodo occupata: qua gratia opus non fuit, ut nobilis hic adolescens de voluptatum sinu, vel potiùs de abyssu voluptatum, ubi quodammodo sepultus erat, erueretur? Nonne verissimè de illo dicere possum: *Dextera Domini fecit virtutem?*

Sanctorum scientia est præcis virtutum, præceptorum & consiliorum Evangelicorum, in qua S. Norbertus summam laudem adeptus est.

*Dedit illi scientiam sanctorum.* Sap. 10. Sanctorum scientia, de qua hic verba facio, & in qua S. Norbertus brevi mirabiliter excellit, non est, uti fortasse arbitrari poteritis, sublimiorum veritatum cognitio, imò neque fidei lumina, in quibus Sanctus hic taliter enituit, ut inter dona, & singulares prærogativas, qua publica vox hominum deferretur summis eorum temporum viris, Norberti fides excelleret, & ab omnibus probaretur; sed Sanctorum scientiam illa voco, quæ in praxim redigit veritates fidei, & sublimia Evangelii placita; hæc enim propriè Sanctos facit, eosque ad altiorum perfectionis verticem atollit per vias maximè rectas, & spiritui Mundi oppositas. Hæc autem scientia, quam Sancti sequuntur, & qua omnes vitæ actiones sequuntur, non aliud est, quam praxis Evangelicorum consiliorum, quæ amplectitur statum Religiosum, qui idcirco passim perfectionis status appellatur, viam, quæ illum adducit, scientiam, quæ illum docet, & tutissimam eo perveniendi disciplinam.

Hanc igitur viam Norbertus perfectè conversus, & jam ingressus iter Regni, impofterum decambulaturus aggreditur, simulque secum in illam longè plurimum infert, quatenus Caput Ordinis florentissimè, & vir satis imbutus sublimi hac Sanctorum scientia, de qua verba facimus: *Dedit il-*

*li scientiam sanctorum.* Erant profectò ævo illo Religiosi Ordines celebres sanctitate, ac solitudine, quam sæculò servabant; & ille etiam postquam divinitus illustratus commoratusque fuit, didicerat in ea schola, in quam se ad tempus receperat, ut rationem meditaretur, qua sibi deinceps esset vivendum. Sed Deus, qui illum elegerat, ut ordinem prorsus novum institueret, hæc illi mentem injecit. Divina Providentia ex eo Cænobitam simul, & Apostolum facere cupiebat, ut in illo, & iis, qui sequerentur illum, actionem simul, & contemplationem immisceret: tandemque voluit, ut postquam perfectè hanc Sanctorum scientiam calleret, illam alios doceret, ac eadem ad omnia statuum genera sanctificanda ureretur: Quæ in S. Norberto secunda vocatio potest appellari, cui non minus, quam priori se præbuit fidelem.

*Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* I. ad Cor. 12. S. Norbertus tres, quatuorve annos in summa vitæ austeritate transegerat beneficiorum redditus in elemosynis, & bonis operibus erogans. Omnes illum admirabantur, eumque tamquam Sanctum habere incipiebant, sed quemadmodum S. Paulus dicebat Corinthiis aliam adesse viam perfectionem, præstantioremque, quam illis tradere cupiebat: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro;* Deus quoque illam servo suo Norberto demonstravit, qui unum id quærebat, quomodo probaret illi zelum suum majorem pro nominis ipsius gloria aggrediendo. Exorsus igitur est ab eo, quod Evangelium perfectissimum esse docet, videlicet ab Evangelica paupertate: *Si vis perfectus esse, vende omnia, que habes, & da pauperibus.* Sua dimisit beneficia, & pauperibus distribuit quicquid argenti constare potuit ex locupletis patrimonio, secundum Jesu Christi consilium, cum jam non solum cum sequi, verum etiam Religiosum statum ingredi decrevisset, quæ via præstantior est, eamque aliis ostendere. Et sanè adeò sublimis perfectionis exemplum statim habuit imitatores; quapropter cum in societatem consilii aliquot discipulos evocasset, se contulit ad Summi Pontificis pedes, ut præteritorum criminum, novorumque consiliorum, quæ pro Ecclesiæ utilitate sibi immiserat Deus, redderet rationem. Cum autem Pontifici summo persuasum esset, recentem hunc Paulum, quem Deus adeò insigni miraculo vocaverat, agi Spiritu Dei, iniit consilium eundem secum retinendi, consilium illius usus in reformatione Cleri, & morum populi, qui in extrema vivebat ignorantia, & pari vivendi licentia, Sed vir Dei significavit illi, se aulam reliquisse, ut recederet ab iis flagitiis, quæ in eadem patrabantur, ac hoc idem futurum, ac sese iis immergere malis, idemque subire periculum, ex quo Dei misericordia illum eruerat; & se unam ab eo gratiam petere, ut per eum sibi liceret evulgare Domini misericordias, & annuntiare populis omnibus vias salutis, dum interim ipse nitretur eas sublimioris perfectionis sequi, ad quam dubitare non poterat quominus a Domino evocaretur.

S. hic initium ducit ab eo, quod perfectus est, videlicet ab Evangelica paupertate.

Matth. 17.

Sanctus hic fovet magnam desideria, & consilia pro Dei gloria juxta magnas misericordias, quas Deus cum ipso exercuit.

*Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltavit me.* Psalm. 117. Hæc verba, S. Jo. Chrysostomus inquit, consecrata sunt pro electis animabus, quas destinavit Deus, ut essent vasa honoris, & gloriæ, & quæ ab aliis distinctæ debent magis magisque in lucem proficere. Omnipotentis perfectiones, illius causam tueri in maximi momenti circumstantiis, Ecclesiam propugnare, cum ab inimicis maximè petitur, & amplissimos gradus obtinere. Ex his facilè S. Norbertus dignoscitur; nihil mediocriter in toto vitæ ejus curriculo; sed omnia excellunt pro magnitudine beneficiorum, quibus divinitus affectus est. Deus illum ex gravissimis periculis eruit & quousque vir hic processisset, mente adeò perspicaci, adeò officioso vivendi genere, nisi illum Domine, in medio cursu cohibuisses? Hic effectus est dextera Dei; *Dextera Domini fecit virtutem.* Huic viro nonnisi magni hostes expugnandi fuerunt; hæreses, & periculolissimi Here.

Hæresarchæ; schismata, ac potestates terrene, quæ illa fovebant; magna vitia torrentis instar in omnibus conditiones effusa. Victoriæ exceperunt hæc prælia, dextera enim Domini cum Sancto hoc præliabatur. Si S. Norbertus magnus est in poenitentia sua; si major adhuc est in zelo suo, quo vitia repressit, & virtutem suavit; si profundus est in humilitate, liberalis usque ad se pauperem pro pauperibus faciendum, cognitus, in honore habitus in universa terra; si hic vivit adhuc in filiis suis: potestas est dextera Altissimi, quæ hæc miracula peperit. Gloria tibi uni, o Deus, est referenda. Homo in se nil habet boni; nihil potest nisi in illo, qui eum confortat; sed nihil hoc omnia potest per illum, a quo sustinetur. Imprime, Domine, in nobis hos magnos sensus, profundam humilitatem per nihil nostri cognitionem: infinitam confidentiam per cognitionem celsitudinis tuæ.

*Nec quisquam sibi sumit honorem, nisi qui vocatur a Deo, tamquam Aaron.* Hebr. 5. Quenam fuit S. Norberti vocatio ad Ecclesiasticam ministerium? Num ille se ipsum vocavit? Nequaquam. Deus elegit illum, ut eum ad Episcopalem Magdeburgi sedem eveheret. Parentes illius nonnisi profusa ambitione ab incunabulis illum primis Ecclesiæ dignitatibus destinaverant; electio illius tamen neque fuit effectus ambitus, neque operæ ejusdem remuneratio; sed probatæ virtutis indicium, ac dispositio divinitus providentiæ, quæ Ecclesiæ suæ proficere voluit Pastorem vigilem, constantem, illuminatum, poenitentem, imbutum regulis Sanctæ disciplinæ, a sæculi bonis, & honoribus alienum; Pastorem denique juxta cor suum, paratum ad vitam suam pro gressu sui salute in singula momenta prodigendam. S. Norbertus cum terrore sublimem consideravit statum, ad quem ipsum extulerat Providentia; sciebat in Christianismo nil esse majus, vel sanctius, quàm Episcopale ministerium, & Pastorem Evangelicorum officium, quos Spiritus Sanctus constituit ad Ecclesiam regendam, & ut sint Ministri novi Testamenti, & reconciliatoris hominum, ut sint sacrorum Mysteriorum dispensatores, lumina, quibus Mundus illustrandus, & inflammandus est, denique ut sint sal terræ, illam a corruptione præservaturi. Sciebat S. Norbertus per munus hujus sublimitatem se vocatum fuisse, ut perfectus esset, aliosque perfectos efficere; se non separatam dumtaxat a peccatoribus esse debere; sed se a Deo ex communi fidelium ordine erutum, ut Sanctus esset, aliosque sanctificaret, ut Dei totus esset, & illi velut holocaustum offerret animas sibi concreditas. Ministerium adeò eminentem illum perterebat, ac pariebat in ipso eundem timorem, quem olim primorum sæculorum Patres experti sunt.

*Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* I. ad Timoth. 5. Episcopatus gratia in se met semper æqualis est; sed illorum, qui illam recipiunt, dispositiones magno sunt in discrimine. Ita Episcopus magis, magisque irreprehensibilis est, quo sublimius de hoc tam excelso statu sentit. Quo majorem habet constantiam ad tuendam veritatem, servandamque disciplinam; eò magis Deus hanc animæ magnitudinem auget, præsertim verò cum difficilis ingruunt occasiones. Hoc erat S. Norberto persuasum cum ex Sanctis Scripturis, tum ex Sanctorum Patrum exemplis, a quibus nunquam oculis amovebat. Itaque a Deo petiit, ut talis esset Episcopus, qualis a S. Paulo describitur, petebat talem intellectus perspicuitatem, cor a terrenis affectibus ita expeditum, animum ita firmum, ut iniquitati resisteret, zelum ita ardentem, ut laxitati adversaretur; charitatem ita vividam, & prædicam, severitatem ita prudentem, vitamque adeo puram, & irreprehensibilem, ut videretur a Jesu Christo electus, ut esset Pastor juxta cor suum, ut esset imago vitæ suæ, Sacerdotii sui imitator, & ut illi pro amicitia sui fructu offerret animarum, quas ille sanguine suo redemerat, conversionem, ne illorum aliqua interiret. Talia erant desideria, &

vota S. Norberti cum Archiepiscopo Magdeburgensis nuncupatus fuit. Ecclesiam hanc tamquam Salvatoris sponsam respexit; perfecta charitate illam profecutus est, totum sese illius cultui impendit, ut eam sanctificaret se ipsum sanctificans, & ut esset Episcopus irreprehensibilis. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.*

PARAGRAPHUS IV.

*Loci, & sententiæ Sanctorum Patrum, que convenire possunt variis virtutibus, vel actionibus Sancti hujus.*

**N**os cum magna jucunditate audimus, cum audimus, quam exultantis Pastoris humeris reportetur ovis, que perierat, & drachma referatur in thesauros suos, collectantibus vicinis mulieri, que invenit. S. Augustinus lib. 3. Confess. cap. 3.

*Quam suave mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum, & quas amittere metis erat, jam dimittere gaudium fuit; ejiciebas eas a me, & intrabis pro eis omni voluptate dulcior.* Idem lib. 9. Confess.

*Descendit gladius prius in viscera peccatoris, & uno eodemque ictu, incolomi manente corporis materia, interficit veterem hominem, & creat novum.* Zeno Veron. l. 3. de Poenit. ad Neophit.

*Hæc est magnificentia Domini justificatione peccatoris, hæc est magnificentia Domini; quoniam ubi abundavit delictum, superabundavit, & gratia.* S. Augustin. in Psalm. 111.

*Stetit Ninive, an eversa est? Ego autem puro impletum fuisse, quod Propheta prædixerat; respice que fuit Ninive, & vide, quia eversa est in malo, edificata est in bono, sicut eversa Paulus persecutor, edificatus Paulus Prædicator.* August. in Psalm. 60.

*Plerumque fit gratior Deo post culpam amare fervens vita, quam securitate torpens poenitentia.* S. Gregorius.

*Nemo dicat admonere non sufficio, adhortari idoneus non sum, quantum potes exhibe, ne male servatum calentium, quod acceperas, in tormentis perdere cogaris.* Idem Homil. 6. in Matth.

*In quantum vos profecisse putatis, etiam alios vobiscum trahite, in via Domini socios habere desiderate; si ad Deum tenditis, curate, ne ad eum soli veniatis.* Idem ibidem.

*Quid est zelus, nisi intima quadam stimulatio charitatis, pte nos sollicitantis emulari fraternam salutem?* S. Bernardus Homil. 58. in Cant.

*Planta, riga, ser curam, tuis explecisti partes, sanè incrementum, ubi voluerit, dabit Deus non tu; ubi forte volueris, tibi deperit nihil.* Idem lib. 4. de Considerat.

*Abique igne quis ignem accendat? & sine charitate quis officia charitatis consummabit; ... Poteris tu plane inflammare ceteros, si fueris tu charitate inflammatus.* Laurentius Justinianus Homil. 25. in 1. ad Corinth.

*Noli diffidere, curam exigeris non curationem; sic Paulus loquitur: plus omnibus laboravi; non ait, plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificavi.* S. Bernardus lib. 4. de considerat.

PARAGRAPHUS V.

*Quid ex Theologia peni depromi possit in hoc argumentum.*

**Q**uamvis gratiæ omnes generatim ad nostram conferant salutem secundum ordinem Providentiæ, dicere tamen possumus non deesse quasdam majoris momenti gratias, a quibus nostra pender prædestinatio. Hæc critica sunt momenta, quemadmodum ab aliquibus Doctores appellatur, vel si mavis, sunt gratiæ decretoriæ, a quibus nostra pender aeterna felicitas; quibus si ipsi defuerimus, jam actum est; non redibunt amplius; & quam-

In ordine Providentiæ non deest gratia quaedam decretoriæ, quibus nostra salus penderet, si illis defuerimus, quod in S. Norberti exemplo videtur.



vis nunquam desit nobis, quod necessarium est, ut salvemur, nunquam tamen salvemur. Hoc prater propter simile est ei, quod nobis in hac accidit vita. Id, quod fortuna appellatur, pendet ab optimo temporis usu, quippe occasio pratermittenda non est, si proficere velimus: & qui felicia haec momenta cognosceret, proculdubio viam semper optatum assequendi sinem inveniret. Similiter, Christiani (& nihil hac veritate constantius in Scriptura invenitur) Deus saepe salutem nostram quibusdam occasionibus adnectit; & secundum eam fidem, qua illis respondemus, ille nos vel praedestinatur, vel reprobat. Nonne igitur hinc tuto possumus argumentari, id quod Sancti Norberti conversionem peperit fuisse fidelitatem, quae gratiae respondit felici eo temporis momento, quo Deus illi palam ostendit infelicem animae ipsius statum? Ex hoc, aliisque plurimis exemplis hanc colligimus veritatem, Deum impenetrabilis justitiae suae consilio felicitatem, vel infelicitatem nostram aeternam adiecisse usui quem facturi sumus hujus, vel alterius gratiae, quam neque ego, neque vos cognoscitis, ideoque nobis diligentissime observandum esse acceptabile momentum illud, quo si peculiari hac gratia uti renuimus, in omnem aeternitatem certissime perimus.

Ejusdem argumenti confirmatio.

Verum quidem est, secundum optimam Theologorum doctrinam dici posse, salutem nostram pendere ex bono gratiarum usu generationi, cum nulla sit, qua uti non debeamus; sed constans quoque est, sicuti consuevit Deus nostram salutem rei cuiusdam non exigui momenti, adnectere, ita praecipue invigilandum esse pretiosis huius momentis, quibus Deus nobis apertius suam voluntatem declarat. Cum Deus loquitur, semper facit, ut intelligatur: sed confitendum est, illum adeo elato vocis tono loqui, ut aures occludere nequeamus, quominus quod a nobis exigit, intelligamus; atque agnoscamus tunc potentioribus illecebris, acrioribus sollicitationibus aliquid a nobis exquirat. Tunc sedulo cavendum, ne adeo utilis elabatur dispositio; nam post has gratias non vulgares vulgè accidit, ut a Deo relinquamur, cum illis non respondemus; & post magnos hosce motus divinae misericordiae, succedunt magni effectus divinae justitiae; post has admirabiles gratias, sequuntur contemptus, atque repulsae, quas Sancti omnes habuerunt tamquam maxime terribiles effectus irae, & apertissima signa reprobationis peccatoris. Hoc pacto Deus per misericordiam suam Norbertum perturbavit inter ambiosa ingentis fortunae consilia, quae sibi proponebat. Illum palam illuminavit; sed Norbertus superioris hujus gratiae momentum sibi non sinit elabi; inde profecit, vitae rationem immutans, severissimam agit poenitentiam; & Sanctus evadit.

Animadvertere etiam possumus, aliam esse occasionem, ubi maxime periculosum est contemnere Dei gratias, ac sese illius afflatibus praebere infidelium, & est cum, ut ita dicam, hora non dicta, accedit; hoc est eo tempore, quo videtur nobis minus expectandus fuisse bonitatis ejus effectus. Accidit enim nonnumquam, ut huiusmodi cogitationes peccatorem inter ipsa apprehendant flagitia, & cum ille longius recedit a Deo per scelera sua; tunc etiam Deus per urgentes sollicitationes suas ad illum propius accedit. Homo iste jampridem in scelere versatus videbatur clapsisse Deo omnes aditus cordis sui; at tamen illic non ideo minus ingreditur. Tempus, locus, aliae omnes circumstantiae minus aptae videntur esse ad visitationem hanc extraordinariam recipiendam. Sed Deus, qui gratiarum suarum est Dominus, ea donat, cum sibi libitum fuerit, & nonnumquam ne cogitanti quidem. Hoc argumento est, a Deo a nobis requiri, & expectari aliquid non vulgare, quoniam eo tempore venit, quo adeo parum expectatur. Hoc igitur indicium est, Deum velle habere nos, quando quidem nos adeo fortiter urget eo tempore, quo adeo parum parati sumus ad respondendum illi. Dicere

etiam possumus hic accideret, quod satis frequenter in rerum natura videmus contingere. Lampas numquam vividior emittit lucem, quam cum prope est, ut extinguatur. Ita Norbertus in ipso apice ingentium consiliorum, quae animo suo machinabatur, absolutissimae felicitatis in mundo, in ipsa oblectatione, qua perfundebatur sciens, se principibus saeculi placere, sibi mundum edificans furorurum bonorum, quiescens in cogitatione voluptatum, quibus imposterum se gavisurum putabat; fulgenti gratiae radio percussus, eodem profecit, repente spes fallaces abiecit, & objectum prorsus immutans decrevit mori mundo, ut aeternum viveret Deo.

Aequè manifestus, ac periculosus Haereticorum error est poenitentiam unice in vitae antea mutatae collocantem, & repellentem severitates, austeritates, omniaque laboriosa poenitentiae exercitia, quae summa cum diligentia primis Ecclesiae saeculis exercebantur; repellentem inquam tanquam inanem caeremoniam, vel mera politicae instituta. In hoc errore versabantur Judaei S. Joannis Baptistae aevi, qui per balneum, vel extrinsecus baptismum aquae Jordanis, omnino ab omnibus noxiis abluunt, & per illud justissimam divinae justitiae supplicia se evitare putabant. Quapropter S. Joannes illis dicebat: *facite fructus dignos poenitentiae*. Theologi hunc necessitatem divinae justitiae satisfaciendi tribus probant argumentis; quae tres miserae sunt reliquiae, quae peccata nostra licet dilucida, & condonata, post seadhuc relinquunt. Relinquunt enim in Dei corde reliquias indignationis, & horroris, quae sedendae sunt; reliquias poenae, quae sunt redimendae, reliquias languoris, pravorumque habituum in corde peccatoris, quae sunt abradendae. Addenda igitur necessitas est conversioni cordis, & mutationi vitae, primum satisfactio divinae justitiae, quae laesa fuit; deinde expiatio scelerum nostrorum; ac tertio convellendae sunt habitus praevi, qui deinceps in nobis reviviscere possent. Ubi nam poenitens est, qui aequotem immiserit proportionem inter flagitiosam vitam suam, suamque poenitentiam, quam S. Norbertus? Naturae non nisi aliquot somni horas permittebat, frequentibus suspitiis, & precibus intercessit; Prophetam David exemplo stratum suum lachrymis rigabat, efficiebat, ut tota domus genitibus suis personaret, corpus suum sub mortificationis jugum redigeret, ac illud perenni jejuniio ad maciem attenuabat; oculoque suos in duplicem fontem convertibat, ut praeteritas eluceret vanitates, quibus non sine crimine fuerat oblectatus. Post haec num dici non licet, Sanctum hunc virum vere dignos poenitentiae fructus fecisse?

Poenitentia non in sola vitae mutatione consistit, sed etiam in praeteritorum scelerum expiatione, per poenitentiae austeritates.

Luo. 7.

Poenitentia aptissima est ad Evangelicum Operarium informandum; & quia illi profundam immittit humilitatem ad suorum peccatorum adspiciendum, & quia in corde ejus accendit zelum, & quandaum indignationem contra peccatum, quod non sufficit illi in semet ipso punire, & persequi, sed vult etiam evertere in proximo. Ecclesiae Patres docent, perfectam poenitentiam esse totalem destructionem, non peccati solum, sed etiam hominis peccatoris, qui moritur vitiis suis, suis cupiditatibus, suisque inordinatis affectibus. In mystico sensu hoc, S. Augustinus ait, Jonae vaticinium completum est, Ninive esse evertendam. Ninive superba, & flagitiosa eversa fuit, & super ejusdem ruina reedificata fuit Ninive poenitens humilitata ac tandem Ninive conversa. Si Norbertum post conversionem suam consideratis, perfectum esse exemplar poenitentiae. Mundum amaverat, sed tunc ab illo fugit; honoris, & gloriae tamquam idolorum cultor fuerat; modo haec tamquam suum reputat; nobilis erat adolescens inter familiae decora natus, molliter altus, voluptates inquirens, cognationis vinculo cum praclarissimis Imperii totius familiis conjunctus; nihil ultra in illo restat, quam nihilum; haec omnia tamquam inanem umbram, & illusoriam considerat, Aulicus hic omnibus numeris

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, nuperisque concionatoribus loci hujus argumenti.

Uodecimi saeculi Historia gravissimis eventibus plena est. Ibi videntur Imperium, & Sacerdotium divisa, Sancta Sedes pertinacissimis schismatibus perturbata; Pontifices adversum Imperatores gerentes bella; fides monstrosis haeresibus impetita, Sacramentorum Sanctitas a sacrilegis ministris polluta; ecclesiasticae immunitates a Principibus ambiosis laesitae; verum per obscuras haec nebulas prospiciuntur etiam intrepidi Ecclesiae propugnatores, qui ad illius gloriam tuendam elaborant, homines illuminati, qui haereticos tenebras dissipant; Episcopi zelo succensi, qui disciplinam reparant detrimenta, frequentia Concilia, quae temporalium potestatum conatibus se objiciunt, Sancti, qui foedus ineunt, ut legitimos Pontifices restituant. Ita ut eodem tempore, quo infernus Imperatores adversum Ecclesiam armabat, Pseudo-pontifices contra supremum Sacerdotium, plurimosque Haereticos; providentia semper gregis sui necessitatibus invigilans, fuscitabat homines secundum cor suum, quos implebat sapientia, & fortitudine, ut mutantem Ecclesiam sustinerent, fidem oppressam vindicarent, & Ecclesiasticas immunitates ac jura ipsarum fartas, restasque servarent. Sanctus ille cuius vitam describendam aggredior, unus fuit inter Heroes, quos Deus Ecclesiae dedit inter tumultus, quibus agitabatur. Genus illius, talenta, officia maturato illum maximis saeculi duodecimi negotiis implicuerunt. Secutus est aulam Principum, & imperatorum a puero; cum Apostolicas missiones perageret, archos habuit cum Pontificibus, & Episcopis nexis; plurimis interfuit Conciliis, haereses impugnavit, cleri mores reformavit, sedavit schismata, Concilio Lotharii II. Imperatoris, cuius Cancellarius fuit, & maxime necessarius, praefuit. Scientia ejus sanctitati par effectit, ut omnes illum tantum Episcoporum aevi sui exemplar, & Doctorum saeculi sui Oraculum admirarentur. Hoc testimonium est, quod Historici perhibuerunt S. Norberti Ordinis Praemonstratensis Institutori, Magdaburgensi Archiepiscopo, & Germania Primati. Ex praemio Historiae vitae ipsius a Patre Hugone ejusdem Ordinis conscriptae.

Prova lecta fuscitavit S. Norbertum ut esset Ecclesiae patronus, Religiosorum Praefulum, & Dodecimum exemplum eo tempore quo nunquam magis indiguit Ecclesia hoc subsidio, & viro tantorum meritorum.

Praeclarus S. Norberti motus.

Deus, qui Norbertum dederat Mundo, ut esset Ecclesiae suae spectaculo, & propugnaculo; dedit illi simul dotes omnes, quae sunt necessariae, ut providentiae consilia exequeretur. Robusta erat constitutio, quae nullis laboribus frangeretur, oris habitum satis humanum non sine majestate quadam habebat; procerum totius corporis habitum, perspicax ingenium, animam magnam, heroicamque, teneram pietatem, cor in fidei veritatibus docile, admirabile scientiarum desiderium, felix ingenium ea aetate quae consideratur tamquam tempus voluptatibus deditum, quod tamen sapiens est scopulus innocentiae. Donec puer Norbertus paterno fuit regimini subditus, nunquam actionibus suis fecisset spem, quam caeleste oraculum excieverat in Matre sua adhuc praegnanate. Ejus confanguinei felix hoc admirati ingenium, quod nihil ferme relinquebat, educationi, & virtuti, quod agerent, intellexerunt, se non posse illud aris subtrahere, quin manifestam divinae voluntati violentiam facerent. Illum igitur sacris initiis curarunt, feceruntque ut illi per Coloniensem Archiepiscopum Subdiaconatus conferretur, & ut inter Canonicos Imperialis Ecclesiae Castrorum veterum adsciberetur. Ita vaticinium, quod Angelus matri portenderat adimplebatur, cum repente doctrinae suae fama de suorum parentum sinu abreptus, Archiepiscopi sui aulam sequi coactus fuit: Novum hoc munus aliquantulum statim conscientiae ipsius requiem perturbavit; tumultuose vitae impedimenta animo illius interioris vitae delictis adhaerere;

S. Norberti conversio fuit miraculum gratiae Salvatoris quibus S. Bernardus addit, Deum nunquam effecisse, ut misericordiae suae magnitudo, suaeque gratiae vis magis elucesceret, quae novit, qua ratione rebelles ad officium revocentur, & quo pacto indociles, ac indomiti jugo subjiciantur; dicere possumus S. Norberti conversionem fuisse primum aeternae praedestinationis effectum, per quam Deus inde voluit vas electionis perficere; mox vero exteriorem vocem, quae illius auribus accidit, & quae effecit, ut in imo corde illius intelligeretur, insignem, & maxime singularem exitum vocationem, per quam Deus illi suam aperuit voluntatem, eumque ad sui sequendum vocavit; & tandem justificationem, & mutationem, quam in Norberti corde gratia peperit, abolivisse illius conversionem, & extremum imposuisse manum huic operi gratiae, eumque aptum effecisse consilii, quae de ipso divina providentia conceperat. Quos Deus servavit, & praedestinavit; hos & vocavit, & quos creavit, hos & justificavit.

Ad Roman. 8.

S. Norbertus melius persuadebat auditoribus suis factis, quam verbis, licet utrumque faceret animis.

Ad. 1.

Thom. 21. in lami. 50.

ris absolutus, hic spiritus optimè excultus, opinione meritorum suorum tumidus, modo contemnit omnes saeculi pompas, nihilque illi optatius est, quam humilitas, & paupertas. Corpus hoc antea validum, & robustum, ita infirmatum est, ut omne illius robur evanuisse dici possit. Denique non est amplius ambitiosus ille Norbertus, qui non nisi factum, & honores crepabat: homo est omnino novus, qui cum antehac pro gloria tantum deiecitaverit, nunc se se proflus devovit ad procurandam, augendamque Dei gloriam quacumque arte potest.

Si magni Apostoli S. Pauli conversio miraculum est, atque triumphus gratiae Salvatoris (hoc enim nomine Doctor ejusdem gratiae S. Augustinus illam appellat) quibus S. Bernardus addit, Deum nunquam effecisse, ut misericordiae suae magnitudo, suaeque gratiae vis magis elucesceret, quae novit, qua ratione rebelles ad officium revocentur, & quo pacto indociles, ac indomiti jugo subjiciantur; dicere possumus S. Norberti conversionem fuisse primum aeternae praedestinationis effectum, per quam Deus inde voluit vas electionis perficere; mox vero exteriorem vocem, quae illius auribus accidit, & quae effecit, ut in imo corde illius intelligeretur, insignem, & maxime singularem exitum vocationem, per quam Deus illi suam aperuit voluntatem, eumque ad sui sequendum vocavit; & tandem justificationem, & mutationem, quam in Norberti corde gratia peperit, abolivisse illius conversionem, & extremum imposuisse manum huic operi gratiae, eumque aptum effecisse consilii, quae de ipso divina providentia conceperat. Quos Deus servavit, & praedestinavit; hos & vocavit, & quos creavit, hos & justificavit.

Nemo est, qui infeliciter, opera verbis esse eloquentiora, & exemplum magis persuadere quam argumenta. Ille qui facit, quod dicit secundum Scripturam placita, perfectus est Evangelii minister. Qui facit, quod docet, S. Augustinus ait, *maximus in caelestibus sententia Domini declaratur*; & majori cum obsequio, atque attentione auditur ille, qui ea exerceat, quae docet, quam qui vita sua doctrinae suae adversatur. Verbi minister majorem invenit fidem apud auditores suos, cum rationes ejus bonis ejusdem operibus confirmantur, & ille nihil praecipit, quod non primus observet. Dei Filius ab illo hoc exigit officium, & cum infirmulat Phariseos, qui non faciebant, quae dicebant, imperat omnibus ministris suis, ut nihil dicant ex cathedra, quod ipsi prius non exerceant. Nonne de eodem Salvatore dictum est, *capit Jesus facere, & docere*? S. Augustinus scite animadvertit, cum inquit, Dei Filium non quaeere actionum suarum pictores, sed imitatores; *Factorem querit Deus factorum suorum, non pictorem*. Hinc Apostolus fidelibus se proponit & Evangelici Verbi ministrum, & exemplum, & sciens, secundum testimonium conscientiae suae, se esse absolutam imaginem Salvatoris dicebat tanta cum humilitate, quanta cum veritate: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. In hac re, quae potissima est, S. Norbertus appellari poterat fidelis Evangelii minister nihil enim docuit fideles, quod ipse prior non impleverit. Vita, quam ducebat, cum doctrina sua ad linguam confertentem, & actiones ejus nunquam adfessate sunt verbis illius; Potens erat in argumentis, sed in operibus adhuc erat potentior: *Potens in opere & sermone*; & sermonem actionibus corroborans nullam inveniebat in auditorum mentibus oppositionem. Contemnebat saeculi pompas, in quibus natus erat, ut facilius particeps fieret opprobriorum Crucis, & ita adstantibus humilitatem persuadebat. Omnia bona sua reliquerat, dederatque pauperibus; nonne haec via erat aptissima ad persuadendum auditibus suis praestantiam Evangelicæ paupertatis, quae Mundi Salvator tantopere commendat?



euere; sed paullatim huiusmodi difficultates evanuerunt. Sensim in aula mores transit; voluptates non diu vixit illi sub eo feroci aspectu, qui causa extiterat, ut illas contemneret; Tunc ambitione cum adolescentiæ igni juncta, politicis artibus sibi in Coloniensi Cathedrali Canoniatum procuravit, & per abusum, quem tunc probabat usus, & quo cupiditas ad hanc usque diem se tegit, plura sibi cumulavit beneficia, quin Ecclesiæ ullam operam adhiberet. Hæ dignitates licet gravissimæ, desideris illius nullos statere fines valuerunt. Archiepiscopi Coloniensis aula non habet amplius satis illecebrarum, ut ambitiosum adolescentis animum cohiberet, quem fortunæ bonis tumidum domus suæ nobilitas replebat spem, quæ laetius, longiusque protendebatur. Aulam igitur Archiepiscopi valere iussit, ut ipsi deseruiret Imperatori. Recens hic dominus, cui adolescentis Ecclesiastici compertum erat ingenium, quam primum inter necessarios, & amicos suos adoptavit. Norbertus verò, qui animorum sibi conciliandorum scientiam in paucis callebat, & Principibus placendi artem didicerat, in id omnes contulit industria nervos, ut Imperatoris gratia se dignum præberet, Mentis magnitudo, quam adolescentis hic Ecclesiasticus præ se ferebat, & quam variis in negotiis satis probaverat; comitas quædam, per quam omnibus placebat, quin tamen alicujus contemptui se objiceret; perfectæ ejusdem consilii vis, quæ efficiebat, ut in dubiis semper meliorem partem sequeretur, impulerunt Cæsarem, ut illi conferret munus Eleemosynarum; vel Regio sacello Præfecti, Hoc officium, quod tunc temporis merces erat meritum doctrinæ, & nobilitatis, Norbertum in aula commendavit, eique aditum ad rem publicam regendam aperuit. Intererat omnibus consilii Principis, eumque in omnibus comitiis comitabatur. Adhuc inter cætera conventui Ratisbonensi, ubi statutum fuit, ut Imperator Romanus ier coronandus. Norbertus electus fuit, cum aliis pluribus doctissimis Ecclesiasticis, qui illum hoc in itinere sequeretur; ut facilius res cum Pontifice componerentur, & procuraretur Ecclesiæ pax, quin Imperialis Majestatis dignitas in discrimen adduceretur.

*Ibidem.*

Norbertus eò quod re adhuc integra sanctæ sefe devoverat professioni, non idèd sanctiorem & hominè Christiano digniorem vitam duxit. Si quem exterius modum servabat neque propalam in omnia irrueret flagitia, quæ omnem illi æstimationem ademisset, & quæ omnem illi aditum præclusisset ad eas dignitates, ad quas contendebat, saltem agebat vitam, quæ pro status sui ratione, jure, profana poterat appellari. In id unum erat intentus, ut hilares dies traderet, abrens crucifixi bonis una cum ære sui patrimonii in multo famulorum numero, ac nitore, in opipara mensa, in alea, omnique solationum genere, præferens non multum pietatis sensum, modicam munerum suorum obeundorum curam, & quomodo quilibet facile concipere potest, nullam salutis suæ sollicitudinem; cum divinæ placuit misericordiæ eundem ad sui ipsius cognitionem tradere, illum ab erroribus revocare, amovendo ipsum ab ore, & faucibus illius interitus, in quem prope erat, ut laberetur. Jam adèd fortes habitus contraxerat, & adèd arctis vinculis mundo adherebat, ut cæli ope & non vulgari dextera Dei virtute opus fuerit ad omnes illius nexu infringendos & efficiendum, ut aliam profus, quam hæctenus secutus fuerat, viam sequeretur.

Modus perfectè admirabilis est, ac inde conjici possunt magna, quæ de eodem consilia conceperat Deus. Tamquam alter Paulus dejicitur, ut seret, sin minus Apostolus ex persecutore, saltem ex Christiano parum frugi, & Ecclesiastico parum dignam munere suo vitam vivente, Sanctus insignis, virtutum, & Evangelicæ prædicationis exemplar, firmissimum Ecclesiæ avi illius firmamentum, Hæreticorum, & flagitiosorum hominum malleus. Equi-

Vita, quam duxerat ante conversionem suam S. Norbertus.

Occasus, & modus conversionis suæ, in quo aliquid inest singularitatis.

tabat ille in agro sine comitatu, ut moris erat; uno tantum subséquente famulo, cum tempus suum esset, atque tranquillum, & quin ulla species adesse videretur furentis procellæ, quæ repente detonuit, ita ut tonitribus, fulguribusque perterritus, æquo deciderit, & fulmine ad illius pedes irruente, terribilis vox audita est, quæ cognosci non potuit unde accidisset nisi ab eo, qui simili in occasione persecutorem suum allocutus est. Subsiste, quò pergis? Deus, qui peccatores persequitur, prope est, ut in caput tuum gravissimas ultionis suæ plagas exoneret. Quis stupor, & quale opus misericordiæ? Quisnam alius præter te, o Deus, tradere potuisset monitum adèd salutare? Quænam alia potentia præter tuam potuit efficere adèd subitam mutationem in aere? Quænam alia potentia præter illam gratiæ tuæ aliam mutationem longè admirabiliorem parere potuit in corde hoc indurato? Una transigitur hora in agitatione, & salutaribus turbis, quas penitentia parere consuevit in corde, quod tergit Deus. Nubes in anima coaluerunt densiores illis, quæ cæli faciem tenebris operuerant, & pepererant procellam illam, quæ ipsi stuporem immiserat. Confusio cogitationum obtulit sese menti illius adhuc stupenti; audit probra conscientiæ suæ illum redarguentis, quæ non minus illum perterritur, quam fragor tonitruum, quo adèd vehementer fuerat deterritus; sed alia fulgura, quæ majorem penetrandi vim habent, aliæque lumina vividiora sensim præteritas illius tenebras dissipavit. Serò secum meditatus est divina judicija, periculum in quo hæctenus versatus fuerat in nullam reditus spem intereundi, præsertim verò alterius vitæ veritates, de quibus nunquam antea cogitaverat, & quæ tunc catervatim sese illi obulerunt. Centies ac iterum centies secum reputavit terribilia verba, quæ nuper audiverat, & quibus adèd validè percussus fuerat. Quid, quid in hoc tumultu responderè potuit, non aliud fuit, quam sæpius illa Sancti Pauli verba usurpare: *Domine quid me vis facere?* ut effectibus infinitæ misericordiæ tuæ satis dignè respondeam.

*Auctor sermonum in omnia argumenta.*

Ecce, o Fideles, quadam veluti in Tabula quidquid vobis dici potest de S. Norberto. Ex divitis genitoribus procreatus in Clivix ducatu, haud impari generi, opibus, ac spiritui nactus est educationem. Hilari, lepidus, omnibus jucundus mortalium omnium sibi conciliabat amorem. Sed heu! numquid privilegii loco habendum est, quod illi ferme fuit causa gravis interitus? Sæculum quippe cum voluptate illum recessit, non secus ac ille ex se multa cum voluptate, ac propensione eadem adhæsit. Quam longè proceditur, cum nobis placet Mundus, & ipsi Mundo placemus! Nonne in longinquam illam regionem pervenitur, de qua in Evangelio sermo est, & quò se prodigus filius receperat? *Abiit in regionem longinquam.* Verum permitte me Domine perire opus tuum? Dotes adèd eximia, quæ in Norberto emicant, numquid ornabant inimicum tuum ob divites has manubias superbum? Norbertus sese colligit, audit gratiam sibi in imo corde loquentem, incipit non secus ac ille, qui perfectissimi sunt, perfectionis statum amplectus. Moderatè, & æquo fert animo sibi in faciem conspui, recordatus opprobriorum Jesu Christi. Evangelica consilia sunt illi præcepta. Omnia bona sua pauperibus distribuit, ut nudus nudum Jesum Christum sequatur. Ad quem perfectionis gradum illum hoc facinus extulit? Bonus vitæ suæ odor plures illi discipulos addit, ex quibus corpus quoddam componit. Primorum subfelliorum homines ibi tantum in asylo contra sæculi corruptionem sanctificantur. Ita, o Deus, per diversas vias electos tuos deducis, & postquam illis oculos aperuisti, iisdem uteris, ut alios illumines. *Auctor recens.*

Quam potenti gratia opus non est, S. Augustinus inquit, ad mundum cum omnibus ejus terroribus, lenociniis, erroribusque vincendum? Magna gratia opus est, ut cum tantis terroribus, erroribus,

Compendium vitæ hujus Sancti & quomodo nisi divina extulisset misericordia præter illius animi dotes inest fulgentissimæ.

Luc. 12.

Mundi pericula, & quibus omnipotentis gratia S. Norbertum eripuit.

bus, amoribus vincatur hic Mundus. Quid enim tandem erat Mundus ille, magnus ille mundus, in quo S. Norbertus vivebat? Hujus Babylonis civis nec pro Deo pietatem, neque pro sacris rebus reverentiam, neque pro illis, cum quibus maximè juncti sunt, amicitiam, neque erga alienos habent humanitatem. Homines sunt, S. Bernardus ait, qui nec quemquam amant, nec a quoquam amantur; & qui metum incutientes illis, a quibus cognoscuntur, sese ad miseram redigunt necessitatem illos vicissim timendi. Quid igitur, Norberte, facies tot inter pericula? molliter in domo paterna educatus, in sinu ipsius molliciti, & copie innutritus cum spiritu alacri, & vivido, cum liberali corde, & magnifico, cum anima tenera, ac blandissimis cupiditatibus patente; vitæ solatiis occupatus, ac nulli fugiendæ voluptati propensus, quid ages? Nonne tota quærebatur sapientia, misericordia, & bonitas Dei ut ex tantis periculis Norbertus eriperetur? Nonne opus erat, ut illum sapientia sua Deus illustraret, ut ab erroribus tueretur; misericordia, hanc illi ostendens, ne desperaret; justitia, ut se ad suorum flagitiorum adspæctum humiliaret? Nonne opus erat, ut illi magnum adstrueret suæ bonitatis conceptum, ut in eo amorem suum accenderet, eumque ab amore Mundi penitus liberaret? *Iidem.*

Actum est; jam captum est consilium. Norbertus extremum vale dicit mundo, & Cæsarem aule. Impatiens exenti veterem hominem cum vitiis suis, ac induendi novum in justitia, & sanctitate, sacris ordinibus iniciatur, ac altarium ministerio seipsum devover. Hoc autem, non ut immodicis sumptibus magnificam alat familiam, & in mundo enitescat; non ut magis tranquillo vitæ genere perfuatur; & suavi requie, qua nemo frui potest in tumultuoso; neque ut ab aule mundanæ sollicitudinibus migret ad iners orium in domo Domini. Hoc ille non fecit, ut Jerusalem vitia Babylonis deferret, atque per pietatis hypocritism suæ suffragaretur avartitæ. Juvenis iste Canonici nequaquam visus est modò servire Deo, & mox mundo; alienis huic, & illi morem gerere: & in professione profus sanctæ vitam ducere, cujus Ethnicum sapientem puderet. Norbertus corde, mente, moribusque mutatus vitium perhorrescit, quantum illud amaverat; sibi jugem vim infert, ut humeros sub crucis sarcina inclinet, quam antea perhorruerat; prælium infert acrioribus cupiditatibus, suavissimos habitus perumpit; confringit vincula, quibus mundo erat adstrictus; hunc ipsum mundum, qui in ludibrium vertebat adèd celerem mutationem, contemnit; voluptates, quæ molliem dumtaxat illi suadebant, fugit; verbo, terga vertit, huic pietatis inimico, de quo non cogitat amplius, nisi ut se ipsum redarguat eò quod nimis de eodem cogitaverit. *Iidem.*

Quoties Norbertus ad se ipsum rediit! Quo terrore consideravit magna pericula ex quibus illum, ita Domine eripueras, & illa, a quibus tua misericordia eum præservaverat? Quot ille gratiarum actiones tibi non effudit? Quænam impostum ejus præcautiones fuerunt; obedientia omnibus voluntatibus tuis; inviolabilis constantia in exercitio Canonicatus, diligentissima in sensus suos, a quibus deceptus fuerat, vigilantia; zelus adversus pravitationes, quas in Confratribus suis deprehendebat? Jam opus aggreditur illos in vias suas revocandi, proponens illis Deum corde, aequè ac labiis colere, omniaque replere officia, quæ eorum professio ab illis exquirebat, feri Jesu Christi imitatores. Verum si sapientes Norberti redargutiones optato effectu caruerunt; de se tantum sollicitum esse constituit, sibi que Salvatoris applicans verba statuit abire ad regnum Dei prædicandum. Sed nullum secum vel annonam, vel pecuniæ desert commectum. Sua beneficia resignat: de oppido se confert in oppidum Evangelium annuntians, curans infirmos, eoque decens in meliorem usum suos dolores convertere, atque solium convellens, quod in

agro patris familias inimicus homo severat. Videns messem quidem magnam, paucos vero operarios, Dominum obstatat; ut per gratiam suam multos formare velit operarios zelo succensos, ad agrum hunc excolendum. Sibi proponit Apostolos tamquam exempla, Sancta Biblia sunt Oracula, quæ consulit, & unde omnia haurit lumina; deum in novum mutatur Apostolum ad minimum dextera Altissimi motum. *Hæc mutatio dextera Excelsi. Recens auctor.*

Norbertus postquam ex violenta agitatione illa sese recepit, & mens illius fuit tranquillior, domum suam reversus est, ut per tempus sanctum exequeretur consilium, quod ceperat, vitæ rationem omnino murandi. Hoc ramen non nisi post plurima accidit certamina; & non nisi in sanctæ solitudinis silentio Spiritus Sanctus perfecit opus, quod per fulminum, atque tonitruum fragorem in eodem inceperat. Namque in solitudine hac locutus est illi ad cor, eumque erudit per organum Sancti Abbatis, cujus regimini se ipsum subjecerat, quid illi faciendum esset; & novus hic Paulus missus fuit ad Ananiam hunc ob eandem causam, propter quam Apostolus Gentium. Ibi eum docuit perfectam, sinceramque conversionem, quæ in salutis via illum restituere, eique aperire debebat sentiam, quæ ad Regnum Dei adducit; duabus in rebus consistere, quarum altera erat, omnino sceleribus suis abrenuntiare, altera verò penitentia rigoribus illam expiare. Duo isti articuli quos difficile exercere est, & qui ut plurimum peccatores deterrent, Norbertum non deterruerunt, qui utramque exequendi consilium cepit, neque ultra dubitavit, quia hæc erat recta illa, & tuta via, quam ipsi Cælum ostendebat. *Iustum deduxit*

*Domini per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Excusso errore terrenorum bonorum, honorumque, quibus antea inhiabat, & fulgoris illius, qui tandiu illum fefellerat quam celerimè omnia perfringit vincula, quibus in speciosa hac servitute detinebatur. Nullum deinceps terræ bonum illi curæ est, nulla spes, nulla illecebra eum amplius mundo adnectit; hunc aspernatur, hunc horret, ex quo detexit insidias, quas ille huic necebat sub inani rerum specie, & mortale virus, quod tenebat sub iis voluptatibus, quas pollicebatur. Conversio illius sincera fuit ex parte doloris, atque detestationis vitæ antecædæ; quoniam perfectè iis omnibus nuntium misit, quæ impostum eundem in seclis impellere poterant; quod imò palam professus est, cum se abjecit ad pedes Coloniensis Archiepiscopi oraturus, ut sibi Sacerdotalem Ordinem conferre dignaretur, quem sapiens ille Præsul nequaquam illi concessisset, nisi vidisset illum lacrymis suffusum, & nisi ab ipso hujus penitentis ore audivisset, qualiter cor illius esset affectum. Benedixit ille Patri misericordiarum, eò quod adèd sublimes pietatis sensus & ardentia Deo serviendi desideria immisisset homini, quorum flagitia facis erant manifesta; immò vaticinatus est, illum in dies sanctiorem futurum, & quod quam primum probavit eventus, ubi abundaverat peccatum, ibi cælestem gratiam majore cum profusione esse abundaturam. *Ex Auctore Sermonum in omnia argumenta.*

Sensisti, Norberte, misericordem, simulque omnipotentem eam manum, quæ festinanter eduxit te ex hoc centro iniquitatis. Divinum, subitumque lumen aperuit oculos tuos, ut videres periculum, quod non videbas, & mundanæ vitæ scelera, quibus te, ne sentiens quidem, ingurgitaveras. Incepisti mundum qualis est, agnoscere vanum in honoribus, noxium in voluptatibus, mobilem in amicitia, perditum in blanditiis, cupidum in officiis, in familiaritatibus impurum, inimicum Dei, infelix indignationis ejusdem objectum. Intelligere cœpisti, nequaquam fieri posse, ut serid ad motum tuorum reformationem curas impenderes, omniumque indultum collocares, nisi certum inires consilium extremum vale dicendi mundo, quod nondum

Spiritus Sanctus in S. Norberto perfectè operatus, quod ille inceperat, sed non nisi magno certamine victoriam reportavit.

Sapientia.

Sensus penitentia, & perfectæ conversionis, quos S. Norbertus concepit.

dum feceras; amare pompas, solatia, voluptates au-
laz, & converti velle, esse duo contradictoria; E-
vangelicam severitatem, mundanamque vitam inter
se ex diametro adversari; Christianismi gratiam,
in primis, & ante omnia in hac separatione con-
sistere, quod plura cum mundo transiguntur nego-
ria, & vincula junguntur, ed minus Christianum
esse, qui hac fecerit; & quod magis illi abrenun-
tatur, ed magis fidelem esse gratiae baptismatis sui.

Hisce veritatibus cognitis cum Sancto Abbate,
quem semper deinceps intuitus es, ut Magistrum,
& consulisti veluti exemplar, exclamasti: Quamram
oblectationem inveni omni carens oblectatione!
Quo gaudio perfundor ea deserens, quae olim ve-
rebar amittere! Percontant, pessumque adhuc male
voluptates, quas cum verorum bonorum detrimen-
to tanti feci, & quas haecenus ignoravi. Tibi, o
Deus, hoc deo, tibi, qui abstulisti tenebras
meas, & aures meas aperuisti; tibi, qui ejecisti
ex corde meo terrenas haec divinitates, ut ea-
rumdem locum ipse obtineres. Elegia historica.
Pios Norberti sensus constans excipit executio.
Vale dicit aulæ Caesaris, & Archiepiscopi Colo-
nienfis more impatiens, ut veterem exciret homi-
nem cum vitiis, & concupiscentiis suis, novum-
que indueret in iustitia, & sanctitate; & sacris
ordinibus initiatus sese Altarium servituti devoveret.
Non autem (ut nimis crebro accidit) ut in Eccle-
sia requiratur, unde faciat ruinas domus labentis,
vel ut opulentis beneficiis sumptus suggerat, quos
invitus relinquere, si deficerent reditus. E contra
vixit ed omnino mente, ac moribus mutatus, ma-
gis odisse vitium quam antea amaverit; sibi jugem
violentiam inferre ad cupiditates suas subigendas,
& suavissimos habitus perfringere: irrisoribus mundi,
qui sibi adeo celerem mutationem in ludibrium
verrit, censuras contemnere; fugere voluptates
mundi examinasti, qui non nisi molliorem ipsi in-
spirabat; damnare placita mundi flagitiosi, de quo
non cogitabat ultra, nisi sibimet exprobraret, quod
tandiu, & tam caecè illi adhæssisset. Quam sapien-
tes ad se ipsum reditus! quam frequentes concita-
te conscientia stimuli! Quamdiu vixi, & quo
ibam Deus meus! nisi me eurrentem retinisses?
Sed finem late ejus viae, per quam summa cum
voluptate ferebar, infernum invenissem; nisi cur-
sum meum omnipotens dextera tua declinasset.
Ibidem.

Insuper
argumenti.

predicatio
illius etiam
exemplis incul-
ta.
Marth. 10.

S. Norbertus erat concionator dignus sanctitate
muneris sui; palam non loquebatur de Deo, nisi
postquam illum diutius privatim audivisset, juxta
illud Filii Dei praeceptum: quod in aure auditis,
predicatis super tella. Non deerant Sancto huic
egregia talenta; attamen semper Jesum Christum
predicavit, numquam se ipsum. Numquam con-
cionandi ministerium viam ad famam sibi compa-
randam arbitratus est, neque veluti gradus ad ac-
quirendas dignitates. Numquam operibus suis men-
turus est verborum suorum sanctitatem: atque in
cellula sua ad praxim eas veritates redigebat, quas
mox alios docerat. Sancta Biblia, Patres Ecclesie
fontes erant, unde eliciebat argumenta ad morta-
les erudigendos, commovendosque. Quos admirabi-
les effectus non gignebat celestis doctrina a pru-
denti, fidelique distributa? Lacrymæ, quas effun-
debant auditores sui, innuebant simul, & dolo-
rem, quo affecti erant, & Concionatoris Deo ple-
ni virtutem. Visi sunt tunc divites divitiarum sua-
rum voluntarium offerre Sacrificium. Pauperes pau-
perrimis sue fuere contenti cum thesauris Egypti
pretiosiores habentes. In Præmonstratenfe mona-
sterium ingredi videbantur capita ad imperitandum
facta, quæ sese obedienciae jugo subiciebant. Ita
Aula fiebat desertum, atque mundus mortalibus vi-
duabatur: & Norberti solitudo eorum manibus
decorabatur. Sed numquid zelus illius sese conti-
nuat in filiorum cordibus, cum patribus ipsorum
conciliandis? Insurrexit ille contra vanos spiritus,
qui rationem humanam cum Evangelio, & Salva-
toris mysteria cum Philosophorum placitis concili-

liare studentes, convellebant eos fines, quos pa-
tres nostri posuerunt, & prophanas inhærebant sen-
tentias, quas evitare ab Apostolo jubemur. Recens
Auctor.

Intellexerat jam S. Norbertus Evangelicorum mi-
nistriorum vitam plenam esse laboribus, non solum
in certaminibus, quibus se exercent, verum etiam
in laboriosis occasionibus, in quibus inveniuntur,
cum per Providentiam suam Deus illos ad morum,
atque disciplinae reformationem appellat. Sanctus
hic vir hoc stadium ingressus est ea constantia,
animique magnitudine, quæ difficultates omnes illi
sternebat. Ita jam solitarius a nobilibus, spectabi-
libusque viris maxime desiderabatur. Humilitas, &
penitentia, effecerant, ut ille vivens adhuc in
Præmonstrati solitudine semet sepeliret; sed omnes
saeculi Principes eum revocant, ut prodeat in luc-
em, eorumque saluti cooperetur. Sibi ergo inte-
riorem concinnat solitudinem, & cum timore, ac
tremore salutem suam operatur. Quin ex illa egre-
diatur, ac se ipsum dissipet, illuminat locos om-
nes, quos frequentat; quia Sancti hujus hominis
virtus adeo altas, ut ita dicam, radices jecit, ut si-
ne ulla virtutis imminutione sit omnibus omnia.
Factus est ad agendum cum providentia vocatur,
& ad contemplandum, cum eadem providentia il-
lum clandestinum retinet; modo proximo intentus,
modo sibi; sed semper Deo. Ferebat in solitudinem
Mundum, ut hunc Domino offerret; & ferebat so-
litudinem suam in mundum, ut sese tureretur ad-
versus impedimenta, atque tumultum, quæ necessa-
riò negotia secum trahunt. Publicas cogitabat ne-
cessitates, itaque consulebat, perinde ac omnium
animarum cura illi fuisset concedita, & sibimet
ipsi invigilabat, quasi unus animæ suæ salutis esset
prospiciendum; reminiscens scriptum: Quid prodest
hominis, si universum mundum lucraverit, anima verbò
sua detrimentum patitur? Recens Auctor.

illi persuasum
erat,
ministri E-
vangelici
vitam esse
debere la-
borem.

Marth. 16.

Virtutes
excultis,
quas S. Nor-
bertus ex-
ercuit.

Nonne S. Norbertus omnes virtutum species in
summo gradu exercuit? Quemadmodum ex Evan-
gelicis Consiliis, totidem sibi præcepta fecerat,
nonne omnia bona sua pauperibus distribuit, fa-
ciens seipsum pauperem, itaque simillimum. Que-
nam fuit Sancti hujus obediencia? Nudatis pedibus
discessit Romam iturus, ad missionem a Gelasio
Papa accipiendam, ut prædicaret Evangelium. Qui
illum vidisset cum duodecim discipulis Salutis ver-
bum annuntiantem in oppidis, & pagis, nonne dixit
fer hos duodecim Apostolos esse a Salvatore in va-
ria Galilææ loca missos, ad prædicandam peniten-
tiam, ad vias Messia preparandas, ad curandos
infimos miraculorum dono probantes suam prædi-
cationem? Sanctus hic semper in corde suo gessit
crucis amorem, atque ut ageret penitentiam sese
in Præmonstratenfe desertum recepit. Ibi non aliud
quærebat quam sanctificationem suam, quam frui
Deo suo, quam in eodem tamquam amoris holo-
caustum absumi, & in amaritudine cordis sui ado-
lescentia suæ actiones recogitare. Divinitus jussus
accepit discipulos, e quibus Religiosorum corpus
effinxit; & afferunt ipsam beatissimam Virginem
illi indiguisse, quo colore imbutis vestibus uteren-
tur. Nonne videtur Deus Sancto huic dixisse,
quod olim veteri Patriarchæ Abraham: Faciam te
crescere in gentem magnam? Dicitur S. Augustinus,
quem Norbertus peculiari devotione venerabatur,
illi atulisse regulas Religiosis Ordinis sui servan-
das. Itaque quo tempore Norbertus fecedit, uni
sibi consulturus, a Deo Sanctæ posteritatis parens
efficitur. P. Novet in Meditationibus suis.

S. Norberti Scientia erat minus studio, quam
oratione quæstra; cum enim sciret non deesse scien-
tiam, quæ inflat quidem, sed non calefacit cor,
& voluntatem minimè persuadet, hanc evitare stu-
duit non quærens in ministerio suo sterilem admi-
nationem, quæ nullam parit conversionem. Sed
enixè flagitavit, ut olim Salomon, hanc sapien-
tiam, & scientiam, quæ de sursum est, quæ ubi
loquitur, vim facit, ut audiatur, quæ mentem
evincit, movet cor, immitit fidem factorum my-

sticio.

teriorum, & quodammodo imperat, ut veritati
acquiescamus. Talis fuit S. Norberti scientia, di-
dicit Jesum Christum, non nisi Jesum Christum do-
cuit. Palam prodit, ut hominibus e sæculo prædi-
cet? Novus est Moyses, qui de monte descendens,
ubi cum Domino collocatus est, quocumque lu-
men, coloremque deserit, quæ vix possunt sustine-
ri, Loquitur de judiciis Dei? tibi jam videris il-
lum videre descendentem de caelo, infinita indu-
rum majestatem, stipatum ministris justitiæ suæ; adeo
ad vivum illum Norbertus describit. Vitium im-
pugnabat a dextris, & a sinistris secundum Apo-
stoli præceptum, & utebatur gladio verbi, ut ad
intimam cordis partem penetraret. Populi confluen-
tis turba respiciebat illum egredientem de solitudi-
ne, tamquam alium Joannem Baptistam ex deserto
prodeuntem. Norbertum inspiciebant tamquam
Christianum prædicatorem, quem zelus salutis ani-
marum de recessu suo eduxerat; & verba, quæ ex
illius ore manabant, habebantur tamquam verba
Dei, non hominis; ex quibus non mediocrem pro-
fua salute fructum respiciebant. Auctor Anonymus.

S. Norber-
tus simul
ac conver-
sus fuit se
subjecit
eius S.
Abbati, ac
obterat a
via nova,
quam se-
quebatur.

Novus hic penitus planè intellexit summam
necessitatem, quam sub illa principia habebat, ut
tamquam alter Paulus ab altero Anania duceretur.
De propriis luminibus aequè, ac viribus diffi-
debat. Cognoscebat sibi aequè periculosum esse, &
nimis celestem salutem, & non satis in viam per-
fectionis ingredi; sed aperte videbat, orientem
virtutem, quæ non nisi potest via pietatis ab amoris
proprii erroribus fecerare, plurimis parere il-
lusionibus, quæ explicare difficile est sine patris
spiritualis auxilio. Quamobrem tunc in manus
confugit Sancti ejusdem Abbatis, qui tunc præ-
erat Monasterio non admodum remoto summa cum
laude sanctitatis; & quem etiam, atque etiam com-
mendabant diuturna experientia, & perfecta cog-
nitio virum Domini; quæ illi magnam nominis
celebritatem pepererant. Norbertus hujus regimini
sepe penitus subiecit, detexit illi cordis sui late-
bras, & altitudinem vulnerum suorum, utque ab
eo remedia perciperet, quæ majorem efficientiam
haberet, sincerè illi prodidit omnes suæ juventutis
errores. Donec spiritualis hic pater ad novum
discipulum hunc formandum navabat operam; di-
scipulus & ipse omnes intendebat nervos, ne in
initium cederet curæ, quæ magister suus impen-
debat, & ut illis pro virili parte velificaretur,
jungebat frequentem Evangelii lectionem, assidua
mortificationis exercitia, atque constantem praxim
paupertatis. Quin Religiosus esset, omnes vitæ mo-
nasticæ austeritates amplexus est, & dicere merito
possimus animam illius penitus fuisse immutatam.
Incipit verus esse Christianus, cum antehac non
nisi honestus fuisset homo coram mundo. Crucis
humilitas illi amabilior est vasa, quam omnis muni-
di magnificentia, & gloria: Nihilum divitiarum,
& vanitas voluptatum sese oculis illius ostenta-
rant. Haud agrè sibi persuasit nihil majus esse,
quam mortalium dignitatum contemptum. Auctor
vite Sancti Norberti.

Primum ef-
fectus zeli
S. Norber-
ti post eius
conversionem.

Austeri-
tas peni-
tentiæ,
quæ fuit
Norbertus

Denique ecce Norbertum in alium proforsu homi-
ninem mutatum; & prima die, qua ille accessit
ad aram post quadragenarium secessum, Sacra ce-
lebraturus mysteria inspectante incredibili populi
multitudine, quæ ad novum hoc spectaculum con-
fluxerat; divino afflatus spiritu incepit disserere tan-
ta vi, & fervore, de terrenarum rerum contem-
ptu; de salutis negotio, præsertim autem de zelo,
quod habere debebat altaris ministri, ut omnes
admirati tantam hanc mutationem adeo parum ex-
pectarant, gratias egerint Domino, qui novit ex
tenebris lumen elicere, & oleum de saxo durissi-
mo, ed quod voluisset uti hoc homine, qui muni-
di placitis moridice inhærebat, ut alios ab erro-
ribus revocaret. Auctor Sermonum in omnia ar-
gumenta.

Norberto satis non est detestari malum, quod
commiserat, ac sincerum dolorem testari, nisi al-
teram quoque penitentia partem adimpleat, quæ

ita est in peccatis suis expiandis per austeritates,
quas imponit, ut divinae justitiæ fiat satis. Quam-
obrem cum jejunia austerissima, assidue vigilia,
cilia asperissima, & acutissima, & quidquid indu-
strius penitentium fervor hæctenus exquisitissimum
excogitaverat, satis non essent illius fortitudini,
voluit equam insituti rationem inter præterita sce-
lera, præsentisque pœnas; ea amplectens juxta an-
teactæ vitæ magis erant opposita. Sed tucuti lu-
xus, & vestium pompa ei potissimum ardebat ob
superbiam, quæ inter ceteros entescere gesticbat,
noluit ultra indui nisi abjectissima, atque contem-
ptibili tunica, quæ malè hyemis frigus arceret.
Antea laudes, plaususque quæsierat, tunc gravif-
simæ contumeliæ, injuriæ, & confusiones ipsi erant
in deliciis. Antea curas omnes impenderat, ut o-
mnium sibi amicitiam conciliaret officiosa, & ho-
nesta humanitate; sed morum mutatio, quæ in il-
lo visa est, erga illum omnia vitiosorum mora-
lium corda mutavit. Nemo unquam gravioribus
persecutionibus affectus fuit; nemo item pari ani-
mi tranquillitate persecutiones sustinuit; & dicere
possimus hanc fuisse cæli viam, quam ipsi Domi-
nus ostendit, quandoquidem hæc via est, perquam
insignes sanctitate viri ed pervenerunt. Amaverat
solatia, commoditates vitæ consequiverat, vitam
mollem, inertem, deliciis affluentem duxerat: prohi-
deus! Quam mutationem non parit in peccatore
verè converso spiritus penitentia? labores mole-
stissimi, longorum itinerum, quæ nudis pedibus
ingrediebatur, fastidia, paupertas, ad quam se rede-
gerat, per glacies, & nives nonnunquam ad ge-
nuæ usque incedens, fames, sitis, & quidquid de
laboribus suis S. Paulus asserit, vulgaria sunt exer-
cicia penitentia Sancti Nostri. Quod si hæc vir-
tus peccatores in cæli via iterum statuit, eisque
Regnum cælorum ostendit, quod ut ita dicam,
ab eorum oculis exciderat; affirmare non verbor,
S. Norberti penitentiam, quæ omnes complecti-
tur austeritates, quas severissima quævis exercuit
penitentia, illis exemplo esse posse, & docere,
qua via illis redeundum sit ad locum, a quo adeo
miserè recesserant. Ibidem.

S. Norbertus acriter invecit contra Dissolutio-
rum flagitia, eorum sibi conflavit indignatio-
nem. Juvenes quidam Canonici salutaribus ejus-
dem monitis festi, consilium inerant, conviciis,
& contumeliis illum ab incepto deterrandi. Cleri-
cus quidam obscure loco naus se obtulit furoris
eorum ministrum, atque curam ultionum illorum
sibi vindicans Sanctum virum aggreditur, sexcentas
in illum ingerit injurias, easque terribimæ cum-
mulans infamia, in ipsius faciem expuit; & longi-
gius illius processisset infamia, nisi qui aderat,
calamitosi illius manum continuissent. Licet gra-
vissima esset contumelia, nihil tamen Norbertum
commovit. Non exarsit ille iracundia in Clericum
hunc; sine quæstibus faciem suam absterfit; bene-
dixit Deo, qui dignatus erat illum in partem ac-
cessere ignominiarum passionis suæ, eique gratias
egit, quod per injuriam, qua fuerat affectus, lo-
cum ipsi præbuisset, satisfaciendi justitiæ illius; &
tantum absuit, ut apud Deum de persecutore suo
conquereretur, ut immo eidem preces pro conver-
sione ejusdem obtulerit. Auctor vite Sancti.

pro con-
versione
sui pro-
pccatorum
suorum ex-
piratione.

Cum pi-
entia &
gaudio in-
carnis de-
litem sibi
contume-
liam.

Præmon-
stratum
vita san-
cta.

Instituto Præmonstratentium Ordine intra pau-
cos dies visi sunt octingenti monachi, & octo ce-
lebres Ordinis ejusdem instituta Abbatiæ. Sanctum
vite genus, quod novi hi Religiosi ducebant,
magnæ austeritates, quas exercebant, regula quæ
ad unguem in hoc ordine servabatur; hæc omnia
conjuncta cum famæ celebritate, quæ de Sancto
Norberto perreberuat, quam Deus quotidie novis
probabat miraculis, quotidie pertraherat illustres
novi Instituti Sectatores, & suadebat civitatibus,
atque Præsulibus, ut nova edificarent Monaste-
ria. Illud quod in Namurenti provincia situm
erat, insigne factum est, quia illic Comes God-
fridus sese recepit, ut reliquos dies suos ibi tran-
sigeret tamquam conversus, sed nullum majori
fuit

fuit honori S. Norberto, quam Monasterium S. Michaelis Antuerpiense. P. Croiset.

Sæculo, quo S. Norbertus vivebat, pleræque magnarum urbium gravissimis erant addictæ sceleribus. Antuerpia cum tunc temporis esset civibus frequentissima, seatebat flagitiis, atque impudicitis æquissimis, & pauci ibi aderant Ecclesiastici, qui in vulgi mores non abiissent; quamobrem profectum erat, ut quilibet ad arbitrium viveret, & crederet. Tanchelino insigni hæretico deesse non poterant, qui ad calumnias erroresque suos excipiendos essent proclives. Homo hic Dei inimicus Ecclesiæ Sacramentis atrogabat fidem, Episcopos, & Sacerdotes sibi in ludibrium vertebat, ac large elemosynas erogans, & magnifica populo instruens convivio, omnes ferè mortales attrahebat ad se, & omnes adeò hominem hunc admirabantur, ut quæcumque ipse tetigisset tamquam sacra, & sancta haberentur; quamvis hominis religio, vita, & mores, cum clam, tum palam non aliud essent, quam monstrofa sædissimarum libidinum congeries. Urbs hæc tot horroribus plena pulcherrima fuit seges, ubi S. Patriarcha Norbertus uberrimam messem referret. Accessit eò, ibique quotidie tanto cum fervore, lumine, & unctiõne concionatus est, ut brevi civitas universa faciem mutaverit. Cives eloquentissimis Sancti viri sermonibus, præsertim verò optimis exemplis victi ad illum, ejusque socios confugiebant, e quibus Deo conciliaverunt, & ipsi etiam Ecclesiæ S. Michaelis Canonici adeò illecehi fuerant Norberti exemplo, & concionibus, ut illi suum S. Michaelis Templum concesserint, ut ibi Ordinis ejusdem domus ædificaretur, Peter Dumeau.

Institutio Ordinis Præmonstratensis.

Deus, qui novit præstare Romanæ Ecclesiæ Pontificem D. Norberti consiliis propitium, statim viam illi aperuit, qua illa exsequeretur. Sociorum ejus numerus augebatur, quorum cum non modicum manum prædicationibus suis pertraxisset, quæsitivæ remotissimam a mundi clamoribus locum, ubi illos doceret scientiam Sanctorum, quam illi detexerat Deus alia addens consilia Evangelica præter illud paupertatis, quod jam fuerant amplexati, ubi illum ducem fuerant secuti. Præmonstrati desertum illi apertissimum visum est eorum omnium, quæ ipsi obtulit Laudunensis Episcopus; & non nisi peculiari providentia factum est, ut Sanctum hunc locum eligeret ad faciendam magni hujus Ordinis fundamenta, qui ab eo nomen est mutatus, & qui inde sese in tot Provincias, & Regna late extenderunt. Vix institutus fuit, ut Dei Spiritu animatus incoepit in finitimas terras excurrere, tanto zelo, & fervore prædicans, ut redierit spoliis onustus semper nova referens trophæa, videlicet secum adduxit tantam novorum discipulorum copiam, quos alii plures subsecuti sunt, qui undequaque confuserunt ut illum magistrum haberent; ita ut desertum illud quamprimum frequentatum fuerit, nescio utrum Angelis dicam, an hominibus; vita enim quam ducebant, omnino cælestis erat, nihilque ibi sperat humanæ infirmitatis. Jejunia ferme assidua erant, preces non nisi exercitationibus ardentissimæ charitatis interpolatæ erant; & quasi minime obnoxii essent communibus aliorum mortalium necessitatibus; unam dumtaxat agnoscebant necessitatem progrediendi, ac semet perficendi in hac scientia sanctorum. Ita illi evaserunt perfecti magistri, qui mox de solitudine sua egredientes, in omnes partes sese conferebant alios docturi; excitantes peccatores ad pœnitentiam, adducentes eos, qui virtute erant ornati, ad sublimiorem sanctitatis gradum, & quocumque ignem Divini amoris ferentes, atque mox in solitudinem suam redeuntes, ad vires reparandas, & recentia lumina acquirenda. Videbantur hæc in re Angelorum exhibere ministerium, qui eo quod semper adsunt throno Dei, non cessant tamen quominus hominum sibi creditorum invigilent incoluntati. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

S. Norbertus factus Pater, & Institutor hujus

Ordinis sedulo curam impendit, ut illi vitæ formam, stabilemque regulam impostero servandam proponeret, ne fervor iste interperceret, & ingens hoc corpus in singulos dies latius crescens eadem amplius vi, atque virtute operaretur. Diu deliberavit hac in re tanti momenti, ut opus Dei confirmaret. Eremitica vita, quem illi plures suadebant, non modicum illi placebat; in ea hoc in quæstu ponendum esse censebat, quod tribuit facultatem de Deo tantum cogitandi, quin aliquis ab orando vel mundi rumore, vel hominum commercio avocetur. Cogitabat vitam hanc, quatenus a laqueis, & periculis remotiorem, quibus mundus totus repletus est, esse ideò innocentiorum, Deo conjunctiorem, atque cultui ejusdem attentionem. In hanc partem inclinasset, nisi charitas, & zelus, quibus proximum prosequeretur, non suavisent illi Apostolicos labores, ut illi subveniret, ad quod vitæ genus se appellari sensit, cum luminum Pater illi ostendit, utrumque statum hunc ab eo esse conjungendum. Ipsum hoc habiturum commune cum omnibus eorum temporum Ordinibus; ipsum orationi, ac cælestium contemplationi vacaturum: Sed cum fieri nequaquam posset ut hoc iugo esset exercitium, alteram temporis partem impendendam esse in ministerium Verbi Dei, eruditionem populorum, & salutem proximi; ita ut hoc temperamento se simul Deo, hominibusque daret; hominum causam ageret apud Deum precibus, & Dei causam ageret apud homines eorum conversionem, salutem, majoremque perfectionem procurando. Hoc Sancta Sedes recognovit in confirmatione hujus ordinis, quam Sanctus ejusdem fundator levi negotio consecutus est, cum illius constitutiones Summo Pontifici exposuit, & vitæ genus, quod totum innitebatur duobus articulis, qui totam Dei legem omniaque Evangelii placita complectuntur; quod ipsum Scientiam Sanctorum appello. Idem.

Vitæ formam, quam Sanctus hic Ordinibus præscripsit, & regulam, quam illi dedit.

Sumus Canonici, S. Norberti fratris suis dixit, ut simus exemplaria virtutis, expositi oculis populi, ad cujus ædificationem nobis laborandum est tanta præcautione, ut jure nostro illi dicere possimus: imitatores nostri estote, sicut nos Jesu Christi: ut sancta æmulatione inter nos certemus, atque omni conatu contendamus, quis nostrum melius suo perfungeret officio; quis sollicitior erit in precibus; quis mortificatio in sensibus, lenior in verbis, atque in tota vitæ ratione ab omni cupiditate remotior, humilior, sanctior. Ex quo hanc vitæ formam sumus amplexi, per status nostri sanctitatem nosmet devinximus ad omnia hæc munera obeunda; hoc interposita jurjurandi fide polliciti sumus; quod jusjurandum Evangeliorum tactu confirmavimus ad sacras aras, cujus testes sunt homines, & Angeli, jusjurandum omnibus conditionibus, omnibusque clausulis, quæ magis authenticæ sunt convectum; propter quod vel justificabimur, si fideliter executi fuerimus promissa, vel reprobabimur, si ultro illud fuerimus prævaricati. Quinam ergo ignominia nosmet coram hominibus objicimus, & quos ire thesauros nobismet congeremus in diem ultionum Dei, si extra mundum viventes, de spiritu mundi vivemus: si a Laicis per vocationem nostram sejuncti, erimus æquæ ac illi intemperantes in conviviis, effrautes in voluptatibus, obsecni in verbis, superbi in supellectilibus, æquæ solliciti ad amovendam a nobis Christianam mortificationem, ad solatia nobis procuranda, ad Christianam severitatem fallendam; æquæ secularibus impedimentis irretiti, æquæ mortalium pulchritudinum ebrii, æquæ intenti, ut illis placeamus, ac abjectis asseratiunculis illis deserviamus. Eloquia historica.

Sententia, quam S. Norbertus fratribus inspiravit.

Volens Norbertus in Ordine suo perennare spiritum, quem filiis suis communicaverat, eumque hæreditatis quodam titulo illis tradere, censuit optimum factu, si illos firmiter professione ejusdem generis vitæ, quæ deinceps ab omnibus erat emittenda. Hac in re mentem suam Discipulis spe-

S. Norberti stabilis lecti habitum, Ordinis sui publicam professionem.

ruit: proposuit illi Apostolorum exemplum, Sanctorum Patrum statuta, iisque dixit: Religionem semper variationibus obnoxiam futuram, & fortasse etiam subversionis periculum futuram, nisi salubriter regulis, quæ constanti, atque uniformi polliia illius stabilitatem roborarent; hæc in re tanti momenti se jam Præsules, atque Abbates in consilium adhibuisse, quorum alii auctores erant, ut Eremiticam professionem sequeretur, alii verò ut Monasticam, ac se socium adderet Ordini Cisterciensium, qui tunc primos ferè flores incipiebat. Verum cum ipse nondum cælum consuleret de via ingredienda, se illos etiam atque etiam hortari, ut sua etiam vota, precesque conjungerent, ne quod subiret periculum in eligendo statu, quod esse debebat opus Spiritus Sancti; si animo suo indulgendum esset, se Apostolicam vitam reliquis antefere, sed non aliud sibi animum habendum esse, nisi eam vitæ rationem sequendi, quam Deus sua auctoritate probaret; itaque omnes sine ullo discrimine, & cum pleno affectu sese illius voluntati conformandi, statim ac de eadem liqueret Deo vota nuncuparent. Illius Religiosi, & ipse aliquot dies ferventibus orationibus vacarunt: auxerunt mortificationes suas Spiritus Sancti lumina imploranti. Norbertus qui præerat, eos excitabat exemplis, ac tandem Deo fidelium suorum vota exaudiente, omnes in Canonica vita eligenda unanimi suffragio confenserunt. S. Augustinus, quem in orationis favore Sanctus Norbertus intuitus est, electioni ipsorum pondus adiecit, atque tunc Norbertus non dubitavit, quominus Sancti hujus Doctoris regula sibi esset amplectenda. His positis omnem Ordinis sui formam delineavit, filiis suis proposuit, cum Dei gratia ad salutem, & perfectionem animarum suarum incumbere. Huic fini adiecit munus prædicationis, & curam sanctificandi proximum; quippe illi persuasum erat, nihil magis nostræ sanctificationi conferre, quam nosmet ipsos devovere salutem animarum, & nulla re nos aptiores fieri ad salvandas animas, quam nosmet ipsos sanctificando. In constitutionibus suis silentium, & Monastica vitæ austeritates cum vitæ Clericalis numeribus consociavit. A priori mutatus est Orationem, solitudinem, carnis abstinenciam, Officii Divini cantum: ab altera verò quidquid adjumento esse potest ad salutem, & perfectionem proximi, Prædicationes, Missiones, Paræciarum curas, Scripturæ Sanctæ, necnon Theologiæ studium, sine quo nemo potest Evangelicum obire ministerium. Ex S. Norberti vita.

Fructus, quem hic Sanctus Ordinibus attulit.

Quin verba factam de innumeris sanctis ad eminentem perfectionis apicem elatis, quos hic ordo peperit Ecclesiæ, quos sanctitatis fructus non procul ubiqueque sedem suam posuit? Urbes, atque provincie faciem mutarunt, & sanctitas per generalem morum reformationem resuscitare visa est. Hodierne die discatis oportet divinam hanc scientiam, quæ Sanctos esse docet. Verum est a Deo non omnes mortales ad Religionis statum vocari, qui sanctitatis gymnasium potest nuncupari, ubi sit professio ad sublimiorem perfectionis apicem contendendi. Sed sicut unusquisque Sanctus esse debet secundum statum suum, & Deus ipse non alios statuit fines perfectioni christiani alicujus, quam suam, numquam sancti fietis nisi per Evangelicorum præceptorum praxim. Si vos nequaquam vocari cognoscitis, instar S. Norberti ad integram, atque effectivam terrenarum rerum omnium abrenuntiationem, saltem opus est, cor vestrum inde avelli; hoc enim simplex consilium non est; sed ineluctabile præceptum. Hoc ipsum dicendum est de sensuum mortificatione fœcens in occasioneibus, & de bonorum operum praxi; & præ ceteris mementore ea, quæ aliquorum ratione consilii tantummodo sunt, ratione aliorum verum sunt præceptum, ac necessaria ad salutem via, cum alioquin Deo fideles adherere non valeant. Auctor Sermonum in omnia argumenta etc.

Vix S. Norbertus Archiepiscopus sui possessio,

nem adit, cum statim significavit quis esset, & quid esset facturus. Primæ illius curæ fuerunt moderari, erudire, pacare magnam illam dioccesim laboribus Apostolicis; & gravissimus obex, quem suis gloriosis consiliis nactus est, fuit, exigere Ecclesiæ suæ redditus, quos regionis illius viri principes sibi vindicaverant. Pati non potuit Salvatoris patrimonium in profanos usus impendi, & ab injustis possessoribus usurpari; quapropter re adhuc integra fundum voluit constituere, unde pauperum egestati prospiceret, quorum se Patrem, Patronum, & œconomum professus est. Ad id autem, quid illi adversus potentes, qui eos possidebant reddidit, sustinendum fuit? Quibus benedictionibus profecti illum non sunt omnes boni; qui illius fortitudinem, atque constantiam admirati sunt, eò quod illi e sententia evenisset, quod ceteri ne tentare quidem sunt ausi? Hoc illi suppeditavit, unde magnum Evangelicorum Præconum numerum aleret, qui opem illi conferre possent ad Domini vicem excolendam; & hoc subsidio variis in occasionibus consuluit publicis necessitatibus, sibi que existimationem, & amorem adeptus est totius populi sui, qui illum tamquam miserorum, & afflictorum omnium perjugium arbitrabantur. Pastor hic ad opem ferendam paratus sæpe suam periculo vitam objecit pro gregis sui requie, & libertate, & decies, vel etiam duodecies mortis periculum adire ausus est pro facinorosorum quorundam conjunctione, qui importunum hunc criminum suorum censorem ferre non poterant. Intrepidus prodiit in concertam scditiosorum turbam, qui ad illius interitum conjuraverat. Modò revelatione divina detegebat conjunctiones, quas hæretici in illum fovebant, modò sece generosè objiciebat manifestis quibuscumque periculis, cupiens omnes potius exhaurire contumelias, & injurias, quam Episcopatus sui officii deesse. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Primum Sancti Norberti curæ cum adit possessionem Magdeburgensis Archiepiscopatus.

Antequam S. Norbertus adiret possessionem Episcopatus, ad quem illum Providentia appellaverat, insurrexit inter illum, ac Religiosos suos pium certamen, quis eorum futurus esset pauperior major erogando elemosynas. Quingenti pauperes quotidie Præmonstrati innutriti exhauriebant parum illud pecunie qua Religiosi utebantur; cumque Norbertus fontem invenisset elemosynarum in largiatibus Magni cujusdam viri, Religiosos suos precabatur, ut iis, quos alebant, alios adderent centum; & viginti. Alius quilibet præter Sanctum virtum hunc credidisset, hanc veram esse viam Ordinis nascentis evertendi, ipse verò existimabat hoc esse fundamentum magnitudinis Ordinis sui, quia ipsi persuasum erat hanc veram esse rationem non solum reddendi illum magis fecundum viris optimis, sed etiam constantem in duratione sua, magisque immobilem adversus procellas, & adversa quæ temporum decursu a malis hominibus in eum possent constari. Deus Sanctos esse docet, quod olim dixerat Joseph Patriarcha: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis mee.

Illius erga pauperes Charitas.

Genes. 41.

Apostolici S. Archiepiscopi nostri labores non minus felicem exitum contra schisma, quam contra hæresim invenerunt. Verum est, illum non adlaborasse solum, ut illud extingueret, & priamam facti illius gloriam S. Bernardo acceptam esse referendam. Hoc tamen non obest quominus S. etiam Norbertus magnam illius sibi vindicet partem; & si prior ille summa cum gloria finem schismati imposuit, quod Petrus Leonis in Ecclesiam conflaverat, ut omnes sciunt; dici potest, alterum negotium illud in eum statum redegissem, in quo S. Bernardus illud nactus est, cum Synodus illum elegit arbitrum, & ab ejusdem judicio pependit. Sicui enim omnes eorum temporum viri, qui ceteris, ingenii, & Sanctitatis gloria præstabant Romam accessit fuerunt ad partes conciliandas, & iterum jungendos animos, qui in duas validas factiones secesserant, cujus utraque Pontificem, quem elegerat,

Quo modo S. Norbertus fecit, ut abboreretur a schismatibus, & extinguerentur schisma Petri Leonis.



rat, preferendum esse affirmabat; S. Norbertus inter primos exiit, qui ad ignem extinguendum accurreret, qui jam incendium prope universale pepererat, & unus fuit ex illis, qui plurimum contulit ad restituendam Ecclesie pacem, consiliis, prudentia, & auctoritate, quam sublimis opinio Sanctitatis apud omnes illi conciliaverat. Hi proculdubio gloriosi labores sunt, quorum exitus & fructus universo Christiano nomini profuerunt, ita ut Magnus hic Sanctus, virtutibus, meritisque cy-

mulatus, ubi vidit Ordinem suum florentem; heresim opera sua extinctam, Ecclesiam sua cura pacatam, & ubi religionem infinitis in locis reparavit, abijt recepturus mercedem tot illustrium laborum sancta morte, quæ illi cælum aperuit, quod aliqui eorum temporum insignes sanctitate viri illum ascendere viderunt dextera oleagineum ramum tenentem, symbolum pacis, quam in mortali hujus vite periculo aliis procuraverat. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM REACTORUM

## PRO SANCTI ELIÆ PROPHETÆ

PATRIS, ATQUE INSTITUTORIS REGULARIUM  
DE MONTE CARMELO,

PANEGYRICO.

MONITUM.



*Quoniam Elias Propheta ad veterem Legem pertinet, neque ad novam referatur, nisi quatenus ante seculorum Finem appariturus est ad Ecclesiam tuendam: non dubito tamen, quominus illi locum prebeam inter Ordinum institutores, quandoquidem non exiguus Patrum numerus de eo verba faciunt tamquam de primo vite solitarie, quam Monasticam dicimus, Institutore, & etiam nunc ordo regularium, pietate ac doctrina celebris innixus traditioni, atque sex summorum Pontificum auctoritati fruatur hac possessione illum habendi, calendique veluti summum Patriarcham, & Fundatorem; cum profecto zeli, & spiritus ejusdem sit heres.*

*Hoc mihi re adhuc integra presupponendum esse arbitratus sum, ut nihil aliud a me in hoc argumento expectetur, quam quod colligere potui pro Elogio Sancti hujus, qui ante Evangelium omnes Evangelicas virtutes exercuit, qui pro veri Dei cultum severissimas persecutiones perpessus est, qui invictis zelo idololorum cultum coercuit, & profligavit, & qui, ad glorie cumulum, in vita reservatus est usque ad temporum finem, ut teneatur Ecclesiam a severissimo & nequissimo persecutorum ejus, Antichristo.*

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

*Varia concionum hujus argumenti forma.*



Inter plurima Elogia, quibus Sacra Biblia S. Eliam Prophetam prosequuntur, omnium procul dubio illud gloriosissimum est, quo *Homo Dei* nuncupatur. Nam licet illustris hic titulus primum eidem fuerit delatus per quamdam irrisionis speciem a nequissimis illius inimicis, qui venerant, ut caperent illum, eumque traderent ultioni, furorique Regis; hoc tamen nomen præ ceteris melius exprimit auctoritatem, meritum, & dignitatem Magni hujus Prophetæ, qui in Lege veteri una fuit ex illis figuris, quæ ex D. Ambrosii sententia majorem habuerit cum Incarnato Verbo similitudinem. Hinc arbitratus sum fieri non posse characterem aptiorem, neque tabulam, quæ magis ad vivum exhiberet summum hunc virum, in lege veteri adeo celebrem, eò quod Domini causam invicta constantia semper sustinuit, & præterea destinatus est ad illam in seculorum sine sustentandam; arbitratus sum, inquam, fieri non posse, ut digniorem Sancti hujus Prophetæ conceptum vobis ingererem, nisi in priori parte vobis ostenderem, ipsum re ipsa *Hominem Dei* fuisse, quandoquidem hoc nomine illum appellat Scriptura; in altera vero, vicissim fuisse hominem Deum, eodem sensu, quo Deus Moysen Pharaonis Deum constituerat. Duo hi tituli, quos secundum primigeniam linguam in Elia nomine continentur, elogii ipsius partitionem suppediabant.

Pro parte priori; Jure appellatus fuit *Homo Dei*, 1. Quia illius erat Procurator, Minister, Legatus, & quia ipse Deus in gravissimis negotiis hu-

jus ministerio usus est, quo ille summa cum laude perfunctus est.

2. Homo Dei fuit, quia se se penitus divino cultui devovit, quia ardenti zelo flagravat serviendi Domino suo, & curam gerendi negotiorum illius, procurator domus ejusdem, omnibus bonis ejus præfectus, Verbo *Homo Dei*. Talis exiit erga Deum Elias; zelotes gloriæ illius; cultus ejusdem assertor, ultor injuriarum, quibus ille afflictebatur, id eoque in manu sua totam illius habens potestatem.

3. Homo Dei fuit, videlicet Nuntius illius, ad ipsius mandata annuntianda; Præco ad bellum indicendum; Plenipotentarius ejusdem, qui Domini voluntates edoctus, fuit tamquam supremus arbiter fortis nocentium, atque innocentium. Hoc facile probatur factis, quæ Scriptura fusiis persequitur. Hic nosmetipsos ad examen revocare possumus, utrum simus Homines Dei, utrum nobis cordi sit ejus gloria, utrum ea quæ ad ipsum referuntur, nobis vita nostra sint antiquiora, utrum satis zeli nobis sit pro illius cultu, & gloria?

Pars altera. Si Propheta hic tot de causis *Homo Dei* fuit, rectè dicere possumus, illum vicissim Deum hominis fuisse, quemadmodum Scriptura teste, fuit Moyses Deus Pharaonis.

1. Quia fuit Arbiter vite, & mortis, quod proprium est supremi Creaturarum Domini, sed Eliæ communicatum fuit; vitam reddidit filio viduæ Sareptanæ, & morte percussit Pseudopphetas, tamquam suprema potestate donatus, quin Rex Achab, a quibus illi protegebantur, posset, vel auderet retinere, Præterea non ne morte mulctavit illos mili-

tium

tum duces; qui a Rege ad illum capiendum missi fuerant, imperans, ut cœlestis flamma ad eos comburendos descenderet?

2. Videtur fuisse Deus hominis suam exercens potestatem in elementa, aquam, terram, ignem, & cælum ipsum, quod ad libitum claudit, & aperit ad effundendos, vel cohibendos imbres, qui terræ fertilitatem tribuunt, & quorum carentia frugum bonorumque omnium parit caritatem.

3. Creans, vel multiplicans ea, quæ ad vitam sunt necessaria, quale fuit oleum viduæ, & panis quem ad illius vires fardendas, eumque corvi ministerio pascendum Deus producebat. Ita voluit Deus summum hunc Prophetam honorare, qui pro Domini gloria tot tantisque labores sustinuit.

II. Sicuti Scriptura Sancto Joanni Baptista Eliæ qualitates tribuit, dicens gloriosum hunc Præcursorem venturum in spiritu, & virtute magni hujus Prophetæ Eliæ; mihi videri vicissim affirmari posse, Eliam venisse in spiritu, & virtutibus S. Joannis, dempra severitate, quæ novæ legis characteri non congruit, neque Sancti hujus Præcursoris ingenio quadrat; cum omnia hinc inde perfectam habeant similitudinem.

1. In vitæ innocentia, quia illam in solitudine transegerat procul ab omni occasione peccati; & uterque Dei jussu inde in lucem prodierunt, ut ministerii similissimi officijs perfungerentur; quandoquidem alter idololorum cultores ad veri Dei cultum transtulit, alter vero Judæos ad Messiam recipiendum disposuit.

2. In zelo, quem uterque testatus est pro Magistris sui gloria, & ut illius testimonium perhiberent.

3. In generositate, atque constantia, quam uterque presertulerunt in persecutionibus, & in Martyrio, quod alter quidem re ipsa passus est, alter vero passurus est aliquando, Domini causam in seculorum exitu propugnans.

III. Veteres quidam Patres adeo sublimem de Elia Prophetæ existimationem conceperant, ut alii affererint hunc plusquam hominem esse, alii Angelum esse putaverint, non quidem natura, sed officio, sanctitate, perfectione; quod eadem Scriptura videtur innuere Angeli nomen tribuens etiam S. Joanni Baptista, quia venturus erat in spiritu, & virtute Eliæ: *Mittam Angelum meum, qui præcedet te.* Nonne hoc ipsum Angeli nomen Eliæ quoque tribui potest, quandoquidem uterque in spiritu eodem venerunt? Si enim Tertullianus dixit, Josue dignissimum esse, qui Angeli nomine vocetur, propter ejus magna, & heroica facta, & novum non est a Spiritu Sancto Angelos nuncupari eos, qui destinati sunt, ut sint ejus Ministri & mandata ipsius exequantur; atque si S. Isidorus dixit, Malachiam Prophetam vulgo tamquam Angelum habitum fuisse, quia Angelus palam confirmabat, quicquid ille dicebat, nonne dici potest, Eliam non natura, sed gratia Angelum extitisse?

1. Angelum fidelitate, & celeritate in capeffendis impetris Dei, juxta illud Prophetæ verbum: *Adinistri ejus, qui faciatis voluntatem ejus.* Psalm. 102.

2. Angelum zelo pro Dei gloria tuenda, quemadmodum S. Michael fecit in Cælo, & Angeli passim in lege antiqua fecerunt.

3. Angelum vi, & virtute, ad resistendum potentatibus terræ, cum illi contra Dei cultum insurgunt.

IV. Ostendi potest, Sanctum hunc Prophetam in tribus scabibus, in quibus positus fuit egisse, & sustinuisse triplicem personam.

1. Prophetæ, cujus nomen retinuit, & officium exercuit.

2. Confessoris, qui pro Dei causa sexcentas persecutiones sustinuit.

3. Martyris, qui re ipsa martyrium in seculo sum sine sustinebit.

V. Pro themate illa assumendo verba *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* 3. Reg. c. 17. *Leandry, Paneg. Tom. II.*

Cum Sancti hujus Prophetæ zelus in Scripturis Sanctis igni comparatur: *Surrexit Elias Propheta quasi ignis: & verbum ejus quasi facula ardebat.* Eccles. 4. dicere possumus illum ignis qualitates habuisse. Fuit enim in illo

1. Zelus ardens, qui effecit ut ille dolore tabesceret videns Deum contemptum, & idololorum cultu laceffitum.

2. Zelus illuminatus, qui suum lumen pertulit in secreta futuri temporis, in secreta cordium, & in secreta divinitatis.

3. Zelus consumens ut ignis, quod ostendit de cælo ignem eliciens super centuriones Regis Achab.

In eundem textum. *Zelo zelatus es.* Ostendenda sunt alie qualitates zeli hujus Prophetæ.

1. Habuit zelum ardentem, sed Divinæ voluntati subiectum, quæ eidem imperabat, ut illum contra sui nominis inimicos exerceret.

2. Zelum strenuum, qui fecit, ut pro tuenda Domini gloria omnia aggrediretur, omnia patretur.

3. Zelum charitate plenum, ac commiserantem proximi necessitates, quod palam factum est in vidua Sareptana.

In eundem textum: *zelo zelatus sum.* In zelo magni hujus Prophetæ tria consideranda sunt.

1. Objectum hujus zeli, videlicet crimina, quæ patrabantur contra Deum, idololorum cultum, injustitiam, & crudeles persecutiones, quæ Prophetis Domini inferebantur.

2. Causa hujus zeli, ut Deum ulcisceretur, ejusque tueretur gloriam; hoc enim excitabatur ad omnia pro hoc fine aggredienda.

3. Auctoritas, & virtus, quam zelo ipsius Deus tribuebat, ut omnia illi cederent e sententia.

Pro Argumento & divisione elogii Eliæ Prophetæ desumpti potest hic S. Bernardi locus: *Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia; sit fervidus, sit circumspexus, sit invictus.*

1. Zelus Eliæ fuit violentus, sed sine temeritate; quia semper Dei mandatis subditus fuit.

2. Fuit purus, & minime cupidus, cum nil quæsierit aliud, quam gloriam Dei, quam non sine quietis suæ detrimento, & vitæ periculo sustinuit.

3. Strenuus, intrepidus, invictus, quem nihil potuit labefactare.

Quemadmodum Scriptura testatur Deum elegisse novum belli genus, ita dicere possumus non deesse novas, atque injustas victorias. Ita exhibere possumus ubique Eliam Prophetam tamquam victorem.

Primum, nonne triumphavit cum esset adhuc super terram de tribus potentibus inimicis? 1. De regibus Juda, & Israel, qui cum Idololatriæ se mancipassent, cum furore veri Dei cultores persequerentur.

2. De Idololorum sacrificiis, qui assentatione, & quæstu animati inaniam Deorum cultum sustinebant.

3. De Dæmonibus, qui animabant populum Israel desertorem cultus patrum suorum contra Sanctum hunc Prophetam, quem de terra delere cupiebant. Secundò, de vitæ miseris triumphavit, cum divinitus in terrestrem paradysum translatus fuit. Nam 1. ibi ubi est, non esurit, nec sitit, neque aliis hujus mundi laborat incommodis. 2. Obnoxius non est noxæ, cujus nullam habet occasionem, extra factum illusionum dæmonis.

Tertio, Sanctus hic Propheta destinatus est, ut de Antichristo triumphet. 1. Vi veritatis. 2. Quia majora prodigia operabitur. 3. Quia vitam suam pro gloria Salvatoris effundet; & mors illius confirmabit fideles in veritatibus, quas ille annuntiaverit. *Sermo Manuscriptus.*

VI.

VII.

VIII.

IX.

E

PA.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ubi inveniri possit copia ad has Sermonum structuras exornandas, Auctoresque de hoc Argumento tractantes.

Sancti Patres.

Sanctus Augustinus Serm. 101. de Tempore collationem habet miro ingenio elaboratam actionum Eliæ & illarum Filii Dei, & per hanc ostendit, Magnum hunc Prophetam fuisse unam ex præstantissimis figuris Messias.

Idem Sermone 201. de Tempore comparat filium viduæ Sacerdotæ ab Eliâ resuscitatum cum Salvatore Mundi pro Fidelium resurrectione mortuorum, & resuscitato.

Idem ad Simplicitatum quest. 5. ostendit, Deum permisisse mortem filii viduæ hujus ad majorem sui nominis gloriam, atque ut in omnibus magna excitaretur hujus Prophetæ existimatio.

S. Prosper animadvertit, Prophetam Eliam se se coarctasse se ipsum applicando super mortuum viduæ filium, ut repræsentaret Incarnationis Mysterium, in quo Deus quodammodo se coarctavit, atque, ut cum Apostolo loquar, exinanivit.

S. Basilius homil. 8. in Divites aviros describit paupertatem, cum qua in Monte Carmelo vivebat Elias.

S. Isidorus l. de ortu, & interitu Prophetarum cap. 35. loquitur de Prophetæ hujus virtutibus, de illius innocentia, austeritate, vita solitaria.

S. Hieronymus contra Jovinianum; & ad Eusebium de custodia Virginitatis, mirum in modum laudat magnam Eliæ puritatem.

S. Ambrosius, lib. 1. de Virg. Et S. Ephrem Pavenesi latius hoc ipsum argumentum pertractant.

S. Joannes Chrysostomus Homil. 2. de Petro, & Eliâ describit sterilitatem, quam Elias Propheta misit in terram in penam idololatricæ Achab.

S. Ambrosius l. 1. de Cain c. 2. exornat elogium hujus Prophetæ, & inter alia ostendit quod cum ille ipsum Dei nomen detulerit (Elias enim interpretatur Dominus Deus) teneretur hunc perfectissimè, quoad fieri potest, imitari.

S. Dionysius Episc. ultima ad Joannem Evangelistam in eodem loquitur sensu, & præter propter eadem ait.

S. Dorotheus, qui elucubratus est compendium vite Prophetarum, quod extat in Tomo 7. Bibliothecæ Patrum, verba facit de nativitate, & educatione hujus Prophetæ; idemque asserit hunc primum fuisse, qui hominibus ostenderit viam terræ in cælum, eosque docuerit Angelorum vitam ductere.

S. Augustinus Serm. 203. de Tempore latius verba facit de zelo Sancti hujus Prophetæ, de generosa libertate, qua corripuit Regem Acab, de miraculo Corvi, a quo nutriebatur Elias, & complures adfert sensus mysticos in hæc argumenta.

Idem Serm. 146. plura narrat de miraculo, quod Propheta operatus est in favorem Viduæ de Sacerpta.

Idem Homil. 18. & Serm. 201. idem tractat argumentum.

S. Ambrosius Tract. de Viduis explicat spiritualmente miraculum, quod in ejusdem Viduæ gratiam patravit Elias.

S. Hieronymus in Psalm. 97. explicat coarctationem hujus Prophetæ super filium mortuum eundem resuscitaturus.

S. Gregorius Magnus l. 10. Moral. & in Genes. c. 1. & 3. explicat irrisionem, qua Propheta Elias excepit Pseudo Prophetas Baal.

Idem Homil. 29. in Evangelium suscipit verba facit de rapto Eliæ.

Idem in secundum Job, dicit Eliam venturum ad prædicandum postremum Jesu Christi adventum, & ejusdem munera describit.

Idem lib. 14. Moralium ait illum suorum uo-

villimum omnium, quibus Antichristus inferret mortem.

Idem l. 34. Moral. explicat hæc S. Matthæi verba: Elias cum veniet, restituet omnia.

Idem l. 1. Dialogi de pallio, quod Elias demisit in terram, cum igneo curru fuit raptus.

Rupertus Abbas quemdam Canticorum locum explicans, eundemque ad hunc Prophetam applicans, plures refert vite illius circumstantias.

Plurimi sunt cum Patres, tum eruditi Auctores alii veteres, qui unanimi consensu docent Eliam primum esse Eremiticæ vite Instituatorem.

Bivocatur in altero Panegyricorum suorum columine.

Pater Senault Presbyter Oratorii similiter unum habet hujus argumenti Panegyricum tomo secundo.

Cornelius a Lapide in Commentariis suis in tertium Regum librum c. 17. tractat quiddam ad Sanctum hunc Prophetam pertinet, & præsertim agit de præcipuis virtutibus ejus.

Libet, qui inscribitur, Vitæ Prophetarum cum animadversionibus ex Sanctis Patribus deproptis.

Ex hoc Auctore, qui nomen suum proferre voluit, collegimus quiddam ad Panegyricam Orationem aliquid conferre posse censuimus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, figure, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia reliquerunt pactum suum Filii Israel. Lib. 3. Reg. c. 19.

Tabescere me fecit Zelus meus, quia obtuli sunt verba tua inimici mei. Psalm. 118.

Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ejus quasi facula ardebat. Eccl. 48.

Ter de celo deiecit ignem. Ibidem.

Sic amplificatus est Elias, & quis potest similiter sic gloriarî sibi? Ibidem.

Qui sustulisti mortuum ab Inferis, de sorte mortuis, in verbo Domini Dei. Ibidem.

Qui deiecasti Reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum. Ibidem.

Qui vocasti Reges ad penitentiam, & Prophetas facis successores post te. Ibidem.

Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Ibidem.

Qui scriptus es in judiciis temporum, lenite iracundiam Domini. Ibidem.

Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Ibidem.

Elias quidem in turbine captus est, & in Elisæo completus est spiritus ejus. Ibidem.

Ecce currus igneus, & equi ignei dividerunt utrumque. 4. Reg. c. 2.

Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Matth. 17.

Præcedet (Joannes Baptista) in spiritu, & virtute Eliæ. Luc. 1.

Quem dicunt homines esse filium hominis, & illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii Eliam &c. Matth. 16.

Apparuit illis Moyses, & Elias. Matth. 17.

Elias homo erat similis nobis. Jacobi c. 5.

Requiescit spiritus Eliæ super Elisæum. 4. Regum cap. 2.

Exaudivit Dominus vocem Eliæ; & reversa est anima pueri intra eum, & revixit. 3. Regum cap. 17.

Exempla, & figura ex Sacris Scripturis deproptis.

Cum primum Deus in Cælo impetravit fuit Demonum superbia, Angelorum fidelitate voluit defendi. S. Michaelis zelus, ut ita dicam, fuit prima ejus defensio, & hic S. Archangelus primus fuit, qui dixit: Quis ut Deus? & hæc quoque ad-

Concordantes Revertentes.

Illis Prophetæ in Terra fecit id quod S. Michael fecit in Cælo, sustulit Dominum gloriam.

lib. 3. Reg. cap. 19.

di possent verba: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum. Ita cum demones Dei gloriam impugnantur hominum ministerio alius Deus usus est hominibus, ad demones repellendos, & gloriam suam sustinendam. Ille vero qui ex omnibus hominibus in hoc gloriosus S. Michaeli successit, & qui majorem partem ardoris zeli ejusdem prætulit, proculdubio est S. Elias Propheta, & dicere possumus, ipsum in terra idem præter propter fecisse, ac S. Michael in Cælo. Quemadmodum Archangelus iste protector fuit gloriæ Dei, & semper ei contigit honos ad illius defensionem assistendi: similiter S. Elias gloriam hanc factam rectamque servavit in omnibus occasionibus, in quibus illam Demones læcescere conati sunt. Illam defendit contra Idolorum cultores; illam defendit contra peccatores, & debet adhuc illam defendere contra incursum pravorum Christianorum, & contra novissimas persecutiones Antichristi. Et sicut S. Michael de rabie Demorum triumphavit evertens malos Angelos fulmineis hæc verbis: Quis ut Deus? Atque ardore suo invitabat fideles Angelos, ut sequerentur se: ita S. Elias domabit Demones in peccatorum & idololatrarum persona, & animabit sub finem temporum fideles ad zelum suum imitandum, & ad defendendam usque in finem gloriam Dei, atque ad novissimorum temporum Ecclesiam contra Antichristi, & Ministrorum ejus in cursu sustinendam.

S. Illis concordantes Revertentes.

Moses, & Josue duo potentissimi ministri, quos Deus habuerit in terra circumscriptam duntaxat habuerunt auctoritatem, & licet tot prodigia fuerint operati, nunquam absolutum obtinuerunt in universum imperium. Moses agebat in terram, & mare. Duo hæc elementa ejus mandata verebantur. Scindebantur lapides, ut illis obsequerentur, & ab hoc Propheta percussit emitebant rivos aquarum. Ad ejus imperium Mare suas abyssos aperiebat, sibi vim inferebat, ut Israelitis transeuntibus suffragaretur; atcollebatque muros aquarum suarum, ut summi hujus viti mandata facerent. Josue auctoritatem suam exercebat in Cælo: cohibuit medio in curriculo spatio solem, ne adveniens nox sibi victoriam auferret. Sed accepit Elias a Deo potestatem nullis cancellis definitam. Univerfa omnia erant miraculorum suorum theatrum, & quocumque in loco vellet agere, creaturas omnes dicto suo obtemperantes inveniebat. Cælum verbo clausit, ac triennio nubes illi motem gerentes nullum in terram rorem demiserunt. Ubi illi visum est, Cælum aperuit, eique fecunditatem quam amiserat restituit, justit illud super agros imbrem, & ubertatem effundere. Hinc S. Joannes Chrysostomus dixit, Verbum Eliæ esse clavem Cæli. Verbum Eliæ clavem Cæli. Sanctus hic Propheta potestatem habuit in ignem, ac inde conflagit fulmina, tonitrua, & arma, quæ uni videntur reservata Deo, eaque zeli sui ministros effecit. Neque minus aquis imperavit quam flammis, aquas enim Jordanis divisit, illas pallio suo attingens, atque sicis pedibus fluvium illum traxit cum socio. Denique auctoritas ejus se se ad inferos usque extendit, cum puerum eripuit a morte, atque palam universo Mundo ostendit, nihil sibi resistere posse, quia mors, & infernus, hoc est ipsa etiam terra viscera sibi parebant.

Serm. 1. de Eliâ.

Tertullianus Eliam Prophetam Moyli comparat, & ait, sicuti Moyses dedit initium Testamento veteri, Eliam perficere, & consummare gratiæ legem. Institutor veteris Testamenti; hic consummator Novi Fœderis consummationem, cum ad pugnam venerit contra Antichristum; sed in præsens quidem hunc ob finem operati, licet latens in terrestri Paradiso ardentibus precibus suis, & exemplis vite sanctæ, quæ posteritati reliquit. Aptè institui potest comparatio Eliæ cum Adam innocente. Adam eo in statu interiori, exteriorique pace perfuebarur; & cum nulla in re a Deo dissentiret, cum se ipso nullum habebat bellum, Hæc, Paneg. Tom. II.

neque cum subditis sibi. Ita est Elias Propheta in Paradiso terrestri: sensus ejus sunt fideles spiritui ipsius, affectus rationi parent; ejus valetudo nulla infirmitate labefactatur; cumque pacem habeat cum Deo, habet etiam cum creaturis. Ibi in magna jans carnis, & spiritus quiete vivit: quosque ad finem mundi redeat, & debitum mortis solvat. Adam innocens vescebatur cæcis aded puris, ut neque vultustatem, neque morbos vereretur, & vite fructus, quem per intervalla gustabat, tantam illi vim, & robur addebat, ut nulla infirmitate, vel morte impeti possit. Elias Propheta eadem habuit privilegia; gaudet aded perfecta valetudine, ut nullo morbo atteri valeat, ac illius temperamentum aded vegetum est, ut tot sæculorum spatio, quæ lapsa sunt, immitti nequiverit. Non morbo, aut senectute deficiunt, S. Augustinus ait loquens de Eliâ, & socio ejus Enoch. Adam sicuti ex Scripturis judicare possumus, versabatur cum Angelis, qui sub visibili specie cum eodem tractabant; quæ eadem prerogativa Eliam quoque frui, credere possumus, quandoquidem Salvator suam illi in Thabor non negavit conversationem. Quia ille est secundum Tertulliani sententiam eo in statu, qui parum a beatorum discrepat statu: Enoch, & Eliam candidatos eternitatis. Homo innocens non aliud habebat negotium in paradiso terrestri, quam laudandi Deum, admirandi opera illius, eumque in perfectionibus suis adorandi. Nobilem hanc exercitationem somnus non interdicebat, & si minus illo dormiente, lingua loquebatur, cor illius tantum verba faciebat, atque cum unico sui amoris objecto loquebatur. Affirmare possumus Eliam hac in re nequaquam fuisse deterioris conditionis, quam Adam; illum in hoc deliciarum loco servasse quiddam in mundo acquisiverat: zelum suum non pati, ut de alia quapiam re, præterquam de Deo cogiter, & sicuti Magistri sui gloria omnes illius curas efficiebat, nunc efficit omnem ejusdem iustitiam.

Deus se ostendit Eliæ, ut olim Moysi, sed aliter.

Deus Eliæ eandem largitus est gratiam, quam antea Moyli se se illi ostendens super eodem monte, quamvis modo alio ab eo, quo Prophetæ nostro apparuit. Statim enim jussit vehementem, violentumque ventum qui montes evertebat, & confringebat lapides, ante Eliam perflare. Sed in violento eo turbine non erat Deus, inquit Scriptura. Post ventum hunc terræ tremor factus est, & in hoc tremore non erat Dominus. Post hæc magnus apparuit ignis, neque erat in igne Deus. Post ignem denique audiit Propheta levem auram tantquam Zephiri flantis, quam audiens Propheta, ibi Deum esse intellexit. Pallio suo statim ille faciem velavit, ut suam eidem reverentiam testaretur, stetitque extra specum. Hinc non Pastoribus tantum, sed omnibus generatim fidelibus, ut animabus profuerit, (quod singulis pro status sui ratione faciendum est,) pro virili parte evitandum est, (nisi absoluta necessitas aliter jubear,) sermo acer, & durus, sed conandum, ut in spiritu lenitatis illas, quæ volunt, adducant: quemadmodum non defuere Patres, qui dicerent, voluisse Deum per hoc eodem Eliæ significare imposterum aliquid suavitatis immiscendum esse severitati zeli sui, quamvis non liqueat eam ulla in re condemnasse, sed e contra eundem hac apparitione dignatum fuisse. Hæc ratio est, qua agendo utitur Deus, qui omnia disponit fortiter, & suaviter.

Quis non mirabitur sedulitatem, qua corvus manet, & vespere panem, & obsonium adfert Eliæ? Hoc exemplo edocti illi, cujus potissimum officium est servire Deo, non debent dubitare quominus Deus illis in ipsorum necessitatibus operam ferat, etiam per eos, qui sunt avarissimi, alienarumque honorum cupidissimi, quemadmodum opitularus est Eliæ per avium omnium edacissimum, & quæ alia quavis in occasione, in qua Divinis parendum non fuisset impetis, potius devorasset panem, quem ferebat, quam aliud illum transferret. Christiani omnes inde percipere debent, ab-

ciendam esse omnem futuri temporis sollicitudinem. Præcipua eorum in hac vita cura est, intimè adherere Deo; postmodum unicè quiescere in adorabili ejus providentia, quæ educit mel de petra, & oleum de saxo durissimo, & quæ, ubi vult, animos ab omni miserationis specie alienissimos cogit omnia ad suorum solatium conferre. Hæc felicitas est, & gloria eorum, qui Dei sunt; quod semotis hæc sollicitudinibus, illorum curam Deus ipse suscipit.

Cum Sanctus Propheta ob itineris laborem fatigatus, sopore captus fuisset, Angelus illum excitavit: hinc videmus, quam sint visibilia Ecclesie Angelorum officia, videlicet Pastorum, qui semper excitare, semper animare debent ipsos etiam perfectos, ut perfectiores fiant, illis representantes que via illis decurrenda supersit ad pietatis iter absolvendum. Et dixit illi Angelus; surge, & comede; grandis enim tibi restat via. Cui obediens Propheta surrexit, comedit, & secreta divini hujus edulii virtute repente de extrema infirmitate ad magnum robur migravit. Ecclesia panem hunc subcinericium semper intuita est, tamquam admirabilem Sanctæ Eucharistie figuram. Hic enim verè panis est Angelorum nos corroborans, atque sustinens toto vite hujus mortalis curriculo, ejus imago est dies quadraginta itineris, & jejuniis Elie. Sine panis hujus ope omni vi, & virtute destituti sumus; eoque in statu permanemus, in quo hic Sanctus Propheta erat, antequam illum comedisset: verum etiam Angeli, hoc est, Ecclesie Pastores, attentè considerate debent, quibus panis hic sit conferendus.

Opus erat, ut Prophetarum præstantissimus in persona sua sustineret figuram majoris Filii Dei gloriæ, quæ illius Ascensio fuit. Prophetæ alii abjectionum Domini figuræ tantum fuerunt, ejusque passionis indignarunt. Jonas ipse etiam Resurrectionis gloriæ præfiguravit; sed splendor Elie in raptu suo, nobis splendorem indigitat Ascensionis Domini in Cælum. Ita Cælum hunc terræ eripiens, ei quodammodo ratione magis præclara reddidit, quia in persona hujus Prophetæ relinquit illi sensibilem figuram Ascensionis veri Elie. Quæso nobis concede, Domine Deus, ut semper ob oculos habeamus raptum hunc gloriæ plenum, qui nobis exhibet non minimum fidei, votorumque nostrorum objectum. Sequamur oculorum acie Prophetam hunc eadem attentione, qua Eliseus, & eodem ardore, quo Apostoli, cum verum Eliam euntem in Cælum suspexerunt. Adoremus Jesum Christum, qui ita se ipsum exhibet in Elia, & quia vult ut Propheta hic se imiteret in alia Ascensionis suæ circumstantia, videlicet donorum, quæ tunc Discipulis suis largitus est, quemadmodum Elia dedit Eliseo spiritum suum; & quemadmodum de Salvatore in Cælum ascendente dictum fuit, illum eodem modo quo ascendebat descendurum, ita de Elia dici potest, illum hæc in re imitaturum Salvatorem, quoniam rediit in sæculorum finem in hæc Mundum in igneo curru, hoc est cum ardenti zelo gloriæ Dei, & quemadmodum Filius Dei revertitur homines judicaturus, ita Sanctum Prophetam ad eos hinc iudicio præparandos venturum.

Si Scriptura testatur S. Joannem Baptistam esse mortaliū omnium maximum hac præcipue de causa, quia erat Jesu Christi præcursor, tantamque sustinebat dignitatem summis virtutibus, non ne dicere fas est, ipsam etiam S. Eliam esse hujus elogiū participem? & cum Dei Filius dixerit, Joannem Baptistam esse Eliam, celebrasse utriusque hujus Præcursoris elogium, cum utriusque nomen idem, munus idem, eundem zelum, & easdem qualitates contulerit. Videtur etiam Eliam S. Joanni præferre, quia S. Joannes nullum fecit miraculum; Joannes quidem signum fecit nullum, cum e contra Elia Prophetæ vita non aliud sit, quam series miraculorum. Joannes Baptistam cunctæ Judææ Agnum ostendit, qui venerat deleturus mundi peccata: Elia

Elie raptus Ascensionis Domini figuram.

Comparatio S. Joannis Baptistæ cum Elia Propheta.

Joan. 30.

veniet terræ universæ ostensus Agnum Dei, qui judicare debet vivos, & mortuos, ejusque nuntiaturus adventum. Joannes Baptistam primum adventum nuntiavit in spiritu penitentiae, & humilitatis, quia Salvator se ipsum humiliare debebat, & penitentiam, atque crucis mortem amplecti. Elia venit tamquam majestatis supræ Præcursor, cujus præsentia universi fundamenta concutiet. Duo hi præcursores eundem fortientur exitum; Joannes enim Baptistam fuit victima & incestæ Herodiadis, & raptoris illius; Elia autem erit victima furoris monstri novissimi, quod audebit insurgere contra Majestatem Dei. Sed in hoc se beator, quia moriens tyranno huic mortem inferet, & vitam pro Domini sui gloria amittens, pœnas reposcet mortis suæ ab importunissimo, & nequissimo inimico. *Mortuus Elia reservatur*; Tertullianus ait, ut *Antichristum suo sanguine attingat*. Magnus hic Propheta erit in prælio suo gloriosus, quodammodo triumpho suo tumulabitur: *proprio sepultus triumpho*, S. Ambrosius inquit loquens de Juda Machabæo. Dum viveret secutus est vias justitiæ, inveniet gloriam suam in sepultura.

Admirabilis est Deus in ea Providentiâ, quam semper constanter servavit, ut tueretur, sustineret, atque ad beatum finem adduceret eos, qui sunt illius. Omnibus veteris, novæque legis temporibus intuemur nitentia hæc indicia divinæ erga populum suum bonitatis. Etenim cur Prophetam Eliam suscitavit, ut eundem miseret ad Ahab? ut cohiberet ardorem, quo impius ille rex, & Jezebel ejus uxor falsa, depræbant nuptia; ut penitus idolorum cultum convelleret, ut de terra Israhel extruderet abominabilem Dæmonum cultum, ut paucos fideles, qui in hoc Regno reperiebantur, in unius Dei fide confirmaret. Ideo dedit Elie Deum zelum igneum, & robur invictum, quo tyrannis, pseudo Sacerdotibus Baal, omnibusque idolorum cultoribus resisteret. Ita Deus opposuerat Moysen servum suum Regi Pharaoni populum Dei opprimentem, ut per illum hic a servitute durissima liberaretur. Hac de causa Regi Jeroboam, qui aures populi fuerat ut a populo coleretur, Ahiam Prophetam opposuit; neque aliter Manasse crudeli objecit Isaiam, & Machabæos Antiocho: & in nova lege non ne videmus, Ariana Hæresi per universum terrarum orbem grassante, Deum rapidissimo torrenti huic Magnum Athanasium objecisse? Ita S. Augustinus impugnavit, expugnavitque Pelagianos; S. Cyrillus Nestorianos; S. Joannes Damascenus Iconoclastas; S. Dominicus Albigenes; S. Ignatius, aliique plures eruditi viri Lutheranos, Calvinistas, omniaque monstra, quæ novissimis hæcæ temporibus prodire. Admiramur hunc Sanctum hominem, qui fuit visibilis imago Salvatoris, quemadmodum S. Augustinus animadvertit per hæc verba: *Elia oravit, & mox obtulit Sacrificium*. Similiter Jesus Christus oravit, & obtulit se Sacrificium pro universo Mundo. Elia oravit in Monte Carmelo: Jesus Christus oravit in Monte Olivarum; oravit ille ut pluvia in terram dilaberetur; & Dei Filius oravit, ut in hominum corda gratia descenderet. Nubecula, quæ a mari surgere visa est, representabat humanitatem Salvatoris, qui ab hoc mundo, tamquam nebula a mari, se debebat attollere. Sicut ad Elie preces post triennium pluvia descendit in terram, ita post triennium, paulo magis, prædicationis Filii Dei, verbum illius tamquam fecundus imber feliciter inundavit terram; & sicut tunc Elia omnes Idolorum Sacerdotes exterminavit, ita Salvator everit cultum Sacrilegum omnium impietatum gentilitatis.

Applicationes aliquorum Scripturæ locorum ad huc argumentum.

**H**omo Dei. 4. Reg. 1. Cum Scriptura nobis S. Elie proponit encomium, quia illius nobilitatem vel generis antiquitatem consideret, dicit, quid-

Libro de anima.

Quemadmodum Dei Providentiâ opposuit Eliam impietati Achab, similiter Ecclesiâ istam ornabitur summas virtus, quæ opponat hæreticis.

Jure in Scripturis Elia Homo Dei nuncupatur.

Maximum Elogiū quo Propheta Elia celebrari possit, est illum hominem Dei appellare.

quidquid de illo dici potest, affirmans hunc Dei nuntium esse, & si minus nativitatem de Cælo haurit; inde tamen hausit Missionem, auctoritatem, & magnitudinem, dicens hunc Dei hominem esse. *Homo Dei*. Cum Sancti hujus Prophetæ elogium hoc consideratur, tantum est, ut nihil eloquentia addi posse videatur: & hanc nil aliud efficere posse, quàm aperire, & explicare mirabilia, quæ hoc verbo continentur. Hæc autem videtur fuisse mens Spiritus Sancti nobis ostendendi divinum hunc hominem absolutissimum esse Verbi Incarnati imaginem, & quemadmodum hic est *Homo Deus*, ille sit *Homo Dei*. Quod si Pater Æternus mirum perfecit opus in terra in persona Verbi hominis facti; voluit, illius nobis antea specimen proponere in Elia; & antequam daret mundo hominem Deum, voluit dare eidem hominem Dei tamquam artham suæ promissionis. Et sanè Propheta Elia admirabilem habet similitudinem cum Filio Dei; & si omnes veteris Testamenti Sancti figurae sunt Christi Jesu, dicere possumus Eliam esse perfectissimam. Prædixerunt Angeli Nativitatem Salvatoris Mundi; at illam etiam Elia annuntiavit. Filius Dei finis est legis antiquæ, & novæ principium. Elia novus est, quo utraque necitur, quia pertinet ad utramque, & quia natus sub prioribus, sub altera moriturus est. Dei Filius est Martyr Patris sui, & in temporum plenitudine pro ejusdem gloria mortuus est; Elia verò Martyr est Jesu Christi, qui propter illum in seculorum fine moriturus est. Sed admirabilior congruentia hæc est, quemadmodum Jesus Christus simul Homo, & Deus est, qui in omnibus temporum differentis invenitur, & secundum S. Pauli verba, olim fuit, in præsentiarum est, eritque semper impostum: ita Elia Propheta dicere potest se in Judaica Ecclesia fuisse, se in beatorum Ecclesia esse, atque futurum esse in Ecclesia Christiana; se in prima Prophetas omnes zelo superasse; in altera se beatum esse, quamvis sit adhuc viator, in tertia tandem se Martyrum omnium novissimum esse futurum. *P. Senult Præbyter Oratorii.*

*Homo Dei*. Cognomen, quo Spiritus Sanctus Eliam Prophetam dignatur, illum Dei hominem vocans, nobis ostendit, se in illo fuisse, illum per motum ipsius egisse, non nisi gloriam ejus quævisse, & in terris non alia de causa vixisse, nisi ut imperii ipsius fines protenderet. Generales Principis alicujus Ministri vulgò homines Regis appellantur, quia illius voluntatem populis significant, quia illius jura facta recta mentur, quia illius personam representant, ejusque sustinent auctoritatem. Aequali jure Propheta noster *Homo Dei* appellandus erat, quia Dei nomine operabatur, quia illius aras tuebatur, quia illius injurias ulcisciebatur, ejusque inimicos persequebatur. Et profectò magnus hic Propheta nil aliud quærebat, quàm Domini sui gloriam: voti sui compos erat cum Populus Dei Legem observabat, cum holocaustis aras onerabat, efficiebatque ut Templi fornices laudibus ejus personarent. E contra verò merore conficiebatur cum populus recedebat a Deo, cum litabat Dæmoniis, & obliviscatur beneficiorum, quibus a Liberatore suo fuerat cumulatus. Sanctus hic Propheta satis ostendit se hominem esse Dei superbo illi Achab præfecto, qui Prophetam illum capere jussit, cum quinquaginta militibus suis accessit, & vocis tono, quo uti solent abjectæ anime, quæ servos Dei opprimentes putant sibi cum contemptibilibus hominibus rem esse, inquit illi; Homo Dei, Rex imperat, ut descendas. Intellexit Elia per irrisionem se Dei hominem appellari; & cum in speciem honor sibi deferretur, te ipsa, affici delectore. Sed magis commotus gloria Dei, qui in persona sua convitiis afficiebatur, quam propria, repetit verba ducis igneo illo spiritu, quo agere confueverat, responditque: Si homo Dei sum, descendat ignis de Cælo, qui devoret te, & quinquaginta milites tuos. Dictum, factum. Fecit Deus ut quinquagenarius ille experiretur, & *Hosby, Pang. Tom. II.*

omnis terra cognosceret, Eliam verè Dei hominem esse, non solum propter generalem hunc titulum, qui omnibus hominibus communis est, vel propterea quod ipsi singularis sit inanimi Deorum cultum repellenti, quod aliis pluribus est commune; sed propter gratiæ profusæ peculiaris singularitatem, quæ secundum nostram loquendi rationem, efficit, ut hominem Regis illum vocemus, qui est illi maximè necessarius, ejusque Minister. Hoc patet Elia erat Homo Dei, quia representabat Deum in terra, habebatque potentiam illius in manibus suis, quemadmodum ostendit in hac occasione.

*Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum*, 3. Reg. cap. 17. Si verba hæc indignitatem ardentem Elia Prophetæ zelum, tempus, & locus, ubi prolata fuere, multò magis hoc ostendunt. Hic enim Sanctus vir exagitatus fugiebat a furore impie Jezebel, & nullam inveniens in urbibus securitatem, in leonum speluncis delituerat. Hoc in loco illi apparuit Angelus, qui ab illo quaerit suæ solitudinis, dolorisque causam: *Quid agis Elia?* Interrogatio hæc inutilis fuisse videtur; Angelus enim satis sciebat Elia marorem, & fugæ causam: sed si mihi liceret respondere pro illo, dicerem, ipsum dolere quod ab infidele Regina exagitaretur, quod inter feras se se recipere cogeretur ad hominum furoribus vitandum; dolere, quod quodammodo derelictus esset a Deo, pro quo adeò crudeliter illum persequebantur; dolere, & conqueri quod in exilio suo sibi desit cibis; & quod si leones personæ suæ pepererint, fames, qua decoratur, visceribus ejus non parceret. Omnes hæc responsiones rationabiles fuissent, neque imbrobari potuissent Propheta tot malis cumulatus, si Angelo interroganti hæc reddidisset. Verum cum lingua fidelis est cordis interpres, & verba nostra explicant cogitationes nostras, quibus occupamur, Elia queritur solum de injuriis, quæ inferuntur Deo; non nisi de populi sui queritur infidelitate, & oblitus malorum, quæ passus est, & periculorum, quæ imminet sibi, id unum quaerit, quod pertinet ad gloriam Dei: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum*. Zelus meus parit dolorem meum, Judæorum nova causa est mei supplicii; ideo mareo, quia ingratus est populus, & Deus dedecore afficitur. Nos nequam essemus ita ab omni cupiditate alieni. Magis persecutionibus nostris afflictemur, quam gloria Dei, fateamur oportet, & si vel exulare cogemur, vel coniectemur in carcerem propter nomen illius, saltem tantum de nostris cruciatibus, quàm de injuriis ejusdem quæremur.

*Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Psal. 22. Egressus Propheta ex profunda illa solitudine, quod concesserat prope torrentem Carith, justus fuit in alienam migrare terram, & urbem Sidoniorum, Sacerpa nuncupatam ibi securitatem inventurus, quam in patria habere non poterat. Divinus hic homo paruit eadem fidelitate, qua paruerat eandem ingressus solitudinem. Statim exiit, sine ullo metu in alienum Regnum, & idolorum cultui ad dictum profecturus, ubi Jezebel ortum sortita fuerat, quippe qua filia erat Regis Sidoniorum; & pergit eò, quin agnoscat vel mulierem, a qua alienus est, vel locum ubi illam possit invenire. Illi satis est Deum, tamquam itineris sui ducem sequi. *Dominus regit me*. Infelix hic Elia status non mover; scimus enim felicem exitum, qui contigit illi. Sed si humane rationi aures præbere voluisset, & loqui, ut nos, quibus est modicum fidei, quid ille dicere potuisset? Quibus terroribus fuisset ille agitatus? Numquid ignorabat eandem tot Prophetarum, qui ad nutum Jezebel trucidabantur? Numquid ignorabat, Reginam hanc quadringentorum pseudo prophetarum, quos ipsa alebat, furore agitaram, id unum spectare, ut ipsam caperet, morti illudaturam; eamque satis ipsi non fuisset Eliam in toto Regno suo diligenti indagine perquisivisse, per virum suum Regem enixè flagitate finibus Principes, ut si quid de Elia audivissent, sibi nunti-

Prompta, ac fidelis obediencia illi mandatis Dei præcipiens ut solâ veritate & ingreualio ubi nullam majorem habuerat erat pro vita sua securitatem.



tiarent, ut ubicumque illum invenire potuissent, caprum ad ipsam mitterent? Attamen in eadem regione, ubi Regina illa nata fuerat, Deus Prophetam suum mittit, ut ibi securitatem inveniat.

Usquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si autem Baal, sequimini illum. 3. Reg. 17. Numquid asserri potest magis energetica hac Eliæ Prophetæ adhortatione? Nonne ibi palam enitescit zelus pro Dei gloria, & pro populi salute? His sermonibus Evangelii placita in antecessum usurpabat: neminem duobus dominis servire posse; verum Deum pati non posse divisionem in cultu, qui sibi adhibetur: in alterutraque partem esse abeundum, quia connectere quis conetur, quæ omnino connectenda non sunt; quibus rationibus ille ab errore Israelitis avocare satagebat. Verum nonne ad hanc quoque diem Prophetæ singulis hujus temporis fidelibus eadem loquitur? Ille modò etiam nobis prædicat Deum nil magis perhorrescere, quam scelus hoc, quod in Christiana Religione sancire contendimus non quidem exterioris cultus idololorum cum Jesu Christi cultu, quod non perferretur; sed alterius subtilioris idololatriæ, quæ hominem facit divitiarum cultorem, & idololatram modò mundi, modò sui ipsius, ita ut Deo speciem tantummodo tribuat, dæmoni verò sæculi consecret sui cordis amorem. Hic idem Prophetæ nobis dicit: Usquequò claudicatis in duas partes? Usquequò ibitis hodie ad spectacula, cras ad pœnitentiæ tribunal; hodie servi Belial, cras servi Domini; modò in periculosis locis cietatis, mox in iis, quæ ad pietatem pertinent?

Et nunc, Reges, intelligite: erudimini, qui judicatis terram. Psalm. 2. Omnis Regum potestas sit inutilis, cum ita imperare Deo placet. Eorum potentia suos habet fines, quos illi numquam prætergrediuntur, quoniam potestatem suam veluti depositi loco habent, & illa pendet a Deo. Videte Achab, Regem hunc cujus furor par erat impietati. Ubique conquirit vult in oppidis, & pagis, in desertis, & agris, in antris, & nemoribus, ut illum tanquam fontem malorum omnium, quibus Israel premebatur, occidant. Prophetæ apud Regem hunc, qui sedulo eum quæsiverat, apparet ultro; Elias confundit impium hunc regem, Deos, & Prophetas ejus, additque irrisioni exprobrationibus, omnes pseudo-Prophetas Baal, se inspectante jussit occidi. Achab, dum hæc ageret Prophetæ Dei, invisibili quadam virtute vincens obstupescit, quin audeat attingere illum, qui aded plenus videbatur spiritu, & virtute Altissimi. Quadringenti Pseudo-Prophetæ coram Eliâ magis infirmi sunt, quam aranæ tela, cum vult Deus ostendere gloriam nominis sui. Nolite igitur confidere in brachio carneo potentes Mundi, qui efficere vultis, ut coram vobis terra contremiscat! Mementote lapillum de monte sine ulla humanæ manus ope immanem evertisse colossum: Magnitudinem vestram mobili arenæ inniti, & humiliamini intuitu pœnas, quas Deus illis præparat, qui sunt similes vestri.

Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Matth. 27. Actibus suis reddet Deo omnem gloriam, quam inimicus illi eripuerit per scelera sua, idque quatenus Apostolus, Hæc non est dignitas nimis sublimis huic homini, asserere illum cum Apostoli qualitate rediturum. Hoc nomine illum S. Ambrosius appellat, cum ait Eliam, & Henoch cum hoc titulo venturos esse. Henoch, & Elias, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli. Quænam insuetæ missio! videre procedentem hominem tria, aut quatuor annorum millia natum, veteris Testamenti hominem, divinitus servatum, ut sub sæculorum finem prædicet Evangelium. Quodnam spectaculum videre illum iterum prodire in Mundum, sed eadem potestate, & eadem cura, qua Apostoli, cum missi fuerunt a Filio Dei ad convertendas gentes; præcitate absoluta operabitur miracula cum gratia prædicationis, cum primorum Apostolorum luminibus, indurus sacco pœnitentiæ, & mortificationis, quemadmodum testatur Apoca-

Animadvertio in hac verba quæ Elias dixit Pseudo-Prophetis Baal, Matth. 6.

Quid percipere debeant principes Mundi ex eade Pseudo-Prophetarum quos Elias coram Achab jussit occidi.

Elias veniet velut Apostolus in mundi fine.

lysis. Celebres quidem Doctores animadvertunt, a probabilitatis specie non abhorreere, ea in occasione Eliam habiturum esse aliquid de Apostolorum S. Petri, & ad tempus futurum vices Capitis visibilis Ecclesiæ. Credunt quemadmodum Sancti Petrus, & Paulus ad illam fundandam missi fuerunt, Henoch, & Eliam mittendos esse ad eam propagandam, cum hoc tamen discrimine, quod Henoch prædicaturus sit gentibus, ut S. Paulus, Elias verò Judæis, ut S. Petrus; & sicuti S. Petrus, qui peculiariter Judæorum salutem operam dabat, constitutus fuit Ecclesiæ caput; ita Eliam novissimis illis temporibus eandem consecuturum esse dignitatem. Sed quemodocumque sit de hoc Apostolatus ejus caractere dicimus, illum credito sibi munere perfunditurum esse eo zelo, qui tantum decet ministerium, atque victorias, quas olim reportavit, sed convenientes statui Ecclesiæ infelici.

Usquequò claudicatis in duas partes? Cum Elias in Carmelo Pseudo-Prophetas confundere voluit, omnes oculos suos intenderunt in eum; non obstupuerunt videntes hinc quidem virum unum, inde verò tot Pseudo-Prophetas; & populus omnis arrectis auribus attentus erat ad audienda ea, quæ ille dicere vellet. Elias factus Præco veritatis in frequentissima concione loquens vult qui omnes dicendi ambages effugit, incæpit ita verba facere: Usquequò claudicatis in duas partes? modò Deum verum, modò idola vestra secuti. Si Deus est verus Deus, sequimini illum. Sin autem Baal, sequimini hunc. Tunc siluit, & nemo illi respondit; omnesque percussu fuerunt hoc verbo, quod Prophetæ vehementia fulciebat. Optandum esset, ut ignita hæc verba non ad Judæorum populos dumtaxat dirigerentur; sed ille de insignis montis vertice ad nos usque jacularetur, ut nobismet nostram mobilitatem, & voluntatis inconstantiam exprobraret, nobis inquam, qui volumus duobus servire dominis toties nosmet dividentes inter Deum, & Mundum, Deum per intervalla sequentes, & mox omnes affectiones nostras impendentem Mundo injusta partitione, quam Deus, qui individuus est, ferre non potest; & quæ illum multò magis offendit, quam ipsi offendamur claudicantem intueri. Hic est, S. Augustinus ait; Hic est, o Christiane, animæ tuæ status, cum vitam sanctam præteris, & vitam profusam aliam ducis, & profusam operam; cum nomine tenus Christianus es, & vis uti Ethnicus, cum quin præstes fidem eorum, quæ pollicitus es Deo, in thod in Templum confugis oraturus, & mox curris ad solatia. Cur claudicas in duas partes? Si detrevisti servire Deo, ser- va ejus mandata, sin Mundo; ne hypocritism sequaris; palam alterutra partem elige, & ne similes te velle adherere lico.

Mortuum prophetæ corpus ejus. Eccli. 48. Postquam Antichristus Prophetam Eliam interfecerit, exponet triduo corpus illius in viis Jerusalem ad splendorem suum, uti in Apocalypsi scriptum est; Sed de Sancto hoc corpore dici poterit, quod dixit Spiritus Sanctus de corpore Elisæ discipuli ejusdem, illud videlicet etiam post mortem prophetare. Quia mortis ejusdem spectaculum palam probabit Evangelii veritatem; & sicuti Martyrum omnium sanguis manifestum est testimonium gloriæ Filii Dei; procul dubio sanguis Eliæ annuntiabit illam voce æquè efficaci, quia cum admirabili zelo fuerit effusus. Apponet sigillum reliquis Martyribus, & sanguine suo confirmabit omnia Oracula sanguinis eorum. Mortuum adhuc prophetabit, quia deposcet ultionem contra impium hunc. Et sanè precibus potissimum Eliæ Martyris, & voci sanguinis illius, Tertullianus Antichristi mortem refert acceptam. Dicit Henoch, & Eliam servatos esse ad illum suo sanguine extinguendum; & innuit, hunc ab illis dupliciter extinctum iri, primum quod evertere debent ejus consilia, & opera; mox quia eidem inferent mortem: namque hanc obtinebunt votis suis, extremisque crucis sui vocibus. Nonne post hæc æquum est, Eliam rursus

V. 2. quæ Elias confudit pseudo-Prophetas congregatos in monte Carmelo, & quid ex illius sermone percipere debeamus.

Effusus, quem pariter Martyrum Prophetæ Eliæ sub finem sæculorum.

rursus in cælum ascendere, non quidem igneo vectum curra; sed cum glorioso corpore, ut videat per hanc elevationem Apostolatam, Martyri- umque suum confirmari?

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiæ Sanctorum Patrum hujus argumenti.

Elias Prophetarum excellentissimus. S. Augustinus. Elias tyrum Christi gerens. Lib. de Oper. & Elemosol. Summus Prophetarum. Theodoretus in 3. Reg. cap. 17.

Prophetarum Caput. S. Chrysof. homil. 18. Operibus Christum demonstravit Elias Thebites. Basilus Seleuc. Orat. 40. Henoch, & Elias, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli. S. Ambrosius.

Cum natus esset Elias, vidit illum Pater salutaris ab Angelis, & igne tanquam fascis involvi, & flamma ignis velut cibo ali. S. Epiphanius. Elias maximo ardore Dei succensus. S. Chryso- stomus in Psalm. 14.

In tam multis idololatriæ tenebris, solum Eliam Deus victorem facit tenebrarum. Idem sermone de Elia. Clavis calorum sit sermo Eliæ, jubet, & claudat culam, orat, & postmodum aperitur. Idem ibidem.

Mortuus Elias reservatur, ut Antichristum sanguine suo extinguat. Tertull. lib. 6. de anima. Ne dum gustata morte aternitatis candidatus. Tertull. adversus Judæos agens de Henoch. Alis Charitatis volavit Elias, curru igneo, & equis igneis ad supra translatus. S. Ambros. l. 5. de Trinit. c. 14.

Notus Princeps Elias, noster Elisæus, nostri duces filii Prophetarum, qui habitant in agris, & foliandibus, & faciebant sibi Tabernacula prope fontem Jordanis. S. Hieron. Epist. 13. ad Paulinum. In veteri testamento Professoris hujus (nempe vitæ Eremiticæ) fundasse primordia, Eliam scilicet & Elisæum, divinarum scripturarum autoritate monstratur. Cassianus l. 1. Institut. c. 2.

Omnes divites vincibat Elias, quoniam pauper erat; ipsam verò paupertatem ex mentis opulentiâ elegit. S. Chrysostomus homil. 2. ad Populum Antiochenum.

Anachoreta vastos recessus penetrare non timent; ad imitationem scilicet Joannis Baptistæ, Elia quoque, & Elisæ. Cassianus collat. 8. Omnes quotquot ad exemplum Prophete illius Eliæ vitam suam instituant, ornamentum Ecclesiæ sunt. Gregorius Nyssenus homil. 7. in Cant.

S. Antonius ad vasta deserti, & hominibus arida loca contendit, Elia Propheta secutus exemplum. S. Basil. in laud. S. Gordii.

Hujus vite normam in Veteri Testamento Elias capie, Elisæus autem discipulorum collegio dilatavit. Petrus Damiani opuscul. 15. c. 2. Elias ibi (nempe in Paradiso terrestri) in magna jam carnis, & spiritus quere vivit vivetque usque, ut ad finem mundi redeat, & debitum mortis solvat. S. Gregor. homil. 20. in Evang.

Enoch raptus, Elias translatus, felices planè, quia soli jam Deo vivunt, soli vœant intelligendo, dirigendo, fruendo. S. Bernard. Serm. 6. de Alcention.

Elias fuit forma justitiæ, sanctitatis speculum, pietatis exemplar, fidei defensor, doctor Israelis, refugium oppressorum pauperum, Advocatus, Judex Viduarum, ultor scelerum, malleus tyrannorum, Prophetæ Altissimi, Præcor Christi, Christus Domini, Deus Achab, idololatriarum fulmen. Idem in fine lib. 4. de Consideratione.

Elias Sacerdos magnus, atque Propheta habitator solitudinis, sive plenas devotione summus in laboribus, Paneg. Thom. 11.

ribus fortis, industria solers, in sancta meditatione assiduus, mentisque moris intrepidus. S. Isidorus lib. de ortu, & interitu Prophetæ.

Elias omnibus Prophetis sanctior fuit. D. Thomas in Matth. c. 17.

Angelis ducentibus raptus ad cælum est, & quadriga ignea impositus quasi in quadam triumpho victor ascendit, non gentium barbararum, sed secularium voluptatum, squidem graviores sunt inimici, mali mores, quam hostes infesti. S. Ambros. serm. 1. de Elia.

Elias curru igneo in cælum sublevatus asseritur, quia profectò ad superna gaudia sustollit non poterit, qui ea per alta, & ferventia desideria non inquirat. S. Gregorius 4. Reg. cap. 9.

Elias ad cælum ire festinans, non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo vestimenta dimittit. S. Hieronymus Epist. 14.

PARAGRAPHUS V.

Quidquid ex Theologia fontibus hoc in argumento hauriri potest.

Christi fidelibus hodierna die satis persuasum non est de necessitate colendi Prophetas divinos illos homines, qui verbis suis, factis, at tota vite sue ratione in antecessum nuntiabant Jesum Christum, qui post ipsos venturus erat, & qui illius tantum erant figura. Nequaquam attendi sumus ad considerandum fulgorem harum lampadam aded nitentium, quas accendit Deus, ut noctu luceant nobis, & quæ verum solem præcesserunt, qui non multo post oriturus erat in mundo, quamquam S. Petrus, qui post Jesum Christum caput est Ecclesiæ sanctæ, fideles ad id hortetur, immo supponat etiam, id fieri. Habetis firmiorum prophetarum sermonem, cui bene facitis attendentes. Sanctus enim hic Apostolus non ignorabat, Prophetarum scripta, multo magis esse pro Ecclesia, quam pro Judæis, & quidquid sub eorum cortice lateret, & qui eorum fructus, ac finis est, ad nos sine ulla computatione potius, quam ad hunc populum pertinere. Deus ex eo tempore cogitabat de nobis; & illis ipsis, qui hos admirabiles libros scribebant, observabatur ante mentis oculos novus hic populus, quem Deus aliquando sibi formaturus erat, magis quam populus ille in quo vivebant. Quamobrem indefinenter peroptabant beatum hoc tempus, & ardentè optabant videre mirabilia, quæ oculis nostris usurpamus, & audire verba, quæ nostris auribus accidunt; sed quæ per summam infelicitatem nostram videmus, & audimus quin afficiamur. Elias Propheta, eximius ille homo Dei, non fecit solum actiones aliquas perfunditorias, quemadmodum Prophetarum plurimi, de quibus Scriptura pauca refert, & quorum, quod de nonnullis intelligendum est, vix superest nomen. Diutina illi perferenda fuit persecutio, & pluribus in occasionibus patet intrepidum zelum, quo pro Dei gloria flagrabat. Videtur Deus ut illi aperiret certamen magno ejusdem animo dignum, data opera efficere voluisse, ut nasceretur dum regnaret omnium Regum Israel nequissimus, ut haberet in hujus Prophetæ persona, cujus zelus nullis finibus coerceretur hominem animatum, ac imperterritum, quem objiceret scelestissimo Achab Principi, cujus impietas ad extremum evaserat.

Hic sanè verus est caracter sanctitatis Eliæ, zelus ardens propter Deum & spiritus ignitus pro gloria ipsius. Nam licet omnes Sancti generationi habeant hunc zeli spiritum pro Dei honore, varias ingrediuntur vias, ut ipsam producant; & ferendum eandem varietatem honorum, atque temperamentorum varia habent zeli genera, variisque vires: seu quod voluerit Deus varia gratiarum suarum genera naturæ accommodare, ut illos ad agendum promptiores efficeret, seu ad Ecclesiæ ornamentum uti voluerit variis generibus Sanctitatis, que

Verus Elias Propheta caracter zeli est boni spiritus Dei illius ab illo re ipsorum sanctorum.

que hinc quidem variis hominum temperamentis, inde vero divinis perfectionibus congruerent. Ita non defuerunt Sancti, qui Deum tristi, sanctaque sanctitate coluerunt, qui gloriam ejus quaesierunt in desertis: aliorum ingenium mitius erat, & sanctitas horum humanarum infirmitatum miseratione firmabatur. Sed aliorum sanctitas rigida, & severa fuit, qui se ipsos jugibus mortificationibus, ac perpetua egestate damnare voluerunt. Dicere possumus, Eliam quodammodo in persona sua diversa hanc sanctitatum genera fuisse complexum: habuisse solitariam sanctitatem in desertis, ubi secretam vitam duxit, habuisse sanctitatem misericordem in auxiliis, qua nonnumquam proximo praestitit; sed sanctitas illius sanctitas fuit imperiosa, zelus severus, & ardens. In hoc Dei gratia operam suam impendit in hujus Prophetae corde ut inde faceret imaginem, atque instrumentum justitiae suae.

Videtur Deus illi communi-casse potestatem suam, & absolutam in omnia creatura.

Deus, qui volebat Eliam esse gloriae suae praesidium coram Regibus, & populis, absolutam illi contulerat potestatem in astra, & clementia, & quamvis dicat Theologia, non posse Deum creaturae communicare absolutam super Universam potestatem, hoc tamen Eliae privilegium videtur concessisse, sed ut palam fieret Eliam ab ipso Deo acceptum illud tenere, potestatem, & miracula illius orationibus ejusdem alligat. Deus nullibi potentior videtur, quam in caelo: attamen Eliae verbum caeli ejusdem clavem habet, S. Joannes Chryso-stomus inquit: *Clavis caelorum fit sermo Eliae*. Caelum claudit, ubi vult, ac imbres in nubibus detinet; caelumque item aperit, ubi vult. Ignis ex omnibus elementis melius Dei potestatem ostendit, ideoque symbolum est divinitatis. Attamen Propheta noster illius habet imperium; efficit, ubi vult, ut contra elementa naturam descendat. Sed cuiam contulit Deus adeo lucentia privilegia? homini simili nobis, uti S. Jacobus animadvertit. *Elias homo erat similis nobis*. Dicit posset hoc factum vel in praemium sanctitatis suae, vel ad ostendendum Oratoris imperium. Sed addere possumus, hoc factum, ut sua mandata exequeretur. Res est illi cum Idololatriis, debet illis probare Deorum suorum vanitatem, & impotentiam; quomodo vero id melius facere poterat, quam per manifesta miracula?

Facili s.

Quomodo Eliae usus est potestate sua.

Duae partes in potestate Dei possunt animadverti, altera, quae punit, altera quae miseretur: altera quae opem, altera, quae poenam infert. Eliam autem Prophetam ratio usum fuisse reperio miti hac, & misericordiae potestate. Sed longe aliis conditionibus Incarnato Verbo collatum fuit Universorum imperium. Hoc ille numquam ferere usus est, nisi ut hominibus gratificaretur; quapropter S. Clemens Alexandrinus Salvatorem appellat, benignitatis Dei instrumentum: vel si quando pro gloria Patris sui utendum illi est ea potentiae parte, quae nocere potest: S. Isidorus animadvertit; illum hac usum fuisse dumtaxat contra scelestam, quam illius maledictum sterilem fecit. Sed Propheta noster e contra ratio usum est potestate sua, ut beneficeret, sed fere semper, ut puniret. Pro uno miraculo, quod operatus est ut viduae escam praeberet, infinitum mortalium numerum fame enecavit; pro puero, quem ab inferis revocavit, in vitae periculum adduxit centum hominum millia. Manu tener caeli clavem, sed ut illud claudat, & terribilem illam pariat siccitatem, quae ultra triennium saevit, quin etiam opus fuit, ut videtur, Deum quadam uti dexteritate, ut sceleret hujus Prophetae cor, atque illum urgeret, ut suae misericordiae motibus obsequeretur. De caelo ignem detrahit, sed ut eos absumeret, qui a Rege missi venerant ut ipsum comprehenderent. Iterum illum super sacrificium suum dilabi facit, sed ut morte puniat Sacerdotes Baal, eosque Dei gloriae sacrificet? O Admirabilem Dei Providentiam! quae justitiae ac potentiae suae fulmina posuit in manibus hominis vehementis, atque audientis, qualis erat Elias, & secuta est, ut ita dicam, motus omnes, om-

nemque zeli ipsius feveritatem. Vultus rei hujus causam exploratam habere? Hac est, quia ita necessitas temporum flagitabat. In lege gratiae, & lenitatis, quemadmodum S. hic animadvertit, Deus uti volebat misericordia; & delere peccatum, servando peccatorem; sed in lege timoris, quod erat tempus feveritatis, volebat uti justitia delendo peccatum & morte mulctando peccatorem.

Quemadmodum Ecclesia duplicem agnoscit adventum Filii Dei, ita duos etiam praerurfos agnoscit. Primus fuit Joannes Baptista, alter erit Elias: Joannes Baptista egressus est de deserto ut ostenderet Filium Dei, & vocem suam cum Patris Aeterni voce conjungens, omnem docuit Palaestinae, ipsum esse agnum Dei, qui mundi peccata erat ablaturus. Venit humilis, & poenitens, quia adventus, cujus erat Praerurfus, clam erat peragendus, & quia Salvator celare debebat gloriam suam, ut nostrae salutis opus perficeret. Praerurfus iste vitam amisit pro virtute tuenda, & qui fuerat testis Filii Dei, meruit esse victima castitatis. Strenue se se opposuit Herodi impio, & ostendit, secleri peractum non esse vel in ipsa Principum, & potentatum Mundi persona. Sanctus hic Propheta Elias descendit aliquando de loco ubi illum posuit Deus, ut Mundum admoneat de sui Judicis adventu. Attollet vocem suam, & ad omnes terrae nationes loquens eas terrore, ac formidine replebit. Venit cum majestate, & fortasse idem ille curus, quod translatus fuit, ipsum revehet in terras, ut ex Ministri splendore judicium fiat de Majestate Domini, qui illum est subsecuturus. Rationes suas miraculis confirmabit; & non minus potens post reditum, quam ante decessum, terram commovebit, caeli influxus suspendet, & ad noxios perterrendos de caelo fulmina eliciet. Strenue aggredietur gravissimum Filii Dei inimicum; indicet huic monstro quod in Scripturis homo peccati vocatur, bellum: & donec universus terrarum orbis innanibus illius praestigiiis deceptus aras illi ponet, & delubra edificabit, Homo Dei illius impotentiam exprobrabit, illi praedicet interitum, & in eum suam feret sententiam.

Elias erit praerurfus Filii Dei in altero ejus adventu, ut olim fuit S. Joannes Baptista in primo.

Credendum non est, Prophetam Eliam eod quod in caelum sublatus fuit, vel in terrestrem Paradisum cessare, quin in primum suum contendat finem constituendae gloriae Dei cum secreta, & miraculosa hac vita, quam in hoc statu ducit, cum dumtaxat in illo figit commercium, quod habet cum Deo. Haud ita; ille se extendit quodammodo, & super novissima Synagoga tempora, quae post illius raptum usque ad Incarnationem fluxerunt, & mox super omnem Ecclesiam, ita ut postquam Dei gloriam tutatus fuerit contra superstitiones idololatriarum, illam ad hanc usque diem contra malorum Fidelium scelera tueatur. Nam cum Ecclesia edificata fuerit super Gentilitatis excidium, daemones conantur in fidelium mores invehere alterius generis idololatriam; possumus enim Christianorum vitia vocare idololatriam actionum & praxeos, & de peccatis omnibus dicere possumus, quod S. Paulus de Avaritia, quam veram idolorum servitutem appellat. Nonne hoc satis est ad iterum animandum S. Eliae zelum, eumque educendum ex adytis remotae illius solitudinis ut Ecclesiam protegat contra perfectiones adeo periculosas, & Dei gloriam contra vitiorum impetum tueatur?

Li. de Elias Prophe a ut in loco quietis statum pro Ecclesiae utilitate laborat, & pro illa eundem habet zelum, ac olim pro populo Dei.

Consideremus qualitates Martyrii hujus Sancti Prophetae, ut illius praestantiam intelligamus. Si diuturnitas, quae supplicium comitatur, hoc efficit gravius, & si plures facinus Martyres, qui plures catenas perpassi sunt, plures carceres sanctificaverunt, plura tormenta perpassi sunt, pluresque superant carnales, ferendum est, nullum esse Martyrem, cui Propheta Elias palmam hanc non praeripiat. Nam praeterquamquod ille certavit cum nequissimo Tyranno, cujus crudelitate experta unquam fuerit Ecclesia, fatigabit tortorum patientiam, stuporem inficiet infidelibus constantiam, & rediget Antichristum ad desperationem licentia; gloriam potest,

Servissimum erit Sancti hujus Prophetae Martyrium.

test, Martyrium suum ab ipsa pueritia initium duxisse, in eo, ubi est loco, nunquam illud interrupisse, habuisse mortem veluti praesentem in medio etiam gloriae suae, & sicuti Salvator cum illo de sua Cruce collocutus est in splendore Transfigurationis suae, ita de Martyrio suo verba facere cum Angelis in medio suae felicitatis. Ita in se ipso dolorem cum gaudio conjungit, se se praeparat ad praerium, dum gaudet triumpho, se se disponit ad mortem, cum vitae voluptate perficitur, & ut verbo me expediam, simul est beatus, & Martyr.

Prasupponendum est hoc Theologicum principium, quemadmodum Filius Dei, eod quod in Caelum ascendit, non cessat tamen regere, & opitulari Ecclesiae suae; ita Sanctos, eod quod in gloriam sublati sunt, non cessare, quominus precibus suis tueantur hanc eandem Ecclesiam, quam olim sustinuerunt laboribus suis, & quodammodo in pristinum muneri zelo perseverent. Apostolus, exempli causa, in Apostolatu suo perseverat, quamvis in Caelo sit; & si nequit amplius iis praedicare nationibus, quas Deus ipsi commiserat; precibus suis in eorum commodum illas obtinet gratias, quae zelo ejus suppleat; sicuti S. Chryso-stomus de S. Paulo dixit illum etiam post mortem praedicare: *Etiam post mortem praedicat*. Et constat ratio: Sancti enim in Caelo quae cognoscunt Ecclesiae necessitates ac cum in terris vestabantur; ac tantumdem habent bonae voluntatis, & zeli, ut nihil subveniant; immo sunt etiam potentes, ut id opere compleant. Verum est Eliam ibi, ubi adest, esse adhuc victorem, & minime frui gloria, nec beatifica Dei visione: sed dicere possumus illum esse confirmatum in gratia, & ideo, data proportionem frui istis privilegiis, quibus in Caelo fruuntur Sancti, ut Domini sui gloriam sustineant. Ceterum non minorem in hoc statu zelum habet, quam habuerit, cum in Carmelo Monte incolebat; e contra liquet, zelum ejus esse ardentiorum, vel quia aucta fuit Charitas ejus, vel quia cum viderit Filium Dei in transfiguratione sua, gloria illius novos inspirat ardore ad illam tuendum, iterumque dicendum: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum*. Flagro cupiditate sustinendi gloriae Dei, qui mortuus est, ut me salvum faciat. Denique precum illius vis nequaquam immutata est propter insigne hoc privilegium: e contra addere possumus, illis majorem inesse virtutem, quam cum elementis imperabat, & sicuti Salvator incessanter in Caelo pro hominum salute orat, & ob Patris sui oculos offerens, vulnera, quibus fuit in Cruce confosus extendit Sacerdotium suum: ita Elias in loco, in quem fuit translatus, eo efficacius orat offerens veluti duplex Sacrificium gloriae Dei, zelum, & sanguinem suum. Ceterum cum certo sciat sibi aliquando per Antichristi furorem mortem saevissimam subeundam esse, & cruciatuum suorum imago indefinenter ob oculos ejus versetur, quis dubitare potest, utrum semet crudeli hoc exhibens Martyrio efficiat quodammodo in antecessum praeter propter vitae, sanguisque sui idem Sacrificium, quod Salvator obtulit Patri singulari vitae suae momentis, cum obtulit illi animum paratum ad moriendum pro totius Mundi salute?

1. Reg. 1. 19.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, recentibusque concionatoribus loci hujus argumenti.

Oportuè dixit Tertullianus, idololatriam primum esse humani generis scelus, & scelerum omnium maximum: *Principale crimen generis humani, summus veatus*. Hoc illud est, quod omnium maxime Dei gloriam offendit. Verum si unquam Deo contumeliosus fuit cultus idolorum, tunc fuit cum transit in populum Israel, atque tot Patriarcharum Filii thus adoleverunt Daemonis, uni patrum suorum Deo dumtaxat adolendum. Cum

enim illos tot beneficiis cumulasset, suamque divinitatem illis tot miraculorum nitore probasset, insigne fuit ingrati illorum animi vitium, atque dementia cultum denegare illi, qui jure illum meritis fuerat ut transferatur ad Deos alienos, cum Deus sibi peculiariter hunc populum reservaverit, eumque possessionem, & hereditatem suam appellaverit. Propter has causas omnes horruit Deus hujus populi infidelitatem, qui Deos alienos venerabatur, & colebat Baal in Templo, in quo verus Deus adorandus erat. Horruit Reges Israel, ab ipso constitutos, omni auctoritate abutentes, ut idololatriam confirmarent, & ubique regnum Daemonum staterent. Crederetis ne Eliam solum esse, quo Deus usus fuerit infelici hoc tempore ad nominis, gloriaeque suae causam tuendam, & qui populorum infidelitati, Regumque potentiae adversaretur? *In tam multis tenebris solum Eliam victorem facit tenebrarum*, S. Chryso-stomus inquit. Hic solus est, qui in his tenebris publicis faciem manu gerit ad eas vincendas, dissipandasque. *Biruat*.

Omni procul dubio Elias reliquis Prophetis praecellebat. Non enim solum secretissimas cordium cogitationes legebat, ut illi; sed illas etiam, quae nondum ibi descriptae erant legebat; & non solum cognoscebat capta Regum consilia, verum etiam capienda, ita ut Sanctus hic vir in Dei lumen ingrediens, videret omnia antequam essent, & penetrans inimicorum suorum machinationes, illorum insidias feliciter evitaret. Si tantum luminis erat illi, verè dici potest eidem multo plus zeli fuisse. Virtus haec peculiarem illius characterem constituebat, cor ejus flammis urebat suis, eique inspirabat generosum desiderium ulciscendi Deum, poenas sumendi de peccatoribus omnibus, & nocentes habere victimas justitiae illius immolandi. Zelus iste illi ab ipsa novitate fuit inspiratus, quoniam ab eo temporis momento illum elegit Deus, ut causam suam tueatur, & admirabili consilio gloriae suae curam in pueri manu collocavit. S. Epiphanius, cujus auctoritas magna est in Ecclesia, docet Angelos salutasse Eliam in incunabulis positum, & a matris ubere illum avulsisse, igneque factis involvisse, atque pro lacte flammis aluisse. *Cum natus esset Elias, vidit illum pater salvatari ab Angelis; & igne tamquam factis involvi; & flamma ignis velut cibo, uli*. Eliae Pater prodigium hoc admiratus consulit Sacerdotes, ut ex illorum ore, quod est veritatis oraculum, filii sui fatum perciperet. Illi respondentes stuporem Patris auerunt, dixeruntque filium hunc, qui Angelicis magis, quam humanae particeps videbatur esse naturae non aliam sedem habituram, quam lumen: *Erit filii tui domicilium lumen*; omnia illius verba totidem oracula futura: *Sermo ejus sententia*, eumque ferro, & igni populum suum esse moderaturum: *& judicabit Israel cum igne, & romphaea*. Haec praedictiones nulli suspitioni locum tribuunt, quandoquidem adeo bellè consentiunt cum Lelio, quo Scriptura Eliam exornavit, cum enim loquitur de illius missione, ait, illum missum fuisse tamquam fulmen, & verbum ejus magis coruscans, quam fulgor, lumen, caloremque in Israelitarum corda ingessisse: *Surrexit Elias Propheeta quasi ignis: & verbum ejus, quasi facula ardebat*; nec non ejus agendi rationem ferro fortiorum, & ardentiorum igni, omnes Dei inimicos dissipasse, omnia eorum exfluisse consilia, conatusque omnes subvertisse, quos contra ejusdem gloriam sua illis suggererebat ambitio. *P. Senault Oratorii Presbyter*.

Eccl. 1. 8.

Elias Propheta jam dudum clam innutritus, ubi Deus illum celabat, emerit tandem ex silentio suo, & in Principis idolorum cultoris aulae ingressus est, non ut illi in flagitiis ipsius ablandiretur, sed ut illi Divinae Justitiae pronuntiaret edictum. Cum huc usque satis illi fuisset summo cum dolore intueri scelera Achab, & idololatriae ejus progressus, ilebat; nondum enim jussus fuerat a Deo loqui, & secundo gemitas suos offerebat Deo. Sed

Deus audierit obsecra Achab ingratis, & pueris quos de illa sumptus est Deus.

Sed statim ac Deus os illi aperuit, non impietas Achab, non furor Jezabel, non alia quævis humana ratio eidem timorem incutere potuit. Prodit coram illis ignem ferens in corde, ore, & oculis. Edicit in pœnam peccatorum illorum, ne guttam quidem pluvie in terram delapsuram, Regnumque ipsorum brevi dirutum iri. Locutus est perinde manibus suis teneret cœli claves ad illud aperiendum, claudendumque verbo suo; & quasi pœnes illum esset elementorum imperium, illis ustus est ad ulciscendam injuriam, quam Princeps hic idololatra illi inferebat, a quo fuerant creata. Hoc primum est factum Eliæ Prophetæ, quod nobis narat Scriptura; sed factum, quod Spiritus Sanctus illius planè auctor, mox celebrat in Ecclesiastico libro, & quod S. Jacobus Apostolus & ipse eodem repleto Spiritu, se admirari testatus est, cum in Epistola sua dixit: *Elias homo erat similis nobis passibilis*. Attamen cum Deum enixè precatus fuisset, ne plueret, cessavit pluvia, triennio; cum vero iterum Deum oravit, Cœlum pluvias demisit, & terra peperit fructus suos, *Vita Prophetarum*.

Sterilitas, qua Haisæ terram percussit aliam designat magis permissam, videlicet sterilitatem animæ, cui ministratur Deus se nunquam effurum esse super illam gratiarum suarum pluviam.

Antequam ulterius progrediamur, facere nequeo, quin animum paulisper ad hanc sterilitatem, qua Deus Israëlitas percussit, ut criminum suorum justissimas darent pœnas. Quemadmodum omnia pro hoc populo erant prophetica, sterilitas hæc aliam nobis præsignabat prorsus interiorem, quæ toto cœlo magis est deploranda. Cum Deus videt homines in criminibus suis occalescere, & quin ea quæ commiserunt lacrymis eluant, addunt e contra veteribus recentia, quin illius timore afficiantur, tunc facit, quod passim in Scripturis reſertus est, cœlum claudit, nullam roris gratiæ suæ guttam labi sinit; præcipit nubibus, ut dicit Isaias, ne pluant, videlicet imperat Ministris suis, ut prædicare cessent, ac tandem delinquent ingratas animas, quæ nunquam monitis eorum parere. Tunc anima, veluti tellus arida nullum ferens fructum tribulos tantum germinat, & spinas, igni devotas. Potest illa adhuc aliquam extrinsecus servare speciem; ne sibi horrorem ingerat, & aliquas actiones facere, quæ in oculis hominum bonæ videntur, & quas tales esse illa sibi persuadet; sed illas faciens, nulla gratiæ gutta irrigatur. Harum amor proprius, & secreta superbia principum est, non autem Deus. Cum hoc sit malorum omnium maximum, maximè etiam perimiscendum est. Cum fame laboratur; omnes sentiunt, ac dolent. Clamatur ad Deum, & preces illi funduntur, ut remedium afferat: sed in hac interiori siccitate, de qua verba facimus, hoc etiam accedit malum, ut nos nobis metipsis placeamus, & in horribili hac ariditate requiem inveniamus, Inscelerem etiam contra Dei nubes, si in nos pluviam effunderent, videlicet contra Dei ministros, qui nos a sopore excitarent, & salutariibus correptionibus nobistimorem incuterent. Negotium nobis non facerent Prophetæ, qualis erat Elias, si nos desererent, immo ipsi illos, ut hoc agerent, precaremur, & cogere; adeò verum est, animam interiori huic sterilitati addere stupiditatem, quæ prohibet, ne ipsa suum statum agnoscat. *Ibidem*.

Obedientia Eliæ imperio Dei jubentis non pariter esse excedere; & per se de confidentia in divina bonitate quæ omnibus suis ne cessitatibus prospiciat.

Cum præcipit Eliæ Prophetæ Deus, ut in alienam, & idolorum cultricem terram concedat, ut in Sareptanam urbem proficiscatur securitatis causa, Sanctus hic homo Dei mandata minimè excussit; subiecit omnia lumina, toramque illam animæ magnitudinem, quæ in illo emicabat, ut cum simplicitate faceret imperata, & ne quid faceret Deo non jubente. Ingressus est hoc iter Sareptam versus Mysterii uberrimum, de quo Jesus Christus ipse in Evangelio multo post verba fecit; ut eole-remus secreta gratiæ suæ consilia, quæ alios quidem salvat, alios verò deserere videtur, & nonnunquam negligere illis, qui prope esse videbantur, obviam iturus aliis remotissimis. Ita Elias tunc erat figura ejus rei, quæ ipsi Salvatori erat

eventura, cum proprii concives eum repulerunt; coegeruntque, ut aliud abiret aliis eas largiturus gratias, quibus se indignos probaverant. Nam cum Sanctus hic Propheta Sareptanam viduam convenit, eò profectus est magis pro mulieris illius utilitate, quam propria, ut illius indigentia in summa annonæ charitate magis subveniret, quam ut suæ necessitati consulere. Nihil tamen efficere potuit, ut Propheta fugam capesseret, nisi Deus ipse illi præcepisset, ut abiret, & pergeret ad torrentem Carith, ubi in specu quodam latiraret. Dixit illi, ne de re aliqua sollicitus esset; promisit, illam a nemine inventum iri eo in latibulo, sibi verò curæ futurum, ut victum in singulos dies illi suppeditaret. Contremisimus, cum hinc quidem videmus Dei curam, qua illis prospicit, qui sui sunt; & cum inde consideramus curas eas, quas cum illis Dei volumus permiscere. Integrum non est Eliæ fugæ sui locum eligere; Deus hunc illi ostendit; nos vero juxta animi nostri affectiones eligere volumus locos, & personas, cum quibus nobis permanendum est. Elias omnia permittit Deo, omnibus invigilanti; nos vero volumus omnibus invigilare, quin Deo quidquam permittamus, vel quasi ille nihil ageret. *Ibidem*.

Simulac ergo accepit Elias mandatum hoc, paruit Deo eadem fidelitate, qua elementa ipsi obtemperabant. Vir hic imperturbatus, qui apertus erat ad terrorem suis persecutoribus inferendum, quam ad trepidandum coram illis, non erubuit audita Domini voce, qua latibula quietate jubebatur, quasi aliqua in re non deceret supremam potestatem Domini, cui famulabatur, & eam animi magnitudinem, quam ipse a Domino perceperat. Ita loco, ubi habitare consueverat, vale dixit, & imitatus Abrahæ obedientiam, egreditur de regione sua non cum magna illa mortalium manu, neque cum immentis opibus, quas Sanctus ille Patriarcha possidebat, neque cum divina promissione fore ut locuples fieret eo in loco, quò se conferre jubebatur, quomodo promissum Abrahæ fuerat; sed solus pergit, certus dumtaxat, se victui necessaria recepturum ministerio corvi, qui mane ac vespere quotidie allaturus erat ad eum, unde in antro suo aleretur. Hæc vita fuit, quam duxit aliquandiu homo secretus a mundo, & quo mundus non erat dignus. Propheta, qui nuper locutus erat cum Principe tanta vi, & zelo, Dei ipsius jussu, qui eundem tanta constantia repleverat, in hanc solitudinem ablegatur, fortasse potius ut illum ipsi, magis quam reliquis hominibus absconderet, ne actio illa Heroica, quam recens ediderat, officeret humilitati ejus, quæ animam ipsius etiam intermaximas elationes semper subiectam tenebat, semperque divinæ dexteræ submissam. Tunc igitur visum est unum ex illis admirabilis providentiæ exemplis, quo Deus in fervorem suorum vita immiscet eventus profus oppositos, ut omnia temperet: & postquam illos extulit aliqua in occasione, & statim immittit adversa, ne nimium efflerantur. Quantumvis molesta nobis videatur vita adeò solitaria, & ab humana societate remota, ad quam persecutio Achab, & Jezabel hunc Prophetam redegerat: dici tamen potest, illam Eliæ jucundam fuisse, & maximam persecutionem, quam hæc fuerat perpeſſus, fuisse videre impios qui Dei legem violabant. Hæc de re dolore consiciebatur: *Zelo zelatus sum*. Verum cum hæc exempla diebus hæc infrequentia sint, generatim dicere possumus eos omnes, quos retrahit Deus in sancta Monasteriorum, ac Religionum perfugia, eos tutaturus contra impotentiam persecutoris magis metuendi, quam Achab, Eliæ exemplo debere benedicere manum, qua feliciter adeò reguntur. Eorum cura sit tandiu latere, quandiu vult Deus, illum semper audiant, quasi ore proprio diceret ipsis, quod olim Eliæ: *Ibi abscondere*. Ibi delitescere, ne inde egrediaris, ut videas Mundum; ne locum aperias, ne te prodas, periculum enim est, ut te ipsum perdas cum salvare te cupio. Ita animæ istæ latentes omnes pro Deo, omnes

Elias postquam audierit locutus est ad Abraham recedat ad terram illius evitandum. Hæc fuit imperturbatus Dei sine quo nunquam constitutum cepisset fugam capessendæ.

omnes in Deo vivunt, sine ullo earum etiam verum, quæ ad vitam maxime necessariae sunt, impedimento. *Ibidem*.

Elias Dei jussu ita latens prope fuit, ut ipse quoque experiret pœnam, qua terram percussisset. Torrens enim ille, unde hauriebat modicum aquæ, qua ad vivendum egebat, exsiccabatur. Attamen nullibi scriptum invenitur Prophetam hæc deficientem ope, hæc de re nequaquam fuisse sollicitum, neque adlaborasse, ut aliquam pararet impendenti malo medicinam humanam festinatione, quæ esse potuisset modicæ ejusdem fidei argumentum. Satis illi erat scire, se a Deo positum fuisse in loco, ubi erat; & nihil Deo ignotum esse, atque providentiam ejus quoridie modo adeò miraculoso victui ipsius consulentem posse etiam eidem potum suppeditare. Itaque imperturbata fide videbat in singulos dies torrentem illum deficere, & aquas imminui, quin vel tantillum, ipsius in Deum confidentia imminueretur. Qui sanctum, ac solitarium vitam genus profiteretur, oculos debent in hoc exemplar conjicere, ac admitti, ut Deo aquæ magnam sententur fidelitatem atque Elias, in iis, quæ sunt ad victum maximè necessaria. Placet enim nonnunquam Deo fidei illorum experiri, cum in eo statu sunt, qui jam satis molestus videtur, & ex quo nihil videtur demum posse, quin ad extrema quæque redigatur; permittit nihilo secius, ut hæc subsidia, quæ illis erant omnino necessaria, repente deficiant. Hujusmodi in occasionibus concupiscant illi dispositionem Eliæ. Videant, quin obtulerint, tempus necessitatum suarum accedere. Si torrentis aquæ, quibus alitur, defluunt; hoc est, si parvulum hoc bonum quo sustentabantur, deperit; ex hoc admirabili exemplari discant quousque fidem suam debeant extendere. Caveant ne his temporibus humana inquirant subsidia, & ab hominibus emendent id, quod hæctenus a Deo non receperunt. Hæc sunt exempla, quæ nobis reliquere homines illi, quos in lege veteri Deus suscitavit. O nos beatos, si qui in lege nova sumus, saltem modicæ fidei nostre erubuerimus, ubi nosmet cum illis comparamus; & si in futurum tempus desiderium concupimus hæc in vi majorem adhibendi fidelitatem Deo, non hesitantes in ea confidentia, quam in ipso habemus, propter vitæ hujus necessitates, quarum cura nobis est permit-tenda illius providentiæ, quin eadem iterum impediamur, quasi possemus magis, quam Deus ipse hæc subsidia comparare. Cum Deus nos intuebitur satis confirmatos in hoc consilio nihil, nisi ab ipso expectandi, tunc ut Elias, experiemur, ipsum de rebus omnibus cogitare, nostras necessitates intrueri tantumdem, quantum nos ipsi, & etiam magis: & postquam ille nostram fidelitatem probaverit, suam quoque nobis fidelitatem esse probaturum. *Ibidem*.

Elias Sareptam ingreditur, & Deus qui providentia sua disponebat omnia, efficit ut obviam viduam hanc inveniat Propheta hic in sublimi elatione sua, in qua elementa omnia voci suæ subiecta videbat, eger modico pane, & aqua ad reparandas vires itineris sui laboribus exhaustas. Ille, qui apud potentissimos Reges ea auctoritate, qua sebat, ut tamquam olim Moyses, haberetur Deus Principis, qui non minus obdurus, nec minus impius erat ipso Pharaone; non erubuit emendicare panem, tamquam egenus subsidium, cujus indigebat. Bona hæc vidua, quam S. Augustinus viduam religiosam appellat, audiens ab Eliâ peti sibi panis osam, credidit, sibi eidem narrandum esse rerum suorum statum, & extremam, in qua erat, necessitatem. Per Deum, cui servis, juro, ait illa, mihi ne ossa quidem panis est; atque ut Propheta probaret, se non mentiri, ut ne quod ille petebat, ei daret, quamvis longè plurimi sibi nihil ultra dicendum esse arbitrati fuissent, bona fide concessit est, sibi adhuc parum farina, & olei modicum superesse; se nuper ex agro in urbem redisse, ubi exiguum lignorum fascem collegerat,

quo parvulum panem sibi filioque suo excoqueret, mox præstolatura mortem, cui jam pridem desupererat. Sanctus Propheta, qui pronus erat ad misericordiam, quamquam severus esset cum de gloria Dei agebatur, ex corde miseratus est hujus viduæ vicem, & videns illam, quemadmodum deinde fecit vidua Evangelica, offerre sibi in modico pane, & oleo, quæ superaverant, quidquid pretiosius habebat, credidit sibi cum illa utendum esse generositate erga illam; ac super eam effundendam hospitali largiebatur, in exhaustum ipsi fontem futurum, qui nunquam deficeret usque in diem, quo pluvia in terram decideret. Exemplum hoc nos docet hinc quidem, ubi domi nostræ aliquem Dei servum excipimus, nos toto cœlo majorem inde percipere fructum ex ea charitate, quam exercemus, quam ille percipiat, cui gratificamur: inde verò discimus, ei, qui se proficitur servire Deo perfectius, quam ceteri vulgò, nihil pretiosius, & antiquius esse debere, quam ubique suæ integritatis vestigia relinquere; credere, ut S. Paulus ait, verba ex ipso Jesu Christo mutuatus beatus esse dare, quam accipere; & si rerum status, & ordo divinæ providentiæ exigat, ut aliquis alienam ingrediarum domum hospitalitatis percipitur officia, ibi illi vivendum esse, ita ut ipsi videatur persuasum esse, elemosynam, quam recipit, rem Sanctam esse, ac inde tantum esse accipiendum, quantum satis esse potest non secus ac nos Propheta, hoc cum tanta pietate accipiendum, quanta alii eam erogare tenentur, ut in neutro videat Deus aliquid, quod ipsi non placeat, uti in Eliâ, & hac vidua. *Vita Prophetarum*.

Hinc etiam percipere possumus misericordiæ opera Deo esse accepta propter magnitudinem charitatis, qua fiunt. Hæc enim pia mulier non dat Eliæ nisi parum panis, & olei. Immo neque magna illius Sanctitas, cui illa fiunt, eorum merita constituit; sed paritas intentionis, qua fiunt. Quæ res difficiles eos homines damnat, qui tot circumstantias, & conditiones requirunt in illis cum quibus charitatem exercent, & quos Eliæ semè similes vellent, & nonnunquam etiam vix satis dignum invenirent, cui ferrent opem: Sed qui domi suæ Sanctos recipiunt, in hoc ipso exemplo confiderent; sibi Deum respiciendum esse in hospitum persona; non autem ad turpe lucrum, vel terrena tantum bona coarctent utilitatem, quam ex eorum visitatione, se percipientes putant. *Vita Prophetarum*.

Popule ingrate, & infidelis, qui olim fuisti populus meus dilectus, mea possessio, hæc hereditas mea; tu, quem terribilem feceram tot triumphis, atque victoriis non sine miraculo partis: ita ut unus ex militibus tuis decem millia hostium in fugam conjiceret: tu qui solemne mecum pepigisti foedus coram cœlo, ac terra ut nunquam tenerendam mihi promitteres fidelitatem, Deum qui te creavit, & conservavit, derelinquis? *Derelinquisti Deum factorem tuum*. Ita loquebatur Elias Propheta ad populum Israël. Deos alienos colis; & Deus cœli extendens manum suam super Pharaonem te de Aegypto liberavit. Curris in delubra Baal, quali hic coram te aperuisset mania, ut de ea captivitate, in qua gemebas, te in libertatem affereret. Reges Israël a Deo electi ad sumendas pœnas, quibus ab exteris nationibus afficiebatur, omni auctoritate abutuntur, ut idololatram confirmem cultum Deo vero debitum everterentes. Achab, & Jezabel ad regni solium evecti sunt Ministri Satanæ; diruunt aras Deo Omnipotentis positas, ut alias impiarum gentium numinibus adificent. Templâ patrum vestrorum pietate ædificata facta sunt demonum sedes. Si inimicus meus hæc commisisset impietates, sustinuissem utriusque. Domini Providentiâ ubi es? Ita ne jura tua deseris, atque usurpatoribus impiis relinquis gloriam cultus tui, postquam jurjurando as-

Esprobratio quam facit Deus Israelicis per Eliam Prophetam.

Deuteron. 32.



do assumasti, te nunquam illam ad alienos transire permittiturum. *Gloriam meam nemini dabo.* Israel dilectus ille populus peribit in cecitate sua, & omnia prodigia, quæ operatus es, in irritum cedent, & omni fructu carebunt? Olim quævisisti virum iustum, qui sese tuæ objiceret iracundiæ, & qui reduceret populum tuum de erroribus, neque in toto Israel illum invenies? *Elias electus est, ut sit murus iste aheneus, & ferrea columna, in quam infringendi sunt conatus omnes potestatum hujus sæculi, & inferorum, ad dissipandas nationis tenebras, camque ad officium revocandam: in tam multis tenebris solum Eliam facit victorem tenebrarum.* Ad operandos effectus hos admirabiles, dedit illi Deus ardentissimum gloriæ suæ zelum, supremam potestatem super cælos, & elementa; interiorum dispositionem ad ingentia consilia capienda, vim illa cum pompa, ac splendore exequendi; partem divinæ potentiae ad missionem suam sustinendam. Itaque ardens hic zelum, ac igneus character est magni hujus Prophetæ, cum Deus aptaverit gratiam naturæ, ac ingenio sancti hujus hominis, quod ignitum erat, non secus ac Spiritus, quo animabatur; ut esset ad agendum promptior, ut esset quam simillima divinæ justitiæ imago, ut terrorem incuteret in aulam Principum, & cor Regum; & ut Israel universus experiretur quid possit homo unus, cum divina fortitudine, ac potestate præcinctus est. *Auctor recens.*

Medus quo Elias cognoscendum præbet Deum Israel populo in Monte Carmelo, & quæ ratio ille corripuit, & interfecit pseudo prophetas, quin Rex Achab obfiteretur.

Elias omni constantia, & firmitate animi loquens cum Achab præcepit illi, ut universum Israel in monte Carmelo congregaret, & ut omnes simul adessent Sacerdotes Baal. Curavit Achab, ut omnia Prophetæ mandata ad unguem adimplerentur. Repente regnum integrum ad unius hominis imperium commoveri visum est; ipse etiam Rex cum Sacerdotibus Baal eò convenerunt: Hominum mentes longè diversis cogitationibus astuabant. Populus nil magis optabat quam novi quidquam videre. Sperabat Rex quamprimum ariditatis finem se visurum, & Sacerdotes Baal ingenti numero, viribusque suis freti in conditum montem tanta superbia tumidi convenerunt, ut accedente præsentis Achab subsidio sibi omnia fausta pollicerentur, ac arbitrarentur se tandem acceptissimam victoriam esse occasionem, quam jampridem aucupabantur, opprimendi Eliam, & augendi honorem inanum Deorum suorum, quos hic verus Prophetæ conabatur evertere. Sed longè aliter accidit. Apparuit Elias in monte inter tantam mortalium turbam igneo vultu. Multitudo tota in illum oculos figit, indistinctoque silentio, intenti aures arrectas habebant, ut audirent, quid tandem esset prolaturus. Elias autem loqui coæcepit hac voce, quæ tonitruum fragorem imitata est. Quousque claudicatis in duas partes, nunc Deo, nunc Baal thura adolentes? Si Dominus est Deus, Dominum sequimini; si autem Baal, huic vosmet totos dedite. Elias autem magnum silentium intuitus, imperavit, ut duo boves afferrentur, alter quidem sibi, alter verò Sacerdotibus Baal, præcepitque ut utroque in frustra comminuto, quilibet suum sacrificium in ara disponderet, dixitque illum, qui a Deo suo obtineret, ut cælestis ignis dilaberetur ad sacrificium absumendum, veri Dei assertorem esse existimandum. Infelices Baal sacrificuli irito labore preces fuderunt, numen suum obsecrati sunt, clamant, urgente etiam, atque etiam Prophetæ, qui illos iridebat. Baal eorum vota, clamoresque non audivit. Sed Eliæ sacrificium palam absumptum fuit igne de cælo dilapso ante omnium oculos, cujus miraculi magnitudine captus populus elata voce clamavit: Dominus est Deus. Elias autem in populari hoc fervore, quod permittendum non erat, ut frigeret; inspectante Achab justit omnes pseudo-Prophetas ad oram torrentis Cifon trahi, ibique omnes jugulari, ut Domini gloriam præstaretur. *Vita Prophetarum.*

Elias Dei nomine protulit

Ex Scripturis novimus hominem quemdam, cui nomen Naboth vineam habuisse adibus Achab

conterminam: Samaria. Concupivit Rex vineam hanc, ut hortos suos latiusproferret, in cujus permutationem aliam huic homini obtulit meliorem; eique promisit numeratam pecunia persolutorum esse illi pretium, quod eidem placeret, qui Regi ea, qua debebat reverentia respondit: Absit, Domine, ut ego venundem hereditatem, quam ego accepi a patribus meis. Qua repulsa maximo dolore confectus Achab projecit se super stratum suum, quin quidquam tibi sumere vellet. Quo in statu cum Jezabel nocte esset Achab, dolorisque causam intellexisset, irrisit illum tamquam Principem, qui auctoritate sua nesciret uti; & quam ille prodigebat cum subdito tamquam cum equali tractans. Ecce, inquit, illa, Regem magnæ mercede auctoritatis, qui regnum Israel bellè noscitur moderari; Igitur virum suum Achab consolata cum pollicita esset se facturam, ut vinea Naboth illi adjudicaretur, non agrè invenit homines suis cupiditatibus addictos, qui in iudicium accesserent Naboth, tantquam de Deo, ac Rege fuisset oblocutus, qua criminis simulatione innocens morte afficeretur. Dictum, factum. Illico Naboth innocens victimam avaritiæ Achab, & crudelitatis Jezabel raptus fuit extra civitatem, ubi lapidibus obrutus fuit. Mortis ejus nuntio ad Reginam perlato; hæc sibi plaudens, letabunda cucurrit ad Regem, cui vineam illam jam Regis factam esse, & sine ulla sumptibus factam testata est. Nuntiavit illi Naboth jam obisse, & statim Achab vineæ adit possessionem. Tunc verò Deus Eliæ zelo usus est contra infelicem Achab. Præcepit huic Prophetæ, ut obvius occurreret Regi vineæ possessionem adveni; atque irrogatam mortis sententiam ei pronuntiaret, & ut præsentem illius latitiam futurorum malorum comminationibus perturbaret. Hominem occidisti, Elias inquit, ejusque bona possedisti. Præcipit mihi Deus; ut dicam tibi, eodem in loco, ubi canes sanguinem Naboth lixerunt, tuum quoque lingent. Verba hæc protulit Prophetæ huic Regi, qui omnibus timorem incuriebat, eique offendit stabili vocis tono, a Deo crimina puniri eodem momento, quo committuntur juxta eam crudelitatem, qua commissa fuerunt. Ex hoc exemplo liquet, quamvis Achab plus infirmitatis, quam nequitie præ se tulerit; ipsam tamen correptum fuisse, perinde ac primus extrisset auctor Mortis Naboth. Tota scelerata Jezabel illi imputata fuit, quia sub illius nomine patrabatur. In hanc Regem fertur Prophetæ; ex hoc cædis peractæ ratio queritur, quamquam illo minime conscio cædes ipsa fuisset peracta. *Vita Prophetarum.*

Quin im-probebat Eliæ zelus, qui de cælo ignem elicuit: ad mirandos Achab devorandos, cum reverentia ac timore Dei iudicium admittentur.

Quamplurimi fortasse non ita facile factum illud Eliæ probarent, quo ignem elicuit de cælo, ut voraret duces, & satellites, qui ad ipsam capiendum missi fuerant; & non pauci illius hac in re severitatem redarguerent. Hæc scelerata species fuit ita ministros plectere, qui id unum faciunt, quod facere tenentur, & qui Regis exequuntur imperia faciunt, quibus est obtemperandum. Sed quod Deus ipse facit ad unicum Eliæ verbum, ne ipsi redarguere audeamus. Quin ex illius facto scandali occasionem arripiamus, revereri debemus ardentem hunc zelum, qui adeo terribili modo nos docet, quid sit servus Dei honorem adhibere verbis, cum accedis ad illorum requiem turbandam, ut vel tuæ cupiditati satisfacias, vel ut obsequaris alienæ. Immo e contra dicere possumus hanc felicem esse severitatem, cum paucorum interitu frangitur omnium hominum, in omne tempus, audacia; & illis per visibiles hosce ignes timor injicitur aliorum invisibilium, qui illos semper urent, & nunquam absumere poterunt. Cave, S. Augustinus ait, credas, Sanctum Prophetam hunc homines illos ultionis studio interfecisse: *Non vindicæ studio, sed zelo justitiæ, & peculiari Dei instinctu. Idem.*

Nemo unus ignorat, Spiritum Jesu Christi, & quem hic suæ inspiravit Ecclesiæ, spiritum esse lenitatis, & Prophetas de illo dixisse, *Calumniam quæ situm*

Diferentiam inter Eliæ spiritum, & spiritum Jesu Christi.

*Sachm non comeret et lignum fumigans non extinguer.* Lique nonnullos ex ejus discipulis succensos civitati, quæ fores illi præcluserat, petiisse ab illo, ut de cælo contra oppidanos ignem eliceret, spectantes procul dubio factum Eliæ, quorum zelum ille spiritus sui lenitate sedavit. Sed, ut S. Augustinus animadvertit, Apostolis suadens spiritum mitiorem, quam Eliæ Prophetæ factum non damnat. Si mitis est, lenitate illum adoremus, & caveamus ne eadem abutatur. Nunc temporis hos cohibet ignes, non exercet amplius ultionem adeo patentes; licet S. Petrus mortem immiserit Ananiæ, & Saphiræ, gestit enim amore magis, quam timore nos perterrefacere; verum si abusi fuerimus extrema hæc bonitate, aliquando conditio nostra magis erit miseranda, quam eorum, quos dolemus tanta cum severitate fuisse percussos. *Ibidem.*

Quomodo lenivit Deus mentem Ochozias Regis erga Eliam, qui edixerat futurum ut Ochozias occumberet, quia contulerat idola, cum ad verum Deum deberet confugere.

Cum Ochozias undique Eliam Prophetam acquisivisset, ut ei necem inferret, cumque Sanctus ille vir Regi sese obrulisset, repente ad aspectum suo omnem ejus furorem sedavit. Summa cura jusserat Rex hominem conquisi; penes illum imperium erat; ne verum quidem illi adjiceret; non secus ac Jezabel, cum hæc illum in sua tenuit potestate, Deus, in cuius manu sunt Regum corda, & qui repente homines ab iracundia ad lenitatem vocat, & a contemptu ad reverentiam, summa cum facilitate Ochozias mentem ita converterit, ut quin Eliæ verbum adderet, audit solum quid sibi hic dicturus esset, & videtur illum accivisse tantum, ut in se mortis sententiam proferret. Elias enim se sentiens spiritu correptum Dei, qui se ultionum Dominum vocat, & qui parcit nemini, Regi dixit: hæc dicit Dominus: quia nuntios missi ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, quem consuleres, non confurges & strato, in quo jaces, neque ex morbo, quo constitutus, sed certissime morieris. Re ipsa Princeps infelix obiit, & mors ejus initium fuit penarum, quas sumpturus erat Deus de domo Achab. *Vita Prophetarum.*

Elias zeli spiritum cum pallio reliquit Eliæ.

Si insignis fuit honor Prophetæ Eliæ, donec in terris vixit, habere spiritum adeo ardentem, ignitumque zelum; illi non minus honorificum est hunc eundem ignem alteri, veluti in hereditatem reliquisset. Cum Prophetæ hic una cum discipulo Eliseo colloqueretur, currus flammivomus, & equi ignei repente utrumque seceverunt, & simul turbo Eliam rapuit in Cælum. Eliseus qui illum suscipiebat, stupore, ac tristitia correptus scidit vestimenta sua, & ea qua poterat, voce exclamavit: Pater mi, Pater mi, Curus Israel, & auriga ejus. Et secutus currus illius pernicitatem, quo dilectissimus Magister rapietur in Cælum, vidit ab eodem sibi demitti pallium, quo semper usus fuerat, non in dubium vocans, utrum ploranda magis esset tanti Magistri jactura, an gaudendum ob hæc pretiosa munera, quibus fuit cumulatus. Ita desiere, non quidem vita, sed facta Prophetæ, saltem ad tempus; quandoquidem dici nequit, absolutam fuisse vitam hominis, qui a nobis non prægustata morte discessit. Quemadmodum tota illius hominis vita omnem naturæ ordinem excessit, opus fuit, ut ea ratio, qua a nos recessit, omnem ordinem excederet. Omnia in hoc Prophetæ nova sunt. Curus novus, novus auriga, via nova, nec dissimilis sedes; ubi quin corpus abjecerit, versatur in quadam eternitatis specie, habitans eo in cæli tractu, de quo nonnisi conjectura duce aliquis loqui potest. *Ibidem.*

Separatio rapuit Eliæ cum Salvario Ascensione.

Placuit Dei Filio se ipsum in persona Eliæ Prophetæ exhibere, & voluit, ut ille se ipsum imitaretur in hac suæ Ascensionis circumstantia: donum videlicet, quæ suis reliquit discipulis: *Ascendens dedit dona hominibus*, sicut Elias Eliæo dono dedit spiritum suum. Et sicut de Salvatore, in cælum ascendente dictum fuit, illum reditum eo modo, quo ascendebat, *scilicet venit*, de Elia quoque dici potest, illum reverturum in mun-

dum eodem in statu, quo hinc abiit. Igneo raptus fuit curru, simili pacto rediit, ardenti zelo inflammatus. Dei Filius mundum judicaturus descendit, Elias ad hoc præparandum iudicium revertetur. Momentum verò hoc, quo divinitus cum mulandi fumus munere præstantissimo præ ceteris, quæ unquam collata fuere, nobis cupiendum ne est, an potius pertimescendum? Meminim placuerit Deo mortalibus manifestare hunc thesaurum, quem per tot sæcula celavit illos, & rursus illis ostendere Sanctum virum hunc, in quo sit tamquam congeries tot proprietatum Angelicarum, & humanarum, & conjunctio adeo admirabilis novæ, & antiquæ legis: vel potius qui in utraque & Prophetæ, & Martyris existat; quo in statu tunc mundus erit? Achab, & Jezabel videbuntur ne eidem alii ab iis, qui erant? Christiani videbuntur ne illi minus suis cupiditatibus obsequentes, quam Israelitæ idolo Baal, populus ille claudicans, & mox Deo vero, mox adherens Baal; cum hodierna die non claudicetur amplius in partem alterutram, sed totum cor mundo impendatur, quin vel minima illius pars Deo reserveatur. *Vita Prophetarum.*

Specimen aliquod magnitudinis Eliæ in triplici statu præteritis, presentibus, ac temporis futuri.

Fatendum est, me conferentem Eliam Prophetam cum illo ipso, eumque considerantem in triplici Ecclesiæ, ubi tres personas sustinuit, Prophetæ, Angeli, & Martyris, ignorare quoniam in statu sit magis invidendus, & ubi cumulatiores laudes mereatur. Magnus est in Ecclesiâ Judæorum, quippe fulminum arbiter est, peccatores redigit in cineres, impios Reges de folio deturbat; & summo cum ardore ubique, & adeo feliciter Domini sui gloriam procurat. Magnus est in Paradiso terrestri, quia immunis est a vitæ hujus ærumnis, vacuus ab omnibus necessitatibus, quibus continenter obruimur, quia jugi Angelorum fruitur consuetudine, quia peccare non potest, & novos meritum gradus potest adhuc acquirere. Sed multò major futurus est in Ecclesiâ Christiana, debet enim esse præcursor Filii Dei, quia secundum hujus adventum præcedere debet, quia profligaturus est terretimum Salvatoris inimicum; quia veniet ad confirmandum Ecclesiæ statum, cum periculosius labefactabitur: quia prædicabit nomen Dei, cum oblivioni fere dabitur, & sanguinem suum effundet ad asserendam Magistri sui gloriam, cum magis obscurabitur. *P. Senault.*

Hic Propheta gloriatur, cum la fine scilicet hominum sceleratorum, qui de Prophetæ hoeritum phaturi sunt. Sed mors ejus erit corona illius: Toro cælo gloriosior erit per potestatem, quam peccatores exercebunt in illam, quam olim per illam, quam ipse exercuit in eos: quandoquidem per illos tandem inveniet mortem tandiu exoptatam, ac tandiu dilatatam. O Sancte Prophetæ! Olim felix extitit mundus, qui te possedit, felicitior tamen erit, cum te sub temporis finem conspiciet. Nos tamen tunc temporis gaudii hujus non erimus participes. Scire non laboremus, quinam sint abditi loci illi, quò te abstulit Spiritus Sanctus; hoc nos later. Locus ille tamen, quicumque tandem sit, ne tantum absit, ut inde nequeas oculos circumferre in Ecclesiam Dei, cujus gloria nihil tibi antiquius fuit, dum versabaris in terris, & cujus nomen tanto zelo, ac virtute sustinuiti. Vide Sanctam Ecclesiam hanc, Salvatoris Sponsam, eminus oculos in te figentem tamquam in præsidium suum, quo roboranda est contra adversarium longè terentium, cum quo est dimicatura. Si tecum loqui auderemus, de quibus rebus tecum loqueremur nisi de istdem excessibus, de quibus cum Dei Filio loquebaris, cum ad latus ejusdem apparuisti in cacumine Thabor, videlicet de præliis ab eo sustinendis, de passione, & morte, quam subiturus eras. Tibi quoque passionem instabant; has perhorrescimus, tu verò eas desideras. Ipsi illas fugimus, & metui-

metuimus; tu verò illas impatienter exoptas. Præ-

Alii Pro-

Magnam

Matth. 27.

Cum venerit

Novus Elias noster non ille est, qui ut se tueretur incolumem tot mortales occidit, tot prodigia operatus est: Ne gradum quidem movet mortem declinaturus, Torquet illum Antichristus favissimis suppliciis; sed ejus martyrium, Deo auctore, insignius erit, atque gloriosius. Idem.

Donec Elias Propheta vixit in terris, semper zelo divinæ gloriæ flagravir, sua potestate usus non est, nisi ut de inimicis Dei pœnas repoceret, non nisi injuriis, quibus ille afficiebatur, doluit; non nisi de ejusdem triumphis lætatus est, & variis divinæ gloriæ casus merore illum, vel gaudio affecerunt. Quam longe ab illius sensu distamus! Quam parum nos movent contumeliæ, quibus afficitur Deus; quam exiguum dolorem testamur, cum ille scdissimè omni coinquinatur injuria! Non metuimus verò, ne zelotes ille Propheta nobis aliquando nostram exprober ignaviam? ne insurgat in nos sub mundi finem, ne damnet nostram curam in nominis nostri fama tuenda, nostramque in Dei gloria tuenda inertiam. Nunc in terrestri Paradiso Angelorum consuetudine fruens Martyrum invidet laureis; appetit momentum illud, quo vitam pro Salvatore gloria effusus est: cupit in terras redire, ut inter cruciatus atque supplicia suam fortitudinem, amoreque testatum faciat; nos autem per summum dedecus, improbandamque ignaviam, mundum relinquere piget, nosmet undique persequentem: Mortem expavescimus, licet exilio nostro finem imposturam, neque animum adijcere possumus ad illam subeundam sententiam, quæ ne justis quidem parcat, & quæ si rite accipitur, potest in acceptum Domino sacrificium converti. Denique cum Angelus noster carne amictus locum, ubi est, deseret; martyrii coronam in terris conquisturus, conabitur ille quidem peccatores omnes convertere, omnes ad fidem infideles revocare, Judæos reducere, omnes homines cum Judice conciliare; nos verò per horrendum impietatis facinus, seducere illos admittimus, qui accedunt ad nos; nos demonis organa sumus, nos nequitie ejusdem ministri. Nos impiorum numerum augemus, & arbitramur nobis utile, vel gloriosum futurum si cum plurimis damnabimur. Apage adeo injusta consilia: permittamus nosmet a Sancto hoc Propheta converti; & quandoquidem post Salvatore gloriam nihil ultra salutem nostram querit, hoc illi gaudium procuremus, nobismetipsis felicitatem hanc procurantes, P. Senault ex Oratorio.

Quam longe distemus ab Eliæ zelo, & quam parum a Dei gloria moveamur.

Exemplo illorum, & succellorum. Elite hominum conversionem procurare possunt.

3. Reg. 19.

Adhærentiam ad imitantem Eliæ zelum.

hujus Prophetæ, participes quoque efficiamini gloriæ, quam possidet.

Heu! Si possemus imitari hunc ignem, & zelum Eliæ Prophetæ, possemus procul dubio civitates, & Regna instaurare; nos illinc exterminare vitia, nos illic virtutes revocare. Consideremus miserum statum, ad quem Christianorum plerique redacti sunt. Non est ferme ex eis qui faciat bonum, non est usque ad unum; & hoc nostrum inflammaré deberet zelum. Sancti Prophetæ objectum erat miser Palestina status: plorabat ærumnas eorum, a quibus non plorabantur. Sacre rupes Carmeli, quæ toties lachrymarum ejus testes fuisset, quoties antra vestra iterarunt preces, quæ ab illo in ardore zeli sui Deo nuncupabantur? Sed amor ejus non semper in corde, neque in Sancta hac latuit solitudine, inde sæpe descendebat, ut Dei gloriam sustineret, & ulcisceretur contumelias, quibus illa ab hominum impietate coin-

quinabatur. Ad eorum conspectum syderibus imitabat, & elementis; ostendebat illis, posse Deum, ubi vult creatura simplici communicare absolutam super universa potentiam. Ostendebat Elias magnam hanc potestatem gratuitam esse participacionem divinæ, quam illi communicare dignabatur tamquam Ministro suo, & hoc esse depositum sibi creditum. Itaque eodem semper usus est cum prudentia, & humilitate, ubi res tulit, ut eadem ad Dei causam tuendam uteretur. Sanctus verò Jacobus nonne dicit Prophetam hunc isdem, quibus nos, obnoxium infirmitatibus extitisse? Tamen orationibus suis quæcumque apud Deum obtinebat. Hinc videmus non esse, cur omnis caro glorietur coram Deo, sed omnium honorum, quæ Deus per nos facere gestit, gloriam illi acceptam referendam esse, nam ut Apostolus inquit, omne donum perfectum descendit a Patre luminum. Auctor Recens.

PRO SANCTI IGNATII SOCIETATIS JESU INSTITUTORIS. PANEGYRICO. MONITUM.



Um S. Ignatius in omnibus Mundi Christiani partibus celeberrimus sit, cumque tot Panegyris ad laudes illius extollendas insudarint, tantum abest, ut elogium illius concionaturo dicendi supellex defutura sit, ut huic non aliud sit opus quam regulis ad imaginem Sancti hujus vivis coloribus representandam.

Quemadmodum plura sunt, quæ in hoc argumento dici possunt; & arduum est eodem sermone completi virtutes, & actiones longè diversas; auctor essem, ut qui hanc Panegyricam orationem elaborandam susciperet, primum inspiceret quid Sancti hujus caracterem constitueret, & ad id omnia illius facta & consilia referat, qualis est zelus salutis animarum, desiderium gloria Dei, Christiana Prudentia, qua ubique collucet; & opera ejus in gravissimis necessitatibus Ecclesie prestata &c.

Secundo Institutoris laboribus addendi sunt Societatis ad illo instituta labores, quia ipse hujus caput est, & ad gloriosos conatus suos adimplendos suum illi insudit Spiritum; hoc enim pacto nihil est tam illustre, atque magnificum, quod in hoc elogio locum habere non possit.

Tertio denique non ita fusè, ac diserè de externis illius actionibus verba faciendâ sunt, ut omittatur ea, quæ Sancto constitunt; interiores videlicet virtutes illius, humilitas, charitas erga Deum, patientia in persecutionibus, omnesque virtutes morales, quas in gradu heroico Sanctus ipse possedit. Recor Sancti hujus Panegyricum melius exornari non posse, quam si ille cognoscendus proponatur ex hoc loco: quandoquidem ille ipse virtutem prætulit omnibus egregiis talentis suis, omnibusque præclaris rebus ab eo gestis, quas homines vulgò ante cætera admirantur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Panegyricorum hujus argumenti systemata.

Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. 1. Reg. cap. 2.



I Deus non minus magnificus est in muneribus, ac præmiis, quam fidelis in promissionibus, possemusne argumentum eligere majus, atque Sancto hujus Institutori gloriosius, quam vobis ostendere, cum omnem vitam suam, curas, laboresque impenderit ad majorem Dei gloriam procurandam, Deum quodammodo sibi gloriæ vertisse, illum vicissim glorificasse, eò quod heroicis ejusdem operibus felicissimum concessit eventum? Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. Sequar igitur in hoc sermone Tertulliani mentem, qui S. Job laudes celebraturus, duo tantum verba profert, quæ absolutissimi sunt instar Panegyrici: Operarius gloriæ Dei: hoc enim pacto Pater laudatus rationem reddit eorum, quæ Deus in gratiam Job

operatus est, ut illum glorificaret, eum omnibus hominibus proponens tamquam admirationis objectum, tamquam spectaculum dignum, quod in se oculos omnium converteret; & si D. Chrysothomo credimus, tamquam theatrum, in quo admirabile Dominum inter, & Servum oritur certamen, uter alteri mutuo majorem sibi gloriam procuraret. Hoc mihi consilium proposui ad elucubrandum elogium Sancti Ignatii. Videbimus ergo,

1. Quomodo Heros hic incomparabilis abdicata mundana, fragilique gloria, cui in arte militari inserviebat, totum se devovit, atque mancipavit querendæ majori Dei gloriæ omnibus iis modis, qui possunt excogitari.

2. Quomodo exitus gloriosi, quos concessit Deus laboribus ab illo ob hanc causam susceptis; eidem adepti

adepti sunt coram Deo, & hominibus gloriam fo-  
 lidiorum. Hæc erit Sermonis partitio.

II. Quamvis omnia ad gloriam suam Deus produ-  
 xerit, & nihil sit, quod nullum habeat divinarum  
 ipsius perfectionum lineamentum; illa tamen præ-  
 stantissima sunt, quæ peculiari modo mandatum  
 hoc exequuntur; quia videmus perfectissima artium  
 opera ea esse, quæ artificis celebritatem commen-  
 dant. Hinc Propheta testatur inter Dei opera cæ-  
 los Dei gloriam potissimum celebrare, & prædica-  
 re auctoris sui magnitudinem, quia nulla sunt,  
 quorum extensio, & pulchritudo mentibus nostris  
 majorem ciant admirationem: *Cæli enarrant Glo-  
 riam Dei*. Hoc ipsum dico de operibus gratiæ,  
 qui Sancti sunt; hi sunt majores, & gloriosiores,  
 quos elegerit Deus ad gloriam suam per univer-  
 sum terrarum orbem proferendam, ad Exemplum  
 Sancti Sanctorum, qui est Mundi Salvator, qui  
 cum sit essentialis gloria Patris, quemadmodum il-  
 lum appellat Apostolus: *Splendor paterna gloriæ*,  
 maximam eidem gloriam procuravit, accidentalem  
 videlicet, quæ sit super terram, & quam ille po-  
 terat expectare, humanæ salutis, ut ipse ait, co-  
 operando: *Pater, ego te clarificavi super terram;*  
*opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facerem;*  
*Manifestavi nomen tuum hominibus*. Deum quippe  
 clarificavit perficiens magnum illud opus, pro quo  
 fuerat missus, nomen illius hominibus pandens,  
 eosque divinis illustrans cognitionibus, in quo Dei  
 gloria propriè consistit. Iterum dico, Sanctum hunc  
 novissimis hæc temporibus electum fuisse, ut hoc  
 ipsum prosequeretur, & hanc eandem Dei gloriam  
 proveheret.

1. Quia eundem habuit sibi propositum finem,  
 nempe mundi totius salutem.
2. Quia eandem viam aggressus est iisdem ra-  
 tionibus usus.
3. Quia data ratione similem eventum sortitus  
 est: *In gloriam meam creavi eum, formavi eum,*  
*& feci eum*. Isaia 43.

III. In textum eundem; asseri potest, ex omnibus  
 Sanctis Ignatium eum esse, cui optimè quadrant  
 allati textus verba, ac ostendi:

1. Dei manum occupatam in creando, videlicet  
 in educendo ex nihilo peccati per poenitentiam per-  
 fectam Ignatio: *creavi illum*.
2. In eodem per cruce, labores, & passiones  
 formando: *formavi illum*.
3. In eodem per Apostolicum zelum perficien-  
 do: *Et feci eum*. P. Textier in Panegyric. hujus  
 argumenti.

IV. Fuit magnus secundum nomen suum: *Maximus*  
*in salutem Electorum Dei, expugnare insurgentes*  
*hostes*. Juxta quem textum ostendi potest.

1. Quinam fuit Sancti Ignatii fervor in poeni-  
 tentia.
2. Quinam zelus pro salute proximi.
3. Quæ fortitudo, ut Ecclesiæ hostibus adverfa-  
 retur. *Flechier*.

V. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum.  
 Oraculum hoc ex Sacris Scripturis assumimus in  
 texendo S. Ignatii elogio, ut inde dimetiamur  
 laudes illius, quia glorificavit Deum, semperque  
 in corde suo gestavit insculpta verba hæc, quæ  
 semper habebat in ore, *Ad majorem Dei gloriam*.  
 Quæ causa fuit actionum illius, hodierna die ar-  
 gumentum erit elogii ipsius; nos verò gloriæ ejus-  
 dem gradus desumemus ex ea, quam Deo reddidit  
 toto vitæ spatio. Laudaturus itaque Sanctum  
 hunc Patriarcham, credidi nullum solidius eleva-  
 tionis ipsius statui posse fundamentum. Illum igitur  
 considerare possumus tamquam peculiarem ho-  
 minem, vel tamquam Societatis Jesu Institutorem,  
 & affirmare, ipsum sub duplici hac qualitate glo-  
 rificasse Deum.

1. Propriis manibus omnes adhibens curas, la-  
 bores, atque vigilias, *Ad majorem Dei gloriam*,  
 juxta characterem suum.
2. Manibus filiorum suorum, qui toto vitæ suæ  
 tempore sese ad Patris adeo Sancti componunt exem-

plar, & meridiana luce clarius suis ostendunt ope-  
 ribus, se veros illius hæredes esse; & zelus ipsius  
 supplementa. *Biroat*,  
*Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem*  
*ejus annuntiabit Ecclesia*. Eccli. 33.

VI. Si quilibet Sanctus proprium habet, & peculia-  
 rem characterem, quo non solum ab aliis distin-  
 ctus est, sed etiam similior illi factus, qui est San-  
 ctorum omnium exemplar; nullus dubito, quomi-  
 nus agnoscaris magnum S. Ignatium ex solis ver-  
 bis, quæ pro argumento ejusdem elogii desumpsi,  
 quandoquidem ille per sapientiam prorsus cælestem,  
 & prudentiam plusquam humanam enituit. Sub  
 hoc titulo tot gentes, quæ suam illi debent salu-  
 tem, hodierna quoque die illum colunt, & omnis  
 Ecclesia illum in futura sæcula celebrabit, tam-  
 quam unum ex illis Sanctis viris, qui præ cæte-  
 ris divinæ Sapientiæ luminibus fuerint illustrati:  
*Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus*  
*annuntiabit Ecclesia*: Ecclesia igitur non minimam  
 sibi partem vendicat in hoc elogio, quod facien-  
 dum aggredior de incomparabili Ignatii sapientia;  
 quia numquam antea tantum illi opus fuit Sancto  
 hujus characteris ad Templi columnas sustentandas,  
 ad Sanctuarii portas tuendas contra Dei inimicos,  
 qui conati sunt illas per errores infringere, & qui  
 nullam humanæ prudentiæ vel potius poliutiæ dia-  
 bolicæ artem intentatam reliquerunt, ut optatum  
 finem consequerentur. Hispania coruscare vidit pri-  
 ma lumina sapientiæ hujus præstantissimæ; ejusdem  
 progressus Gallia confexit; ejusque successus ad-  
 mirata est Italia, & mundus universus felicissi-  
 mos effectus expertus est. Aquilissima profectio esset  
 illatio, Ignatium sapientem fuisse, quoniam fuit  
 Sanctus; etenim quid alioquin tota est Mundi sa-  
 pientia, coram Deo, nisi insania mera? Sed hoc  
 illi cum longè pluribus commune fuit. Ita etiam  
 asserere ipsum non communi sapientia præditum  
 fuisse, eò quod æternas veritates sibi pro vita in-  
 stituenda proposuit: elogium hoc illius non est  
 singulare, quoniam omnes veri Christiani laudis  
 hujus esse debent participes. Sed cum Sapientia,  
 & prudentia secundum conceptum, qui de hac vir-  
 tute nobis adstruitur, quæ ceteras regit virtutes,  
 & præstantissimi viri characterem constituit, in eo  
 sita sit, ut nobilem sibi finem proponat, & inge-  
 nta consilia concipiat, & mox aptissima eligat me-  
 dia, per quæ omnia è voto succedant, ac tandem  
 ut ita omnia disponat, ut curæ, laboresque om-  
 nes benevertant; hinc intelligitis me non posse  
 vobis tabulam proponere, quæ propius eum imi-  
 tetur Sanctum, cujus elogium a me vobis propo-  
 nendum est; nisi ostendendo

1. Eum esse absolutissimum prudentiæ Christia-  
 næ exemplar, & sibi proposuisse præstantissimum  
 opus, quod quisquam mente assequi valeat: hoc  
 est, majorem semper Dei gloriam procurare; quo-  
 niam hic unicus fuit finis illius; hic illius cara-  
 cter, & causa omnium actionum.
2. Eum novisse eis uti artibus, quæ ad hunc fa-  
 nem erant maximè efficaces.
3. Tertio denique omnia ipsi è sententia evenif-  
 se: licet gravissimi obices adversarentur. Ecce pau-  
 cis magis hujus hominis Spiritum Sanctitatis,  
 ejusdem characterem, & compendium elogii glorio-  
 rum laborum ipsius. *Auctor Sermonum in omnia*  
*argumenta &c.*

VII. Quamvis Deus unus possit tueri, & ulcisci,  
 procurare, & inspirare gloriam suam; tamen uti-  
 tur etiam hominum ministerio ad hanc rem, ut  
 potentia sua magis elucescat, quæ nunquam ma-  
 jor videtur, quam cum infirma mundi eligit Deus  
 ea, quæ magis mirabilia sunt, operaturus. Hoc  
 consilio mandavit Deus Sanctis viris gloriam suam  
 custodiendam; modò aliis zelum tribuit ardore ple-  
 num ad illam vindicandam, ut olim Propheta E-  
 liæ, cujus agendi vis igne ferventior, momento  
 ejusdem gloriæ inimicos evertēbat: modò aliis con-  
 tulit satis fortitudinis ad illam proferendam pretio  
 sanguinis eorum in omnem terrarum orbem, si-

VI.

VIII.

IX.

X.

VII.

curi fecerunt Apostoli, qui mortem subire non du-  
 bitaverunt, dummodo glorificaretur Deus ab om-  
 nibus terrarum nationibus, & demum aliis non-  
 nullis tribuit vim inspirandi eam Discipulis ad e-  
 jusdem progressum etiam post obitum suum augen-  
 dos, & usque ad finem sæculorum; quod nonnul-  
 li Ordinum Patriarchæ fecerunt, qui ut perennarent  
 zeli sui magnitudinem pro gloria Dei, filios  
 suos impulserunt, ut novum gloriæ hujus procurarent  
 incrementum, cooperantes salutis animarum,  
 quas singulis diebus adjiciunt trophæis Salvatoris  
 cuius, & missionibus suis. In S. Ignatii vita vi-  
 dentur tres istæ rationes ad majorem Dei gloriam  
 laborandi, modò illam ulciscendo, modò illam in-  
 spirando, modò tandem illam augendo. Verè igitur  
 asserere possum

1. Ipsum eam in semet in sua conversione vin-  
 dicasse.
2. Ipsum illam laboribus, & missionibus suis in  
 mundo auxisse.
3. Ipsum illam filiis suis in Societatis institutio-  
 ne inspirasse. *Auctor Sermonum Christianorum &c.*  
*Danti mihi sapientiam dabo gloriam*. Eccli. 51.  
 Qui textus nobis viam aperit ad eximium Panegy-  
 ricum S. Ignatii.

VIII. Ignatius præditus erat naturali prudentia, ut  
 in mundi negotiis sapienter se se gereret: Deus il-  
 li usus est ad finem longè præstantiorem ac nobi-  
 liorem, qualis est procurare Domini gloriam, tri-  
 buens eidem media, ad illum obtinendum aptissi-  
 ma, de quibus jam sumus locuti.

2. Vicissim Deus Ignatium glorificavit, confere-  
 rens eidem media ad sublimem sanctitatis gradum  
 perveniendi, illum in amplissimis Apostolatus nu-  
 meribus exercens; ac præstantissimis laudum testi-  
 moniis, quæ eidem perhibuerunt Sanctissimi, &  
 præstantissimi viri faculi ejusdem.

IX. Fortitudo, & prudentia, quæ summos viros in  
 civili vita constituunt, eandem faciunt Sanctos in-  
 signes in statu Filii Dei.

1. Ignatii fortitudo enituit in conversione sua,  
 in qua vis non defuit illi abrenuntiandi mundo,  
 superandi suas affectiones, & infringendi omnes  
 obices, qui generosis ejusdem consiliis adverfa-  
 bantur.
2. Prudentia verò in plurimorum enituit con-  
 versione per varia adminicula, quibus ad hunc fi-  
 nem usus est, ita ut se ipsum sanctificaverit, quo  
 nihil est sublimius in Christiana prudentia, & præ-  
 terea felici eventu aliorum salutis, atque sanctifica-  
 tionis est operatus: Qui proprius est character Magni  
 hujus Sancti, qui Dei gloriam primum in se, mox  
 & in aliis procuravit.

X. *Estote imitatores mei, sicut & ego Christi*. 1.  
 ad Cor. 4.

Filius Dei quodam die ab Apostolis quesivit quid  
 homines de ipso dicerent, atque sentiant: *Quem*  
*dicunt homines esse filium hominis?* qui responde-  
 runt: *alii Joannem Baptistam, alii Eliam, alii*  
*Jeremiam*; unus verò S. Petrus respondit: *Tu es*  
*Christus Filius Dei vivi*. Salvator quidem similis  
 erat Joanni Baptistæ austeritate vitæ, licet extrinse-  
 cus non haberet eam externam poenitentia speciem,  
 quam illius Præcursor S. Joannes præferebat. Ha-  
 bebatur enim Elia, licet ejusdem non haberet fe-  
 veritatem. Habebatur gemitur, & spiritum Oratoris  
 Jeremias, sed ut amoveret mala magis truculenta,  
 & funesta, quam quæ civitati Jerusalem impendebant.

Cum nemo unquam melius Sancto Ignatio atle-  
 cutus fuerit Jesu Christi Spiritum; ipse etiam hæc  
 tria simul conjunxit.

1. Austeritatem S. Joannis Baptistæ, rigidamque  
 poenitentiam in vita communi, qualis fuit J. C.  
 vita.
2. Ardentem zelum cum consummata prudentia  
 non secus ac Salvator, qui erat Elia suavior, &  
 mitior.
3. Spiritum orationis cum extrinseca actione,  
 pro salute proximi, qua in re ad unguem Jere-  
 miam, & Salvatorem imitatus est

*Hardy, Paneg. Tom. II.*

1. S. Ignatius contempserit, oppugnavit, & sacri-  
 ficavit mundi gloriam humiliationibus, contemp-  
 tibus, persecutionibus inimicorum Dei.

2. Extendit in omnes terrarum plagas Dei glo-  
 riam iis modis, quos unusquisque scit, & quos  
 jam attulimus.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ubi reperiri copia potest ad has Sermonum  
 structuras exornandas, & Auctores, quide  
 hoc argumento scripsere.

Bulla Urbani VIII. pro Canonizatione Sancti Bullæ Com-  
 muni Pontifici.  
 Ignatii, quæ allata est in tomo 3. Magni Bul-  
 larii, autenticum perhibet testimonium virtutum,  
 miraculorum, & actionum heroicarum insignis San-  
 cti hujus; ita ut quod in Bulla hac continetur suf-  
 ficere possit ad magnificum elogium texendum sine  
 aliorum Auctorum subsidio.

Ubi animadvertendum est processum Canoniza-  
 tionis S. Ignatii jam antea factum fuisse regnante  
 Gregorio XIII. sed summi hujus Pontificis obitum  
 obtulisse, ne litteræ expedirentur.

Præterea sub Paulo III. in Societatis confirma-  
 tione S. Ignatio adhuc inter vivos degente obtenta,  
 Institutum hoc ad examen fuerat vocatum,  
 commendatum, & approbatum, non secus ac il-  
 lius forma, & finis, non secus ac media promo-  
 vendæ gloriæ Dei, quæ ille amplectitur; quod  
 non minima laus est ejusdem Institutoris.

Ribadeneira primus omnium scripsit vitam Ma-  
 gni hujus Sancti, qui illum in suam Societatem  
 adlegerat, & sua manu formaverat. Auctores  
 vitæ S. I-  
 gnatii.

Habemus duas ejusdem Auctoris vitas ejusdem  
 argumenti latinè scriptas, alteram quidem fufiori sty-  
 lo, alteram verò compendiario Sermonem enar-  
 ratas.

Maffejus, qui dolet a Ribadeneira non pauca  
 omiffa fuisse, aliam edidit stylo elegantiori.

Orlandinus tomo primo Historiæ Societatis to-  
 tam Institutoris vitam complexus est, & quid eo  
 vivente gestum est.

Libellus, cui titulus, *Gloria Sancti Ignatii* col-  
 ligit quidquid in hoc argumento præstantius, & glo-  
 riosius dictum fuit.

P. Bartoli Jesuita fatis magnum Italicè volumen  
 edidit.

Vigilius Notari, ipse quoque Auctor Italus,  
 in Sancti hujus miraculis immoratus est, & referat  
 facta quadam non vulgaria.

P. Bouhours celeberrimus propter nativam scri-  
 bendi elegantiam, vitam hujus gallico edidit idio-  
 mate ea sedulitate, ut nihil ultra sit desiderandum.

P. Croiset in Asceticis exercitationibus pro sin-  
 gulis anni diebus. Ascetici.

P. Novet in tomo Meditationum in vitam Jesu  
 in Sanctis suis plures habet meditationes de virtu-  
 tibus Sancti Ignatii.

P. Haincve tertia parte Meditationum, ad vo-  
 luminis calcem amplam habet hujus argumenti Me-  
 ditationem.

P. Orlandinus in calce primi Tomi Historiæ So-  
 cietatis instituit anacephalicos virtutum, & actio-  
 num Sancti Ignatii, quæ pro præstantissima Paneg-  
 yrica Oratione haberi potest. Conciones  
 m. p.

Biroat in Tomo secundo Panegyricorum.

P. le Jeune, Presbyter Oratorii, tomo 4. Ser-  
 monum.

P. Textier Tomo 2. Panegyricorum.

Flexier in Panegyricis.

P. Bourdalove in Tomo 2. Panegyricorum.

Auctor Sermonum Christianorum Tomo 2.

Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ  
 argumenta in 3. Panegyricorum Tomo.

Foermentier in Panegyricis.

In Elogiis historicis Sanctorum Tomo tertio.

In Specimine Panegyricarum Orationum Tomo  
 primo, tres sunt synopses, vel tria compendia Ser-  
 monum hujus argumenti.

F Lon-

XI.

Auctores  
vitæ S. I-  
gnatii.

Ascetici.

Conciones  
m. p.



Longe plurimi adfunt Sermones vel MSS. vel typis editi in omnibus linguis, quos istic referre, & inutile esset, & impossibile.

PARAGRAPHUS III.

Loci, figura, exempla, applicationes Scripturarum huic Argumento.

Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 1. Reg. c. 2.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum Filii Israel. 3. Reg. c. 4.

Accendatur velut ignis zelus meus, Psalm. 78. Protector Salvationis Christi sui. Psalm. 27.

Deus mandavit illis unicuique de proximo suo, Eccli. 17.

Zelus domus tua comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Psalm. 68.

Tabescere me fecit Zelus meus, quia oblitus sunt verba tua inimici mei, Psalm. 118.

Vidi prevaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Ibidem.

Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psalm. 113.

Danti mihi Sapientiam dabo gloriam, Eccli. 51. Servus meus tu Israel, quia in te gloriahor, Isai. 49.

Sacerdos Magnus, qui in vita sua suffulxit domum, & in diebus suis corroboravit Templum, Eccli. 50.

Misit Deus ignem in ossibus meis, & erudit me. Thren. 1.

Qui ad justitiam erudierint multos, fulgebunt quasi stelle in perpetuas aeternitates. Daniel. 11.

In gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum. Daniel 43.

Ecce ego mitto vos sicut oves in media luporum; estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. Matth. 5.

Beati estis cum maledixerint vobis, & dixerint omne malum mentientes adversum vos propter me. Ibidem.

Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Idem cap. 14.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendantur? Luc. 12.

In his, que Patris mei sunt, oportet me esse. Luc. 2.

Si ego glorifico me ipsum; gloria mea nihil est, Joann. 8.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Corinth. 4.

Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Ibidem, cap. 9.

Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Ibidem. cap. 6.

Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. 1. Corinth. 9.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filii eius. 1. Corinth. c. 1.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? 2. Ad Cor. c. 11.

Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Ad Galat. 4.

Qui converti fecerit peccatorem, salvabit animam. Jacob. 5.

Euntes in mundum universum, predicat Evangelium omni creature. Marci 16.

Figura & exempla.

Sicuti olim Moyse promisit Deus, se illum in montis scissuram adducturum, ut inde per modum transeuntis videret gloriam suam: Cum transibit gloria mea postam te in foraminibus petrae. Videtur ille videns Ignatium in Mantice specu huic ostendisse in quo ipsius gloria consistat, & quid

Detegit Deus sancto Ignatio in quo sit gloria Dei ut olim Moyse. Ibid. 11.

faciendum sit illi, ut eandem procuret; Ostendit quippe illi, cum creaturæ omnes idem factæ sint, ut creatorem suum glorificent, illis esse non posse finem præstantiorem, quam semet immolandi & absumendi pro hac re, Ex eo igitur tempore, perinde ac officium hoc ad se unum spectaret, hinc fecit characterem suum: Ad majorem Dei gloriam. Hoc est generale principium, ex quo haurit omnes illationes ad regimen vitæ suæ. Nullam novit nobilitatem, quam servire Deo, neque ullam finem nobiliorem, quam Deum ipsum, qui omnia ad gloriam suam operatur. Gloriosum finem! generosum consilium! Non est hic humanæ prudentiæ effectus; meliorem sibi vindicat partem divina sapientiâ; & sicuti illius est magna hæc præbere consilia; ipsius quoque est eorumdem exequendorum media suggerere.

Deus olim ut superbiam confunderet, & ambitiosorum hominum, qui Babylonicam Turrim in Cælum usque ædificare cupiebant, conatus eluderet, illorum dumtaxat confudit Sermonem & evellit notiones omnes, quas de singulis rebus habebant: at crederetis ne ad Cœlestem Jerusalem ædificandam, & ex omnibus justis compositam Deum arte profus opposita usum fuisse? atque ut illam ad hanc altitudinem proveleret, præstantissimam rationem quam Sancto Ignatio tradidit, fuisse docere pueros linguas, illis primas rerum notiones tribuere, eosque ad pietatem formare tunc cum illis prima scientiarum rudimenta tradebat? Si enim verum est, quod Ethnicus quidam docebat, quod qui huic se mancipant ministerio, in privato, publicum negotium gerunt, non solum quia ex illorum institutione, tota mortalium reliqua vita pendet, verum etiam quia omnes status, & conditiones, quas ingrediuntur, fructum inde percipiunt; non ne hoc est uno munere omnia quodammodo officia complecti, ac de omni mortalium genere benemereri, hanc assumendo provinciam adolescentulos erudiendi? Et licet Ignatius huic tantum muneri sese mancipasset, non ne dici jure posset amplexus fuisse officium verè Apostolicum? Saltem non deest nobis hujus sententiæ assertor, & auctor Summus Pontifex; Paulus videlicet III. qui in Bulla Confirmationis Societatis Jesu hoc ministerium Apostolo dignissimum nuncupat, ubi omnes Apostolicæ virtutes maximo cum fructu exercentur. Occupatio nulla fructuosior vel proximis ad adificationem, vel vobis ad charitatis, & humilitatis officia exercenda. Præterquam quod nullum officium est, cujus fructus vel tutius, vel diutius videatur. Et profectò si universa infernalis inimici rabies, & improbitas nihil excogitare valuit aptius ad Christianismum funditus convellendum, ac diruendum, quam prohibere, ne Christianorum filii edocerentur, eisque omnem ad scholasticas disciplinas aditum intercludere, quod Juliani Apostata edicto curum fuit, & quod ex illius sententia præstantius cessit quam cædes, & cruor, quibus, ajebat ille, Christiana Religio in dies magis, magisque confirmabatur: E contra dicere possumus, utilius & accommodatius consilium ad illam solidius confirmandam esse curam erudiendi adolescentulos, cui S. Ignatius explicito voto eos addixit, qui in ipsius castra erant transiuri.

Nescio, utrum Ignatius unquam suscepit aliquid propter Deum sublimius, majoribusque laudibus extollendum, quam se se ad puerosum conditionem in puerilis classis pulverem se se redigens. Quare? Quia numquam sibi majorem vim debuit inferre, ut humanos sensus reprimeret, & omnem naturæ horrorem superaret. Longè ab adorabili Domini sui factò dissimilis tunc etiam cum omnes intendebat nervos, ut cum aliquandò imitaretur. Jesus Christus adhuc puer sedet inter Doctores in Templo, & homo ille jam vir, sedet inter publicæ scholæ Discipulos. Jesus Christus puer adhuc ultra suam ætatem assurgit, ut doceat; Ignatius infra suam se se submittit, ut doceatur. Dei Filius duodecimum agens annum Doctoris munus obit;

Fructus, quos recitavit Ignatius ex adolescentiæ sue institutione.

Sensus.

S. Ignatius se se dimittere inter pueros comparatur Deo filio inter Doctores docenti.

Ignatius verò tribus, ac triginta natus annis Discipulis adnumeratur. Admirati sunt Scribae, & Pharisæi sanctam Jesu Christi firmitatem intui; Barcinone verò omnes illi, quibus rationis, ac sensus lux affulgebat, Ignatii docilitatem videntes obstupuerunt. Quod discrimen, & rursus quæ inter utrumque similitudo; quandoquidem uterque id unum spectarunt quomodo ad majorem Dei gloriam aliquid conferrent, eique fidelitatem suam restarentur! Nesciebatis, quia in his, que Patris mei sunt, oportet me esse?

Luc. 2.

Cum Israelitæ horrentia deserta peragrarent, ut terram promissam aliquando ingrederentur; narrat Scriptura, Deum ad illos per ignotos, inhospitales saltus deducendos, non sine manifesto miraculo ducem illis præstitisse; columnam videlicet, quæ noctu ignis coruscans videretur, qui illis facem præferret, & motu suo iter sequendum connotaret; sed interdum in densam, conspicuamque nubem convertebatur, ut illam secuti ad terminum suum pervenirent. Apertior potest inveniri scriptura illius auxilii, quod Deus Ecclesie suæ præbuit in D. Ignatii persona, ut illuminaret, ac deduceret fideles tempore noctis, ac tenebrarum; hoc est, cum inficitia, error, & cæcitas tot hæreticorum perditorum caliginem offuderant nitidissimis luminibus fidei, & Religionis? Profectò columna fuit, qua Domini Templum suffultum est; sed ignea, lucensque columna, ad omnem fere simul orbem terrarum luce sua illustrandum. Ipsum Ignatii nomen fuit hujus veritatis omen. Sed addendum est columnam hanc fuisse quoque nubem, quæ Apostolici viri symbolum est, nubem, quæ suos influxus in infinitas gentes, & universum prope Mundum effudit: nubem, ex qua gratiæ, & benedictiones, in quascumque terras circumferretur, defluerunt: ut de hoc summo viro dici possit, quod de columna illa Israelitarum duce Biblia testatur: Non defuit columna ignis per noctem: neque columna nobis per diem.

Cum Theodosius Cæsar Magni Arsenii cura traderet Arcadium filium suum, cui imperavit, ut illum tamquam Patrem alterum haberet, & coleret, profertens Sanctum hunc, scitissimumque Magistrum de se per quam bene fuisse meritum; Tu magis pater es filii mei, inquit illi, quam ego; mihi enim vitam debet, tibi verò præclaras dotes, quibus cum decorasti: mihi, sed post Deum, augmentum debet sensus tuum; tibi verò pietatem, & eruditionem: illum regii diadematis heredem reliquam; sed si illud, uti opus est, cum honore gesserit, hoc fiet, eò quod ex tua doctrina, tuisque virtutibus profecit. Gloriosum hoc testimonium perhiberi potest Ignatio, doctisque Societatis ejusdem institutoribus, qui ab ipso Societatis exordio tantum utilitatis atulere Ecclesie, & Reipublicæ, summis, & imis, domesticis fidei, & illis, qui foris sunt, quemadmodum S. Paulus ait, mundo veteri aequè ac novo.

Si in vitæ suæ exitu flagrabat Cœlestis gloria desiderio S. Ignatius, haud ille mundi ærumnas, laboresque fugere, neque certam sibi salutem suam facere, quod plurimi quærunt, cupiebat; sed tantum videre Salvatorem, eumque magis glorificare. S. Martinum admiramur, qui cum jam jam recepturus esset diutissimorum laborum suorum præmium, tamen hoc sibi differri non abnuebat; si Deo id proximorum bono utilis visum fuisset. Non sine admiratione legimus S. Dunstani Cantuariensis Archiepiscopi zelum, qui a Scraphim invitatus, ut secum ad festum Dominicæ Ascensionis die in Cælo celebrandum pergeret, dici ipsius celebratè caufatus dixit, non licere sibi populum suum deserere, cui die illo divini verbi panem frangere debebat, & docere viam, qua Jesum Christum in gloriam ascendenti sequeretur. Nobis stuporem injicit S. Paulus cum Philippensibus scribit; urgeor utriusque cupiens dissolvi, & esse cum Christo: quia te mihi nihil utilius; sed ad vestram utilitatem magis necessarium est, ut adhuc in hac

vida permaneam. Hi profectò sunt sensus ab omni cupiditate vacui, & puræ intentiones de Dei gloria dumtaxat sollicitæ. Tamen haud equidem minor minus S. Ignatii Zelum dicentis, si optio sibi daretur, ut salutis certus statim moriens recta in Cælum pergeret, vel ut diutius vivens aliquid ulterius ad majorem Dei gloriam conferre posset populi salutem procurando, licet incertus suæ, se spirituale bonum animarum, & Dei gloriam inde profectam prælatorem certitudini salutis æternæ. Neque putetis hoc illum repentino impetu protrepum dixisse. Cœlestis hæc flamma cor illius semper inextincta comburebat.

Nonnullorum Scripturæ locorum ad hoc argumentum applicationes.

Mandavit illis unicuique de proximo suo. Eccl. 17. Spiritus Sanctus omnibus quidem, sed singulis singulari modo mandavit curam proximi sui. Qui aliis præstant, ac pollent auctoritate, hæc uti non debent, nisi ut aliorum salutem procurent. Itaque necessarium patris officium est familiaris suæ salutis invigilare, & rectæ filiorum institutioni consulere. Qui magistratum gerit, ad omnia, quæ ad munus suum pertinent, zelum suum extendere debet. Hic redditurus est rationem omnium publicorum criminum, quæ non prohibet, & quæ reparari non posse putat ob eam unicè causam, quia ipse zelo vacuus est. Quantumvis bonus videatur, nisi aliis etiam utilis est, a Deo tanquam nefarius habetur. Si privatus esset, forsitan sanctus esset, sed quia publicam gerit personam, reprobabitur. Verum enim verò ipsi animarum Pastores majori zelo debent esse successi; hos præcipue Deus jubet pascere oves suas: pasce oves meas; eosque existimat interfectores illarum, quas, eruditionis defectu perdidit: Quia non pavisti, occidisti. Privatis quoque zelus requiritur; sed alio modo; Fraternalis correctio omnes quidem obligat, ubi utilis esse valeat; & utilis ferè semper est, cum adest prudentia, suavitas, & spiritus charitatis. Si viderem hominem se se in abyssum dejicientem, non ne mortis ejusdem reus esset, nisi cum pro vitii parte prohiberem? Monitum salutare opportunè prolatum animæ excidium potest evitare: num coram Deo culpa vacet, qui negat illud? Adest etiam zelus obligans universos, cura videlicet aliis bonum exemplum præbendi. Homini virtute præditi exemplum nonnumquam magis prodest, quam sermo Concionatoris. S. Ignatius bonis exemplis suis, non secus ac Verbis concionabatur. Humilitas, modestia, totus denique corporis habitus præstantissimus erat sermo. Alius etiam efficacissimus modus est zelum nostrum exercendi, & iste omnibus potest congruere; oratio nempe, quæ simul tutissima est ad animarum salutem procurandam via. Hæc autem utuntur omnes Sanctimoniales, procul a mundo seclusæ, quæ unicè vacant orationi juxta Sanctæ Theresiæ exemplum, quæ crebrè coram Deo lacrymis profectione mundi flagitia, & quæ cum incomparabili ardore juges ostendebat Deo preces pro conversione peccatorum, quæ plerumque effectus est orationis animæ cujuspiam ferventis, atque latentis. Tantum igitur zeli nobis inesse debet, quantum nostra patitur conditio; & si negatum nobis est cum S. Ignatio verbis omnibus, factis, motibusque salutem animarum procurare; saltem pro viribus illum possumus imitari exemplis, & precibus peccatorum conversionem procurando.

Ego dedi te, ut sis salus mea usque ad extremam terram. Isai. 49. Verum quidem est hæc Isaiæ verba ad litteram de J. C. intelligi. Quis enim præter illum in matris suæ sinu efformatus fuit, non solum ut repararet Tribus Jacob, & reliquias Israel converteret, verum etiam ut esset lumen gentium, & salutis gratiam ad extremas usque terrarum plagas perferret? Sed licet gratia hæc salutis in omnes terras diffusa unicè ad J. C. pertineat,

Quis ex bere debet zelum ita sui conforment.

S. Ignatius cœlestis desiderium suum secundum Filii Dei mentem, populum suum convertenti cooperare.

qui illam per se ipsum operatus, solus fuit potens ille vir coram Deo, & coram hominibus; constat tamen non deesse viros insignis meriti, & caracteris, quibus dignatur ille per electionem suam gloriosum hoc, sed operosum, ac difficile ministerium impertire. Hic jam mentibus vestris occurrunt ultro nomen, & præclara Ignatii facta. Ubi primum conversus fuit, jam admirabilia conversionis alienæ præcepta, & mementa molitur. Ubi primum inquit consilium se se devovendi Deo, jam miscet illud insignes referendi triumphos. Discipulus simul, & magister, puer, & instrumentum gratiæ scit, & revelat; cognoscit, & communicat, quidnam ipsum tetigerit; atque converterit.

*Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea ad extremum terra.* Isaia 49. Ignati, elegi te ut per filios tuos nominis mei lumen in extremas usque oras deferres. Te delegi, ut Verbi Evangelici panem in remotissimas usque terras gentibus frangeres. *Servavi te, & dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram; & possideres hereditates dissipatas; & dices his, qui vincti sunt, surgite; & his, qui in tenebris sunt, relequamini.* Te mea providentia æterna reservavit in sæcula novissima, ut terram innovares, ut dissipatam reparares hereditatem, ut Ecclesiæ meæ afflictæ consolationem præberes. Hic ille campus est, ubi zelus tuus debet exerceri. Scias tibi rem fore contra impietatem, idololatram, hæresim. Non agitur amplius, Ignati, de spulacione, xenodochiis, privatis virtutibus; tibi mundi totius salus est amplectenda.

*Reatus, qui invenit Sapientiam, & qui affluit prudentia.* Prov. 1. Non deest sapientia quædam, quæ coram Deo mera est insipientia, inane pietatis phantasma, vel vana mundi forma; quæ accuratè externam Religionis speciem servat, cum ad votorum suorum complementum inservire potest, & facerrimas etiam leges sine ulla religione infringit, ubi suis obstant cupiditatibus, quæ indefinitum vacat ambagibus inquirendis ad nominis sui gloriam tuendam cum omnibus flagitiorum delictis; quæ ad utilitatem suam vertit quicquid pro Deo facere videtur, & quæ postquam nobis persuasit fallacibus luminibus, curæ nobis unice esse debere vitæ hujus felicitatem, nos cogit ut vi hujus doctrinæ omnia mundo, & hominibus sacrificemus. Hæc sapientia est Deo inimica, inquit Apostolus, & omnes Religionis leges evertit. *Sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta.* Sed adest etiam Sapientia vera, quæ non nisi propter, & secundum fidei principia operatur; quæ omnia Societatis officia ad illa Christianæ religionis referens, hæc fideliter adimplet, quin illa contemnat, quæ nunquam declinat ab aurea mediocritate, inter relaxationes, vel severitates, rigores, vel indulgentias servanda, quam Charitas Christiana exigit a nobis, & quæ omnia in lucro ponens omnia ad majorem Dei gloriam, propriam sanctificationem, fratrumque nostrorum salutem traducit. Hic verus est S. Ignatii character, & mihi videtur divina ista sapientia, hæc christianarum, moralium, urbanarumque virtutum Regina, esse propria Sancti hujus Patriarchæ, & nemo esse in Ecclesia, cui potiori jure applicari queant hæc Spiritus Sancti Verba: *Beatus, qui invenit Sapientiam; & qui affluit prudentia.* Neque satis gloriosum est S. Ignatio dicere, illum invenisse sapientiam, nisi addatur illam affluenter invenisse. Invenit illam, quoniam illius præcepta, quam latissimè patent, securus est: affluenter invenit eam, quoniam inde filiis suis præclarissima exempla, certissimosque canones in hereditatem reliquit. In hoc præsertim sita est ejus felicitas.

*Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* Apoc. 30. Hæc prophetia nonne hodie ad unguem adimpleta est in persona S. Patriarchæ Ignatii? Nonne verum est Christianum hunc dicentem non strenuè tantum decernisse, verum etiam gloriosos retulisse triumphos? Quandoquidem juxta Divini Institutoris verbum posuit illum in Ecclesia

sua tamquam columnam nulla umquam vi labefactandam. Deus, qui æterno lumine ipsam etiam fœditi temporis caliginem pervadit, prædixerat, tempus futurum, quo fides offusa tenebris per mendacii, errorisque Patrem, quo charitas vitiorum exundatione tepescens protectoribus destitueretur, nisi fortasse aliquibus imitatoribus Filii sui, qui eidem fideles usque ad seculorum finem erant ad hæsurum. Hæc infelicia tempora adveniant, tempora, quibus Schismata, & secessiones extinctura erant modicum illud fidei, quod supererat in mundo, & quibus discordia apud omnes ferme terrarum gentes latè grassabatur. Eo sæculo, quod adèd nostro huic fuit simile, ac orbi Christiano fatale peperit Ecclesia filios, qui dulcia Charitatis vincula perfregerunt, fidei germin suffocantur, errores severtunt, & per crudelem apostasiam viscera matris, quæ illos pepererat, dilaniantur: Eo sæculo, quo Religionis fundamenta labefecti incipiebant, & quo regnum infidelitatis jam jam in omnem terram effusum videbatur: tunc providentia, cujus semper sapientissima consilia sunt, in lucem edi justitiam ad mali adèd funesti cursum inhibendum. Deus qui eum nominis sui tutorem cupiebat constituit, tradidit illi animum, & vim, ut esse columna Ecclesiæ suæ, eamque contra hæreticorum, ac flagitiosorum hominum impetus propugnaret.

*Ite Angeli veloces, & diligenter ad populum terribilem, post quem non est alius: ad gentem expectantem, & conculcatam.* Isaia 28. Discipulos primosque Ignatii socios considero egredientes ex hoc Sancto loco tot Martyrum cruore consecrato: eos, inquam, considero proxiis eodem spiritu, quo ille fuit, animatos, eodemque succentos zelo gloriæ Dei, ut se in universas terrarum plagas effundant, mihi que videor illis hæc Prophetæ verba dicere posse: *Ite Angeli veloces &c.* Ite Angeli, & Apostoli, quoniam vobis conjungenda est illorum celestis, cum horum zelo, & ardore. Ite, & nolite tardare. Quorsum verò? *Ad gentem convulsam, & dilaceratam,* modò in Ortum, ubi Christiana religio fœdit, ex quo non amplius innititur firmo lapidi, super quem Dei Filius Ecclesiam suam condiderat: modò in gelidos triones, ubi schisma, & hæresis tot florentia regna dissiparunt, ac seclerunt in roidem sectas, quot sunt variae sententiæ, in quas abeunt. *Ad populum terribilem;* cujus vel solum nomen alios terret, & cujus savitia effecere potest, ut strenuissimus quisque atque firmissimus trepidet. *Ad populum, post quem non est alius.* His maria trananda sunt, ac terrarum extrema penetranda ut recentes detegant terras, ac in eas Dei gloriam protendant. *Ad gentem expectantem, & conculcatam.* Illi verò parati esse debent, ut se conferant ad gentes, quæ nobis tendunt manus; & modò ad illas, ubi cruentissimæ persecutiones Ecclesiæ instaurantur: Verbo, erudiendi, & illuminandi sunt promiscuè, & sine ulla personarum acceptatione omnes populi. *Non patiamur aliquem in ignorantia tenebris vivere.* Non patiamur aliquem ea ignorare, quæ ad salutem pertinent, neque solent populis illucescere, quibus fax Evangelica non luceat. Quantam animi firmitatem, hoc opus indiget! ratio verò, qua utitur Ignatius ad illud perficiendum, quantam sapientiam, prudentiamque testatur!

*In gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.* Isaia 43. Verum est, Deum, qui hæc omnia propter se operatus est, creasse omnes Sanctos ad majorem sui ipsius gloriam: & virtutes omnes, quibus illi excelluerunt, humilitatem, patientiam, charitatem, nihil coram illo esse, nisi ad ipsius gloriam, quæ virtutum omnium est finis, referantur. Hoc tamen non obest, quo minus quædam adsint personæ, quas peculiari modo elegisse videtur, ad gloriam suam ardentiori eum zelo promovendam; & sicut inter creaturas Prophetæ Cælis præsertim attribuit divinæ gloriæ præconium, non eò quod Cæli melius, quam terra Dei gloriam enar-

S. Ignatii socii se in omnia Regna disperserunt: illic Evangelium cum lumine allaturi.

S. Ignatius sanctorum scientia repletus: ac ut alios doceret, & rege-

S. Ignatius fuit, quoniam magister S. Paulus de seipso, & de aliis apostolis ait, coadjutor Filii Dei ad illius opera perficienda, & ministrum servanda.

Ecl. 44.

Quomodo S. Ignatius sollicitum præterit opus Ecclesiæ in omnibus necessitatibus suis, & propter hoc magis, quæ in omnibus occurrunt consiliiis.

rent; sed quod illam tantum fulgidius prædicent: ita licet Sancti omnes æquè in Dei gloriam creati fuerint, hoc tamen privilegium S. Ignatii Loyolita caracterem constituit. Omnes cordis sui motus nullum præter hoc obiectum habuere, & ad unum illum indigitandum videret Isaïas Prophetæ verba illa protulisse: *In gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.*

*Qui Spiritum Dei aguntur, hi filii Dei sunt.* Ecles. cap. 7. Reor nullum fieri posse dignius, & loquenterius S. Ignatii elogium, quam si vobis eum per Spiritum ex ejusdem dogmatibus ostendero. Videbitis illum repletum fuisse Scientia Sanctorum; doctrinam ejus esse, quidquid maxime purum est in Evangelio: eos, qui magni hujus æterici vite Institutoris Consilia sequuntur, per tutas semitas ambulare, & eum inter Parisiæ celestis filios non postremam sedem mereri, quoniam adèd manifestè actus fuit luminibus ejus, ejuque spiritu afflatus: *Qui Spiritum Dei aguntur, hi Filii Dei sunt.* Qui in virtutum praxi perseveraverint, fulgebunt tamquam fulgor firmamenti; sed qui aliorum doctores, ac duces fuerint in salutis scientia, micabunt tamquam Sydera in perpetuas æternitates. Quæ cum ita sint, dicere fas est, Ignatium esse ex numero lucentium Stellarum; quandoquidem postquam cucurrit in viis Domini summa fide, nobis in scriptis, & exemplis reliquit regulas, canonesque certissimos, secundum quos vitam instituamus.

*Protector Salvationum Christi sui.* Psalm. 27. Quid! Indiget Deus homine, a quo serventur ea, quæ ipse adeptus est? Non ne satis validè hæc roborata sunt meritis, & gratiis Dei Salvatoris? Ita est, non perfecit Deus opera sua, & patitur, hominem sociam addere operam suam, ut illa ad summum perfectionis apicem perducat. Scio Christum Jesum magnum esse reparatorem gloriæ Parisi sui, & salutis hominum; sed sibi hominem socium admittit, & coadjutorem in operibus suis absolvendis. Heu! Quis hic homo est ab æterno peculiari providentia constitutus, qui cooperetur in tempore utilissimis consiliis, quæ Deus extra se communicavit? Homo est materiam vinculis expeditus; homo spiritu adherens fini suo, homo longissimè supra reliquam vulgus se attollens, qui amorem, ac reverentiam sibi conciliat; qui hominum mentes rimatur, eorumque voluntates convertit, qui agrestes cicurat, qui eos salvos facit, qui spem omnem abiecerunt, qui tyrannos, & demones domat: *Protector Salvationum Christi sui.* Denique exiguus est Salvator; Apostolus Mundi totius, qui in omnem terram deserti divini nominis gloriam, Deique triumphos conservat. Sed quinam hic homo est? Non nisi trepidans dico: hic est Magnus Ignatius. Non me vobis excuso, quod cum laudibus celebrare audeam; in antecessum a vobis, præsertim verò ab insigni Dei Sancto veniam peto, quod nimis pauca de laudibus ejus attingam. Cum reliquos Sanctos laudo, observantia causa laudo; sed cum patris mei elogium aggredior, inevitabile debitum præsto. *Laudemus viros gloriosos, parentes nostros.* Non modestia mea me prohibebit quominus dignam virtutibus illius orationem institam; sed imperitia.

*Transiens in Macedoniam adjuva nos.* Act. 16. Reor in consilio, ardentique voto, quo S. Ignatius quærebat viis omnibus majorem Dei gloriam promovere, eamque ubique protendere; reor, inquam, quoscumque status, & conditiones, quæ in Mundo sunt, se se illius menti obtulisse, ut illi dicerent non secus ac phantasma illud, vel ille nationum tutelæ Angelus, qui apparuit S. Paulo in somnis: *Transiens in Macedoniam adjuva nos.* Magne Apostole, nobis ser opem, & ne nos derelinquas. Adolescentia, cujus institutio tanti momenti est, illi brachia tendit, & ait: *Adjuva nos:* & Ignatius in omnibus civitatibus instituit Collegia, ut illum in literis, & pietate erudit; nam sicut olim tota inferni rabies, & tyrannorum crudelitas nihil aptius potuit excogitare ad Christi-

fianæ religionis fundamenta labefactanda, quam a publicarum scholarum aditu christianos adolescentes prohibere; Ignatius noster e contra credidit se non posse illam magis confirmare, quam sapienti ætatis hujus institutione, a qua reliquis vitæ cursus, omniumque rerum publicarum felicitas penderet: *Adjuva nos.* Novus terrarum orbis jam detectus est, & nondum illinc idolorum cultus ejectus est. Ad id, summe vir, abs te petitur auxilium. Magnæ huic necessitati jam prospexit; quippe instituit Missiones, quarum fructus hæc usque perseverat, & dicere possumus nullam esse gentem adèd procal sepositam, aut barbaram, quod illius Filii non pervaserint. *Adjuva nos.* Sanctæ, ac spiritalis animæ luminibus egent, quæ sequantur; num deseret eas Ignatius in sæculo tot pleno tenebrarum? Non ita: quippe sanctitatem ad methodum, autemque redegit in libro Asceticarum exercitationum, qui plures sanctos fecit, quam verba continet, & quem insignis Sanctitate vir ex D. Bernardi familia appellat: *Tyrocinium generi humano institutum;* scholam unde omnes homines Sanctorum scientiam possunt haurire: *Adjuva nos.* Cathecumeni, Judæi, & infideles conversi ad illum confugerunt: his suam non renuit clientelam: instituit domos, ubi reciperentur, & Catechistas, a quibus erudirentur. Orphanis verò potissimum, qui æquè institutione, ac omni fortunarum genere destituti sunt, viscera pietatis ejus perterritant: audit hic illorum ejularus, antequam natura eis vocem dederit: itaque invenit undè eos alat, & educet in pietate. *Adjuva nos.*

*Accenditur velut ignis zelus meus.* Psalm. 36. S. Ignatii zelus similis erat igni, qui inflammat omnia. Nostrum illi fati non est hemisphærium; novas quærit terras, ad remotissimas usque nationes se extendit. Satis illi non est sanctificare fideles, infideles quoque studet convertere. S. Jacobus ait, quod *qui conversi fuerint peccatores, salvabitur animam.* Ubi notandum est non dici solum, *qui converterit, sed qui conversi fuerint.* S. Ignatius multa mortalium millia convertit in Gallia, in Italia, in Hispania, aliisque Provinciis, quas peragravit; verum etiam fecit, ut ultra decies centena millia converterentur in Africa, Asia, & America ab hominibus Apostolicis, quos illuc misit. Ecclesia in Officio divino S. Gregorium vocat Anglorum Apostolum, quia inivit in Angliam Apostolicos homines non quidem, ut illuc fidem inferrent, quæ jam pridem illuc fuerat invecita, sed ad illam resuscitandam. Potiori jure S. Ignatium appellare possumus Apostolum Indorum, Japonensium, Sinenium, aliorumque plurimorum populorum, ad quos misit Evangelicos operarios ad fidem ibi annuntiandam, quod non antea pervaserat.

*Ecce dedi eum præceptorem gentibus.* Isaia 55. In Sancti Ignatii vocatione Providentiæ consilium admittor, quo radicem stirpitis eruit malorum, quibus Ecclesia afflicta. Sciendum quippe est ex plurimis malis, ex quibus originem hauserat hæresis, præcipuum extitisse rerum ad fidem spectantium ignorantiam, quæ grassabatur in populis, cum prava adolescentia institutione. Consultare Scriptores, qui hæc narrant: hæc janua est, per quam ingressus est daemon erroris antiquam Religionem everfus. Sed quid agit Deus suscitans Ignatium? Ecclesiæ præbet antidotum contra malum hoc adèd periculosum, atque perniciosum. Ad quid enim præsertim, & ob quem finem appellatur Ignatius? ut doceat, & erudiat, ut populis tradat modum cognoscendi, quid illi sint, ut ex eorum mentibus eradici ignorantiam nostrorum mylletiorum; ut jaciatur prima semina Doctrinæ Fidei; ut veros Christianos efformet; non secus ac Prophetæ missus fuerat ad gentes docendas: *Ecce dedi eum præceptorem gentibus.* Ideò inter magna negotia, quibus premebatur, & de quibus passim tamquam oraculum consulebatur undique, non postrema illius erat cura Roma in vicis, & plateas egredi, ut catechetum ministraret plebeulæ, ut fidei sum-

Idem sequitur argumentum.

Ignatii sapientia operativa est sapientia, & prudentia sæculi.

Prov. 1.

Reservavit Deus S. Ignatium in calamitosa hæc tempora, quibus hæc eruditissima, strenua egeat patrum, qui eruditissimè solent con-

S. Ignatii zelus in fide propaganda.

Cum malorum omnium radice, effecit ipsa institutio ad fidem perducantur: S. Ignatius medelam adhibet, & quo pacto.

Isaia 30.

mam simplicibus explicaret, ut pueros in trivra & compita coeret, ut iis salutis traderet rudimenta: spectaculum, quod unum totam urbem, Praefules ipfos, purpuratosque Principes evocabat, quibus suae humilitatis exemplo predicabat, cum alios erudiebat, & verbi sui virtute permovebat.

Nullum est charitatis officium, quod S. Ignatius, e- jusque filii non obtineant.

Omnia omnibus factus sum, ut omnes facerem salvos. I. ad Cor. 9. In S. Ignatii missione illud est peculiare, nullum esse Charitatis officium, quod ille, ejusque Socii non obierint. Vult filios suos docere in Collegiis, predicare, & confessiones recipere in civitatibus, catechismum in Missionibus exercere; apud Haereticos aliam personam inducere, inter Turcas idolorumque cultores palam se offerre martyrio, Vult illis, qui in carceribus detinentur, opem ferre, agris, qui in Xenodochiis jacent, deservire; & ubi opus est, nec vitae suae parcere, ut terra luc infectis opitulatur. Verbo si veri sunt illius filii, ejusque spiritum possident, oportet, ut Apostoli exemplum secuti fiant Omnia omnibus; ac tandem necesse est, ut sibi persuadeant se post haec omnia servos esse inutiles, & haec levitia esse, ubi conferantur cum praclaris meritis tot Doctorum, ac ferventium Ecclesiasticorum, tot Sanctorum, piorumque Religiosorum, quos habere debent tamquam natu majores, ac prototypos sibi imitandos.

S. Ignatius loquitur ad huc & erudit mundum per societatem suam spiritus sui haeredem.

Et per illam defunctus adhuc loquitur. Hebr. II. Quod dixit S. Paulus loquens de Abel, & oblatione, quam obtulit Deo, ut illum coleret, possum equidem istic applicare Sancto Institutori, cuius encomium celeberrimo, & Societati, quam post se reliquit tamquam suorum sensuum sequentem, & haeredem gratiarum, quibus efficacissime cumulatus fuit: Et per illam defunctus adhuc loquitur. Utique per illam Ignatius licet mortuus, loquitur adhuc, ejusque vox in universo terrarum orbe clamat. Per illam sanae doctrinae panem pueris in Coelestis Patris aedibus distribuit; per illam licet saeviant procellae, ac tempestates saltus inter, & nemora quatit oves Israel, quae perierunt, calque evocat; per illam dirigit tot animas Sanctas; movet tot peccatores, redarguit tot haereticos, ac tot illuminat idololatras. Parcite quaeso, & per vos mihi liceat hodierna die, testimonium perhibere Societati, a qua fateor me omnia accepisse, & cui arbitror me debere universa; testimonium, quod certae innitur cognitioni rectitudinis intentionum ejus, & puritati zeli ipsius: quidquid meræ soligis fucus illi vitio vertere conatus sit, & quicumque fuerit color ater, quem eidem allinere hominum aua fuerit improbitas. Caeterum cum haec loquor, non filios laudare fert animus, sed unice Patrem celebrare, vel potius Dei gloriam attollere, ad quam filii, uti Patet, omnia debent referre. P. Bourdaloue.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum, quae applicari possunt variis virtutibus, vel actionibus Sancti hujus.

Zelo domus Dei comeditur, qui omnia pervertit, sa, que videt, cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat, & gemit. S. Augustinus in cap. 3. Joannis.

Ille in charitate Dei est perfectior, qui ad ejus amorem complures convertit, gratissimumque Dei sacrificium zelus est animarum. Idem.

Animus suum ut praestet Apostolus, magis est opus orationum, quam orationis facultate, ut orando pro se, & pro illis, quos est allocutus, prius sit orator, quam doctor. Idem I. 4. de Doctr. Christi. cap. 15.

Qui diligit Christum, rapite omnes ad amorem Christi; nolite cessare lucrari animas Christo, qui haurit esset a Christo. Idem.

Si diligit me, pasce oves meas, sicut meas pasco, non sunt meas; gloriam meam in eis quere, illam

non tuam; lucra mea, non tua. Idem tract. 23. in Joan.

Quo zelus fervidior, ac vehementior spiritus, profusiorque charitas, eo vigilantiori opus scientia est, qua zelum suppressit, spiritum temperat, ordinat charitatem. S. Ambrosius in Psalm. 118.

Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putant, qui sunt hostes Dei, quamvis patrem, fratres &c. Idem in Exod.

Divinorum omnium divinissimum est cooperari Deo in salute animarum. S. Dionys. de Coelesti Hierarch. cap. 3.

Si magna mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram; quanti est meriti a morte animam liberare in Coelesti patria sine sine videram? S. Gregorius I. 9. moral. c. 16.

Majus miraculum predicationis verbo, atque orationis solatio peccatorem convertere, quam carne mortuum suscitare. Idem.

Nullum omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum. Idem homil. 12. super Ezech.

Nullum valde magnum potest esse lucrum, quando nullum in proximo lucrum confertur. S. Chrysostr. homil. 25. in I. ad Corinth.

Nihil ita gratum Deo, & ita cura; ut animarum salus. Idem homil. 3. in Genes.

Quid huic zelo potest equiparari? Quod neque jejunium, neque humi cubationes, neque vigiliae, neque aliud quidquam potest efficere, efficiat procurata salus. Idem tract. 5. adverb. Judaeos.

Et si ingentes erogaveris pecunias pauperibus, plus tamen effeceris, si converteris animam. Idem ibidem.

Zelus absque scientia quo vehementius irruit, eo gravius corrumpit, impingens nimium, atque resistens. S. Bernard. Sermon. 4. de verbis Isaiae.

Zelum tuum inflammet Charitas, informet scientia, firmet constantia, sit fervidus, sit circumspiciens, sit invidus. Idem in Cantic.

Poteris tu plane inflammare ceteros, si fueris tu charitate inflammatus. S. Laurentius Justinianus homil. 25. in 2. ad Corinth.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae fontibus hoc in argumento possit hauriri.

Rationabilium creaturarum gloria in eo sita est, ut glorificent Deum, cumque nihil turpius sit, quam illum offendere; ita nullum officium praestantius est, quam gloriae ipsius cooperari. Non loquimur de interiori, atque essentiali Dei gloria, quam necessario ille sibi immetipsum praestat, per peculiarem suarum perfectionum cognitionem. Gloria haec non pendet ab hominum cultu, eamque mortales neque dare possunt, neque auferre. Habet praeterea Deus ornatum, gloriamque exteriorem, quam recipere potest a creaturis ex eorum animi grati sensu, & amore, qui visibilem quandam efficit lucem, quae quodammodo representat imaginem illius pretii, in quo se ipsum habet Deus; & in hoc sita est hominum gloria non solum quoad ad hunc finem facti sunt: sed quia Deus secretam posuit affinitatem inter gloriam nostram, & suam, quemadmodum promittit: Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. Ita ad S. Ignatium laudandum, desumi non potest aliud magis legitimum gloriae suae fundamentum, quam illa, quam ipse contulit Deo, ostendendo alterius magnalia ex incrementis alterius.

Quam gloriam procuravit S. Ignatius Deo & in quo sita sit.

1. Reg. 1. 2.

Sapientia, & prudentia faciemus Sacerdos, sicut facit magnos viros.

illam tamquam tributum, atque veltigal magnitudini suae maxime debitum. Verum est, in Ecclesiae suae institutione, in qua voluit gloriam suam praesertim consistere, noluisse uti opera Sapientum sculi, ne, inquit Apostolus, Sapientes isti factum illud sibi honori verterent, quem cum nomine partiri vult, & quem ab aliis vindicari non patitur. Verum est tamen ipsum temporis decursu immutasse consilium, atque ad reparandam gloriam suam, cui homines jugiter assiduis officiant sceleribus, ejusque accessionem procurandam, atque extendendam, incumbentem ad peccatorum conversionem, populorum salutem, & morum reformationem delegisse consummatam prudentiam viros, quos ipse sublimioribus sapientiae suae luminibus illustravit, suoque replevit Spiritu, ut in Ecclesia sua id faciant, quod primi ordines intelligentiae faciunt in Coelo, videlicet ut in alios reflectant lumina, quae immediate receperunt a Deo hac mente, ut hi ceteros in Dei cognitionem, & amorem inducant, in quo tota sita est gloria, quam ipsi Deo possunt procurare. Non licet autem ambigere, utrum in hoc praclarissimo Ordine S. Ignatium collocemus, praesertim vero cum minime desit aperitissimum Ecclesiae oraculum, quod palam testatum est, divinae gloriae zelum, cujus augustissimum erat omen Sancti ipsius nomen, suffultum fuisse providentiae praors divina, quae efficit, ut Sanctus hic Patriarcha exploratas haberet vias omnes, per quas illum ad omnia simul extenderet.

Tenetur quilibet Christianus in genere, & statu suo Dei gloriam procurare.

Luc. 2.

1. Tim. 6.

Zelus gloriae Dei habetur tamquam virtus perfectiorum tantummodo propria: attamen nihilo minus est necessaria quam charitas, unicum, & necessarium ejusdem principium. Nobis nulla sine charitate salus; sed nulla sine zelo gloriae Dei Charitas. Quod igni ardor, id charitatis zelus est. Numquid esse potest ignis sine ardore? Num charitas esse potest sine zelo gloriae Dei? Omnis homo ex quo Christianus est, & per adoptionem Dei Filius, dicere debet non secus ac ille qui Dei Filius est per naturam: In his quae Patris mei sunt, oportet me esse, ejusque gloriam procurare. Inter judicum subsellia vir Regis appellatur, qui Regis gloriam tuetur. S. Paulus hac de causa Timotheum Discipulum suum vocat virum Dei, quia illi cura demandata erat gloriae Dei, in Ecclesia sua. Dicere possumus S. Ignatium fuisse Virum Dei in universo terrarum orbe; quoniam, ubique, & in omnibus non solum Dei gloriam, sed majorem semper Dei gloriam procuravit. Quilibet Christianus esse debet vir Dei in statu suo: Rex in regno, Episcopus in Diocesi, Magistratus in tribunali, pater in familia sua. Potissimum illorum negotium est Dei gloriam ibi procurare, quam citra infidelitatem negligere nequeunt, sed non sine insigni perfidia prodere.

Quam gloriosum sit homini procurare gloriam Dei quicumque via.

bus; animi magnitudinem, nobilem, sanctamque superbiam, altissimum contemptum rerum omnium, quae non sunt Deus, & quae ad Dei gloriam non referuntur. Hoc persuasum erat S. Ignatio profertur, omnes vitae suae labores in ingenti lucro positos, si vel unum duntaxat lethale crimen prohibuisset. Quinam divinae gloriae zelus in tantum hujus viri corde; in nostris vero quod frigus; quae ignavia?

Deus qui extra se nihil invenire potest, quod non sit infra incomprehensibilem essentiae suae majestatem, nihil quoque facere potest, nisi propter se: & quantum sanctum est creaturis in actionibus suis propriam gloriam quaerere, tantum Creatori impossibile est aliquid facere, quod ad gloriam suam non referatur. Si Coelos condidit, hoc facit, ut gloriam suam enarrent; Si Angelos hominesque creat, hoc praestat, ut intelligant se nullam majorem invenire posse felicitatem, quam in cognitione illius, & in laboribus suis ad majorem illius gloriam procurandam. Peccatores aequè ac justii; qui remotiores videntur a viis salutis, non secus ac illi, qui rectissime, & constantissime in illis incedunt; qui Dei voluntatibus longissime videntur oppositi, non secus ac illi, qui fidelissime obsequuntur illis in mundo non sunt, nisi ut Deum glorificent, & benedicant ei. S. Ignatius attentissime considerans debitum omnium creaturarum, quo tenentur incessanter ad majorem Dei gloriam cooperari, quasi debitum hoc ad se unum spectaret, hoc sibi munus peculiariter obendum esse arbitratus est, utque illo perfunderetur, non ad unam, vel alteram provinciam, sed in mundum universum se extendit, atque hoc ipsum illi nondum videretur sufficere; ut ad majorem illius gloriam operetur, qui ipso ad opus hoc praestantissimum uti dignatur.

Cum omnia fecerit Deus pro gloria sua, quicquam non curam in eo coluit collocandam, ut eandem in omnibus quaerat.

Si Deum amamus, amamus etiam quidquid ille amat, & eo modo, quo ille amat. Deus autem proximum meum amat insiniter, & amor ejus tantus est, ut nulli rei parcat illum salvum facturum: igitur si Deum amo, ita proximum meum amare debeo, & nihil inausum relinquere, ut ejus saluti prospiciam. Nostrum singulis Dei Filius dicit, quod Petro: si amas me, pasce oves meas: hoc est, quantum in te est, omnibus viribus contende, ut salvi sint fratres tui. Hoc facies, si me amas; sin autem hoc facere negligis, quidquid dicas, me non amas. Si cogitabimus, quanti steterint Deo animae nostrae; nunquam deerit zelus nobis pro earum salute; neque id ignorare possumus videntes quo in pretio habentur a Domino. Ejus in re hac judicium nostri esse debet canon. Quidquid agit Deus in ordine naturae, & gratiae, tendit ad animarum salutem. Si mittit Filium suum in Mundum, si illum in cruce animam efflare jubet, hoc propter animarum salutem facit. Salvator Patri suo pareat, quidquid passurus sit. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis. Ostendit zelum, & amorem suum erga Peccatores in boni Pastoris parabola, in sollicitudine, qua ovem decerrantem inquit, in dolorem, quem testatus est lacrymis non abstinent propter Jerosolymae interitum, in ardore, quo Discipulos suos invitavit ad Patrem orandum, ut mittat operarios ad excolendam vineam, ad ejus cultum illos etiam hortatur; in miseratione, quam pra se fert videns tot populos tamquam perditas oves sine pascente; in cupiditate ardenti hauriendi calicem passionis suae. S. Ignatius in his omnibus quotidie Salvatorem suum imitari conabatur. Non potuit videre amorem, & zelum, quo Dei Filius flagrabat pro animabus nostris, quae ille operatus, & passus est pro salute nostra, & non amare illas, & non esse paratum ad omnia propter hanc causam sustinenda. Haec etiam in re Filiis suis dicebat illud ipsum, quod primis Fidelibus S. Paulus: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Deus vero nequit a mari nisi immal & proximus amatur.

1. Joan. 10.

Ad Phil. 3.

Si Jesum Christum diligimus, possumus ne sic. F 4 cis



Amor, quo J. C. diligimus excelsis, re in nobis, debet zelum pro salute animarum.

cis oculis intuetur tot animarum interitum; quas ille tantopere amavit, pro quibus extremam usque sanguinis sui guttam effudit? Possimus ne saltem conatum aliquem non exerere, prohiberi ne pereant? Singulis diebus complures anime in infernum labuntur, & quinam prohibere contendit, ne corruant? Si videremus equum in præceps labentem, clamaremus, illum monituri, ut susteret gradum; & festino cursu properaremus, ut a periculo averteremus. Videmus autem tot homines cæcos, & insipientes, fratres nostros, furere, ut ruant in malorum omnium gravissimum; nonne vel sola humanitas efficere deberet, ut clamaremus; heus! in interitum ruitis, & viam ingredimini, que vos in infinita mala perducit. Quid a nobis non exigit charitas nostra, ut nosmet periculo objiciamus pro animarum salute, cogitantes pretium infinitam Sanguinis J. C. quo redemptæ fuerunt? Possimus ne indiscriminatum, atque oscitanter videre interitum æternum animarum Dei sanguine ablutarum; cum vitam ipsam sacrificare deberemus, si verè Dominum diligereamus? Hoc autem minori sumptu, ac labore præstare possumus, & oriamur, & ne minimum quidem solliciti sumus? Hæc nostra in tot animarum a Deo dilectarum periculo tranquillitas argumento est, Deum ipsum a nobis non diligi; neque enim consociari potest cum amore, quem illi debemus. Nemo ullus ignorat quo zelo S. Ignatius ad earum salutem fuerit cooperatus, quot ob hanc causam labores fuerit perpessus, actus summo illo ardore, quo animarum salutem toto nisu quærebatur. Huc unicus fuit scopus, quem sibi ingens iste sanctus proposuit, cum Societatem instituit, quam ad universam mundum perlustrandum destinavit hac mentem, ut illum universam in vias salutis perduceret.

Zelo toties accedere debet scientia secundum Apostolum.

Constat scientiam medium esse utilissimum ad Dei gloriam procurandam: sive exempla bona tribuenda sint, quis ambigit de horum exemplorum virtute, cum scientiæ lumina cum luminibus sanctitatis conjuncta sunt? cum verè potest affirmari, eos, qui propter Deum mortificantur, non esse spiritus infirmos, vel rudes, melanconicos, sed doctos atque prudentes austeras has penitentiae vias ingredi. Quis ambigit utrum rationes hæc plurimam habeant vim ad atheos quidem confundendos, proceres autem homines convertendos? Sive Dogmata tradenda sint, vel de suggestu concionandum, quid verius est hac veritate, videlicet scientiam efficere, ut Evangelium triumphet? Ad hæc docendo scientias, virtus quoque doceri potest. Quod si hæc ratio præstantissima est omnibus temporibus, tunc verò potissimum erat necessaria, cum S. Ignatius Societatem instituit. Non defunt Ecclesiæ necessitates, nequè ac rerum publicarum morbi, qui varia poscunt remedia pro varietate temporum, quibus contingunt. Olim cum Tyrannorum sævitia, vel Idololatrarum pertinacia persequebatur illam, requirebatur sanctitas, quæ vel potens esset in miraculis efficiendis, vel generosa, in sævissimis cruciatibus perseverendis. Validissima argumenta, quibus fides persuadebatur, erant tunc Martyrum sanguis: sed postquam Christianorum vitia successerunt tyrannorum sævitie; & Hereticorum protervia, Ethnicorum infidelitati, opus Ecclesiæ fuit erudita sanctitate, quæ subingressa est in locum miraculorum, quæ Martyres operabantur, præsertim verò eo seculo, quo Ignatius floruit; quo sanè tempore ignorantie tenebræ erant quocumque effusa, immo etiam in eorum plerisque, a quibus alii erant erudiendi, scilicet in ipsis altarium ministris; quod occasionem dederat hereticorum impotentie, Fidem, gloriamque Dei simul impugnandi. Ad densissimam noctem hanc dissipandam S. Ignatius instituit voluit ordinem Religiosum, qui peculiariter scientiam profiteretur. Quorum studium? 1. Ut socios suos aptiores faceret ad Dei gloriam procurandam. 2. Ut conservaret in omne ævum fontem luminis in Ecclesiâ, qui

huic laboranti opem ferret tunc etiam, si fieri posset, cum quodvis lumen aliud extinctum esset. 3. Ut aliis communicaret has scientias, & ubique, ut ita dicam, faces multiplicarentur ad Ecclesiam universam illustrandam, ejusque gloriæ lucem immortalem procurandam.

Charitas esse debet zeli veri principium. Non deest fictus, qui effectus est, vel astutos ingenii, vel naturæ mobilitatis, vel ambitionis secretæ. Hæc omnia zeli nomen non merentur, sed ille tantum zelus est, quem charitas insinuat; qui ardens est ad ea amplectenda media quocumque aliquid ad salutem animarum conferre possunt, quicumque obices incidant: Constans est, ut nunquam ab incæpto desistat; universalis est, ut nemo excipiat. Id genus fuit zelus S. Ignatii. Zelus illius fuit ardens, quia non alium ei finem, nisi totam terrarum orbem circumscriptis: fuit constans, quia neque labores, quæ in ipsis initiis lauriendi fuerunt illi, neque adversa, quæ illi superanda fuerunt, neque vigiliae, neque conatus omnes, qui jugiter illi exercendi fuerunt, eundem deterrere non valuerunt: quandoquidem igne suo omnes gentes incendit, Christianos, Infideles, Barbaros, omnes Provincias, conditiones omnes, summos, & imos, Reges, & subditos, divites & egenos, servos, & liberos, & peccatores, qui omnium maxime deserti erant, & derelicti. Ad hæc Zelum regere debet prudentia. Zelus quidam est imprudens, qui, secundum scientiam non est, inquit Apostolus. Zeli prudentia in eo sita est, ut a se ipso semper incipiat. Salus nostra esse debet primum objectum zeli nostri: & meta esset infamia alienam sanctificationem inquirere, propriam autem contemnere. Est sapiens, anima sua Sapiens. Talis fuit S. Ignatii Zelus: tunc tandem de aliorum conversione cogitavit, cum omnino se ipsum converterat. Per conversionem suam aptam se præstitit conversioni aliorum. Mortificatio illius, generosus mundi contemptus, profunda humilitas fuit tyrocinium, simulque medium, ut sibi e sententia lucrum animarum contingeret. Denique zelus verus esse debet lenitate quadam temperatus. Verum est duas hæc qualitates invicem oppositas videri; aded raro simul inveniuntur. Tamen S. Ignatius modum nactus est illas conciliandi. Illi fuit ardens conversionis animarum, & everisionis peccati zelus, & valuit perditissimos peccatores admirabili attrahere suavitate. Magnitudo nequitie illius charitatem magis, magisque excitabat, ideoque nullus fuit, licet pertinacissimus peccator, qui potuerit obstinere zelo ipsius, & illecebris suavitate ejusdem.

Zeli qualitates.

Ecclesi. 37.

Gratia variis se se accommodat: Paulus & affligentibus habet iniquum.

Nobiliores & ambitiones reliquis sunt aptiores ad Dei gloriam procurandam, ubi gratia illis nobilitatem hanc mentem immitat.

Zelus, & providentia due sunt virtutes, quæ simul conjunctæ aliquem proximorum salutem reddunt.

exigit eor se ipso vacuum, hæc autem propriam duntaxat cupiditatem inquit; constat nihilominus, & omnium faculorum experientia docet, nihil accommodatius esse ad magnum aliquod opus divinæ Majestatis gloria ingredientium, quam cor nobile, & generosum flagrans desiderio famæ in terris acquirendæ, quam vetus quidam appellabat animam Heroum, qui pro illa tantum spiritum recipere videntur. Hoc erat Ignatii nostri ingenium; hæc prædominans cordis ejus affectio, quæ materiam præbuit ingentibus illis consiliis, quæ de illo conceperat Deus. Ideo Divina Sapientia, quæ novit media finibus suis accommodare, non evertit quidem in eo ingenium hoc ambitiosum; sed aptavit illi gratiam suam, efficiens, ut objectum mutaret, eique eundem inspirans ardorem pro Dei gloria, quo gloriam mundi deperierat. Effecit etiam, ut omnia ad magnum hoc, ac præstans consilium conferret; generis nobilitas, quæ ad ingentia ferebatur, animi fortitudo, quæ non poterat se se submittere indignis se; soliditas spiritus, qui suapte natura suavis, & sincerus erat, ejusdem acumen cum magno sensu conjunctum, ut in omnibus verum a falso scerneret, & æquissimè singulis in rebus ratiocinaretur, non minorem attulerunt opem, ut cogitationes suas animumque ad solida, atque æterna bona converteret. Ita Ignatius in fastu suo educatus, illecebre spe ingenium ferunturam, fallacibus aule suavitatebus illusis, ubi sperabat se emicaturum; sexcentis ambiosis imaginibus repletus, & adhuc magis se ipso, a Deo fuit electus, ut ad majorem Dei gloriam toto nisu contenderet, eamque in omnes terrarum plagas extenderet.

Dux sunt virtutes, S. Bernardus ait, quæ hominem proximo utilem reddunt, zelus, & prudentia; zelus, qui omnes Christianas virtutes animat, & prohibet, ne molles fiant, & langucant; prudentia, quæ illas coercet, & verat, ne ultra consiliuros sibi terminos egrediantur. Zelus per se ad extrema quæque ruit; sapiens exasperat eos, qui leniter, ac suaviter essent revocandi: urit eos, qui tantum fovendi essent, & gravius efficit jugum Domini, legemque Dei odiosam reddit, quibus summo studio amabilis esset exhibenda. Prudentia sola nimis circumsperta est, & verecunda. Aliquando sufficit illi ingemiscere cum fortiter agendum est. Videt quidem cum horrore impios, non tamen fortiter illis injicit frænum. Prosequitur lacrymis hominum flagitia, quin illis adveseretur; & semper ex Christiana virtute qualis est, facta politica, Dei justitiam deserit, ne hominum mollitiem offendant. Duplex hæc virtus simul conjuncta, sicuti verum constituunt hominis Apostolici temperamentum, proprius fuerunt Patriarchæ Ignatii caracter.

Principium S. Ignatii de usu faculo creaturarum omnium, quas non nisi in hominum gratiam creavit Deus.

Fundamentale christianæ vitæ principium, quod S. Ignatius solidissimè statuit in ipso limine incomparabilis libri Exercitationum Asceticarum hoc est; omnia a Deo propter hominem facta, hominem verò propter Deum; & sicuti in universo nihil est, quod homini aliquo pacto non prosit, nihil in homine esse debere, quod ille in Dei honorem non teneatur impendere. Hinc oritur, nobis terrenis hujusmodi rebus utendum esse, vel abstinendum eo magis vel minus, prout magis, minuse accedunt, vel absunt ab hac suprema felicitate, propter quam sumus creati: ita ut nihil nobis ullo in discrimine esse debeat præter ea, quæ nos ab hoc extremo sine removeant, vel ad eundem admovent: ita ut habentes inter amorem pauperum, & divitiarum, honorum, & contemptus, voluptatum, & tribulationum, utpote quæ nobis prodesse, vel obesse possunt pro varietate usus faciendi, sola salutis nostræ ratio in alteram partem inclinet. Sanctus hic vir poterat ne fortiori modo nobis explicare magnum hoc dogma, quod Mundi Salvator nobis toties instauravit in Evangelio suo, unum potè esse necessarium, scilicet regni cælestis perquisitionem; & mundi totius victoriam

reparare nullo modo posse infelicitatem illius, qui anima suæ facit jacturam.

Notis gloriam esse bonum Dei proprium, & ad Deum unice pertinens. Nobis cetera quocumque, ipsam etiam gratiam largitur: gloria verò bonum illius est, & nullo pacto alienabile. Hanc nemini cedit; & si quid boni est, quod ipse ab hominibus, & præsertim a Ministris suis expectare valeat, hoc unum est. Hinc Dei Filius dicebat de se ipso, se in terram venisse ut non suam, sed Patris sui gloriam perquireret; hunc unicum esse finem Missionis & suæ, & Apostolorum suorum: Non quero gloriam meam. Et quia hæc Dei gloria in eo sita est, ut ille ab hominibus agnoscat, colatur, diligitur, ideo Salvator idem addebat, se venisse, ut peccatores converteret, & mundum repararet. Hoc autem posito visne ferre iudicium de Ignatii fide in exequendis Consiliis Dei de eodem conceptis? Vide quoniam fuerit ardor, & magnitudo Zeli ipsius pro Dei Gloria, & salute animarum. Quam locuples, & uberrima dicendi seges mihi aperitur? Possunt ne vobis sexcenta pecuniaria vobis indigere facta? Numquid ea possum oratione assequi omnia, quæ Ignatius faciendâ suscepit; omnia, quæ passus est non solum ad Dei gloriam, sed etiam ad majorem Dei gloriam, non solum pro animarum salute, sed pro earum præstantissima perfectione? P. Bourdaloue.

Jan. 8.

Qui Deum amat, necessariae illationis vi amat proximum suum; nam sicuti S. Thomas ait, Dei amor in nobis finis locum tenet; amor autem proximi locum habet medii. Qui autem efficaci voluntate vult finem, vult etiam necessario media, quæ nos ad illum adducunt: quia de fine in rebus practicis idem est dicendum, quod in theoreticis de primis principiis; & ideo quemadmodum qui prima admittit principia & conclusiones admittere debet, quæ naturaliter inde consequuntur: ita quicumque vult efficaciter ad finem suum pervenire, necesse est, ut ea media amplectatur, sine quibus illum assequi minimè potest. Primum ergo dimittenda est Charitas, qua S. Ignatius proximum persequebatur, ex præsentia Charitatis ejusdem erga Deum: si enim verum est, ut S. Augustinus ait, in proximo non diligi nisi Deum, dubitandum non est, quominus Sancti Ignatii zelus fuerit ardentissimus, quoniam respiciebat duntaxat gloriam Dei, ejus amore flagrabat. O quam ingratus homo est, dicebat ille, & quam durus est corde, si ignorat arctissimam necessitatem perseverandi omnigenos labores, & viribus omnibus procurandi divinæ gloriæ incrementum!

Auctores Vitæ S. Ignatii narrant, ipsum dicere consuevisse, si Deus illi hinc quidem æternam offerret felicitatem, inde verò occasionem gloriam ipsius augendi unius anime conversione, cum hac tamen conditione, ut inter vivos versaretur adhuc incertus salutis suæ, illum potius partem alteram optaturum, quam priorem. Non descenderunt quidem qui optionem hanc temeritatis insinularunt, & negare maluerunt, sanctum hunc virum ita locutum fuisse, quam probare, quod crimine vacuum esse non putant. Ratio eorum est, omnem hominem charitate sui ipsius ita teneri, ut si possit, primum suæ salutis prospiciat, certumque præferat incerte in tanti momenti re, quod minimè faceret ille qui Cælum detrectaret, in viventium numero cum hac salutis suæ incertitudine permansurus. Verum arbitror jure in dubium revocari non posse utrum istud senserit S. Ignatius: quia non solum illi, qui vitam illius typis mandarunt, id affirmant; verum etiam id constat ex traditione eorum, qui illum id asserentem audivere. Reor autem sententiam hanc probari posse, sed non proficisci posse nisi ex corde penitus divini amoris igne, & zelo gloriæ ejusdem successu, quod ita probat. Dei gloria omnium simul creaturarum bonis omnibus est antefrendenda, quod liquet exemplo Jesu Christi, qui Patris gloriam propria vitæ suæ prætulit, quæ tamen majoris erat pretii, quam vita omnium Angelorum, & homi-

S. Ignatii felicitas in Dei gloria procuranda.

De aliequis erga Proximum charitate, iudicium ferendum est a charitate, qua diligit Deum & excellentissimum amor Ignatii erga Deum ex ardenti ejus amore erga proximum.

Ca. 2. de Divina Christiana Ep. de Perfecto Relig.

hominum. Ceterum salutis incertitudo non est eorum malorum genere, quae nobis vitanda sint, ubi nobis satis sit causae ad illa minime vitanda; quia cum hac ipsa incertitudine salutare nosmet ipsos valeamus, & omnia bonorum operum genera exercere. Jure igitur praeferi potest Dei gloria, quae ex animarum conversione proficitur, certitudinè propriae beatitudinis. Sed haec portio est animarum magnarum, quae similes Seraphin ardentioribus sancti amoris aestibus inflamantur; & quilibet in semetipso posset experiri, utrum satis firmitatis animi haberet ad tantum hoc opus. Addeere possumus ab omni fide abhorere, quod velit Deus pati animam, quae propter amorem ipsius, sanctamque in ejusdem bonitate confidentiam sese in divinae providentiae manus conjiceret, unde salutis suae certitudo moralis existeret.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti Asceticorum librorum, ac recentiorum Concionatorum loci hujus argumenti.

Deus nobis novissimis temporibus in S. Ignatio delecti ecclesiae viri ardentem zelo divinam gloriam succendit.

Gloria ferè maximarum actionum finis est, quemadmodum plerumque est principium. Ita haec est summorum ingeniorum deliciae, praestantissimorum operum anima, & insigniorum Sancto- rum imago, Deus ipse cum extra se agere voluit creans magnam hanc mundi molem, sibi non alium nobiliorem valuit proponere finem, quam gloriam suam, quam mox ex omnibus creaturis exegit tanquam exquisitum tributum suae magnitudinè debitum. Verùm nescio quomodo hoc officium, quod universè ad omnes homines spectat, propter Dei imaginem, quam praerequirit creatis rebus gerunt, adeo parum cognitum fuerit, & quod fuit nostrorum officiorum primum, videatur postrema esse nostrarum curarum: ita ut vitiis, & corruptio saeculi illius memoriam delerura fuissent, nisi per intervalla quaedam suscitasset Deus in Ecclesia sua Sanctos Viros, qui simul gloriae hujus, & ob- jecta, & heroes extiterunt: videlicet quibus satis non fuit glorificare Deum in seipsis peculiari sanctitate, sed qui sancto acti zelo, & ardenti cupiditate correpti efficiendi ut ille ab omnibus ametur, & cognoscatur, in quo verè Dei gloria sita est, vitam, curas laboresque suos in glorioso hoc munere consecrarunt. Haec ea sunt, quae de Sancto Ignatio dici possunt, & quae constituunt laudem ipsius argumentum, quippe Deus novissimis hisce temporibus elegit illum ut reparator, & instaurator fieret gloriae suae eodem spiritu, eademque mente, qua fuit mundi Salvator, qui de caelis in terras dilapsus est, ut Patris sui gloriam repararet. *Act. Revens.*

Caracter S. Ignatii, & Sociorum eius.

Quid est Ignatius in mente Dei? Homo est natus ad haeresis everisionem; hic illius caracter est, Institutor ejus societatis, cujus munus est Fidei hostes oppugnare, quemadmodum in summorum Pontificum Bullis innotebit. Haec illius professio est, cujus zelus omnis sese exercuit pro Ecclesia, ad fines illius late proferendos, ad illius leges confirmandas, Sacramentorum usum fovendum, eadem in populis reverentiam, ad fideles in officio continendos, & haereticos ab errore revocandos, quin umquam ad id ullis pepercerit curis, laboribus, exitiationi, quieti, valetudini, vitae. Haec fuerunt Ignatii exercitia. Homo, qui in Ordine a se constituto hoc sibi proposuit, videlicet zelum suum ad infinitum successorum numerum transmittere; hoc est preparare omnibus gentibus terrarum ferventes missionarios, Evangelicos praecones, homines cruci, & morti devotos, integras Martyrum copias, quorum ipse pater extitit; hi sunt fructus societatis suae. Iterum dicam hujus viri, eo tempore, quo schisma, & haeresis omnia conabantur sus, deque vertere, ac perdere, nonne erat manifestum ac recens subsidium, quemadmodum eadem concinit Ecclesia, quod Deus Ecclesiae suae praeservabat: P. Bourdaloue.

Ignatii sanctitatem locupletius exornare non possum, nisi re adhuc integra vobis proponens, quod novissimis hisce temporibus venerit motu Spiritus Sancti ad id faciendum, quod Jesus Christus per se met ipsum fecerit in plenitudine temporum; ubi tamen licet inter utrumque longissimum sit discrimen constituendum, dici potest aliquo in sensu de discipulo idem ac de Magistro, & ipsum ad Dei gloriam omnia fuisse operatum salutem animarum procurando. Ad scopum hunc unice referuntur initia ab eodem consilia, pœnae omnes, quas subiit, victoriae, quas retulit, felices eventus, quos obtinuit. Cum illum video terrena abjicientem arma Regum terræ, ut sub praestantioribus auspiciis praesit fortibus Israel, quos in pulvere suo militari erudit, suis constitutionibus rexit, ad severam suam disciplinam exegit, atque ad bella, & victorias secum exercuit; Cum illum intueor praecipis suis tenebras ignorantiae dissipantem, haereseum doctrina sua resistentem, zelo suo Ecclesiae causam sustinentem, in regiones tenebrarum per missiones Evangelii faces inferentem, Scriptis suis, & exemplis christiana pietatis ignem inflammantem: sese omnibus omnia praebentem, puerum cum pueris in Collegiis; aegrotantem cum aegris in xenodochiis, sapientem cum sapientibus in Regum aula, ut omnes Deo lucrificat; omnes simul variasque has magnitudinis ideas ad unam revoco, & ut paucis verbis elogium texam illius Sancti viri, qui omnem excedit elogium, satis esse puto illum vobis exhibere tanquam hominem, qui omnem curam impendit ad gloriam Dei immo etiam ad majorem Dei gloriam procurandam quibuscumque artibus animarum salutem prospiciendo. Duo haec magna ob- jecta, quae semper sibi proposuit Dei Filius, nempe major Patris sui gloria, & hominum salus, semper obversata sunt menti, & arduissima fuerunt cordi Ignatii, qui in his rebus omnibus, quae fecit, & dixit, majorem Dei gloriam conquisivit per ea, quae molestissima erant, & abjectissima; & qui in factis, dictisque suis per vias tutissimas, ac felicissimas majorem animarum sanctificationem procuravit. *Elogia Historica.*

S. Ignatius eandem habuit mentem ac Filius Dei, omnia ad gloriam Patris sui operandi animarum salutem procurando.

Quomodo S. Ignatius fuerit conversus.

In obsidione Pampelonis, quae Navarrae caput est, Deus exercituum illustrem hanc retulit victoriam; ubi duae simul arces oppugnatae, & obse- sae fuerunt; nam dum Galli propria exiti virtute ac justitia armorum suorum oppugnatam urbem adoriuntur, & capiunt, Deus & ipse adortur cor Ignatii, qui in arcem sese conjecerat, ut illam cum fortibus copiarum reliquias pro virili parte defenderet. Hunc autem prosternebat, non secus ac olim S. Paulum, ut gloriosius attollat, & ex illo faciat vas electionis, ad gloriam suam per omnes gentes circumferendas. Petra, quae tormentario fuit impetu excussa, fragmen Ignatii pro ipsa murorum ruina strenue dimicantis crux vulneravit, & eadem explosa pila licet tardior facta, alterum quoque confregit crux, & militi nostro omnem repugnandi vim abstulit. Casus iste, si secundum humanae prudentiae regulas spectetur, videtur quidem fortuitus; sed Deus, cujus abscondita sunt consilia, hoc factò Haeresei lethale vulnus infixit, Mahometanorum infinitis in locis delubra disjecit, in aliis totidem restituit fidem, licentiam ever- tit, pietatem, & Religionem confirmavit, solidavitque. Recens hic S. Paulus Dei manu potius quam hostili percussus statim adductus fuit in eum locum, quem indignitaverat Providentia, ut ibi ab ea curaretur excitate, in qua erat potius quam a vulneribus, quibus in praelio confossus ceciderat. Tunc enim semet captivum intuitus, sine vestibus, sine amicorum societate, in lectulo cubare co- actus, & eam dietae rationem servare, quae longè ab illius ingenio, & consuetudine abhorrebat, quaerit saltem dolorem, tadiumque suum mulcere lectura librorum, qui illum solatio affecerunt, ejus- que animum pascere fabulosis factis, & calibus heroum, qui fictis amoribus, commentitiis certami- nibus, insanisque animi perturbationibus sapienter

cient

cient in cordibus veras, miseraeque afflictiones. Hic Deus illum oppertit. Non alius occurrit Ignatio liber, nisi vita Salvatoris, & collectio quaedam vitarum Sanctorum, quae de industria & non sine aperto Numinis consilio oblata eidem fuisse videntur. Primum quidem ad otium scilicet fallendum illas lectavit; mox lectione eorum commo- veti cepit, ac tandem illectus constantia Marty- rum in admirationem raptus fuit tot verorum, glo- riosorumque certaminum, quae Sancti ad caeli glo- riam promovendam sustinuerunt. Super hac vali- das expertus est emotiones gratia, puduit illum, se tam longè abesse a virtute, & strenuitate illorum, quorum victorias, & praerelatæ facta admira- batur. Jam sibimet ipsi suam experiebat ignaviam, ex se semet perconatur, utrum Christiani illi Heroes alterius essent naturæ a sua, & cur ipse facere pro- hibere, quod ab illis factum legebat: *Tu non poteris, quod isti, & iste?* Fructus lectione adeo salutatis, cui opportunè Dei gratia accessit, non latuit diu; & in adeo commoda occasione se pro- didit: nam dum sexcentae humanae cogitationes il- lum morabantur, & sexcentae aequae confuse cogi- tationes, quas nondum satis fecerere potest, ca- teratim in illius mentem incurunt; acrius ad vivum pernotus iis virtutum exemplis, quae legit, sentit se deterere inani fulgore humanae magnitudi- nis; terrenam voluptatum species obliteratur, dum gratia eidem altarium deliciarum proponit im- aginem, Recogit se vitam haecenus exactam, finem propter quem editus fuerat in hanc lucem, suscepturum curam, laborumque inutilitatem ac potissimum, quibus se ipsum exercuit sollicitudinibus, ut inane honotis auram aucuparetur. Ad- vocat statim in consilium omnia naturalis pruden- tia suae lumina disceptatur de aeterna salute sua, ac tandem caelesti lumine afflatus, ac divina vir- tute roboratus, post iniquitatem, ambiguitatem, nutantemque mentis agitationes Dei illum vocantis verbo cedit, consiliumque inicit suo ingenio dignissimum, faciendum nempe deinceps ad majorem Dei gloriam, quaecumque ante pro mundi gloria fecerat. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Prudenti- plerumque humana a- dus hinc consilia de- quentia, & hauriantur majorum Dei glo- riam pro- curando.

Ue Deo sese penitus devoveret, qui sapientia divinitus illustrata officium est, ubi primum licuit Ignatio gradum movere, statim relinquit bona, consanguineos, amicos, & nuntium mittit spei fortunarum, quam haecenus foverat; atque post traductum in pervigilio, ac precibus in Montis Serrati Templo totam noctem illius felicissimae diei, quae ad recolendam Incarnationis Divini verbi memo- riam dicata est, plenus meditatione sancti hujus mysterii concepit ingens illud consilium imitandi illum, qui humana carne induebatur ad Patris sui gloriam reparandam; & si uti licet Tertulliani verbis, in posterum sese praebendi fidelem suae glo- riae Operarium: *Operarium gloria Dei.* Statim novi hujus magistri induit insignia deposito fago, & reliquo militis ornatu ut faccum, ac cilicium indueret, & in recenti forma Regis caelestis servitio sese dedicaret. Profectò si nobile facinus, aut si- nis egregius primus est effectus, vel primum pru- dentia specimen, ullum ne fuit unquam, vel um- quam esse potuit praestantius hoc, quod summus iste vir sibi proposuit, quandoquidem ne Deus qui- dem aliud excellentius sibi proponere potest in omnibus operibus suis, quam gloriam suam, quae semper ob illius oculos est obversata? *Idem.*

Ignatii pa- nitentia.

Hoc tamen consilium adhuc rude est, atque in- forme; nescit enim Ignatius, ubi sibi incipiendum est, quid mox peragendum. Hoc unum intelligit, opus esse, ut veterem hominem exuat, antequam induat novum, ac prius malum a se factum ex- pectat, antequam bonum sibi divinitus inspiratum ag- grediatur. Hoc ille consilio in specum non longè ab oppido, cui Manresa nomen est, se se recipit penitentem adurus vitam, quandoquidem nihil adhuc majus, Deoque videt acceptus, quam do- mare corpus suum jejuniis, & admirabilibus auste- ritatibus, ut in se puniat injuriam, quam divinae

intulerat majestati, ac reparet gloriam, quam ei- dem eripuerat parum Christiano, & abnormi vi- vendi genere, quod haecenus secutus fuerat; licet nunquam in apertam licentiam, & effrancem libi- dinem incidisset, in quam se ingurgitant tot ejus- dem aetatis, & professionis mortales, & licet sem- per servasset honesti hominis in mundo viventis modum, cui honestatis fama necesse est, ut ad praerelatum aliquod munus perveniat. Ob illud au- tem malum, quod fecerat, eò quod non statim, & re adhuc integra se Deo mancipaverat, nullum ferè servat modum in poenitentia. Mortis ferrati solitudo, Manresa specus hujus poenitentis sangui- ne consecrata; Testes fuitis lacrymarum, & ge- mituum illius; testes amaritudinis cordis ejus, & sanctae crudelitatis, quam illic exercuit potius propter Dei gloriam, ac desiderium ferendi in se- met mortificationem Christi Jesu, quam ut pro praer- teritis criminibus satisfaceret, & evitaret poenas, *Luc. 15.* in vita altera sibi perferendas. *Idem.*

Angeli Domini, qui majori exultatis laetitia ob unius peccatoris poenitentiam agentis conversionem, quam ob plures justos nulla egentes poenitentia, quam voluptate perfusi intuiti estis nobilem hunc virum in hujus loci squallore non alio lectum in- tegumento, nisi cilicio, non alia zona praecinctum, quam ferrea catena, pro lectulo cineribus insidentem, pro focis cum pauperibus versantem, pro omni suppellectili longiusculum baculum viato- rium, & sacculum habentem: pro dapibus arcto pane, & aqua brevi utentem; non alio divitem patrimonio, quam aliena liberalitate; non alteri solatio, vel exercitio vacantem, nisi infimum famulatum, orationi, ac poenitentiae, neque alia frucentem hereditate, quam cruce, & doloribus J. C. Tu autem Jesu adorabilis, qui in illius ani- mam prima haec gratiae tuae semina effudisti, quo gaudio illum crescere vidisti in virum, qui tuo animatus spiritu semet preparabat, ut tua sequere- tur vestigia, & semper ad majorem Dei gloriam incumbens feret coram illo verbis, & operibus po- uens! *Elogia Historica.*

Perpallit modus, quo S. Ignatius suam iace- pit poenit- entiam in- terorem parvam re- forando, & afflictio- nes suas subigendo.

Ignatius post primas mentis suae sollicitudines, primoque cordis sui motus conversioni suae ani- mum appulit, non autem sicut nos, ducens ini- tium ab exteriori aliqua reformatione, ex tepida quapiam oratione, ex temporanea solitudine, ex apparenti; externaque pietatis causa. Cordis ipsius mutationem, suarumque dominantium affectionum excidium adortus est. Secum in iudicium descen- dit, vidit cor suum repletum spiritu mundi, infa- nis fallacis gloriae imaginibus, ac inani ambitio- ne. Conatus est in semet extinguere omnes super- biae, & amoris proprii motus. Visus est vir iste, qui ad servandam cultus sui, & oris elegantiam severissimus passus fuerat incisiones, renes suos ca- tena ferrea constringere, corpus suum cilicio, quod lineo amictu celabat, induere, neglecto corporis ornatu sub tristi, rudique forma, & quasi adfeca- tis sordibus magnam illam, insignemque totius oris speciem, quae in fronte illius emicabat, dissimulare. Visus est vir iste, qui ob ingenitam sibi superbiam supra caeteros eminere studebat, ostiatim emendica- re panem, in Xenodochiis aegrotantibus inservire, & procacium hominum irrisiones, & ludibria ex- haurire. Visus est vir iste, qui tantopere honores deperibat, momento consilia, ingeniumque muta- re, & pro magno nihil habere, quam humana- rum magnitudinum contemptum. Vita illius non aliud fuit, quam severa, & diutina poenitentia. *Fleebier.*

Haerens pro sancta quam S. I- gnatius co- git Manre- sae.

Sequamur Manresam usque Ignatium, in specum, qui per ejuslem poenitentiam inclauit. Nunc narranda ne mihi vita est, quam ibi duxit; auste- ritates, quibus in se ipsum saevit; pervigilia, ac jejunia, quibus se exercuit; Haec ignota vobis esse non possunt; nostris non alium cibum admiffi- se, & potum, nisi panem, & aquam, neque alio cubili usum, quam terra; & cruenta flagella, & ter- plerumque in singulos recepta dies fuisse illius fre- quen-

querrissima exercitia; cilicium illi pro veste fuisse; peculiari, novoque stratagemate ad propulsandos imperus hostium, mulcendasque pœnas interiores, quibus crudeliter anima ejus torquebatur, corpori suo ad octiduum omnem refectioem, aut alimoniam negasse: in bello admodum acri, & pertinaci, quod suis sensibus indixit, prudentiæ ejusdem admirabile opus fuisse omnem humanæ prudentiæ aditum intercludere; hinc ad extremam se se rede- gisse infirmitatem, ita ut ex eo tempore visus sit velle, non quidem vivere, sed diurnam, perpetuamque sustinere mortem singulis diebus castigando corpus suum severissima pœnitentia non nisi eundem cum vitæ sinem habitura. *Idem.*

Deus, qui ad majorem sui nominis gloriam Ignatio uti volebat, eumque in sanctam militiam transcribere, usus est naturalibus ejusdem dispositionibus, eidemque bellicas imagines reliquit, sed has in aliud argumentum convertit, eidem propositis non quidem Provinciarum, & urbium, sed animarum triumphis. Omnia hic seculi armorum abjecit, ut armis fidei indueretur. Desit Regni hostes persequi, sed ut hostes Ecclesiæ persequeretur; & societas, quam instituire aggressus est, & cujus institutum Deo inspirante concepit, fuit Societas Jesu Christi, Institutores alii ante ipsum nequaquam arbitrati sunt se humilitati christianæ, & religiose modestiæ labem inferre, Sanctis Ordinibus, quorum auctores fuere, tributens augustissima nomina Adorabilis Trinitatis, Spiritus Sancti, Divinarum Personarum; magnum illorum virorum exempla secutus, eodemque numine afflatus S. Ignatius Loyola delegit Societati suæ venerabile nomen Jesu; ut videlicet Discipuli sui intelligerent necessitatem, in qua versabantur, in omnibus imitandi exempla Filii Dei, legendi ejusdem vestigia, & omnes curas, laboresque suos dirigendi, ut continuent opus illud, in quo occupatus erat ille, donec cum hominibus versabatur. *P. Bourdaloue.*

Cum Ignatius ad Apostolicum munus evocatus fuit, ipsi nostris, Ecclesia tunc maximè indigebat præsidio, & Deus juxta providentiæ suæ regulas hoc illi suppeditare tenebatur. Tunc temporis hæretici ubique locorum germinabant, & jam pestilare incipiebant ignis insignium illarum rebellionum, quarum adhuc fumant reliquia. Cum autem Ecclesiæ suæ palam, conceptisque verbis fuisset pollicitus futurum, ut portæ inferi nunquam adversus illam prævalerent, nullo pacto eidem poterat desesse, ideoque ut fidem præstaret, recentia ad illam tuendam subsidia erant tribuenda. Non ideo tamen fert animus hinc arguere S. Ignatium Ecclesiæ J. C. fuisse necessarium; hoc quidem verum est, verum & illi, & Filio Dei ipsius esse injurius nisi dicerem, Ignatium licet inutilem servum, a Deo electum fuisse ad Ecclesiam propugnandam, & illius vocationem unum fuisse ex illis mediis, quæ præparaverat Deus, ut Ecclesiæ probaret, illam a se neque deseri unquam, neque ita desertum; Hoc statim cognoscite, & admirabile providentiæ opus fatemini. Hoc plurimi animadvertunt, ideoque veritas hæc apertius innouit; atque potiori jure nunc potest animadverti. Dum Lutherus vexillum extollit contra Ecclesiam, eique palam bellum indicit; movet Deus cor Ignatii, eumque vocat Hæresiarachæ illi objiciendum. Quenam Providentiæ Domine! Hac alias usus fueras faciens, ut Augustinus nasceretur in Africa die eadem, qua Pelagius, gratiæ tuæ inimicus natus erat in Anglia; & nunquam sæculis sapientibus passus es, ut Ecclesia tua ab recenti aliquo persecutore exagitareretur, quin alibi, eodemque tempore novum ei patronum procurares. *Idem.*

Fatendum est prudentiam sæpe in Ignatio defecisse, dum pœnitentem agebat vitam & primis fervoribus nequaquam cum servasse modum, quem ille postmodum fuisse ob vitam, vitæque in majus aliquid opus reservandas. Vir hic in deliciis antea immixtus visus est vivere octa panis ostiatim emendicata, & nonnullas aliquandò hebdomadas

Deus se fecit accommo- dans belli- cis Ignatii fidei earum duntaxat objectum mutavit.

S. Ignatius divinitus deservit fuit ad usum Ecclesiæ tunc temporis, quo majore indigebat auxilio et ira contra hæreticos.

Hi postremo penitentia a S. Ignatio per se conversionem peracta.

jejunus traducere, & in corpus suum ter diebus singulis ferreis catenis deservire. Nobilis hic vir, qui olim summa ornatus elegantia in lucem prodire consueverat, visus est ad omnium ornatum negligens, ut in aliis ciceret horrore. Aulicus iste olim ad concinnus visus est inelegantiam quamdam, ac sordes adfectare, ut quicquid decoris, & majestatis in illius oris habitu affugebat, absconderetur. Visus est dives hic homo servire pauperibus, & ægris in Nosocomiis; nobilis hic haud ita pridem ira ambitiosus, & honoris sui tenax cum gaudio ferre irrisiones, & contumelias, & nullo affici dolore, nisi ob eas, quæ inferebantur Deo, cujus gloria unicè cordi illius obverfabatur. Visus est tandem bellicus iste Dux militarium curis implicatus quodidie septem horas impendere precibus, unicè occupatus in subigendis naturalibus etiam afflictionibus suis, quas respiciebat veluti tot obices gloriæ, quam Deo procurare adnitebatur, & in quam curas omnes deinceps cupiebat transferre. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Existimandum non est, Ignatii pœnitentiam omni caruisse solatio, omnibusque intus deliciis vacuam fuisse. Effundebat Deus unctioes suas super illius Cruces, & charitas, quæ omnia suffert, omnes cruciatus ejusdem mulcebat. Quis posset hic aperire vobis secretissimos cordis illius sensus, & auferre velum, quo Sanctuarium hoc tegebatur? Videretis tranquillitatem animæ ipsius, conscientie puritatem, pœnitentiæ sinceritatem, & charitatis ardorem. Quoties attollens se super se, *O Domine*, exclamabat, *si te mortales cognoscerent!* Quoties actus præteritorum criminum dolore, & se ipsum excitans ad gratiarum actionem ob ea, quibus cumulatus fuerat, beneficia, agebat: *Ullum ne est majus humane miserie argumentum, quam ego?* Ullum ne est argumentum apertius divinæ misericordiæ quam ego? Quoties suspirius exhalans divini amoris ignem, quo æstuabat: *Unam hanc peto gratiam, ut amem te, & pro mercede, ut te vehementius diligam.* Hæc erat pœnitentiæ ipsius causa. Propriis negotiis non movebatur ultra, & in vitæ suæ austeritatibus, quin sollicitus esset, ut debitis sibi pœnis satisfacere, id unum quærebatur quomodo injuriam a se divinæ majestati illatam repararet. In hoc charitatis, majorisque Dei gloriæ principio tota illius sancta vita versabatur. Si sensibilibus solatiis rescitur, gaudium illius fervorem ingeminat; si in ariditatibus stus est, timor diligentiam adauget; si oculos mortalium fugit, id agit, ut se totum devoteat Deo; si molestum Palestina iter ingreditur, hoc agit, ut Salvatoris vestigia desoletur, & ut ad pedes crucis animam effleret. Ita nihil illi videtur difficile, cum Dei gloriam potest evohere. *Flechner.*

Ubi primum Ignatius eam ingressus est solitudinem, in quam illum spiritus Dei adduxerat, illud in alium prorsus hominem mutari visus est. Vitam suam inter Aulæ impedimenta, armorumque strepitum transegerat, & repente divinis præter ordinem muneribus cumulatur. Sublimis Orationis gratiam recipit; dies noctesque explere non possunt voluptatem, qua orans perfunditur. Integras in orationibus impendit hebdomadas, quin aliquid cibi capiat, in sancta hac exercitatione prorsus absorptus. Quot itaque raptus, quot extrases, quibus corpus suum de terra sublimis videbatur extolli? Deus se illi ostendit intimis communicationibus. Sensibus suis videt Jesum Christum in Altaris sacrificio; cum Angelorum Regina colloquitur, ipsumque penetrat Sanctuarium, ut ibi Deum, & Trinitatem in personis distinctam contempletur. Mysterium hoc adorabile nulli unquam clarius revelatum fuit, quam Ignatio. Vocari posset alter Paulus translatus in Cœlum, & in antecessum beatifica visione gaudens. Ipse etiam professus est, se postea, quæ vidit, omnino paracum esse ad moriendum pro Fide, licet nullus esset amplius Scripturæ, nulla Traditio. Sed unde nam hæc tam repentina mutatio? Ignatius, ut perfecte suam

Interne consolator- nes que temperat pœnitentiæ severitate.

Admirabi- lis Ignatii mutatio in hominem prorsus ac- tum.

suam vocationem adimpleat, totus debet esse Dei, vir Dei esse debet; & quoniam hactenus omnino fuit alius, additus Mundi institutus, opus est, ut illum Deus in alium prorsus hominem convertat. Hoc autem peragit hac luminum, gratiarumque profusione, qua in se consistit etiam Dei fidelitas erga Sanctum Patriarcham. *P. Bourdaloue.*

Satis non est Ignatium pro se ipso illuminatum esse, opus fuit, ut pro aliis etiam illuminaretur; cujus rei Deus curam gessit. Legite admirabilem illum Exercitiorum librum, quem in suo recessu Solitarius esse elucubratus est; librum, quem tot laudibus Ecclesia cumulavit; librum, quem ipsi Summi Pontifices approbare voluerunt, & quem Sancta Sedes tam authenticis gratis, & privilegiis est profecuta, librum, cujus usus tot peperit in mundo miracula, & conversiones, & cujus fructus ad hanc usque diem aded sunt uberes, & cujus methodus tanta cum utilitate a Fidelibus observatur. Videte utrum quidquam solidius inveniri possit ad animas regendas, utrum quidquam prudentius pro regulis fidei, quidquam certius pro discretione Spirituum, quidquam sublimius si axiomata ad salutem necessaria spectentur. Quisquam extitit hujus operis auctor? Ignatius. Sed qualis Ignatius? per vos mihi fas sit ita loqui. Numquid Ignatius in austeritate vitæ studiis post plures annos pœnitentiæ consummatus? Non ita, sed Ignatius nuperrimè e mundo egressus; sed Ignatius post mensum, ex quo ensem abiecerat, & in Dei castra transferat. Hoc non ne prodigii instar est? Sed prodigium hoc est fidelitas, quam credit Deus se debere famulo suo. Illum Deus ad populos erudiendos elegit; hinc providentia Deum cogit, ut tribuat Ignatio cognitiones omnes, & lumina, quæ maximis vitæ spiritualis Magistris commodare consuevit. *Fidelis Deus, per quem vocati estis.*

Non extremum ex illis consiliis quibus usus est S. Ignatius ad Dei gloriam provehendam illud fuit, adjectis humanas scientias illis cognitionibus, quas divinitus hauserat secundum Salvatoris exemplum, in quo, ut Apostolus inquit, omnes sapientie, & scientie thesauri continentur. Hic etiam unus est ex locis vitæ ipsius, ubi ejus prudentia magis relucet: sicut enim Hæretici, quæ in omnia Regna orbis Christiani se effuderat, ibique propter sæculi ignorantiam grassabatur, validissimus erat obex cupiditatis, quæ sanctus vir iste æstuabat, nomen, gloriæque Dei in orbem universum profertendi; ita cognovit ille, ad inhibendum erroris progressum, ipsumque errorem convellendum, ac evitendum sibi utendum esse istud armis, quibus illa utebatur, ut prævaleret. Hæc de causa mutavit ille primum, quod ceperat, consilium permanenti Jerosolymæ quo se contulerat, ut in singulos gradus Salvatorum sequeretur, & gloriam ejus procuraret ibi, ubi fuerat gravissimis contumeliis affectus. Abjicit ergo primum illud consilium, ut Ecclesiæ oppugnata, ne dicam fatiscienti ferat opem. Quomodo autem se geret vir iste ne primis quidem litteralis imbutus? Sed quid arduum est cordi, Dei gloriam duntaxat anhelanti, & flagranti cupiditate ejusdem in plagas omnes profertendi? Nobilis vir tertium supra trigessimum ægens annum, quæ vitæ partem inter armorum strepitum, clangoremque, partem vero in Aulæ luxu, & mollietate transegerat, statuit sibi repuerascendum esse, nullumque amplius nisi cum impuberibus condiscipulis commercium habendum, Qui militibus suis præire, urbes ureri, & obsidere consuevit fuerat, se se sub magistri imperium submittit Grammaticæ rudimenta percipientis; & quin mundana gloriæ libido, quam desiderat, iterum in suo corde inflammeret, scholasticorum classes castorum ordinibus præfert, & in litteratio pulvere omnes præclaras generis sui spes coarctat? De hac mutatione vos, quocumque placerit iudicium ferre, ego vero necum reputans qua constantia omnes devoret difficultates, ac molestias radio plenas, qua firmitate minutis omnibus præceptionibus addiscendis vacet,

& quomodo res nulla ipsum a suscepto deterreat opere, in quo sola ætas omnia eidem efficeret debebat permolesta; ubi intueor illi, tum primum parum profecisset, quia nimis multa simul optasset assequi, iterum, ac terribè ab initio repetenda fuisse studia; ubi cogito illum omnia lustrasse collegia, & Academias Barcinonensem, Complutensem, Salmaticensem, Parisiensem, idque eò, quod prænoscebat scientiam sibi aliquando necessariam futuram, ut majori cum fructu incrementum divinæ gloriæ inveniret, proximorum saluti prospiciens: Ego quidem nescio utrum magis admiretur, an heroicam ejusdem constantiam in deglutendis obicibus, qui undequaque generoso huic consilio adversabantur, an prudentiam inveniendi artem, cujus ope desiderio ille suo fraudari non poterat; & prævidendi uberem illum fructum, quem ex aded molestis laboribus erat consequiturus. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Neque ideo humana prudentia desit quominus tanti viri opus molestum irideret; sed hunc sapientie longè superioris, ac divinæ effectum esse probavit eventus. Spiritus tenebrarum sextentis in locis hæc studia, tamquam pueriles nugas illi representavit; illum perdere tempus in agendo melius insumendum; modò exhibuit eidem studium tanquam ingratum opus, & frugis vacuum, quod æratem ejus minime decebat, magnitudini consilii ipsius par non erat; modò illi perfundere conatus est, hominem orationi addictum, qualis erat ille, & contemplationum deliciis assuetum; non posse illi exercitationi indulgere, quæ exfecat cor, & nimis avertit mentis curam pictari impendendam; modò tamen illi tadium immittere adfusum est, ut illectus deliciis, quibus in oratione perfundebatur, animum a studiis averteret. Sed per prudentiam suam detegit insidias, & dolos, qui sibi neccebantur, & quin aded acuta cedat illusioni, & peramanter conqueritur cum Deo, quod ab ipso repelli simul, & vocari videbatur, quod velit, a se scientiam acquiri tamquam medium ad illius gloriam provehendam, & simul obicem statuat, replendo spiritum suum tot suavitatibus; & consolationibus, ut cum studio vacante vult, sæpe accidat, ut vacet orationi. Quenam fuere, Sancte vir, sapientia lumina, quibus afflatus judicasti, sicuti sola scientia sine charitatis zelo; nihil prodest, & solum alie superbiam; ita zelum sine scientia aptiorem esse destruendo, quam ædificando; sed utrumque simul verum esse medium ad Dei gloriam promovendam, & veros efficere concionatores, quorum officium est vitæ & salutis verba ferre: Doctores quidem esse mundi lumina, quemadmodum Salvator ipse testatur, sed tales non fieri nisi per eas cognitiones, quas multis laboribus, ac studiis sibi comparant; crudita volumina, quibus propugnatur Fides, & error impugnatur sine altissime scientiæ præsidio conscribi non posse; & ipsum Spiritum Sanctum esse voluisse Magistrum Apostolorum, qui inscii, rudesque erant, eosque replere scientia, atque sapientia antequam Apostolatus muneribus obeundis illos applicaret, ut hinc facilius dissiparent tenebras idololatriæ, quæ latè in universam terram incubuerant; superbiam Philosophorum mundique sapientiam contunderent scientiam, & veri Dei nomen, & cognitionem in terrarum extrema perferrent. Ita pro certo affirmari potest, non ambitionem, non avaritiam, non curiositatem, aut aliquam humanam causam, sed solum zelum majorem Dei gloriam procurandi impulisse hanc Sanctum virum, ut medium aded difficile, & arduum, verum simul aded necessarium aggrederetur, ut omnia in suscepto consilio ei cederent e sententia. *Idem.*

Hoc ipso conversionis Ignatii tempore Deus in specu Manifeste immisit eidem mentem ad animarum salutem cooperandi, quod quidem S. Dionysius non renuit opus divinitimum appellare, opus quod a Jesu Christo habitum tamquam infinita sua misericordia dignum, constituit etiam dignitatem illo.

Sæculi prudentes irridere Ignatii consilium, molestosque labores, quos in studiis suis hausit.

Quam gloriosum consilium S. Ignatii procurandi animarum salutem statim ac fecit conversus.



illorum, qui post illum, & propter illum in eodem se exercent; opus denique, quod Deus super alia quacumque attollit, & quod prae ceteris ita praefert, ut eos, qui salutem fratrum suorum dant operam ita diligat, quasi ejusdem salutis, & gloriae operam darent; *Ecce dedi te, ut sis salus mea;* salus aliena aequè Deo accepta est, inquit Patres, ac si ipse ille salvus fieret. Sed licet haec salutis gratia in omnem mundum effusa ad Jesum Christum unice pertineat, qui cum illam fuerit operatus per se, solus extitit vir ille potens coram Deo, & coram populo; certum est non deesse homines egregios, ac meritis plenos, quibus dignatur gloriosum hoc, sed molestum ministerium impartiri. Hic nomen, & admirabile Ignatii facta ultra se vobis offerunt. Vix conversus est, cum aliena conversionis inquit consilia, ac tradit praecipua; vix se se Deo devovere destinavit, cum sibi ad Deum plures triumphos referre proponit. Discipulus simul, & Magister, gratiae filius, & gratiae instrumentum omnia simul comprehendit, & aliis revelat, perfecte cognoscit, & aliis, qua re primum commotus fuerit, communicat. *Elegia historica.*

1714. 59.

Quam ut-  
lis, apert-  
que se li-  
ber Ignatii  
ad animas  
ad altissi-  
mum san-  
ctificatis gra-  
tiam pro-  
vehendas.

S. Ignatius animarum salutem incipit cooperari per Exercitia spiritualia, opus, quod plures Sancti laudibus extulerunt, & quod plurimos peperit Sanctos. Ibi Divini Spiritus lumine propriis adjucentis medicamentis, atque experientiae, & homini ostendens peccati nequitiam, finis sui dignitatem, grati animi sensus, quos debet Deo, Fidelium ad status sui perfectionem per prolixam aeternarum veritatum seriem, quasi per totidem gradus adducit. Ibi per considerationes aptas ad spiritum quidem persuadendum, cor autem permovendum, docet affectus animi coercere, & a creaturis animum revelare, ut adhaereat Deo. Ibi tandem salutis scientia ad artem methodumque redacta alios docet modum semet convertendi, ut ille conversus est, & eas exercendi virtutes, quas ipse exercevit. *Eventus non desunt intentionibus ejus, peccatores videlicet ad poenitentiam traducendi, & ex quorundam dic- tum solitudine visi sunt pii egredi, qui antea impij erant, reparare scandalum quod tribuerant, & fieri Religionis patroni, qui illam contempserant. Ita vidimus avaros non solum male parata restituere, sed etiam legitime comparata dimittere; eruditos viros omnem gloriae auram abjicere, ut Jesum Christum tantummodo, & hunc crucifixum scirent; matronas quasdam mundanis consuetudinibus de- voratas xenodochia invisere, abjectissima christiana Charitatis obire ministeria; alias vero inter austerrimas recedere solitudines, ut velamine aliquo eam opus formam contegant, cujus erant idololatras, & ut perpetuis austeritatibus expient praeterita vitae vanitatem. Utinam harum solitudinum usus hodierna die esset frequentior! minus injustitiae in judiciis, minus murmuracionis in conversacionibus, minus dubitationum in fide, ac teporis in Religionis exercitiis videretur. *Flechiere.**

Præcipuum  
medium  
quo usus  
est Ignatius  
ad Dei glo-  
riam pro-  
moven-  
dam  
fuit Socie-  
tatem in-  
staurare vi-  
cium, qui  
pati zelo  
agebantur.

Eadem prudentia, qua S. Ignatius agebatur in animarum salute promovenda, cognovit, quidquid tandem ipse facere potuisset, exiguum fore, ubi conferretur cum ingenti cupiditate, qua aestuabat gloriae Dei. Altera haec via est, quam tentavit, ut facilius operatum finem consequeretur. Quemadmodum Saluator ob eundem effectum aliquot elegerat Apostolos, atque Discipulos, quos manu sua formavit, ut deinde illos mitteret in univereum Mundum, ut quocumque Nomen suum, & veri Dei cognitionem perferrent; Ignatius ratus est ad consilium suum exequendum, quod unum, idemque erat ac illud Filii Dei, sibi praeter propter cooptandum esse eundem Apostolicorum hominum numerum, ut illos simili pacto dispergeret, postquam illos quanto voto ad id de industria obligasset. Hinc his hominibus in tam gloriosam finem collectis Societatis Jesu nomen tribuit, ut reminiscerentur se perillustri huic Congregationi dedisse nomen, ut propius Salvatoris hominum sequerentur vestigia, labores, & victorias prosequerentur, eun-

demque spiritum assequerentur. Prima ille operis hujus fundamenta jecit Parisiis in monte, ubi tumulus est Apostoli Galliae, & qui olim irrigatus fuit Cruore tot Martyrum, a quibus illi factum nomen est. Hinc hauserunt fortitudinem Martyrum & zelum Apostolorum, quod testatur Epigraphes, quae ibidem cernitur. *Siste, spectator, & in hoc Martyrum sepulchro, probati Ordinis cunas lege. Societas Jesu, hic nata est.* Ex Sancto hoc loco Ignatius, ejusque Discipuli aequè ac ille succenti zelo gloriae Dei egressi sunt, ut in omnes terras dispersi lumen evangelicum remotissimis regionibus praedicarent. *Auctor Sermorum in omnia Argumenta Sic.*

Ad examen quæso vocemus singillatim aptitudinem medii, quod S. Ignatius elegit ad finem sibi propositum assequendum; videbimus, ut zelus hic ad majorem Dei gloriam omnia transferendi, fieret æternus, atque irrevocabilis, illum se, suosque filios obstrinxisse voto obediendi Summo Ecclesiae Pontifici, ut quibuscumque in urgentissimis necessitatibus ab illo adhiberentur, nunquam deessent viri Apostolici, qui ex statu, ac professione sua semper essent praesto, ut pro salute proximi vitam suam sacrificarent. Quanam prudentia praecavisse ea omnia, quae operis sui exitium parere poterant, & opus adeo bellè Institutum irritum facere, arcendo hinc quidem ambitionem, & alio procius peculiari voto praecipua Societatis membra diligendo, ne ullam in Ecclesia dignitatem acciperent, quin ad id cogenerent auctoritate illius, qui Filii Dei sedem obtinet: ut dum Praefules, atque Pastores Ecclesiam, & moderarentur, & essent instar oculorum ad illam regendam, filii brachiorum munere fungerentur ad illam tuendam: *Brachium sedis Apostolicae*, quo nomine a nescio quo Pontifice appellati fuerunt in bulla confirmationis ejusdem Societatis. Altera vero ex parte S. Patriarcha non minus femovir avaritiam, quae nonnumquam optimis se se immiscet consiliis ad ea corrumpenda: nolens, ut quovis munere, quocumque tandem illud sit vel levissima recipi valeat merces, ut unicè Dei gloria spectetur, & integerrimè quique ad eandem procurandam incumbat. *Idem.*

Hoc S. I-  
gnatii me-  
dium quom-  
odum sit pro-  
posito ac-  
commoda-  
tum.

S. Ignatii zelus semet continere non poterat intra fines vitae ita brevis, qualis hominis mortalis vita est; artem invenit praetergrediendi terminos temporum, & efficiendi, ut illa crederet labentibus saeculis, efformando homines Apostolicos, qui possent gressus suos sequi, & relinquendo illis consilia sua aequè solida, ac sublimia in Constitutionibus, quae undique exuberant zelo majoris gloriae Dei, & salutis animarum, quem in illis cupiebat accendere; nam ita frequens de ea re Sermonem instituit, ut satis innotescat, quantum illi cura esset, ut eadem semper illis versaretur ob oculos. Hac de causa noluit aliquem certis locis aut domibus, vel provinciis inhære, ut praesto essent ad illuc transmigrandum, quod illos major Dei gloria evocaret; *sub quacumque mundi plaga*, quemadmodum habetur in Regulis. Mirum! decem homines in hujus Societatis ortu, acti Spiritu S. Ignatii, eodemque zelo successi totum terrarum orbem lustrandum suscipiunt. Admittitur Faber ex Germania haereticum exterminare; Jayus conatur schisma extinguere in Anglia, & regnum illud Ecclesiae restituere; Lainez, & Salmeron quatenus Doctores, ac Theologi Summi Pontificis Tridentino interfuerunt Concilio; S. Franciscus Saverius ille solus omnes Orientis plagas percurrit, ac intra decennium plusquam decies centena hominum millia baptizat. Alii satagunt pietatem, & frequentem Sacramentorum usum restituere in Italia, Gallia, Hispania, & Europa univèrsa; haec autem omnia sapientissimo S. Ignatii Consilio, qui annis quindecim, quibus praefuit Societati, vidit ordinem suum per omnes provincias in ultra centum domos effusum, pluresque populos Jesu Christo acquisitos opera filiorum suorum, quam infecti, corruptique fuerint a Luthero, & Calvino saeculi unius spatio, haecque

Spiritus, si-  
nis, officia  
regulae So-  
cietatis a  
S. Ignatio  
instituta ad  
gloriam  
Dei procu-  
randam.

haereticorum tamquam contagiosa lues inter fideles se effudit. Hac de causa S. Ignatius omnia amplexus est genera officiorum, ex quibus uberior hauriri potest fructus ad salutem animarum. In quibusdam Ordinibus, ex S. Thomae animadversione, munera circumscripta suis finibus sunt; austeritates suos habent terminos, & superior nequit illis quidquam adficere, quin ultra suam potestatem egrediantur. Sed in Sancti hujus Institutis Societate, superior subdito suo quocumque voluerit, officium potest committere, praecipere eidem quidquid peccatum non est, casque poenitentias imponere, quae utilissimas judicaverit. Ceterum Missiones unum constituunt ordinem; Doctrina Christiana alterum; alium Captivorum Redemptio; infirmitatum cura rursus alium; sed juxta S. Ignatii institutiones, Societatis suae Praesbyter Missionibus vacare debet, tradere pueris Catechismum, militibus terra, marique ferre opem, aegrotantes in Xenodochiis invisere, terra lue laborantibus deservire, cum captivis se commiscere, permanere cum renigibus, ut quoquo modo miserorum, ac derelictorum horum salutem prospiciat. Praestantissima universi creatura non nisi coarctatos habent fines; Angelorum alii elementorum conservationi, alii rationabilibus creaturis praesunt, & omnia ministeria sua ad majorem Dei referunt gloriam: Sed o miram latitudinem cordis Ignatii! Zelus illius omnia officiorum munera amplectitur, quin ulli patet labori, ut animas ad optatum finem perducatur. Fugit amplissimas dignitates, omnibusque eorum laboribus se subjicit. Totum Societatis Corpus, & privatus quilibet secundum eadem consilia, eundemque Spiritum operatur. *P. Novet Medit. in S. Ignatium.*

Extenso  
veli omen-  
stas zeli S.  
Ignatii, qui  
ad perso-  
nas, aetates,  
conditio-  
nes omnes  
se extendit.

Nullus est in terris locus adeo parum notus, ad quem S. Ignatius curas suas non extendat. Spiritus illius est ubique; charitas sua inflammavit omnia; cor suum abyssus est, ubi mundus atomus esse videtur. Sancti hujus hominis zelus ad omnes se aetates extendit, aequè ac ad conditiones omnes, nulla dempta. Considerate puerum in utero matris suae tamquam fructum inherentem arbori, a qua sustinetur. S. Ignatius curam gerit baptismi illius, & innumera operatur miracula, ut salvet matrem, & filium, fructum, & arborem simul. Illum in infantia respicere. S. Ignatius visibilis Angelus est, qui illum viam Caeli docet, ac primis doctrinae Christianae rudimentis imbuat per amplissimum Charitatis officium, quod in Societate sua recentis voti haereticus voluit argumentum, illum in ipso juvenutis flore cogitare; S. Ignatius studiosior illius curam habet; & si scholas aperit, veluti publicos fontes, ubi humanae hauriri valeant scientiae, hoc fit ut illa per sacra emanent ora, christianas fiant, & divinae. In aetate maturiori eundem perpendite; S. Ignatius illius suscipit directionem, neque curam abjicit animae illius, nisi eam in Caelum invexerit. Nullam rationem habet conditionis, quia in omnibus statibus quisque salvari potest; nobilem a plebeo non fecerit; quoniam Salvatoris cruor nostram constituit nobilitatem, ejusque virtus nostram magnitudinem. Nullo haec in discrimine animas, omnes enim sunt ejusdem speciei, & omnes eodem pretio redemptae: Obit Nosocomia, ut per corporum solatia animarum salutem faciliorem exhibeat. Carceres invitat, ut peccatorum vincula infringat; reis supplicio afficiendis adlat, ut infame patibulum in Paradisi scalam convertat; & quasi non satis esset illi saluti virorum consulere, mortuos resuscitat, ut illis peccata condidendi, & inferni poenas evitandi spatium obtineat. *Idem.*

In Socie-  
tate in-  
staurata  
perennavit.

Voluisset Ignatius semet in omnes locos partiri, ubi erant animae Jesu Christo acquirendae: saltem semet ipsum multiplicare contendit Societatem instituentis Apostolicorum virorum, qui esse debebant in officiis Charitatis ejusdem socii, vel successores. Jam pridem considerabat Ecclesiae necessitates, saeculi relaxationem, omnium statuum corruptionem,

haereticis orientis progressus. Nulla ferme inter fideles erat pietas, nulla disciplina. Versabantur populi in crassa divinae legis ignorantia, & in flagitiose vitae nequitia. Sacerdotium in opprobrium versum erat, & mundus non ultra fecerens ministerii sanctitatem a ministerii scelere statum Ecclesiasticum contemnebat. Mala urgebant, neque erat, qui medicinam afferret. Pastores tamquam excubiae in utramque stertentes aures greges suos deserabant; Antiqui Regulares Ordines, quorum vita plerumque in solitudine, ac silentio sita erat, vel Monasticis regulis, & observantiis abditis, omnino animarum salutem vacare non poterant. Ignatius a Deo suscitatus, ut morienti Ecclesiae ferret opem, ut eidem hac in re solatium praestaret, homines elegit, qui Dei gloriam possent promovere laboribus, precibus, doctrinis, & exemplis, paratos ad requiem, honorem, vitamque ipsam pro Salvatore sacrificandam; qui nihil turpe, & abjectum, vel arduum in Ecclesiasticis rari ministeriis, omnibusque suis abrenuntiantes dignitatibus, nullum in hac vita laborem recusarent, nullumque nisi in altera praemium praestolarentur. *Flechiere.*

Deplorabi-  
lis status,  
in quo erat  
Christia-  
nitas ante  
Deum susci-  
tatum Ignatium  
obscure  
conspicitur  
& inunda-  
tioni victi-  
rum.

Nullum unquam tempus fuit mundo Christiano luctuosius, quam saeculum nuper elapsum, & Jesu Christi Regnum nunquam magis divisum fuit. Hoc nostis, & ad hanc quoque diem ingemiscitis. Insupererunt ingenia vana, & partium studiosa, quae novos serenos, veteres errores instaurant, sub reformationis praetextu Ecclesiam cupiebant evertere, & in opiniones suas abeundo, ac ubi in- tererat sua iterum in unum coeundo, omnia charitatis vincula infringendo, & obedientiae jugum exequendo, ostenderunt, quid facere valeant homines, cum Deus illos caritate percussit, & cum errori adjiciunt nequitiam, & Religioni apostasiam. Ecclesiae traditio, sanctitas Sacramentorum, summorum Pontificum auctoritas fuerunt scelerationis eorum argumenta. Nulla adeo Sancta veritas, quae non ab aliqua haerese peteretur, neque secta ulla tam impia, quae plurimos non inveniret sectatores. Regna integra in hos errores inciderunt; tenebrae brevi in omnem ferme terram sese effuderunt, & docuit experientia, quod facile sit spiritum eorum corrumpere, quorum cor jam corruptum est, & a morum pravitate ad fidei, doctrinaeque corruptionem transilire. Dixisti, Domine, & certissima sunt verba tua, Ecclesiam tuam super inconcussa fundamenta constitutam esse, & nunquam futurum ut porta inferi alterius illam praevaleant. Providentia, quae incessanter invigilat, & ea habet praesidia, quae humana prudentia non praevider, ut publicis hisce necessitatibus iter obviam, Ignatium suscitavit, tamquam Esdram alium ad legem instaurandum, vel tamquam novum Machabaeum ad ruinas Templi zelo, & constantia sua refarciendas. Neque putetis hunc casum fuisse merè fortuitum, quod cum Lutherus docebat, & palam asserbat errorem suum, tunc Ignatius se Deo devoveret. Alter licentiam praedicabat, alter poenitentiam amplectebatur; alter scribens contra Vota, & Consilia Evangelica prope infinito Apostatarum numero janua aperiebat; alter scribens sua spiritualia exercitia totus in eo erat, ut & antiquos ordines frequentaret, & novum constitueret. *Flechiere.*

Math. 10.

Persecutio-  
nes suas  
S. Ignatius  
ejusque so-  
cietatis per-  
tulerunt.

Pauci sunt Sancti, qui majora ad Dei gloriam susceperint; Pauci qui plures, casque generosius susceperint persecutiones. Vix S. Ignatius manum admovit ad salutem proximi procurandam, cum statim persecutores nactus est, & parum abfuit, quo minus animam exhalaret Barcinone, eod quod scandalum publicum prohibuerat. Flagitiosi homines ter, vel quater vitam illius finem studuerunt inferre: Haereticus omnes internecinum illi bellum indixerunt eod usque, ut Melancthon insignis ille Lutheri discipulus Germaniae Principes sollicitaret ad arma, ut illum cum univèrsa illius Societate exterminaret, & dicere possumus, illum expertum fuisse, non secus ac Propheta, quid valeat odium, & furor inimicorum Dei sui, cum ille magis, magisque

gisque gloriam ejus tueri, atque proferre conabatur. Reminiscimur adhuc, magne viri, te severissimis peritum fuisse calumniis: te positum fuisse in contradictionem Principum terre; catenas, severissimoque carceres non valuisse fortitudinem tuam frangere; totum infernum insurrexisse adversum te, & te non fuisse perterritum. Sed operæ pretium est reficere memoriam illorum, qui sciunt historiam persecutionum Sancti hujus viri id tunc accidisse cum Deus se magis propitium præstitit consiliis, quæ Ignatius de promovenda Dei gloria fovebat, & sicut Ecclesia nunquam florentior fuit, quam cum persecutionum impetu fuit agitata; Ignatium, ejusque filios nunquam majori nisu ad Dei gloriam laborasse, quam cum maximis persecutionibus agitarentur. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

S. Ignatius semper respexit persecutiones, tamquam certissimam viam ad operatum finem assequendum.

Magnus hic Sanctus semper arbitratus est passiones, & persecutiones, ex quibus æterna sapientia novit semper maximæ gloriæ suæ argumentum haurire, ex quo voluit Crucem fieri salutis humanæ instrumentum, medium esse præsentissimum ad votorum suorum summam obtinendam. Hoc quidem medium, Apostolo teste, Judæis quidem scandalum fuit, gentibus autem stultitia: sed hic idem Apostolus asserit Dei potentiam, & sapientiam potissimum enituisse; quoniam gloriam suam novit reparare per id, quod humanæ sapientiæ maximè videtur oppositum, quæ hominum contradictiones tamquam maxima votis suis obicem intueretur. Ita Ignatius nosse injuria Societatem suam a J. C. nomine appellasset, & ipse illius non legisset vestigia, si proposita sibi sententia illum ipsum sequendi consiliis, immunis fuisset a passionibus, & persecutionibus. Quapropter ille has tamquam rutissimam habuit viam promovendi gloriam Dei, ex quo Salvator Crucem bajulans apparuit illi Romanam proficenti, ut Ordo suus a Summo Pontifice probaretur, eique pollicitus est fore ut illi ac Sociis esset Romæ propitius. Contradictiones, & crucis respexit tamquam certissimum omen suscepti laboris sui, perinde ac circum gloriosissimum vexillum illud descripta vidisset verba, quæ olim magnus est: *in hoc signo vinces.* Omnes persecutiones, quibus premebatur, ejus fortitudinem commendabant, & spem solidabant. *Idem.*

Diversa Charitatis opera, quæ ostendunt magnam S. Ignatii salutem animarum.

Non loquar de ferventibus Ignatii prædicationibus, neque de mirabilibus fructibus, quos peperere, neque de ægotantium cura ad eorum animas potius curandas, quam corpora, neque de molestis itineribus modò susceptis ut profugo ferret opem, quem secundum rigidæ justitiæ leges persequi potuisset; modò ut sancta inviseret loca, & Domini sui gloriam repararet, ubi ad eam contumelia fuerat coinquinata, & quotidie coinquinabatur; modò ut iustitiam vicos, & oppida, & ubique bonum Jesu Christi odorem effunderet. Nihil afferam de Sanctis operibus, quæ instituit, de domibus, quas erexit, pœnitentiæ consecrandis, reminiscens Salvatorem suum nequaquam ab regni cœlestis aditu prohibuisse perditas mulieres, & has posse in recessu suo tantum gloriæ conferre Deo, quantum in fornicibus intulerunt eidem ignominia. Hæc & alia plurima zeli ipsius argumenta prætereo, singularia enim persequi infiniti operis est. Fingite vobis Ignatium cogentem discipulos, ubique sua iussa partientem, quocumque mittentem cooperatores zeli sui in Germaniam, Galliam, Italiam, Hispaniam, Lusitaniam, Hiberniam, Indiam primo ipso instituta Societatis anno. Fingite vobis illum Romæ domum instituentem pro Carthagenis, duo pro Orphanis nosocomia, duos recessus pro mulieribus, quæ secesserant a viris suis, & pro Virginibus, quas necessitas in gravissima flagitia inducere poterat. Nulla ars est, quam intentatam relinquar; nullus lapsus, quem lacrymis non profleatur; nulla infidelitas, quam prævertere non cogitur; nulla occasio propitia, qua non avidissimè pratur; nullum bonum opus, cui non admoveat manum; nulla exercenda admonitio, quam missam

faciat; nulla adhibenda correctio, quam non adhibear, nullum corporale, vel spirituale opus misericordiæ, quod non exequatur. *P. Bourdaloue, & Elogia Historica.*

Ut aliquam vobis adstruam ideam generatim de Ignatii consiliis, ac mediis, quibus usus est ad illa exequenda; instituenda hoc in loco esset hypotiposis deplorabilis status, ad quem redacta erat Ecclesia universa, quæ, ut loquitur Paulus III. in Bulla convocationis Tridentini Concilii, obruta, & quasi oppressa erat sub malorum suorum multitudine; & mox ostendenda medicina, quam insignis hic Sanctus curis, laboribusque suis attulit. Lutherus ad rebellandum ciet Germaniam universam; erumpit Anglia in schisma periculosissimum, quod auctor illius erat Princeps, qui antea scriptis suis Religionis fidem propugnauerat: Gallia incipit seque heresim Calvinii; & ubique non videtur nisi infirma vestigia antiqui zeli, quo olim Pastores excitabantur ad ministerii sui sanctitatem sustinendam. Clerus in iis immerfus est malis, quæ universali huic perturbationi causam, atque ansam tribuunt. Ordines Regulares vel fruguerunt, vel pares non sunt propter solitudinem, ac vivendi rationem, opem ferendo, ac sese obijciendo furenti exundationi tot hæresum, quæ repente sevierunt. Quodnam vultum satis validum ad torquentem hunc inhibendum? ubi inveniri potest tot malis medicina; quomodo tot malorum fons exhauriri? Alter necessarius erat Moyses, ut populos educeret de captivitate; Josue alter qui pro Domini gloria dimicaret; homo succensus zelo domus Dei, qui tamquam Elias, se ducentem contra vitium profiteretur. Hic fuit S. Ignatius, in quo collegit Deus omnes summorum hominum virtutes, ut restitueret domum Israël, & Ecclesiam a fundamentis quasi fatam fulciret. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Victoria Ignatii de Hæreticis relata.

Si aliquod videre cupis specimen victoriarum, quas S. Ignatius reulit, considerandum est, eo tempore, quo sex, vel septem Hæresiarum dillaniarunt Ecclesiam, singuli scorsim; sanctum hunc illam vitium & per se, & per suos fuisse, & etiam circum undique fines ejus protendisse. Lutherus aufert Germaniæ partem, Pomeraniam, Sveciam, Daniæ, Norvegiæ; Ignatius acquirat Japoniam, & omnia fere Orientis regna laboribus, & zelo magni Francisci Xaverii. Calvinismus terra tue inficit aliquot Gallia oppida, & finitimas aliquot provincias; Ignatius verò immittit filios suos in Brasiliam, & aliam America partem. Anglia, & alia nonnullæ regiones Europæ ab Ecclesia desciscunt; & Ignatius in Africa, & Asia Ecclesie fines extendit ita ut ad exprimendum paucis felicem laborum Sancti hujus exitum dicenda sine hæc duo solum verba olim de primo Christiano Imperatore dicta: *veterem Romam tenuit, & novam struxit.* Ignatius Romam veterem tutatus est, videlicet Ecclesiam, quandoquidem Sancta Sedes illustre hoc illi testimonium perhibuit, Deum nempe illum in terris possuisse, ut ipsum novissimorum horum sæculorum Hæreticis objiceret, non secus ac olim suscitaverat Cyrillos, Athanasios, Augustinos ad hæreticos eorum temporum repellendos. Sed idem Ignatius quodammodo novam condidit Romam novas ubique terrarum Ecclesias instituens. *Idem.*

Ejusdem argumenta continuata.

Alii successus laborum, & zeli Sancti Ignatii, & alia vicia plurimæ adhuc faciendi. Petrus Claveriensi.

Magnum sancti hujus viri zelum cogitantes, nonne verè dicere possemus ipsum collegisse & in corde suo omnium hominum animas congregasse, quod de alio quodam Apostolico viro dictum fuit: *Collegerat in uno corde suo animas singulorum,* vel quod de alio Salvianus ait, quem vocat *Salutis generis humani procuratorem.* Hic sanctus vir omnes tollit abusus, illic omnia radicitus vitia convellit; huc invehit sexcenta pietatis exercitia, quæ adhuc in Italia servantur, alibi sexcentas pravæ consuetudines evertit. Est tamquam anima, quæ movet omnia, spiritus, qui animat omnia, & omnia in statu conservat. Nulla est charitatis actio, cujus

enjus sit expers; nulla occasio glorificandi Deum, quam non arripit; nullum pietatis opus, cui non interfit, & cujus præcipuus auctor non sit; & donec Romæ moratur tamquam in centro orbis Christiani, virtutem suam in omnem terræ ambitum effundit. Sed quidquid agat, ut glorificet Deum, & quemcumque effectum sui labores fortiantur; hoc nihil est ubi conferatur cum immensitate sui zeli, & cum iis, quæ facere desiderat. Videbatur aliquandò in orationum suarum fervore oculis in caelum hærentibus, expansis brachiis, ignita facie voces emittere lacrymis, & suspiriis intercessis. O Deus! si te cognoscerent homines! Salvator mihi cur te adeo parum agnosco! Voluisset esse ubique, ut illum aliis cognoscendum tradere posset; cumque unus esset, operasset multiplicem fieri, vel in omnes homines dividi. Idcirco cum mittebat filios suos ad prædicandum, hæc tantum proferebat verba: *ite, incendite, inflammate.* Verba hæc profecta ex zelo prostris inflammato tantum in eorum mentibus vim habebant, ac tantum in eorum cordibus ardorem incendebant, ut unus eorum sæpè in una Provincia, & etiam Regno sufficeret ut illius facies penitus mutaretur; & fides, boni mores, & pietas ibi restorerent. *Idem.*

Deus magnificavit Ignatium, eique sanctissimum, acque gloriosissimum effectum coram hominibus qui illum magno in pretio habebant.

Mirum ne igitur est, si Deus, qui gaudet gloriosos efficere illos, qui ad gloriam nominis sui provocandam operantur, visus sit curam gerere gloriæ Divi Ignatii super terram aequè ac in cælo? Hinc omnes summi viri ejusdem avi de eo cum admiratione loquuntur. S. Philippus Nerius, & S. Carolus Borromeus illum tamquam Instituitorem suum celebrant. S. Franciscus Xaverius reverentiæ causa nonnulli genibus flexis ad eum literas dabat. S. Theresia de illo verba faciens iis utebatur vocibus, quas modestia proferre verat. Eruditus, ac pius Ludovicus Granatenus eum in sanctitate Gigantum vocabat. Summi Pontifices, & purpurati proceres, qui agnoverunt illum, viventem adhuc Sanctum judicaverunt. Præsertim verò ille, quem sibi Confessarium adsciverat, & qui sanctitate florebat, cui omnem conscientiam suam aperuerat, a Deo petebat, ut ad duas tantum horas superflus esset S. Ignatio ad hoc, ut revelare posset ea, quæ mortalibus omnibus stuporem immitterent; sed magis valuere preces Ignatii, quandoquidem affectus est, ut ille triduo ante mortem obiret, quasi Sancti nostri humilitas ei mortis ictum influxisset. *Idem.*

Quid de hoc sancto confessoris ejus sentiret.

Quid porro dicere potuisset S. Ignatii Confessarius, magnus ille Dei servus, ut Sanctum hunc efficeret gloriosorem? Quid? Inaudita miracula? Non desunt nobis plurima cujuscumque speciei; mortui ad vitam revocati, emergenti liberati, peccatores conversi in ipso cacitatis suæ favore. Solum Canonizationis ejusdem processum ducentos numerat. Quid igitur? austeritates, & mortificationes? Quod admirabilis prodigium nescio utrum dicam in gratia, an in natura, quam indolem, & constitutionem suam mutasse ita ut phlegmaticus haberetur, qui ardenti erat, igneoque temperamento? Num aliquos inaudita pietatis sensus? aliquam gratiæ unctionem, qua Deus mala illius, & crucis laboresque mulebat? Sed quid addere potuisset iis omnibus, quæ aliundè innoscent, & quorum tot suppetunt testes? Illum periculum obivisse, ut plorando præ teneritudine, ac devotione oculorum usum amitteret? Nonne satis superque patent sensus cordis illius, ex insignibus illis verbis, quæ passim in ipsius ore versabantur? *Quam sordet velus, dum calum aspicio!* Fortasse contemptum fuisse ipsum, & quam abscedit sentire de meritis, virtutibus, omnibusque actionibus suis? Sed quid singulare hoc in articulo nobis tradidisset, nisi quod ille ipse de se confiteri coactus fuit, quindecim annis posterioribus vitæ suæ, ne minimam quidem inanem gloriæ cogitationem menti ipsius occurrisset? Hoc tamen posthumum est vitium, de quo victoria foleat referri, quandoquidem oritur ex extero-rum victoria. Reor hanc fuisse heroicam aliquam *Floury, Paneg. 1. cap. 11.*

charitatis erga proximum actionem; hanc enim ce-nabatur Sanctus Ignatius celare oculos hominum, ut illius cognitionem Deo uni reservaret. Sed ea quæ patent, satis ostendunt quid conficiendum sit de eo, quod alter revelare non audeat. Quandoquidem visus est semet conjicere in stagnum subgelidum, dum media sevirer hyems, ut procacem hominem a Iupanari averteret, & ab illius capite divina ultionis ictum deslenderet. Fortasse arbitrabatur aliquis, has peculiaries esse revelationes, aut visiones cœlestes, quas illi permittere dignatus est Deus. Sed quidquid hoc in argumento dicere potuisset, accedere ne potest ad ea, quæ S. hic vir scriptis prodidit de adorabili Sanctissime Trinitatis mysterio, vel quæ sæpè restatus est, licet nudæ extarent Scripturæ, & nulla fidei nostræ argumenta, se tamen vitæ sanguiniquæ sui sumptibus illam asserturum fuisse innixum iis luminibus, quæ in Manrethæ solitudine Deus illi præberat? Numquid tandem ardentem zelum salutis animarum, & generatim mundi totius? Sed præter ea, quæ hac de re a nobis dicta fuerit, quid addere potuisset ad id, quod Sanctus iste sæpius professus est; *Et a Deo sibi optio daretur ut vel citò cœlesti beatitudine perficeretur, vel salutis incertus suæ, sed eum certitudine de animæ unius salute benemeretur, permaneret in terra, ipsum millies cœlo terram prælaturum fuisse; & aliandè si fururus fuisset ex numero miserarum victimarum justitiæ Dei in inferno, neque voraces flammæ, neque alia infelicitas ejus loci supplicia aequè intolerabilia futura sibi fuisset, ac illud, audire damnatorum blasphemias, & videre, Deum ibi non diligi, neque esse in secula diligendum.* Non ambigo quominus fidelis ille sequester conscientie S. Ignatii declaraturus esset aliqua magis particularia, sed adduci nequeo, ut credam, illum allaturum fuisse gloriosiore, quam suam posteritati relinquendo testimonium, Ignatium prostris divina sapientia illustratum fuisse; & omnia secundum verè sanctam prudentiam fuisse operatum; quoniam semper ob oculos habuit finem præstantissimum, qui possit haberi, majorem nempe Dei gloriam; ad quam promovendam aptissimis, ac præstantissimis mediis semper est usus: ac tandem eventum magnitudini consiliorum, laborumque suorum semper respondisse. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Sensus devotissimi, & amoris Dei in Ignatio. *Maffei de S. Ignatii vita.*

Unus satis erat floris intuitus, ut Sanctus iste vir ad Deum raperetur; & quod mirum est, in quavis negotiorum, aut difficultium rerum occasione, sola Dei recordatio, ut auctor viri ejusdem recet, cum cumulabat læticia, efflicabatque, ut mirabili cum tranquillitate in providentiæ suæ quiete receret. *Quantumlibet pressus curis, ac molestiis fatigatus in sola Dei recordatione, & quasi amplecti, per summam delectationem acquirerebat,* ita ut dicere posset cum David: *In die tribulationis meæ Deum exquisivi . . . memor fui Dei, & delectatus sum.* Cor illius ita devotionis sensibus afflicebatur, ut statim ac orationi seu mentali, seu vocali vacare inciperet, in lacrymas solveretur, quæ ad eum copiose distillabant, ut oculorum detrimentum facturus videretur. Cæli prospectus, quod continenter sedè intuebatur, illi erat perijucundus, & tantam in eo pariebat rerum terrenarum nauseam, ut passim suspiria emittere, & peramanter, exclamare audiretur: *Quam sordet humus, cum calum aspicio!* *P. Novet in Medit.*

Psalm. 76.

S. Ignatii gloria est, non solum ea præclare gestisse, de quibus locuti sumus, & immortalia edidisse facta, quæ publica fama, & historia æternitate consecrarunt, & quæ obsecris admiratur; verum etiam dedisse filios Ecclesie, qui illius virtutem, & zelum imitantur, qui, non secus ac ille, sustinent Religionis decus, utilitatem Ecclesie, Pontificum auctoritatem, Dei gloriam super omnia, & qui ob tot insignia officia meriti sunt, ut ab ipsis etiam Pontificibus commendarentur. Credidi semper, dixit aliquando Clemens VIII. Societatem Jesu esse dexteram Ecclesie brachium. *Quid dicunt*

Potissimum Ignatii gloria est, sua immortalitate consecrarunt, & ecclesie filios dederunt zeli, & imitantur virtutes.

eam postremo? Sancti hujus viri laus est, peperisse Mundo Societatem Jesu; ita illa per antonomasiam appellatur; Quicumque enim illam componunt, esse debent totidem generose victimae paratae ad vitam, sanguinemque suum fundendum ad omnium populorum salutem, & majorem gloriam nominis Jesu. Considerans zeli eorum magnitudinem nonne diceret Dei Filium adduxisse Patrem illorum in Montem Martyrum, ubi illa prima suae societatis fecit fundamenta, ut de hujus montis vertice ostenderet eidem omnibus Terrarum Provincias, eique diceret illa Prophetae verba, ad explemandam sanctam illius ambitionem, qua gloriam Dei procurabat: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae?* Quandoquidem charitas tua nullis est finibus circumscripta, nullos ego quoque constituam Regnis, quae esse possunt tuae occupationis materia, Do tibi omnes gentes in hereditatem, & volo te per zelum tuum extremas usque terrarum plagas possidere. Hodie constituo te, filiosque tuos *super gentes, & super regna, ut evellas, & disperdas... & aedifices, & plantes*, ut evellas hominum cupiditates, & plantas fidem, & Evangelium super ruinam peccati, & idololatriae. Nec quararis ex me, quanam sint mundi partes, quibus datum est experiri effectus zeli ipsius: immo potius querite utrum aliqua fuerit adeo infelix, ut eodem experta non fuerit. Quot collegia in Gallia, in Italia, in Germania, ubi spiritus adolescentiae exculus est iis omnibus ornamentis, quae in scientiis nitidiora sunt, dum cor illius munitum est iis, quae in tota pietatis ratione sunt solidissima? *Auctor Recens.*

Psalm. 2.

Item. 1.

Comparatio zeli S. Ignatii cum zelo David, Psalmi in Psalms.

Quid porro esset si vobis loquerer de pluribus animarum millibus, quas Ignatius ex faucibus haereseos, ac idololatriae subtraxit opera filiorum suorum, de pluribus operibus, quibus de Ecclesia benemeritis est, & ad hanc quoque diem benemeretur per congregationes, & pios ceteros, ac spirituales recessus, quorum nobis reliquit adeo praecleara instituta? Quid de tot benedictionibus, quibus coelum largè effuseque profectum est labores Apostolicos Societatis, de Praedicationibus, & missionibus horum Opificum Evangelicorum, qui in utrumque terrarum orbem Dei gloriam protulerunt? Quis est adeo remotus terrarum finis, quod non pervaserint, illuc Evangelii lumen perlaturus? Quae regio est licet ignotissima, cui Filii Dei cognitionem non dederint? Nullum inveniret oratio mea finem, si vellem singillatim omnes numerare triumphos, quos retulit Salvator per Ignatii Sociorumque ejus zelum: victorias omnes, quas reportavit, idola, quae evertit; & omnes nationes barbaras, quas convertit, reducens illas in Arcam foederis novi. *Elogia historica.*

Comparatio zeli S. Ignatii cum zelo David, Psalmi in Psalms.

Pulcherrima nobis suppetit hypotiposis zeli Sancti Ignatii in illo Prophetae David, qui maxime confectus eo quod videret Deum a peccatoribus affectum contumelia dicebat: *Exitus aquarum deduxerunt oculos meos, quia peccatores non custodierunt legem tuam: Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sum verba tua inimici mei. Vidi praevaticantes, & tabescere: quia eloquia tua non custodierunt.* Ita S. Ignatius liquecebat in lachrymas, cum videbat infinitam Dei majestatem offendi. Zelum hunc imitari debemus, ita ut hinc quidem summo afficiamur gaudio videntes Deum ab omnibus coli, & amari, inde verò majori non conficiamur dolore, quam cum oppositum contingere intuemur. Hec verum constituit zelum, S. Augustinus ait, & illum verè zelus domus Dei comedit, qui vellet omnia prohibere mala, quae vidit committi, & omnia pro viribus ad majorem Dei gloriam procurare bona. *Auctor recens.*

Ignatius ubi se ipsum sanctificavit, cepit a sanctificatione divae vitae, & qualis per se non potuit per filios suos praestitit.

Hac veritas est, quam S. Ignatius rectè adeo affectus fuerat, praesentissimam rationem ad majorem Dei gloriam operandi, esse eidem lucrari animas, ut cum vix propriae sanctificationi incubuerit, se totum ad alios sanctificandos impendat. Cor suum huc terrarum orbem majus, ac ipso la-

cus, oceano per votorum immensitatem vix in virtute convaluisset cognovit, cum statim animum transfudit ad remotissimas terrarum plagas obundas illic Dei gloriam procuraturus. Quoties plorans caecitatem tot populorum viventium in tenebris, & in umbra mortis cum S. Paulo exclamavit in sua orationis fervore: Cupio anathema esse a Christo pro fratribus meis! Quis prohibet ne, quin Jesu Christi subeam indignationem, siam victima, & expiatio pro peccatis illorum? Quoties coniciens oculos in immensas Indiae regiones, in hominum Sylvestrium saltus, & nemora, & credens esse illic aliquam messem fructuosam, & opificum manus opprimentem, cum eodem Apostolo reddidit, cur mihi mille manus non sunt, linguae mille, & totidem corpora, ut illa saluti tot populorum devoteam? Quod illi non poterat natura largiri, ut extensioni charitatis ipsius responderet, charitas ipsa, quae ingenio plurimum pollet, supplevit zeli ardore, & quod per se ipsum exequi non valuit, id laboribus filiorum suorum complevit, quibus in Societatis institutione non aliam inspiravit mentem, quam omnes vigilias, laboresque suos ipsam vitam infundendi ad majorem Dei gloriam per animarum sanctificationem in omnibus mundi plagis. Si hac veritas nobis suspicione nequaquam vacua videretur, non est cur in Indiam, Japoniam, Sinarumque Imperium nos conferamus illic visuri plurimos tanti hujus Parentis filios, vitae suae finem strenuo Martyrio imponere. Angustum solum maris fretum traducite, quod Gallias ab Anglia discriminat, funesto illo haereseum, ac rebellionum theatro; oculos ibi conjicite in Londini compita, plateasque, atque in alias miserissimi illius Regni civitates: videbitis illas adhuc imbutas, fumantemque sanguine generosorum Athletarum ex numero filiorum Ignatii pro fidei confessione immolatorum, licet devoti fuerint odio publico sub eminenti colore perduellionis, & Majestatis. *Auctor Sermonum Christianorum.*

In quo omnia personarum genera palliantur S. Ignatium.

Quod ad vos pertinet Christiani, qui nondum sublimibus hisce mysteriis estis initiati, gloriosae tamen hujus functionis expertes esse nolite: sive proximum aedificando doctrinis, & exemplis, seu patribus opem ferendo, ne incidant in extremam eam necessitatem, quae saepe fit causa damnationis illorum; & quae saepe miseros jubet turpia quaeque facere, aut pati. Petite igitur a Deo ut aliquam vobis permittat scintillam ignis, quo Ignatii cor absumberetur, ut pro modulo vestro, ac virili patre animarum saluti, & sanctificationi cooperemini, quae maxima gloria est, quam Deo tribuere valeamus. Omnes cujuscumque conditionis sumus non nihil ad id conferre possumus, & reprobi tantum cum Cain dicant sibi fratrum suorum curam non esse demandatam: *Nunquid custos fratris mei sum?* Omnes praedestinati norunt ex illo Ecclesiastici effato, *Unicuique mandavit Deus de proximo suo*, sibi pro viribus reddendam esse rationem de proximo suo. Oportet igitur, ut omnes hoc munere perfungantur. Non omnes aetlicos libros possumus elucubrari, ut S. Ignatius; sed si velimus, possumus omnes esse litterae viventes, & animatae Dei digito scriptae, ut S. Paulus ait, in quibus legatur Oratio Panegyrica Gratiae, & omnium virtutum doctrina. Nequaquam vocati sumus, ut novos Ordines instituamus, ut Sanctus iste vir; sed possumus ipsi societatem inire, & sanctum haredus sancire ad tuendam Dei, & Ecclesiae ipsius gloriam, & ad virtutem exagitatam protegendam. Non omnes vocati sumus ad praedicationem Evangelii, ut S. Ignatius; sed quin suggestum, vel cathedram ascendamus, bonum possumus persuadere lingua validiori, quam verborum, bonis videlicet exemplis. Neque tantum zelum ipsius imitari possumus, sed debemus; nostrum enim quilibet in familia sua curam gerit animarum, & vult Deus nos esse instrumenta salutis aeternae filiorum, famulorum, consanguineorum, & amicorum; nos enim non secus ac Apostolus quilibet in statu nostro, & secundum nostram conditionem omnibus sumus debi-

Genes. 4. Eccl. 7.

tiores.

2. ad Tim. 4. S. Ignatius suae vitae meritum, hoc est, actionem omnium, erat major Dei gloria.

tores. Omnes igitur exeramur conatus nostros, omnes adhibeamus curas, ut ritè hoc munere perfungamur, Ignatium hac in re admiremur, & in lucro ponamus gratias, quibus nos cumulavit Deus, & tunc cum Apostolo quilibet in statu nostro dicere poterimus: *Cursum consummavi, & imposuimus mihi a Deo manus implevi. P. Texist.*

Licet non alia suppetere nobis argumenta Sanctitatis S. Ignatii, nisi ardentia desideria gloriae Dei, & jugis cura actiones omnes ad nobilem hunc finem referendi; ii certe, qui judicant de personarum meritis juxta Evangelica placita haud aegre sibi persuaderent, quin ratio habeatur notioris actionum ac eventuum, quos Deus illi concedere dignatus est, sed tantum causa, propter quam fiunt, & quae ob oculos versatur, hominem qui semper pro scopo, & sine proposito habebat majorem Dei gloriam, qui ne minimam quidem actionem, cuiuscumque generis tandem esset, aggrediebatur, quin illam ad praestantissimum hunc finem referret, qui humillima quaeque atrocissimae infirmitatis meritorum pondus addit; hominem, inquam, cui haec semper erat adeo pura intentio, quin ne transversum quidem, ut ajunt, unguem a proposito declinaret, in singula vitae suae momenta admirabilem in Sanctitatis via progressus effectisse? Talis erat Ignatius, qui quotidie hac ratione magis magisque in perfectione progrediebatur, & hoc pacto semper crescens, & singulis momentis major, & ut ita dicam, se ipso perfectior evadens, post triginta, & quadraginta annos in hac praxi transactos, nonne ad eum perfectionis, & sanctitatis

apicem pervenisse credendus est, quod pauci pervenerint? Hoc unum illud est, Christiana sodalitas, quod in insigni hoc Sancto viro vobis ad imitandum propono, hoc enim illud est, quod vos quoque, sicut illum, extollere potest ad praestantissimum perfectionis & sanctitatis gradum, ut videlicet jugiter ob oculos vestros, & in omnibus actionibus vestris major Dei gloria obversetur, qui finis iis non estimabile pretium adjiciet. Si Deus nequaquam vos evocavit ad eorum ministeria, quorum est ad proximi salutem cooperari, & qui glorioso hoc munere majorem Domini gloriam procurant, illum non sine laude glorificare poteritis saluti, propriaeque sanctificationi operam dantes. In hoc enim vera sita est Christiani hominis prudentia; ad id enim creati sumus, & hic locupletissimus finis est, quem nobis proponere valeamus ad majorem Dei gloriam. Attamen satis non est hunc sibi finem ob oculos proposuisse, nisi adhibeantur etiam media, quorum ope illum consequi valeamus ad exemplum S. Ignatii. Heu! quid non sit pro levi lucro, ut acquirantur opes, & honores, ut familiae decora augeantur? Nihil praetermittitur; sed cum agitur de Dei gloria promovenda, cui nostra inhaeret, & nostra etiam summa felicitas; quibus non utitur consiliis, quos conatus excrimus? Quid haec tenus a nobis gestum est? Numquid asserere possumus, nos operari secundum lumina Christianae Prudentiae cum adeo parum laboramus, & solliciti parum sumus de hoc fine, nullam navantes operam ut ad eum perveniamus? *Auctor Sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta.*

PRO SANCTI DOMINICI  
ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM FUNDATORIS  
P A N E G Y R I C O,  
M O N I T U M.



Ratori, cujus partes sunt Eucorum texere Sancti Dominici, persuasum esse oportet sibi concinnandam esse orationem Fundatoris illius ordinis, cujus vocatio, & munus est annuntiare Dei Verbum, idèque Ecclesiae tot Concionatores, quot subditos ministrare. Tamen gloriosus hic titulus, & eloquentia adeo mirabilis, ac potens in hominum animos, qua insignis hic Institutor excellit, ac in universo terrarum orbe inclauroit, & hoc Dei donum adeo rarum nequaquam illum coram divina Majestate spectabilem reddidisset, nisi illud eminenti sanctitate, heroicis viribus, jugisque fidelitate cura in Dei procuranda gloria suffultum fuisset. Hoc effecit, ut ille infinitas prope animas lucraretur Deo, ut omnia fugitia ex urbibus, ac regnis, ubi versabatur, exterminaret, & per quam bene de Ecclesia mereretur.

Quamquam verò magnum hoc talentum, meritumque praecellens, & facta adeo sublimia satis afferant copia, & latissimum dicendi campum aperiant, nullus tamen dubito, quo minus haec collectanea, quae asserimus, magno futura sint adjumento elucubranti Panegyricam orationem, propter enumerationem factorum, quae satis proluxa uberiusque invenitur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variae Sermonum hujus argumenti structurae.

Fuit vir potens opere, & sermone coram Deo, & omni populo. Luc. 24.



Logium hoc adeo illustre, & gloriosum non est ita proprium Filio Dei, ut aliquando ab ipso non communicatum fuerit hominibus, quos ad Verbi ministerium evocavit, ut essent Evangelii sui praecones, quod ipsi suis exemplis probaverunt. Hec hodie non luce tert animus ostendere in S. Dominico, qui in prorsus divino munere predicandi verbum Dei exemplo esse potest iis omnibus, qui

vocati, missique sunt ad illud nuntiandum; hic enim anonomasticè fuit Praedicator, Institutor Ordinis qui hoc appellatur nomine, & qui nominis hujus munera adimplet summo cum fructu, & laude. Verum hoc nomen, & haec dignitas, cujus participes esse tot mortales sibi vindicant, non satis (audeo dicere) eximium hunc fundatorem distinguenter, nisi mirum in modum tanti muneris partes ostendat, & nisi gloriosum hoc ministerium ver-

Handy, Paneg. Tom. II.

G 2

horum



horum vi, & actionum exemplo sustinuerit, Hinc ille honori fuit adeo illustris ministerio, ut S. Paulus loquitur, & vicissim illustris ministerium hoc illi ad honorem cessit; quia inde factus fuit ever- sor hæreticos, Religionis præsidium, & pietatis in- staurator; quia ex æquo fuit Vir potens opere, & sermone. Inde porro sequitur in adeo sublimi mu- nere; quod passim cum Apostolorum promiscue con- funditur, duo potissimum esse consideranda. Pri- mum est Prædicatoris persona, quæ Dei spiritu animata esse debet, ut excellentiam hanc dignitatem sustineat, quemadmodum videmus, Apostolos, qui primi fuerunt Prædicatores Evangelii, divinitus ac- cepisse Spiritum Sanctum, qui replevit illos sancti- tate, luminibus, & charitate, ut patres fierent obe- diendis numeribus illustri huic officio inhærentibus. Secundò in magno hoc ministerio considerandus est magnus fructus, quem parere potest divinum hoc Verbum in ore concionatoris, qui Dei spiritu succensus est, huic enim Verbo Christiana Reli- gio debet institutionem suam, & totus orbis suam conversionem. Quamobrem hæc duo constituent ar- gumentum, ac partitionem Elogii tanti Viri.

1. Prædicator est, qui per zelum sanctæ ordina- tum, profunda sustulit scientia, quod S. Paulus requirit & charitate generosa, & ab omni cupidi- tate vacua creditum sibi a Deo ministerium hono- ravit. Hæc erit pars prior, 2. Prædicator est, cui ministerium suum summa cum dignitate peractum honori fuit per incomparabilem fructum, hunc re- tulit, & qui gloriosis ejusdem operibus præ fuit. Hoc pacto fuit ille vir potens opere, & sermone, *Autor Sermonum in omnia argumenta.*

II.

*Postus sum ego Prædicator, & Apostolus, & Ma- gister Gentium.* 2. ad Timoth. 2. Quamvis hæc verba ad litteram de S. Paulo intelligenda sint, ratus sum tamen, quin vis ulla inferatur, posse ad S. Dominicum transferri. Nam licet S. Paulus antonomastice sit Mundi Prædicator, Apostolus nationum, & Doctor Gentium; mihi tamen videtur S. Dominicus in partem accedere harum præstan- tium qualitarum, cumque a Dei Filio fuerit ele- ctus ad renovandum in Ecclesia sua spiritum præ- dicationis, asserere potest, se mundi Prædicatorem esse, Prædicatorum patrem, & Magistrum eorum omnium, qui annunciant Evangelium super ter- ram. Et profectò prædicatio est character, quo ma- gnus hic Sanctus inter cæteros connotatus est, & qui simul illius discrimen, & gloriam constituit. S. Brunoni curam relinquit filios suos a mundo removendi, eosque in deserta loca adducendi, ut in solitudine innocentiam inveniant. S. Francisco curam permittit in Ecclesia restaurandi penitentiam, & pauperatem, suosque discipulos in totidem cru- cifixos, & voluntarios pauperes convertendi. San- cto etiam Bernardo deserit consilium vigilandi ad Altarium pedes, ex tot discipulis tot angelos mor- tales facere, quibus nullum nisi oratio negotium esset. Sibi verò curam delegit suscitandi spiritum Prædicationis, animandi homines ad gloriosum hoc & charitate plenum exercitium, & filios suos col- dem & Prædicatores, & Apostolos efficiendi. *Pa- stus sum ego prædicator, & Apostolus, & Ma- gister Gentium.* Ut autem in arduo hoc munere vo- tibus exitus respondeat, intueatur oportet orator in- signes hosce viros, in quibus Dei Filius posuit quid- quid necessarium est ad obeundum ministerium ad- eoque sublime, & consideret, ubi Salvator elegit S. Dominicum ad prædicationis spiritum suscitandum, illi permisit, quidquid ad numeris omnibus abso- lutum Concionatorem efficiendum requiritur, & in illius persona conjunxisse

1. Scientiam cum gratia.
2. Opera cum miraculis.
3. Zelum cum prudentia, *P. Senault Oratorii Presbyter.*

III.

*Regate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Luc. 10. Providentia oriri jussit S. Dominicum ut sopitam excitaret fidem miraculis, quæ operaturus erat, ut frequentaret Christianum

orbem Prædicatoribus zelo succensus, ac indefessis, quorum pater esset, ut innumeris dissiparet Hære- ticorum copias, quorum errores confuderet, ac impe- tum cohiberet, ut de templis Jesu Christi suspende- ret manus gentium barbararum, quorum flagel- lum fuit, ut de celo emitteret super fideles imbrem gratiarum excitans in omnibus cordibus pietatem erga matrem Dei: verbo; at Ecclesiæ gemitus in Epi- clinia, triumphalesque cantus converteret. Igitur sub imagine viri præter ordinem a Deo missi in græ- vissima Religionis necessitate hunc incomparabilem hominem vobis hodierna die exhibiturus sum; Ef- fudit Deus misericordiam suam, & terra dabit fructum suum, inquit Propheeta, Poterimus igitur considerare

1. Donum, quod Ecclesiæ suæ dedit Deus, dedit illi S. Dominicum.

2. Fructum, quem retulit Ecclesia ex Sancti hu- jus laboribus; vel extraordinariam Sancti Dominici missionem, & hujus in muneribus suis adimplen- dis fidelitatem. Hæc erit Elogii ejusdem partitio.

IV.

*Ex Specimine Oratorum Panegyricarum.*  
Divina Providentia nunquam suam desistit Ec- clesiam, quin subinde illi tribuat homines sancto spiritu suo illustratos, ut illam expurgent ab erro- ribus; quippe inscitia, & hilitantia mentis super- bia doctrinæ ipsius puritatem possunt inficere. Ita hæc eadem Providentia non minus tenetur supple- ditare Ecclesiæ homines zelo legis plenos, qui fla- gitiosis moribus se obiciant, qui in sæculi vitia invehantur, qui omnes tollant abusus, qui pas- sim contra disciplinæ regularitatem obrepant, ut in tanta veritatis varietate, & legis corruptione semper adsit regula certa eorum, quæ a nobis cre- enda sunt, & efficienda. Quod si regulam hanc non omnes semper sequuntur, ea tamen semper sit perfecta, & Religio vera, quæ in eo sita est, ut & credamus, quæ Deus revelavit, & observemus, quæ præcepit, nihil detrimenti patiamur. Homines autem, quos scientiæ sequestres efficiunt ad do- ctrinæ puritatem tuendam, non semper donum habent de suggestu contra peccatores loquendi; & il- li, quibus largita est Providentia Evangelicæ elo- quentiæ talentum, non nunquam carent sublimi hæc eruditione, quæ necessaria est ad Religionis dogmata asserenda. Sed quemadmodum S. Dominicus extitit Minister præter ordinem, in eminenti gradu colle- git duo hæc talenta, quæ passim divisa inveniuntur.

1. Oppugnavit errores ævi sui
2. Bellum indixit vitiiis sæculi sui non minori eventu, quam zelo. *Ibidem.*

*Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Psal. 138. vel *in me.* Deus Sanctis suis varia largitur dona, pro temporum, & necessitatum Ecclesiæ varietate. Ubi Religionem statuere voluit, induxit Sanctos, quos fulgidis linguarum, Prophetiæ, & miraculo- rum donis replevit, ut idolorum cultores conver- terent. Cum Ecclesia jam posita, & constituta a Tyrannis exagitata fuit, replevit Martyres donis fortitudinis, & patientiæ, ut eorum minis, atque terroribus invicti resisterent. Sed cum Ecclesia fun- data, instituta, & in persecutionibus roborata non alios habuit hostes nisi hæreticos pravosque Chri- stianos, suscitavit Deus servos fideles, a quos donis scientiæ, atque intellectus replevit ad reformandos mores, ac disciplinam faciendam. Hujus generis fuit S. Dominicus. Deus dedit illi sanctitatem cru- ditam, & illustratam; qua tunc indigebat Ecclesia ad oppugnandos errores, qui tunc obrepebant, & cohibendum cursum Imperatis, & vitii: sed scien- tia Concionatoris hujus extra Ordinem missi agit:

1. In ipsum; Intus quippe Evangelicis alitur in- stitutis.
2. In ipsius Ordinem: quippe tradit filiis suis in- stituta; quæ ipse hauserat, per eos aliis communi- canda.

3. Agit in Ecclesiam, & proximum; quippe cum per se, cum per filios suos hæc prædicat in- stituta, & mundum illustrat iis luminibus, quibus

ille

Ille prior fuerat illustratus a Deo. *Ex Specimine Oratorum Panegyricarum.*

VI.

*Ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terre.* Isaie 49. Juxta hanc Pro- phetæ imaginem S. Dominicus potest Gentium Apo- stolus nuncupari, & ostendi

In primo puncto, primum medium, quo usus est S. Dominicus, fuisse opponere omnes virtutes suas oppositis vitiis, quæ velut torrens cujuslibet ætatis, vel sexus homines pertrahabant. 1. S. Do- minicus igni avaritia, quo omnes ferè homines vorabantur, abjecit terrenorum bonorum contem- ptum, & Evangelicam pauperatem. 2. Ambitioni, quæ in omnibus conditionibus grassabatur, Crucis opprobrium, fugam honorum, & Ecclesiasticarum dignitatum, quas non semel oblatas constantissime recusavit. 3. Luxui, & voluptati sæculi, vitæ au- steritatem, tota vitæ suæ tempore in corpore suo Jesu Christi mortificationem circumferens, ut lo- quitur S. Paulus.

In puncto altero ostendi potest, alterum, quo S. Dominicus usus est, medium ad mores refor- mandos, & salutis lumen in extremas usque ter- rarum oras perferendum, fuisse prædicationem, quam sustinuit. 1. insigni sanctitate, quæ in toto corpo- ris ejus habitu renidebat, ita ut esset bonus odor Christi Jesu. 2. dono miraculorum, quo illum aux- erat Deus, & quo Sanctus iste vir usus est ad statuendas Religionis veritates. 3. scientia & sua, & filiorum suorum, qui peculiarem studii operam dare profertur, ut ignorantia tenebras dissipent.

In tertio puncto, ostendi potest tertium medium, quo S. Dominicus usus est, ut fieret lumen om- nium populorum, fuisse devotionem erga Dei ma- trem per Rosarii institutionem: hæc enim sanctifi- cavit: 1. omnium ætatum & sexuum personas. 2. Omnium conditionum homines, immo etiam omnes Ordines regulares, qui Rosarii subsidio obti- nent gratias, quarum largitrix est Virgo sanctis- sima. Ecce quomodo Sanctus Dominicus Prophe- tæ vaticinium implevit: *Ego dedi te in lucem gentium. Desumptum ex Meditationibus P. Novet.*

VII.

Cum Prædicator sit magister, qui Fideles eru- dit; opus est primo hunc esse doctum, intelligere Scripturam sanctam, penetrare mysteria, divina explorata habere consilia, alisque ea tradere cog- noscenda. Quamobrem Sanctus Augustinus ma- gna Concionatoris describens, illa ad hæc tria puncta redigit.

1. De mentibus errores depellere.
2. Illuc veritatem immittere.
3. Ibi accendere charitatem: *Tollat errorem, in- serat veritatem, & nutriat Charitatem.* Dici po- test, S. Dominicum egregiè tria hæc capita exer- cuisse, & ad unquam implevisse per seipsum, quo- ad vixit, & per filios suos postquam mortuus est. *P. Senault Oratorii Presbyter.*

VIII.

Ad texendum Elogium S. Dominici Institutoris Ordinis Concionatorum, dicere possumus hunc per- fectè novissimè in se, & in filiis suis duo conjun- gere, quæ simul esse nequaquam posse videbantur, & quæ rarè alibi inveniuntur.

IX.

1. Arduum Prædicationis laborem,
2. Et austeritatem vitæ. *Ex Patre le Jeune Ora- torii Presbytero.*

*Sollicitè cura temetipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconsusibilem, rectè tractantem verbum ve- ritatis.* 2. ad Timoth. 3. Cura, ut videatur Deo ministrari ab ipso approbatus. Nihil fac, unde pu- dore sustendaris, sed cum honore, & reverentia Verbum veritatis pertracta.

Quidquid Fideles Evangelio Minister efficere po- test, ut cum laude, ac fructu obeat munus suum; Dei approbatio, qui benedicit laboribus ejus, ho- minum cum quibus versatur existimatio; magnitudo officii, cujus dignitatem debet sustinere; omnia in textus a meallati verbis continentur. Hoc enim prædicare verbum, est probari a Deo, a quo vo- cationem accepimus: illud prædicare exemplo vitæ, quæ suavia reddat, quæ innotantur præcepta; illud

*Lowry, Paneg. Tom. II.*

prædicare cum eventibus, qui humanas viden- tur vires prætergredi; est illud in sæcula penen- nare, & æternum exhibere; hoc illud est, quod totam virorum Apostolicorum perfectionem constituit; apertè dicam, quin diutius vos moret, hoc illud est, quod S. Dominici præstitit prædica- tio. Nimis parum dicerem, illum nunquam teme- rè in Evangelii prædicationem sese ingessisse; di- camus, ipsum curas omnes intendisse, ut se Deo acceptum, & ab eo probandum exhiberet: *Sollici- tè cura temetipsum probabilem exhibere Deo.* Ni- mis parum dicerem, illum ne minima quidem no- xa, cujus causa rubore debeat sustundi, Evangelii sanctitatem temerasse: Operarium inconsusibilem; dicam illum indefessis, sanctisque laboribus officii sui dignitatem sustinuisse. Nimis parum dicerem, illum nunquam evangelicas veritates indecenter pertractasse, dicam immo illum non fati voti sui compotem eò quod illas per se ipsam prædicave- rat, eisque fuerat honori, effecisse, ut deinceps filiorum suorum in sæcula eadem cum dignitate tractarentur: *Rectè tractantem verbum veritatis.*

1. Antequam prædicaret Evangelium, magnis se virtutibus preparavit. 2. Evangelium prædicans tan- tum pondus pertinaci labore sustinuit. 3. Dominicus pro Evangelio gloriam ejus laetius extendit, atque extensionem perennavit per Ordinis sui institu- tionem.

X.

1. Deus, qui neminem vocat unquam ad grave aliquod ministerium propter vel nominis sui glo- riam, vel proximi utilitatem, quin simul eidem imperiet talenta, ad munus illud obeundum ne- cessaria; Deus, inquam, talenta hæc seu natura- lia, seu supernaturalia Sancto Dominico contulit una cum omnibus virtutibus, quæ in Apostolico Verbi præcone requiruntur: videlicet zelum arden- tem, quem in omnibus prudentia regat: fortitudi- nem, ac robur admirabile; austeritatem cum leni- tate, indulgentia, & humilitate conjunctam ad vir- tutem efformandam, quæ homines non deterreat.

2. S. Dominicus fideliter divinæ vocationi res- pondens talentis suis usus est, per suavitatem, pa- tientiam, atque prudentiam superatis omnibus dif- ficultatibus, quæ in magnis exequendis consiliis adversabantur, irritos faciendo conatus, & artes inimicorum Dei, qui in oppositum conabantur.

XI.

3. Successus respondit capitis, atque consiliis ma- gni hujus viri præsidio, & ope cælestium benedi- ctionum, quibus cumulatus fuit. 1. In institutione Ordinis novi Prædicatorum, ac Theologorum, qui Sancti Institutoris legentes vestigia in suscepto cur- riculo perseverarunt. 2. In conversione Hæretico- rum, & Idololatrarum, quibus Sanctus hic, filii- que ipsius Patris zelo animati nuntiarunt Evange- lium. 3. In conversione plurimorum peccatorum, quibus viam in cælum aperuit, educens illos ex flagitiis ipsorum per devotionem erga Dei matrem in Rosarii Institutione.

*Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus; in pace, & equitate am- bulavit mecum, & multos convertit.* Malach. 2. Nonne videtur Spiritus Sanctus voluisse texere E- logium S. Dominici per os Malachiæ Prophetæ? Poterat ne magis ad vivum illius characterem ex- primere, omnesque admirabiles virtutes ejus perfe- qui? Etenim

1. Lex veritatis semper fuit in ore Sancti hujus viri, & iniquitas non est inventa in labiis ejus. Ecce puritas, & sanctitas doctrinæ illius.
2. In pace, & equitate ambulavit cum Deo. Ecce vitæ sanctitas, & innocentia.
3. Multos convertit peccatores, quorum nume- rus numero caret. Ecce fructus prædicationum, virtutumque omnium simul. *Ex meditationibus P. Novet.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri copia potest ad has Sermonum structuras exornandas, & Auctores qui hoc Argumentum pertractant.

Aliqui SS. Patres & alii summi viri.

S. Anctus Thomas tomo 16. Sermonem habet in diem festum S. Dominici in illa Ecclesiastici verba: Sol illuminans per omnia respexit, gloria Domini plenum est opus ejus.

S. Antoninus tercia parte l. 23. c. 12. &c. Guillelmus Parisiensis Sermone in Festivitate S. Dominici, ubi loquitur de virtutibus hujus Sancti, de Institutione Ordinis illius pro Religiosis Apologia.

Vita S. Dominici hujus Scriptores.

Bulla Honorii III. & Gregorii IX. Constitutiones hujus Ordinis a Sancta Sede approbata.

Sarius præ omnibus fufus loquutus est de vita, miraculis, virtutibus, & actionibus, & de rebus omnibus, quæ ad magnum hunc Sanctum pertinent; & refert auctores omnes, a quibus hausit ea, quæ scripsit. Videlicet,

B. Jordanes alter Generalis Ordinis, qui primam legendam conscripsit. Frater Constantinus, qui Generalis quarti iussu scripsit alteram, & P. Humbertus Generalis quintus, qui tertiam &c.

Theodoricus de Podio, vel Puteo Sancti hujus vitam complexus est libris octo; eodem teste Surio. Leander Albertus, de viris illustribus.

Historia Ferdinandi de Castilione Italicè scripta. Joannes Franciscus Flaminius de vita Fratrum Ordinis ejusdem.

Bfovius, Spondanus, Rainaldi magnis cum laudibus loquuntur de S. Dominico tanquam incomparabili viro.

Historia Ecclesiastica Abbatis Fleuti tomo 16. ad annum 1216. & sequi fufius persequitur institutionem ordinum S. Dominici, & Sancti Francisci, actiones, virtutes miracula utriusque horum Patriarcharum.

Herman in historia Institutionum Ordinum regularium non prætermittit illum S. Dominici; ejusque vitam paucis descripsit.

Recentiores Concionatores.

P. Croiset in Asceticis exercitationibus pro singulis anni diebus.

Biroat tomo tertio Orationum Panegyricarum unam habet hujus argumenti.

P. Duneau in tomo secundo.

P. le Jeune tomo quarto Sermonum.

P. Senault tomo 2. Panegyricorum.

Abbas du Jarry tomo quarto Sermonum.

In Elogiis historicis tomo tertio.

Auctor Sermonum in omnia Christianæ Disciplinæ argumenta, tomo Panegyricorum tertio.

In Orationum Panegyricarum Specimine, tria sunt compendia Sermonum hujus argumenti tomo primo.

P. Novet in vita Jesu in Sanctis suis Meditationem habet de Sancto hoc, quæ in Panegyricam Orationem redigi potest.

P. Texier tomo 2. Panegyricorum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, figure, & biblica applicationes ad hoc argumentum.

Impletum enim Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia. Exod. 31.

Spiritus meus, qui est in te, & verba mea que posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, amodo usque in sempiternum. Isaia 59.

Ece dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terre. Ibidem.

Zelus domus tue comedit me. Psal. 68.

Surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum illius, quasi facula ardebat. Eccli. 48.

Mirabilis facta est scientia tua ex me; hoc est in me. Psal. 138.

Spiritus Domini super me, et quod unxit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde. Isaia 51.

Quam pulchri sunt super montes pedes annuntiantis, & predicantis pacem, annuntiantis bonum, predicantis salutem. Isaia 52.

Super montem excelsum ascende tu, quæ evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, quæ evangelizas Jerusalem, exalta, nolite timere, divo civitatibus Juda, ecce Deus vester. Isaia 41.

Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, ignis enim eloquium tuum vehementer. Psal. 118.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isaia 58.

Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stelle in perpetuas aternitates. Daniel. 12.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno colorum. Matth. 5.

Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in vineam suam. Luc. 10.

Cepit Jesus facere, & docere. Act. 1.

Nos orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Act. 6.

Fuit vir potens opere, & sermone coram Deo, & omni populo. Luc. 24.

Sanctificans Evangelium Dei. Ad Rom. 15.

Sermo meus, & predicatio mea, non in persuasibilibus humana sapientie verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis. I. ad Cor. c. 2.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Ibid. c. 4.

In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Ad Rom. 10.

Adjutores Dei sumus. I. Corinth. 3.

Collabora Evangelio secundum virtutem Dei. Ad Timotheum c. 1.

Postus sum ego Predicator, & Apostolus, & magister gentium. Ibid. c. 1.

Predica verbum, in ista opportuna, importuna, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctri- na. Ibid. c. 4.

Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelista, ministerium tuum imple. Ibidem.

Sollicitè cura remetipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè trallantem verbum veritatis. Ibid. c. 2.

Audite insula, & attendite populi de longè. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris mee recordatus est mei. Isaia 49.

Posuerunt omnes in corde suo dicentes, quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Dixit mihi, parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & faces Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terre. Isaia 49.

Cum autem placuit ei, qui me segregavit ab utero matris mee, & vocavit me per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carnè, & sanguini. Ad Galat. 1.

Ece constitui te super gentes, & super regna, ut evellas, & destruas, & dissipas, & plantas. Jeremia 1.

Surge, & loquere ad eos omnia, quæcumque præcipio tibi, ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Ibidem ibidem.

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, regibus Juda, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terra. Jerem. c. 1.

Posui vos, ut eratis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. I. Corinth. 4.

Ego autem libenter impendat, & superimpendat pro animabus vestris. ad Cor. 12.

Potens sit exhortari in doctrina sua, & eos, qui contradicunt, arguere. 1. Ad Timoth. 2.

Exempla, & Biblice Figura hujus Argumenti.

S. Dominicus fœditur exemplum Josaph.

Ipse est directus divinitus in penitentiam gentis, & tulit abominaciones impietatis, & gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Ecclis. 49. Duo Reges impii, Manasses, & filius ejus Ammon hanc sibi videntur vindicasse provinciam, ut veri Dei cultum exterminarent. Polluerant Templum, violaverant Sanctuarium, persecuti fuerant Sacerdotes, sacrilegos lucos consecraverant, Diis manuum suarum victimas immolaverant, & nihil prætermiserant, ut vel minima patriæ pietatis vestigia deleterent. Josias, qui regni successor fuit, non quidem fuit impietatis eorum. Sua usus est auctoritate, ut patrum suorum Religionem repararet; Templum expiavit; Sanctuarium restituit; Sacerdotes revocavit; sacrilegos lucos succendit, neque passus est ut ultra offerrentur victimæ nisi viventi Deo; quapropter meritis est elogium, quo a Sancto Spiritu decoratur, quod videlicet divinitus missus fuerit ad populum ad penitentiam revocandum, quod impietatis abominacionis exterminaverit, quod coram Deo incederet in corde puro, & in tempore peccatorum pietatem consolidaavit. Quid? Vos, quos Religiosis Spiritus in hunc sanctum locum evexit, exhibis nequam agnoscitis eximium Sanctitatis virum, cujus Ecclesia hodierna die memoriam recolit, & jam ad S. Dominicum non transferis quicquid de Josia Rege testatum reliquit Scriptura? Tandem enim magnus hic vir quæ non reperit in Mundo mala? Si minus execrandi consecrarentur Luci, Dei viventis cultus negligebatur; nisi fœdit nominibus offerrebantur victimæ, cessabat offerri agnus sine macula in ara Eterno Patri; si non contemnebantur Sacramenta, neque jugulabantur Sacerdotes, illos prævertere, & Ecclesiæ subditos corrumpere admitebantur. Hic tristis est ille status, in quo Dominicus Ecclesiam ductus est, & hi sunt labores illius Dei digito in divinis Scripturis enarrati. Divinitus destinatus erat ut populum ad frugem, atque penitentiam revocaret, ambulavit coram Deo in relicitudine cordis sui, impietatis abominaciones exterminavit, & in tempore peccati pietatem confirmavit: ipse est directus divinitus in penitentiam gentis &c.

Expectate quando Deus magnas portas aperiet vobis, ut mittat ad eos libertates ut Scripturæ testantur.

Cum Deus mittit in Mundum homines Apostolicos, eosque suis replet talentis, ad id urgentibus ex causis adigitur, propter quas aperit suæ misericordie thesauros, pretiosa illinc dona deprompturus. Ut mittat Moysen, prætolatur donec populus suus intolerabili Pharaonis jugo oppressus hunc emittat clamorem afflictionis, qui in caelum usque ascendit; ejusque Providentia utitur servitia Regis hujus barbari, ut in aula ipsius educetur liberator Israel. Ut Eliam mittat, opperitur donec Sacerdotibus suis impia Jezabel jussu immolatis, remaneat Templum suum sine sacrificiis, & donec sacrilega altaria undique idolo Baal posita omnes sibi auferant adoratores. Ut Messiam mittat, expectat donec univerfa terra in idololatria tenebris sit immerfa, & ibi loci, ubi dumtaxat ex toto terrarum orbe divinum agnoscitur nomen, legitimi cultus puritas superstitionibus Judaismi prostris carnalis, atque terreni contumpatur. Hæc Providentia, quæ adhibet apta remedia vulneribus, quibus tentatur Ecclesia, mittit ad illam S. Dominicum, ut eam consolaretur. Sponse hujus stola immaculata licet semper indivisibilis, tunc discreta erat conatibus, & progressibus hæresis Albigenfium, qui veneno suo omnes Christianas ditones infecerat. Principes Catholicæ pleurumque cruentis bellis distabant, quæ sæpè utiam magis funesta erant pietati, quam ditionibus, quas igni ferroque populabantur. Predicationis ministerium medium efficac, & permanens ad tuendam religionem, & resistendum torrenti impietatis, atque licentiæ negligebatur at- Hondry, Paneg. Tom. II.

que intermittebarur. Infelici hac tempestate Deus ut tot malis occurreret, S. Dominicum suscitavit, & illi mentem immisit instaurandi munus hoc Apostolicum, quod tunc in Ecclesia fœdit extinctum erat.

Non satis est respicere S. Dominicum tanquam Doctorem, & concionatorem in collationibus hæresium rationum suarum robore confundentem, in scriptis suis doctrinæ soliditate oppugnantem, & de suggestu predicationum suarum zelo detonantem. Duplex illi bellum indicit, in quo triumphat de mendacio placitorum ejus, fautorumque illius rebellionem. Adhibet ad illius destructionem gladium ancipitem divini verbi, & ensẽm terribilem, quem posuit Dominus in manu Regum, ad prosternendam omnem illegitimam potestatem, quæ contra sacram eorum auctoritatem insurgit. Similis strenuis illis Israelitis, qui duce Esdra Templum reedificaverunt, qui cum manu altera Templi ruinas repararent, depugnabant altera contra populos, qui audebant illos in adeo sancto opere interpellere. Postquam in templis oracula veritatis prædicaverat, tholis eorum manubias erroris, fautorumque illius suspendebat.

Nonne Deus S. Dominico futurorum cognitionem aperuit, cum per visum ostendit illi Jesum Christum tanquam severum Judicem, qui tria generis haustilia jam jam quidem quidem consilium erat superbos omnes, altero verò libidini deditos, ac tertio tandem omnes, qui cæcè suis obsequabantur cupiditatibus? Ita olim Davidi ostendit Deus flagella, quæ Regnum Israel erant depopulatura. Itaque David, & Dominicus quilibet ævo suo, uterque divino spiritu animati, ac zelo pleni pro salute populi dicebant, uti Moyses: Parce, Domine, parce populo tuo: Emitte potius in nos penam criminum ejus, vel dele nos de libro vitæ. Quærebat Christus Jesus Sanctum hominem, qui iram suam hæderet, & cohiberet, eumque in S. Dominici persona invenit, cui aperuit, Mariam, Matrem illam misericordie, orasse Filium suum, ut meminisset, se pro peccatoribus sanguinem effudisse, & addebat, sibi fidelem esse famulum, qui cum alio Domini ministro eminenti virtute prædico (innuebat autem Seraphicum S. Franciscum) societatem iniens precum eos in salutis viam revocaret. Hac in visione Jesus Christus visus est S. Dominico fœdit precibus Matris suæ, & excipere Sanctum nostrum pro mediatore una cum S. Francisco destinatum ad animarum salutem procurandam. Ita Beatissima Virgo in persona Sanctorum Dominici, atque Francisci duos invenit justos, ut liberaret fideles omnes ab ira Dei, quos Abraham Patriarcha frustra quæsit ad liberandam Sodomam a funesto illo incendio, quo misera conflagravit.

In celeberrima collatione illa, quam habuit olim cum Albigenfibus S. Dominicus instauratum est prodigium, quod Elias Propheta operatus est coram populo Israel, cum dixit illis: usquequò claudicatis in duas partes? Si Baal est Deus, qui vobis colendus est, constringite aras Dei Israel; sin autem Dominus Deus verus est, evertite altaria Baal: utque veritas innoscat, demus, cum, qui de caelo ignem dimiserit in sacrificium oblatum sibi, hunc pro vero Deo esse habendum. Nolitis jam celeberrimi hujus facti circumstantias, & quomodo Sacerdotes Baal videntes Deum suum invocationibus, & superstitionis figuris suis sordum, mox intuiti sunt ad Eliæ preces momento ignem caelitus dilabi, & oblatum depasci sacrificium, cui Propheta magnam aquæ vim injici jussit, ut prodigio majorem fidem, & auctoritatem compararet. Miraculum hoc instauratum vidimus in S. Dominici, & Albigenfium Doctorem fœdere inito; cum liber, quo sectæ hujus dogmata continebantur, flammis traditus, illico ablumptus fuit, ille autem, quem Dominicus contra errorem hunc fuerat clutcratus, ter flammis injectus, non solum nullum passus est detrimentum, imo neque ex ignis fura-

S. Dominicus fœditur exemplum Josaph. S. Dominicus fœditur exemplum Josaph.

visio S. Dominici, cui Deus ostendit Jesum Christum tanquam severum Judicem, qui tria generis haustilia jam jam quidem quidem consilium erat superbos omnes, altero verò libidini deditos, ac tertio tandem omnes, qui cæcè suis obsequabantur cupiditatibus? Ita olim Davidi ostendit Deus flagella, quæ Regnum Israel erant depopulatura. Itaque David, & Dominicus quilibet ævo suo, uterque divino spiritu animati, ac zelo pleni pro salute populi dicebant, uti Moyses: Parce, Domine, parce populo tuo: Emitte potius in nos penam criminum ejus, vel dele nos de libro vitæ. Quærebat Christus Jesus Sanctum hominem, qui iram suam hæderet, & cohiberet, eumque in S. Dominici persona invenit, cui aperuit, Mariam, Matrem illam misericordie, orasse Filium suum, ut meminisset, se pro peccatoribus sanguinem effudisse, & addebat, sibi fidelem esse famulum, qui cum alio Domini ministro eminenti virtute prædico (innuebat autem Seraphicum S. Franciscum) societatem iniens precum eos in salutis viam revocaret. Hac in visione Jesus Christus visus est S. Dominico fœdit precibus Matris suæ, & excipere Sanctum nostrum pro mediatore una cum S. Francisco destinatum ad animarum salutem procurandam. Ita Beatissima Virgo in persona Sanctorum Dominici, atque Francisci duos invenit justos, ut liberaret fideles omnes ab ira Dei, quos Abraham Patriarcha frustra quæsit ad liberandam Sodomam a funesto illo incendio, quo misera conflagravit.

Conventio S. Dominici cum doctores Albigenfibus collata cum pacto inter Eliam, & Sacerdotes Baal inito.

nigrorem aliquem imbuit. Univerſa illa Schiſmaticorum manus hoc periculo fuit perterrita, ſed zelo Dominici ſatis non fuit hæreticorum converſio, eamque ad omnes peccatores extendit ; ſicut enim divino charitatis æſtu flagrabat, plenus erat charitate pro Eccleſiæ malis, una cum ſancta iracundia contra Dei, & populi ejus inimicos.

Si propriè loquendo fas non eſt dicere, S. Dominicum in utero matris ſuæ ſanctificatum fuiſſe, ut olim Jeremias, & S. Joannes Baptiſta, non deſunt tamen inter Sanctum hunc noſtrum, & duos illos Prophetas, rationes quædam, quibus collatio hæc comprobatur. Etenim non ne ab incunabilis ad Verbi miniſterium deſtinatus fuit, quoniam illius mater præſentis futuram filii ſui magnitudinem, cum vidit fructum, quem in alvo gerebat, faciem ore præferentem, qua mundum univerſum inſtammabat ? Myſterium hoc non ne ſatis aperte portendebat a Deo Dominicum miſſum iri tanquam Jeremiam ad convertendam nationem, atque poſitum iri tanquam murum æream, atque columnam fortem, contra quam inferni virtutes allifæ conſtingerentur ? Cæleſti hoc viſu nonne S. Dominicus tanquam alter Joannes Baptiſta deſignabatur futurus aliquandò vox illa, quæ in Mundo, qui quidem horrens deſertus eſt, clamaturus erat : *Parate viam Domini, reſtas facite ſemitas ejus* ; Et reconciliaturus, ut olim S. idem Præcurſor, *corda parerem in filios, ut præpararet Dominum plebem perfectam* ? Sancti Dominici adhuc pueri pietas præſagium, & collationem hanc conſtituabat. Magnum cor in bonum proclive, innocencia illius facta, & integra ſervata, nihil puerile, aut abjectum in ejus pueritia ; ſeptennis jam contemplationi abditus erat, non ſecus ac in hoc Orationis genere perfectiſſimi. Sancti Joannis Baptiſtæ exemplo corpulculum ſuum tenellum, & delicatulum caſtigare conſueverat mortificationibus, jejuniis, precibus nocturnis, & ſuper nudam humum cubando. Non ſecus ac populi ultro citroque mirabundè ad intuitum miraculorum, quæ in S. Joannis Baptiſtæ ortu evenerant, quærebant : *Quis putas puer iſte erit* ? Ita qui in S. Dominico mirabantur adeo perfectas virtutes, obſupeſcentes clamabant : *Quis putas puer iſte erit* ? Etenim manus Domini eſt cum illo.

S. Dominicus Jeremie, & S. Joanni Baptiſta comparatus, in matrem ſanctificatus.

Luc. 1.

S. Dominicus Moyſi comparatus, orantem pro populo 16. ſed adverſus Amalecitas.

Non ne vobis videmini videre in S. Dominici perſona Moyſem alterum, ſuſtollentem in Cælum manus amabas, donec strenuus Montfortius Comes tanquam alter Joſue perſequitur, & delet Amalecitas ? Videre ſanè mihi videor in hoc Roſario, in hac Bulla Cruce ſignatorum, in hæ Jefe crucifixi imagine, quam medius in pugna deſert S. Dominicus nonnihil myſtici illius apparatus, qui olim muros Jerichuntis ſolo aquavit. Hoc genere armorum, cum quo manus Omnipotentis erat conjuncta, Sanctus hic noſter everit aram ſacrilegam, quam contra J. C. extruxerat Baal. Memorabili eo conſpectu Cælum approbavit ſanctam, venerabilemque Roſarii devotionem, ſub cujus vexillis religioſum illud bellum captum, abſolutumque fuit. Dominicus etiam inſigne tributum perſolvit Sanctiſſimæ Virgini cum de acie in Sacellum Angelorum Regina dicatur tunc primum ſolemne cecinit Epicianum, deinceps paſſim ab Eccleſia in ejuſdem gloriæ repetitum : *Cunctas hæreſes ſola interemiſiſti* ; quod elogium eò verius, & æquius fuit, quod Albigenſium hæreſis teterimus erat acervus errorum omnium in uno illo everſorum. Perſonat ac letiſ victoriæ clamoribus, quos miles emittit, & Templum reſultat hymnis gratiarum actionis, quos Dominicus recinit, ut tante hujus victoriæ gratias agat Deo, illis ſimiles, quas David manu hoſtili imbuta cæde cytharam capit ut Cantica Sion pſallat, eam de Philiſtini victor reverſus in triumphi morem Fæderis arcam circumfert. Dominicus univerſam gloriæ ſuam ad aras abſicit, ejuſque certaminis memoriam celebrat, ut illam adſiciat altis Eccleſiæ trophæis, quæ ſuper tot hæreſum, a quibus læcilita fuerat, ruinas, allu-

git, & tanquam ſpumantis pelagi fluctus allifit in ædificium ſuper inconcuſſa veritatis petra poſitum, irrito conatu diſſolvuntur.

Sancti Dominici triumphos cum illis comparare licet, quos retulit Joſue, cum oppugnavit, expugnavit, ac ſolo aquavit Jericunthem. Imperator hic arcta obſidione vallatam diebus ſeptem obſedit, quorum ſingulis ab omni exercitu ſepties in orbem circumiri juſſit delata in orbem arca Fæderis non ſine tubarum clangore, ac ſeptima tandem die non ſine miraculo viſa ſunt civitatis illius mania corrui. Ita hæreſis Albigenſium in angulo Gallie ſe ſe propugnaculis tutata fuerat ; armata pertinacia populorum, & Optimatum potentia, qui ad illam tuendam ad arma cucurrerant. Quid interim Dominicus ? Illam obſidet ad ſeptennium ; pluries ob oculos eorum Teſtamenti, & Evangelicæ veritatis arcam traducit : ſacerdotales inſtat ſuarum prædicationum tubas, ac tandem videt eorum mania impotentis hujus Jericho, conſuſi hujus hæreſum cumuli, futura trophæum Eccleſiæ, quam ille propugnat, æternumque monumentum zeli ſui triumphantis.

Nihil magis ædificat, excitatque populum ad recipiendas, & in praxim redigendas Evangelicas veritates a Concionatore enuntiatas, quàm aſſeritas vitæ illius, ne latum quidem unguem a verbis ejuſdem diſſentientem. Hoc in S. Joanne Baptiſta inuamur. Prædixerant Prophætæ, Meſſiam tantopere expetitum venturum de Tribu Juda, in Bethleem naſciturum, & inſignia miracula operaturum. Nihil horum accidit Joanni, & nihilominus propter inſignem vitæ illius aſſeritatem, Scribæ, & Phariſæi, qui legebant Scripturas, illum Meſſiam eſſe ſuſpicabantur ; & eo prædicante milites, Publicani, alique publici peccatores converſi ſunt. Ita præclara ædificatio, quam S. Dominicus præbuit Mundo per vitæ ſuæ Sanctitatem, moramque ſuorum puritatem, magnam obtinuit vim in hominibus, ita ut ſi Jonas unam dumtaxat urbem convertit, Dominicus noſter converterit Provincias, Regna, integraq; nationes, & diſſicillima negotia, quæ ad Dei gloriæ, Beatiffimæ Virginis honorem, & Eccleſiæ commodum ſuſcepit, ad feliciffimum exitum perduxerit.

Comparatio S. Dominici cum Joſue.

Comparatio S. Dominici cum S. Joanne Baptiſta, & cætera.

Applicationes nonnullorum Scripturæ locorum huic argumentum.

*Poſtus ſum ego Prædicator, & Apoſtolus, & Magiſter Gentium.* 2. ad Timor. 2. Verba hæc ad litteram, de S. Paulo intelliguntur, cujus vocatio divina fuit, & qui non hominum vel liberorum ope, ſed peculiari Dei revelatione didicit Evangelium. Tamen illis non inferitur vis, ſi applicentur S. Dominico, quoniam quodammodo partitus eſt cum hoc Apoſtolo omnes qualitates, quæ magnos hoſce titulos decent. Et ſanè opus ne eſt, ut S. Paulus, divinitus vocetur, ut Apoſtolus Gentium nuncupetur ? Prodigium, quod in S. Dominici nativitate illuxit, nonne offendebat, Deum elegiſſe illum ab utero matris ſuæ, ut eſſet lumen omnium populorum : *Segregavit me ex utero matris mee*. Si magna opus eſt Scientia non ſecus ac in S. Paulo, nonne S. Dominicus primus omnium docuit Theologiam methodicè ; non ne omnia ſecutus eſt ſecreta, & meritis eò eminentis Scientiæ Jeſu Chriſti diſpenſationes ; *Scire etiam eminentem Scientiam Jeſu Chriſti*. Si magno opus zelo eſt, qui omnibus malis reſiſtat, nonne Dominicus, non ſecus atque Apoſtolus perſtulit famem, nuditatem, ſitim, & nonne urgebat illum ſollicitudo omnium Eccleſiarum non aliter ac S. Paulus ? Si interdum prædicandum eſt, & manibus laborandum nocte, ut S. Paulus : ſi corpus graviter caſtigandum eſt & in ſervitutem redigendum, ne reprobetur ; S. Dominicus ſemper inſutus cilicio, atritus jejuniis, atque vigiliis interdum quidem prædicabat, noctu verò ſtudiis, & orationi vacabat, devorans zelus ſuus in aſſidua actione illum retinebat.

Videtur S. Dominicus in perſona ſua præſentari S. Pauli Apoſtolatum & qualitates magis illius Apoſtoli hæc miſi interio.

ad Galat. 1.

Epheſ. 1.

nebat. Noſter igitur Sanctus jure Prædicator appellari poteſt, quoniam hoc munere perfunctus eſt digniffimè, & nomen hoc reliquit tanquam ſibi partam hereditatem filiis ſuis, qui tanta ſuſtinent illam cum dignitate. Negari eidem non poteſt glorioſum Apoſtoli nomen, quandoquidem a Deo miſſus fuit, & nationes converſæ exiterunt fructus ſui Apoſtolatus. *Poſtus ſum ego Prædicator, & Apoſtolus, & Magiſter Gentium.*

*Omnia facio propter Evangelium.* 1. Corinth. 9. S. Dominicus omnia ad præcipuum hunc ſcopum dirigit, Theologiam, eloquentiam, humanas, divinalque litteras, voti ſui compos ſi omnia impendantur ad animarum conversionem, & Jeſu Chriſti Evangelium proferendum. Præclara illius dotes poterant illi auditorum coronas magis ſpectabiles comparare, ſi in civitatibus, iſtque principibus tantum prædicare voluiſſet. Sed Dominicus ſentit ſe ſapientibus æquè ac ſimplicibus debitorum eſſe, & prælo eſt, ut proximis æquè ac abſentibus prædiceret, in pagis, & oppidis æquè ac in civitatibus, ut prædiceret æquè ac in catechizet ; ut Theologia dogmata æquè ac prima Religionis rudimenta pueris adhuc balbutientibus tradat. Quippe paratus eſt ut ſecundum ſuas vires, & ultra vires ſuas pro ſalute animarum operetur ; & facit omnia propter Evangelium, ad hoc ut colligere poſſit præmia laboribus inſubmodi adherentia : *Omnia facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.* Redigebat ſempus ſuum in ſervitutem per mortificationem, omnia ſibi vite communia denegans, & Apoſtolorum ſcientiam exereens noverat pati, & rebus omnibus carere. Penitentiam prædicabat exteriori corporis habitu ad maciem redacto longè efficaciùs, quàm verbo. Fides, Caritas, Exemplum, Zelus, gratia carationum, miraculorum gloria erant apparatus Prædicationis ejus. Nolebat Dominicus aliam auctoritatem, niſi quam ex ſuo miniſterio ac virtutibus obtinebat, non autem ex dignitate generis, ac titulis familiaris ; & contemptus hic in populorum mentibus majorem vim habuit, quàm ſplendor domus, unde erat egreſſus. Quò magis ille ſe ſe abjiecit, eò magis populi eum extollebant. Non credebat Evangelium prædicari poſſe, niſi ab eo, qui ad eum ſe redigeret ſtatus, quem præcipit Evangelium, & quem ſuadet. Itaque Dominicus perfectam paupertatem, altiffimam humilitatem, & mortificationem, qua omnes ſenſus ſui aſſigebantur, profitebatur. Quin ſe intra præcepta contineret, Evangelicis obſequabatur Conſiliis, tanquam hæc ſibi fuiſſent præſcripta, ut particeps fieret eorum præmiiorum, quorum promiſſiones iſdem adjacent : *Omnia facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.*

S. Dominicus adfert omnia taſſena ſua ad Evangelium prædicationem, & admirandum ſalutem.

Vir Apoſtolicus eſt : debet potens ſermo, & par doctus, & adhortando populos.

ſcientiam inſurgunt, falſo Doctorem nomen, atque titulum præferentes ? Habebat quoque a Deo poteſtatem ſuper ſpiritus, & corda. Quis reſiſtere potuiſſet gratiæ per os ejus loquenti ? Audiabantur ex ipſo non hominis, ſed Dei verba. Cum loquebatur Dominicus, Deus in recentis hujus Apoſtoli gratiam id præſtabat, quod primis Eccleſiæ ſuæ columnis promiſerat. Dabat illi os, & ſapientiam, cui nemo reſiſtere poterat. Adde potens erat ad hortandum, ut quiſque ſaniorum doctrinam amplecteretur : *Ut potens ſit exhortari in doctrina ſua, & eos, qui contradicunt, arguere.*

*Ecce dedi te in lucem Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terre.* Iſai. 49. Verba hæc in ſenſu proprio intelliguntur de miſſione Incarnati Filii Dei, qui lumen eſt Gentium, & Salvator hominum omnium. *Lumen ad revelationem Gentium.* Verum hæc nunquid non Apoſtolicis Concionatoribus, ac præſertim S. Dominico applicari non poſſunt ? quandoquidem Papa Innocentius III. vidit illum noctu fulſcentem Lateranenſem Eccleſiam, ac prohibentem ne corrueret ? Nonne alia etiam edidit præſagia Dominus, ex quibus liquet ab eo deſtinatum fuiſſe S. Dominicum, ut eſſet lux gentium, quandoquidem narratur, Sacerdotem quendam, cum ſaceris operaretur, divino animatum, vel potiùs raptum ſpiritu, cum ſe ad populum vertiſſet, dicturus Dominus vobis eſſe, oſtendiſſe S. Dominicum, qui inter matris brachia verſabatur, eumque elata voce ter diſiſſe : *Ecce reſtaurator Eccleſiæ.* Addamus etiam, ut apoſtolica Sancti hujus miſſio magis, magiſque probetur, quid illi per extaſim accidit, dum in Templo S. Petri Romæ orationi vacaret. Poſt acceptam Ordinis ſui confirmationem vidit Dominum in peccatores iritatum, tria manu criſpantem tela, quæ immiſſurus erat in libidinoſos, avaros, & ambitioſos ; niſi Virgo Sanctiſſima Filio ſuo Sanctum, de quo ſermo eſt, præſentaſſet, qui illius mulceret iram, & ad generalem totius mundi reformationem opellam ſuam polliceretur. Hoc eodem temporis momento S. Dominicus factus eſt Homo Dei, conſtitutus Meſſiator Deum inter, & homines ad juſtitiam, cum miſericordia ſimul conciliandam. Propetia igitur applicari poteſt S. Dominico ; hic igitur verè a Deo fuit electus, ut eſſet Gentium lux, & operaretur pro ſalute populorum in extremis terrarum plagis degentium ; ita ut Sanctus noſter viſus ſit ſedentibus in umbra mortis, tanquam novum ſy-

Quomodo S. Dominicus ſit lux Gentium.

Luc. 2.

Math. 4.

*Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.* 2. ad Cor. 12. Quàm felix eſt Prædicator, cum dicere poteſt unà cum Sancto Paulo : vos eſtis gaudium meum, & corona mea coram Domino. Hoc argumentum eſt, Apoſtolatum illius a Deo benedictionibus cumulatum fuiſſe felici ſuceſſu. Quàm uberem in his adhuc terris laborum ſuorum mercedem recepit Evangelicus miniſter, ubi amplam reſpicit meſſem, ac Dominum intus in corde ſibi dicentem : videbam Sathanam tanquam fulgur ſub pedibus tuis cadentem ! Hoc erat S. Dominici ſolatio : vidit peccatores converſos penitentia vias amplecti, iſtque dicere potuit ; Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos, ego vos peperit Jeſu Chriſto. Ad hanc mercedem promerendam, quos labores inter vos non ſuſtinui ? Nonne moſis inſtitorem hortatus ſum, ut Cæli theſaurum dumtaxat, non autem perituras terre divitias conquireret ? Nonne Magiſtratus communui ut juſtitiam exercerent, ſervantes ſtrictiores regulas juris, ſine perſonarum acceptione, autem claudentes ſupplicationibus, & gratiæ, ut in judiciis fuiſſent pietatis, & aſſiduitatis exemplum ? Nonne ſregi militis licentiam, ut olim S. Joannes Baptiſta docens illum, ſua eſſe mercede contentum, mutatque blaſphemias in preces, eique lenitatem, & penitentiam ſuadens, Deum colere, eique cultum adhibere ? Nonne divites docui, ut S. Paulus jubet, ſpem ſuam

Signa, quibus S. Dominicus probavit miſiſſerit ſui ſanctiſſimum illis ſignis, quæ S. Paulus edidit.



fua nequaquam collocare, in iis bonis, quæ in-  
vitis etiam elabuntur, quæ nonnisi cum timore  
possident, & quæ nonnisi cum pluribus penis ac-  
quirant? Si igitur floret virtus in vobis; si dives  
id unum optat, ut cœlestibus thesauris locuplete-  
tur; si miles modestus est, si Magistratus est æquus,  
si mercator bonam in negotiis obeundis sequitur  
fidem, hæc sunt argumenta mei in vobis Aposto-  
latus: *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos.*

*Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifac-  
rem. 1. ad Cor. 9.* Indigebat S. Dominicus chari-  
tate hac indulgentiæ plena, per quam aliquis sit  
omnibus omnia; quandoquidem ille sibi proposue-  
rat evertere omnia spiritus humani præjudicia, &  
penitus omnes auferre cordium præventiones, ut  
hominibus persuaderet, quod credere volebant,  
quia volebant illud amare; ut auferret eis bona,  
quibus inhærebant, & ut in commutationem ea  
bona traderet, quæ non videbant. Ut ad finem  
ad hoc difficilem perveniret, nonne oportebat, ut S.  
Dominicus se omnium necessitatibus, ac ingenis  
omnium se accommodaret; ut se demitteret ad bal-  
butiendum cum pueris, & assurgeret ad loquen-  
dum cum sapientibus? Nonne induendum illi erat  
temperamentum illud, quod S. Paulus describit,  
ut fieret cum stentibus, infirmis esset cum infir-  
mis, ac se multiplicem quodammodo redderet per  
charitatem, atque ut tot haberet mentes, & corda,  
quot erant mortales convertendi, & Ecclesiæ lu-  
crandi? Opus grat procul dubio, ut particeps fieret  
caracteris S. Pauli, ut spiritum ejus indueret ean-  
dem charitatem, qua mater educans filios suos, se  
se omnibus omnia præstans. Ad hoc difficile est per-  
fekte obire ministerium tam sublime, quin offendas  
odium eorum etiam, quos ad Deum convertere cu-  
pis; adeo difficile est efficere, ut Jesu Christi crux  
an erit, nisi eidenti tumet ipse fueris confusus; adeo  
difficile est adimplere adeo sublimia munera, qua  
lia ea sunt Apostolatus sine hujus charitatis ope,  
quæ suavis est, patiens, in patientia perseverans,  
hac mente præbendi se omnibus omnia, ut omnes  
lucris.

PARAGRAPHUS IV.

*Loci & Sententia Sanctorum Patrum, quæ conve-  
nire possunt variis Sancti hujus virtutibus,  
& actionibus.*

*Predicatores nubes sunt, quia tonant minis, co-  
ruscant miraculis, pluvium Doctrinis. S. Bona-  
ventura in Psalm. 17.*

*Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed  
gemitus suscitentur; lacryma auditorum laudes tue  
sunt. S. Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum.*

*Predicator quisque plus actibus, quam vocibus  
insonet, & bene vivendi vestigia sequacibus impru-  
mat, ut potius agendo, quam loquendo, quæ gradiantur,  
ostendat. S. Gregorius 3. part. Pastoral. c. 6.*

*Quidam Colorum nomine nisi celestium Prædi-  
cantium vita distinguatur, de quibus per Psalmistam  
dicitur: Cæli currant gloriam Dei &c. & Cæli  
ipsi, & Sol memorentur. Idem l. 9. moral. c. 4.*

*Illius doctoris libenter audio vocem, qui non sibi  
plausum, sed mihi plantum movet. S. Bernard.  
serm. 59. in Cantic.*

*Panes propositionis super mensam positi semper,  
Doctores sunt Spirituales, qui in lege Domini die,  
ac nocte meditantur cunctis Ecclesiam intrantibus  
revelationem verbi celestis offerunt. Beda lib. de Ta-  
bernac. c. 2.*

*Est magna auctoritas Prædicatorum, in quorum  
receptione Deus recipitur, & contemptus contemni-  
tur; ipsi enim sunt os Domini verba ejus annun-  
tando. S. Bonaventura in c. 10. Lucæ.*

*Ignoro an possit gratia majorem alicui Deus ho-  
mini conferre, quam ut ejus ministerio perversi ho-  
mines in melius mutantur, ut ex filiis diaboli, filii  
Dei efficiantur. An forte cuiquam magis videbitur  
esse mortuus suscitare? Richardus a S. Victore.*

*Deo displicent Concionatores, si tacent; homin-  
bus si loquuntur. Salvianus l. 4. de Provid.  
Cujus vita despicitur, restat, ut oratio contemna-  
tur. S. Gregorius.*

PARAGRAPHUS V.

*Quid ex Theologia pennis ad hoc argumentum  
depromi possit.*

**S**icuti Religio nullam habet in spiritus auctori-  
tatem, nisi quatenus a Deo est, ita omnem  
vim suam haurit a Missionē, cujus Deus est prin-  
cipium. Lex Judaica tota nitetur missioni Moys-  
is, & Prophetarum; Lex Evangelica tota nititur  
missioni Jesu Christi, atque Apostolorum. Nulla  
proprie fuit missio extraordinaria præter illam Moys-  
is, & Messie; hæc sunt due præcipuæ missiones,  
a quibus reliquæ descenderunt. Moyses a Deo mis-  
sus ad liberandum populum Israel de servitute,  
Domini jussu fratri suo Aaroni sacrum Æterni Sa-  
cerdotii contulit unctionem, quæ in illius familia  
perennavit. J. C. mittens Apostolos suos commu-  
nicavit illis potestatem mittendi, sicuti missi fue-  
rant; & eorum auctoritas, quam immediatè a Dei  
Filio acceperunt, sæculorum lapsu transit ad eos,  
qui eorum munere perfunguntur in Ecclesia. Ver-  
ùm quemadmodum in Judaica lege Deus subinde  
mittebat homines, quos insignibus Prophetiæ, &  
miraculorum donis cumulabat, ad revocandum ad  
veri Dei cultum populum illum levissimum, & sem-  
per pronum ad sacrificia falsis exterarum nationum  
numinibus offerenda; ita in lege gratiæ, providen-  
tia nonnumquam edidit homines, qui licet non  
exceederent constitutæ, ac legitimæ missionis or-  
dinem, videbantur extraordinariè a Deo missi, ut  
in necessitatibus, & periculis, quibus afflictabatur,  
illi opem ferrent. Hoc in numero fuit magnus S.  
Dominicus. Magni hujus viri Missio præsertim ad  
Evangelicæ prædicationis spiritum instaurandum vo-  
bis prorsus extraordinaria videbitur, sive spectetis  
causas, unde profecta est, hæresim nempe Albi-  
gensium, quæ in pluribus Galliæ provinciis altè  
radices jecerat, vel qualitates viri, qui hanc mis-  
sionem recepit, & quæ fuerunt incomparabiles vir-  
tutes, quibus præditus erat, sive splendida signa,  
quibus illius missio erat conjuncta, videlicet insi-  
gnem miraculorum, & prodigiorum numerum,  
quæ dignatus est Deus Sancti hujus, novique Præ-  
ceptoris ministerio operari.

Cum suscitatur Deus extraordinarios suarum volun-  
tatum ministros, non illic omnia aperit consilia,  
per eorum ministerium adimplenda. Videtur non  
eligere Moysen, nisi ad Israelitas de Pharaonis ser-  
vilitate liberandos; tamen illius intentio est utendi  
Sancto hoc legislatore ad aperendum illis iter ad-  
mirabile in terram promissam. Præscribit illi pecu-  
liariter in monte Sinai legem, cujus obligatio ge-  
neralis est pro omnibus populis; ut ipsi invenire  
possimus in miraculis, in caeremoniis, in Sacrifi-  
ciis, in bellis, in itineribus, verbo dicam, in re-  
bus omnibus, quæ huic populo contigerunt hanc  
umbrarum, & figurarum copiam, quæ cum fide-  
liter fuerint adimpletæ, præclaram, splendendamque  
conficiunt probationem Ecclesiæ Christianæ, quæ  
ex Mosæica Religione ut ita dicam sine produit,  
quæ illam gerebat alvo, & omnia hæc miracula  
præparabat. Ita cum Deus misit S. Dominicum in  
Galliam, non illic aperuit omnia, quæ de eodem  
fovebat consilia; quamobrem hujus Viri missio non  
alium visa est habere finem, nisi ut spiritus con-  
velleretur hæresis, quæ jam altè radices jecerat.  
Sed in hoc Providentia disponebat efficax medium  
ad omnes errores evertendos, Albigensium hæresim  
evertens per S. Dominici prædicationem, qui tam-  
quam anceps gladius omnes errorum radices in  
animabus obtruncare debebat, & mundum ad fi-  
dei integritatem revocare.

Dignum considerationibus nostris opus est, Deum,  
qui nullo uti voluit instrumento in operibus na-  
ture,

S. Domin-  
cus missus  
fuit a Deo  
ad Evan-  
gelium præ-  
dicandum,  
& populos  
conver-  
tendos mis-  
sione ordina-  
ria, & ex-  
traordina-  
ria.

Epist. 1.  
Jacob 11.

1. ad Cor. 3.

Deus ad S.  
Dominici  
missionem  
probans  
huic virtu-  
tem mira-  
culi ope-  
randi per-  
mittit.

Conclon-  
atoris do-  
ctrina, &  
eloquentia  
insuper cu-  
lesti gratia,  
sine qua  
imiles  
sunt ad ef-  
ficandam qui  
petitur.

Deus qui  
hominibus  
ut voluit  
ad conver-  
sionem alio-  
rum, quod  
prædicatorum  
gratia opus  
est, ad nos-  
tram hanc  
faciem hinc  
est S. Do-  
minicum.

ture, aliquot voluisse in operibus gratiæ. Nullo  
eguit auxilio, ut astræ, & cæli sidera crearet, au-  
xilium admittere voluit in productione Sanctorum,  
qui pulcherrimum sunt illius ornamentum. Nequa-  
quam usus est Angelorum ministerio ut visibilem,  
corporeumque mundum crearet, & hominum uti  
voluit ministerio, ut crearet invisibilem, ac spiri-  
tualem. Homines in ordine gratiæ sunt mundus  
novus, mundus divinus, & supernaturalis, nobil-  
ior, atque excellentior mundo naturali, & mun-  
di hujus productio, & peccatorum conversio vera  
creatio est: *Creati in Christo Jesu, ut sumus imi-  
tium aliquod creatura ejus;* & in hac creatione  
non designatur Deus hominum ministeria, unde  
patet, S. Chrysostomus ait, muneris hujus ampli-  
tudo, Quam igitur est S. Dominici præstantia,  
quandoquidem voluit Deus illius opera uti in crea-  
tione mundi hujus gratiæ, cumque elegit ad insti-  
tuendum Ordinem, qui per antonomasiam vocatur  
Ordo Prædicatorum, qui per statum, & peculiarem vo-  
cationem prædicandi munus exerceat, & qui omnia  
præstat, quæ in tanto hoc munere, Ecclesiæ ad-  
modum necessario, atque peritili requiruntur. *Dei  
adjutores sumus.*

Animadvertendum etiam cum Theologis est, cum  
Deus præter ordinem appellat aliquem ad subli-  
me aliquid ministerium, quale est Apostolatus,  
huic potentia sui potest communicare, huic do-  
num mirabilem concedere, sive ad illius missionem  
ministrandam, sive ad reverentiam ministro suo  
concedendam, sive ad veritates quas annuntiat con-  
firmandas. Ita egit Deus cum Sancto Dominico,  
Nonne cum misit illum adversus hæreticos, vide-  
tur eidem illud dixisse, quod Moysi, cum hunc  
adversus Pharaonem mittebat: *Ego ero in ore tuo:*  
ad arbitrium tuum mutabis elementa, & natura  
leges subvertes. Hoc tamen discriminis intercedit,  
quod Moyses hac potentia usus est tantum, ut fu-  
nesta miracula operaretur; sed S. Dominicus, no-  
vus hic Apostolus eadem utitur morbos depulsa-  
rus, humanis infirmitatibus opem laturus, & mor-  
tuos in vitam revocaturus, in quos peculiarem vi-  
sus est habere auctoritatem. Sed sensibilia hæc mi-  
racula ad alia transfert præstantiora, quæ operaba-  
tur in animabus, hæc omnia edens prodigia, ut  
peccatores converteret, & ad Ecclesiæ sinum hæ-  
reticos revocaret.

Omni modo necesse est, ut Prædicator, qui velit ef-  
ficaciter operam dare conversioni animarum, gra-  
tiam cum doctrina conjungat, & sanctitatem cum  
eloquentia, ut divino animatus spiritu verè illius  
fiat organum, atque interpret. Si enim homines  
ad opera bona efficienda opus habent auxilio gra-  
tiæ Christi Jesu: Concionator, ut illa aliis per-  
suadeat, eadem gratia prorsus debet animari, ne-  
que presumere potest, se peccatores esse conver-  
surum, nisi spiritu Sanctus resideat in corde suo,  
& per os suum non loquatur. Prædicator, ut mi-  
rum in modum S. Augustinus ait, indignus est mu-  
nere suo, nisi conetur mutare voluntates, excitare  
ignavos, fovere tepidos vitiosos corrigere, & ad  
officium revocare rebelles. Quæ autem Scientia,  
quæ eloquentia, nisi a Spiritu Sancto inspirata sit,  
omnia hæc miracula se operaturam esse sibi persua-  
deat? Etenim licet Scientia refulgeat, & potens sit  
eloquentia, prior evincat, posterior persuadeat, illa  
mentem illuminet, hæc trahat voluntatem, satendum  
est tamen neutram posse mutare cor humanum, si  
desit gratiæ subsidium. Una hæc diviniæ libertatis  
Domina consilium istud exequi potest; Una hæc  
potest lumine suo tenebras ignorantia discutere, &  
virtute sua peccati catenas infringere: *Quantumli-  
bet homo præpollat solertia disputandi, & suavitate  
dicendi: sine adjutorio gratie non inseret veritatem,  
non nutrit charitatem.* Hinc ubi Deus Ec-  
clesiæ suæ præcellentem largiri vult Concionatorem,  
in hoc scientiam cum gratia confociat, ut valeat  
mentibus lucem, voluntatibus ignem admovere, &  
peccatores convertere. Hoc ille præstitit in S. Do-  
minici persona, in qua scientia simul & gratia

enituerunt, ita ut dici queat; Deum egregiè in  
Sancto hoc homine omnes Apostolatus gratias con-  
junctis, ut dignum efficeret suarum voluntatum,  
atque potentia ministerium.

Ut quis dignè persurgatur ministerio tam San-  
cto, atque divino, quale hoc est animarum Deo  
lucrandarum, non reor necesse esse validis argumentis  
probare, zelum Concionatoris, qui ad hoc desti-  
natus est exemplo, & sanctitate vitæ ejusdem esse  
fulciendum. Nimis hæc veritas patet, neque ullis  
indiget probationibus, quia cum in sublimi hoc  
ministerio multo plus possit gratia, quam doctores  
omnes, vel a natura acceptæ, vel comparatæ:  
non consuevit Deus iis uti instrumentis, quæ nul-  
lam habent rationem ad finem petitum, videlicet  
peccatorum conversionem, populorum eruditionem,  
& motum reformationem: ita ut Concionator,  
qui non facit, quod docet, vel qui exemplo non  
prædicat æquè ac verbo, sit concionator equivo-  
cus, in quo nulla spes est collocanda, & hujus ze-  
lus inordinatus est; quippe in ordine quem Deus  
instituit in charitate a se ipso initium ducendum  
est, si quis vult se aliis sanctificandis idoneum  
præbere. Dicit fortasse posset etiam, in nobili hoc  
sanctoque munere non posse quempiam felicem exitum  
invenire, nisi prout se præbet sanctiorum, &  
in omni virtutum genere perfectiorum. Si regula  
hæc iusta est, quod in dubium revocari non po-  
test, quis mirabitur S. Dominicum potentem fuisse  
verbo, postquam factus fuerit potens operibus; vi-  
delicet factus fuerit Sanctus, in ipso semine vitæ  
sue exordio?

Animadvertendum est secundum varium Ordini  
Religiosorum spiritum, aut varias Ecclesiæ  
necessitates, illorum Institutores varias sanctitates  
instituisse juxta proprium cujusque Religionis ca-  
racterem. Instituerunt aliqui solitudinis, & recessus  
sanctitatem ad corrigendam conversationum licentiam,  
ut olim Sancti Benedictus, & Bruno. Aliqui severas,  
rigidasque Sanctitates secuti sunt  
ad sensuum voluptates mortificandas, ut SS. Rom-  
ualdus; atque Bernardus. Instituerunt aliqui  
sanctitatem egenam, & pauperem contra divitias,  
& vanitates, ut S. Franciscus. Alii sanctitatem  
militarem, ut Equites S. Joannis Hierosolymitani,  
Theutonici Sanctæ Mariæ, aliique nonnulli. Sed  
quem spiritum S. Dominicus instituit Ordinis sui  
characterem præcipuum? eruditam Sanctitatem, ut  
silli sui ex statu, ac professione sua fierent Docto-  
res, & Prædicatores. Quorum illud? quia diver-  
sa Ecclesiæ membra diversa expectant genera San-  
ctitatis. Cum illa instituenda fuit, dedit illi Deus  
Sanctos Miraculorum opifices, & paratores prodigi-  
orum. Cum a Tyrannis oppugnata fuit, præstitit  
illi Martyres strenuos, qui per Sanctitatem constan-  
tiam, & nullis labefactantiam cruciaribus Ec-  
clesiæ fundamenta redderent solidiora. Sed ubi hæ-  
reticorum errores obripere incaperunt, & morum  
corruptio subit in locum idololatriæ, atque perse-  
cutionis Tyrannorum, opus illi fuit erudita San-  
ctitate, quæ erudiret, redargueret, persuaderet. Ita  
Dei Providentia Athanasios Arianis objecit, Pela-  
gianis Augustinos, cumque janjam hæresis Albi-  
gensium prodiret, misit Deus Dominicum, cujus  
mentem iniecit Religiosum Ordinem instituendi,  
cujus officium, & character esset doctam profitendi  
Sanctitatem ad erudiendum, & prædicandum, ut  
hoc pacto omnibus adversaretur hæresibus, Evan-  
gelicum lumen quocumque ferret, converteret pec-  
catores, & hoc pacto Mundi corruptionem au-  
ferret.

Scientia in pretio habenda non est, nisi quate-  
nus cum Sanctitate conjuncta. Si in profano in-  
venitur, profana est, si in sancto, sancta. Sapiens  
doctus est Angelus per corporis sui puritatem, &  
spiritus lumen, ideoque dupliciter particeps sit per-  
fectionis sublimium earum mentium. S. Domini-  
cus duo hæc insignia bona sublimi in gradu pos-  
sedit. Eum nobis fingere possumus tanquam Ser-  
raphin amote divino succensum, expiatum ab om-  
nibus

Conclon-  
atoris ze-  
lus exem-  
plo fulci-  
endus est.

Spiritus, &  
eruditio  
Ordi-  
nis, qui-  
bus insi-  
tuit, est  
eruditam  
habere san-  
ctitatem, ad  
populos e-  
rudandos,  
& hæreses  
profligandas.

Utriusque  
facien-  
dius, &  
quod  
omnis  
scien-  
tia.

Indulgentia S. Dominici ut  
fieret om-  
nibus om-  
nia.

nibus ardoribus concupiscentiæ charitatis igne, simulque tamquam illum Apocalypsis Angelum, volantem per medium cælum habentem Evangelium in manu sua. Divinus hic liber transit in ejus substantiam, veritatibus ejus alitur, effatis illius saginatur; sua utitur scientia ad expurgandas virtutis suæ causas; intellectus illius illustratur, ut voluntatem magis, & magis inflammet. Si quando scientia officit pietati, hoc per accidens usuvenit; potius pharmacum est ad animam curandam, quam virus ad eam corrumpendam. S. Augustinus scientias comparat Chirurgorum instrumentis; iis uti possimus ad membra mutilanda, licet ad eadem servanda facta sint; illud tamen non nisi contra mentis artem contingit. Scientia fax est, quæ in furentis manu templo ignem injicere potest; sed in manibus Sancti hominis lumen est, quod super altaria renidet. In hunc usum S. Augustinus suam scientiam convertit. Quot radios hoc Sydus non effundit in Ecclesiam! Sed Sanctus hic sublimibus cognitionibus suis utitur ad eorum fulgorem celandum: Humilitas ejus est obscuræ nubi similis, qua tegit oculis suis suam claritatem; cum interim Ecclesia universa admiratur in eo divinam hanc scientiam, qua repletus est; Tantum se humiliat, quantum attollitur; velle, si fieri posset, exercere admirabilia talenta, quibus calidus donatus est, quin inde ullam perciperet gloriam; & modestia sua clam zelo ipsius adversatur.

S. Dominicus erat potens opere, & verbo. Miracula, quæ operatus est, numero carent; videbat, & prædicabat tamquam Apostolus, & verè de ipso dici poterat, quod de ipso Salvatore dictum fuit: *Cæpi facere, & docere.* Albigentium hæreses adeo erant absurdæ, & crassæ, ut facilius eos esset redarguere, quam convertere; nihilominus Sanctus hic vir multos eorum convertit. Hi non secus ac Manichæi duos esse Creatores comminiscabantur, alterum quidem rerum invisibilem, qui bonus erat, alterum visibilem, qui malus. Bono acceptum referebant novum Testamentum, quod admittent, & vetus, quod rejiciebant, malo. Romanam Ecclesiam latronum speluncam vocitabant, ac dicebant hanc esse paleam, de qua loquitur Apocalypsis. Omnia abolebant Ecclesiæ Sacramenta dicentes aquæ Baptismi non majorem inesse virtutem, quam illi, qua manus abluuntur; Confirmationem, & Pœnitentiam esse inutilia; Eucharistiam panem nihil ab illo differre, qui caecibus projicitur; Matrimonium esse concubinatum, nullumque esse ordinem sacrum. Negabant Resurrectionem asserentes animas nostras illas esse rebellium Angelorum, qui dati fuerunt præcipites de cælo, & quæ in aere corpora sua reliquerunt, iterum assumenda postquam in terris permanserint, & per septem diversa corpora fuerint tractatæ, qua in re metempsychosim admittent. Aliis etiam scatebant erroribus inhonestis, atque irridendis; & quoniam invehebantur contra luxum Episcoporum, atque Ecclesiasticorum licentiam, S. Dominicus iis omnibus, qui secum operabantur, auctor erat, ut vitam a status sui Sanctitate minimè abnormem ducerent.

PARAGRAPHUS VI.

*Delecti ex libris Spiritualibus, & Nuperis Concinatoribus loci ad hoc argumentum spectantes.*

Deus, cujus gratia, teste Apostolo, multas induit formas, pluribusque modis operatur, non eandem semper qualitates largitur Ministris, quos eligit, ut Institutores sint, vel reparatores Religionis. Nonnumquam assumit homines obscuro loco natos, omni educatione, scientia, elegantia destitutos, imo etiam vitis affluentis ministerio iisdem committendo oppositos; ut effecta mirabilia ex instrumentis adeo parum idoneis profecta in admirationem rapiant eos, qui, ut S. Augustinus inquit, divinam, ac superiorem intuentur causam, ex qua

Facilius est hereticos convincere, quam convertere: sed S. Dominicus aliter sequebatur utramque.

Deus eligens mortales ad Apostolatus ministerium, non semper eandem servat rationem; insignia muneris, quæ ad largiendos est S. Dominico.

virtutem suam muerantur, Legimus in Scripturis; re adhuc integra Moysen, causatum fuisse linguæ, & eloquentiæ defectum, ne a Deo ad Pharaonem mitteretur; Jeremiam videntem, quod Dominus illum opponere volebat tanquam æneum murum domui Juda, balbutientis linguæ vitium in excusationem attulisse; Apostolos ad terram universam convertendam destinatos, rudes fuisse, de plebis face, ac trivio: verum scimus etiam Isaiam, magnum illum Prophetam regio ortum semine fuisse; Davidem ad regni solium fuisse sublatum, ut ibi laudes Domini caneret, & fieret organum æternum vocum omnium huic Sancto muneri dedicatarum; S. Paulum cum perfecta legis cognitione ardentem conjunxisse zelum pro tuendis Traditionibus; ac tandem Jesum Christum Messiam nuncupatum propter Missionis suæ singularitatem, ex Regia David Sobole in hanc lucis usuram edi voluisse. Ita Deus replevit S. Dominicum iis dotibus, quæ essent aptæ ad magna illa paranda, quæ per illius ministerium erat operaturus. Eduxit ex illustri, & antiqua Gufmanorum familia in Hispania hunc hominem, qui excitaturus erat zelum fumorum Pontificum, & Monarcharum, & qui latus erat Crucis vexillum quatenus Legatus in Christianis agminibus. Replevit hunc thesauris scientiæ, fecitque illum primum Theologus Magistrum Romæ, antequam eodem ad hæresim contendendam uteretur. Nasci voluit præditum eloquentia, quæ corda trahebat, eximium hunc Evangelii Præconem, qui Prædicatoris nomen legaturus erat sanctæ posteritati in hæreditatem, particulari voto huic consecratæ officio, quod Religionis suæ præcipuum est, & essentiale. In hoc homine prædicabant omnia, inquitur vitæ ejusdem historici; singula ejus verba eisdem erant ignis divini, quo erat incensus, scintilla, quæ eundem in aliis inflammabant; vel totidem sagittæ acutæ, quæ vi zeli ejusdem contortæ inimicorum Dei cor penetrabant. Eximiis hæc mentis, & cordis sui qualitates addam ne illas etiam ex externo oris habitu profectas, quæ illius pietatem populis commendabant: prophetica illa & singularia dona, quæ ortum illius concomitata sunt, vel præcesserunt; fulgentem stellam, quæ in fronte ejus enituit, cum hoc Sydus Ecclesiæ Mundo caput assulgeret; Providentiæ curam, qua factum est, ut in Hispania eadem ipsa die nasceretur, qua in Gallia natus est infamis auctor hæresis Albigensis ab illo evertenda; somnium illud adeo gloriosè adimpletum, in quo Mater, quæ illum ferebat alvo, sibi visa est videre ore facem præferens illud animal, quod Scriptura, & Sancti Patres nobis tamquam Evangelicorum Prædicatorum imaginem proponunt? Neque illud præterire debeo, quod cum insignis hic Sanctus adhuc in incunabulis versaretur, apum examen infedisse visum est, coque inter pueros adhuc degente cum aliquando Sacro interesset Sacrificio, celebrans ad populum conversus pro verbis, quæ illi dicenda erant, omnibus, qui aderant nuptiasse, puerum hunc fore Ecclesiæ reparatorem, quod ter contigit huic Sacerdoti; qua de re consultus loci ejus Episcopus respondit, manifesta Dei voluntate puerum hunc missum fuisse ad Evangelicum verbum annuntiandum, ad procurandam populorum conversionem, ad auferendos abusus, & reformandam Ecclesiam. In Specimine Oratorum Panegyricarum.

Est magnum, dignumque Verbi ministrum, non est solum, quemadmodum aliqui arbitrari possent, esse eximium Oratorem, qui seipsum suis vim addere, ac leporem sermoni suo ad animæ affectus promovendos, & validos motus ciendos in corde. Tandem enim licet in Magni Prædicatoris conceptu consueverimus exigere scientiam uberem, sermonis elegantiam, præclaram imaginandi vim, ac præsertim ingenium sublime, & felicem sensuum suorum promendorum felicitatem; & licet S. Dominicus nulli ætatis illius cesserit in hac perfectionum, atque talentorum conjunctione, qua

Quis esse dicitur divini Verbi Concinator? & ex qua parte S. Dominicus sit considerandus.

Oratorii admirationem conciliat; non idèd tamen ex hoc loco fert animus texere Magni hujus Sancti panegyricum, qui omnem convertendarum animarum vim hausit a zelo ardenti, quo cor illius aestuabat, ita ut pro hoc Prædicatoris titulo, cujus in exemplum Sanctum hunc nostrum hodierna die propositurus sum; pro hoc, inquam, titulo, qui cum Apostoli munere potest confandi, intelligatur homo a Deo missus, ut populis annuntiet verbum suum, ut his divinas voluntates aperiat, ut eos de Evangelicis institutis erudiat, & eos de ipsorum erroribus revocet, & in vias salutis restituat. Prædicator hic igitur, S. Paulus ait, præstantissimè ornatus fuit universis hæc dotibus; & Deus, qui illum tamquam novum elegerat Apostolum populorum conversioni destinatum, contulit illi largè, effuseque omnes perfectiones necessarias ad obcurandum pro dignitate ministerium illud sublime, ad quod fuerat destinatus, eique zelum, ac vim superiorem tribuit, quoniam decertandum erat illi adversus tanta pertinaciæ hæreticos, ut igneo proflus viro opus esset ad extorquendas animas Ethnicis ipsi pertinaciores. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Felix S. Dominici ingenium ab infansia prænotum ad pietatem, & sancti institutio- nem excultum.

S. Dominici mater re adhuc integra affecuta non est mysticum symbolum, quo sibi videbatur utero gestare catulum cum ardenti face, qua universus terrarum orbis inflammaratur: sed tunc perspicuè intellexit hujus somnii sensum, & explicationem, ubi in puero animadvertit fundum pietatis, magnum aliquod potentem, naturam in bonum pronam, & sanctas preensiones, quæ in virtute longius erant processuræ, quandoquidem septimum agens annum jugi oratione conjunctus erat cum Deo, & in corpuseulo adeo tenello, nullæ erant tam aspere austeritates, quas exercere jam non inciperet; de lectulo molli assugebat ut vel humi cubaret, vel noctis partem in oratione traduceret. Profecto si de puerorum studiis, cum ex mero agunt naturæ impetu, licet ferre conjecturam de divinis Providentiæ consiliis, & de muneribus, ad quæ destinati sunt, quemadmodum S. Athanasius ostendit se magnum futurum Episcopum, cum inter cocceos pueros visus est Episcopari, hoc ipsum dici potest de S. Dominico, qui conjecturam adstruxit a teneris unguiculis, ad quod ministerium divinitus evocaretur ex prædicationibus ejusdem ætatis, & capui accommodatis, quas in sodalium corona recitabat, & ex voluptate, qua perfundebar Dei Verbum annuntians. Ratio, quæ mox aperuit magnitudinem, & sanctitatem hujus Ministri, effecit, ut ipse querere, & quæsitus uteretur omnibus mediis officii hujus pro dignitate obeundi; ac idèd quamcumque gereret curam scientiarum divinarum, simul & humanarum addiscendarum, potissimum illius studium, & præcipua occupatio erat semet sanctificare, & primum id exercere, quod mox aliis erat traditurus juxta illius exemplum, cuius legem, & dogmata erat prædicaturus, qui incipit primum facere, & mox docere. Noverat ille facta vim ac pondus addere verbis, alioquin Prædicatoris vocem sonum esse, qui in aera evanescit: & ipsum Prædicatorem, teste Paulo, esse æstintens, quod percussum, strepitum reddit. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Vita dura, & austerior quam S. Dominicus vivebat.

Legimus eisdem complures Sanctos vitam duxisse austerissimam in solitudinis, & contemplationis requie; plures etiam invenimus, qui ingentia crimina cum patrasent, insignes sustinuerunt pœnitentias: sed hoc singulare est, & prodigii loco habendum S. Dominicum, qui baptismalem gratiam ad extremum usque spiritum integerrimam servavit, indefinenter magnas exercuisse austeritates in suæ prædicationis laboribus, & corpus suum adeo gravibus, diuturnis, & jugibus austeritatibus adfuisse; quandoquidem semper gerebat cilicium, ferreamque carenam ferreis aculeis præfixam, quibus renes suos præcingebat, & quos numquam relinquebat, nisi forte ut corpus suum disceperet ad sanguinis usque effusionem, ter singulis nocti-

bus flagellans, primum quidem ut defunctorum animas de piacularibus flammis eriperet; mox ut peccatores converteret; tertio ut proprios lapsus expiarer. Plerumque noctes traducebat ante aræ gradus, gemitibus suis replens Templum, modò junctas attollens manus, ut a Deo animatum peteret conversionem; modò illas in crucis modo expandens, nunc se se in terram prosternens, & Davidicum illud usurpans, *Adhæsti pavimento anima mea: vivifica me*; vivere nequeo nisi mihi concelleris animas, quas abs te peto. Per totum Quadragesimæ tempus in aqua, & pane jejunabat; non carne, nec vino urebatur: semper nudis pedibus incedebat, nisi cum in publicum prodiret, ad ostentationem videlicet evitandam. Verbo, dicere poterat cum Apostolo: circumferimus Jesu Christi mortificationem in corpore nostro, ut vitæ nostræ appareat sanctitas, & innocentia. Ex meditationibus P. Nover, & Sermonibus P. le Jeune Oratorii.

Psalm. 118.

Tanti apud Deum ponderis erant S. Dominici preces, ut omnium votorum suorum consequeretur effectum, juxta illud Salvatoris ad Discipulos suos verbum: *Quidquid in nomine meo petieritis a Patre, dabit vobis*; & verum est nonnumquam ex istius Sancti ore, auditum fuisse juxta cruditi nescio cujus Episcopi testimonium, ipsum, numquam a Deo aliquid petiisse, quin voti damnaretur: *Numquid aliquid a Deo petii, quod non assequeretur juxta votum?* Et profecto precum ejus potentiam videmus in hoc singulari facto. Cum enim quidam e familia sua cum orasset, ut a Deo peteret, ut in Ordinem suum vellet insignem quemdam Doctorem compellere; idque Sanctus se petiturum promississet: die crastina Doctor ille templum ingressus est, & enixè Sanctum nostrum oravit, ut ipsum in filiorum suorum album dignaretur admittere.

Vim, quam obtinebant apud Deum S. Dominici preces.

Vitæ autem austeritas non solum eidem profuit ad Orationis praxim, verum etiam ad affectuum suorum mortificationem. Taliter eos subegerat, ut mortuus potius, quam mortificatus videretur. Multæ animi perturbationes caliginem offundere possunt nomini Concinatoris alicujus, & verbi divini fructum prohibere: sed mea quidem sententia præcipua sunt quatuor. Desiderium ad summos honores, & Ecclesiasticas dignitates ascendendi: nimius terrenorum bonorum amor; Desiderium eadem acquirendi ad Ordinem locupletandum; ira, & impatientia, & jactura temporis in inanibus, ac periculosis conversationibus. Magnus hic Sanctus ab omni procul ambitione abhorruit, quoniam quinque deinceps recusat Episcopatus, quos ut acceptaret, urgebatur; gravissimo dolore contabuit, cum Summus Pontifex imperavit, ut miracula ab eo Romæ facta evulgarentur. Sanctam paupertatem ita adamavit, ut Ordinis sui domum, quæ pro Religiosis nimis magnifica videbatur, ad singam perducere noluerit. Adeo lenis, & patiens fuit, ut felle proflus carere videretur; & patienter omnes Hæreticorum irrisiones, & contumelias sustineret; qua in re Moysi poterat comparari; & demum nullam unquam necessitudinem, aut consuetudinem habuit cum mulieribus. P. le Jeune Presbyter Oratorii.

Vitæ austeritas mortificandis affectibus proderat.

Quis miretur post hæc, quod hujusmodi Concinator, cujus erat S. Dominicus, factus fuerit deinceps potens verbis, postquam fuerat potens operibus, & sanctis actionibus? Sed vehementer errant illi, qui inter qualitates Sancto huic ministerio necessarias, nequaquam numerant Sanctitatem illud exercentis, vel ad illud exercendum se se ultro ingerentis, cui Deus dirigere videtur ea verba, quæ olim protulit per Prophetam: *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Salvator ipse nihil habebat, quod acrius objiceret inordinato Pharisæorum zelo, quam si exprobraret, ab illis nihil fieri eorum, quæ dicunt: *Deum, & non faciunt.* Non vident id genus homines

In ignis est error non punire sanctitatem inter conditiones necessarias Concinatorum.

Psalm. 49.

Matth. 23.

nes secretum, sed necessarium nexum, qui inter propriam, & alienam conversionem intercedit; & nunquam animum advertebat ad illud constantissimum Filii Dei effatum; scias, opus est, facere, ut bene loqui scias; ac tandem hominem tunc potentem fieri verbis, cum factus fuerit operibus.

*Auctor Sermorum in omnia argumenta.*  
Dominici zelus non in sola hereticorum conversione se continuit, sed ad omnes peccatores se extendit. Sicuti aestuabat charitate erga J. C. ita plenus erat tenera miseratione malorum, quae patiebatur Ecclesia, non sine sancta iracundia adversus inimicos Dei, & populi sui. In Vita ejus historia legimus, nunquam auditum ex eo fuisse verbum, quod ad Deum glorificandum, eique animas lucrandas non tenderet. Erat *lucerna ardens, & lucens*; lucens quidem ad mentes illustrandas; ardens verb ad fovendas voluntates. Fluebant sermones ejus unctioe, ac secreta vi, cui nemo resistere poterat. Cum populis nuntiaret verbum Evangelicum, facies ejus fulgere videbatur luminibus scientiae suae, & igne charitatis, qua anima ejus abunde erat ornata; & de Sancto Vincentio Ferrerio audimus futurum facilius ut hic Evangelii Praeco pro Angelo, quam pro homine desumeretur. Audire ne vultis mirabilem singularis gratiae, quam acceperat ad obstinatissimos peccatores revocandos effectum? Incidit in manus quingentorum improborum, qui omnem jam humanitatis sensum abiecerant, & latronum secessitibus criminibus involutorum, qui in salubris, montibusque quos fecerant videbantur haussisse leonum, tygaidumque feritatem; sed divinus hic Praedicator tanta vi in illos invenitur, ut ferrea corda emolliceret, & non secus ac Moyses de rupibus illis eliciens lacrymas, effecit, ut nefarium vitae genus execrarentur, & agerent poenitentiam. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Zelus illius est omnes peccatores se extendit. Vis sermonum illius ad hos convertendos.

Dominici zelus nubi similis fere in omnes terras effundit & super omnes peccatores ducto a semet ipso iudicio.

Genes. 4.

Eccl. 17.

Virtus admirabilis zeli S. Domini.

lus eorum mereatur, hic, audeo dicere, zelo Domini palmam debet concedere. Ex quo divina Providentia illum in stadium emittit, ambulat, currit, volat; nulla eum deterrit causa; dummodo sibi creditam administrat provinciam, non injuria, quibus afficitur, non obices, qui occurrunt, non pericula, quae nanciscitur. Convellit suis ipse manibus lolium, quod inimicus homo in Patris familiaris agro sevit. Inculca loca, spiritus agrestes, atque indociles, tenera sunt charitatis objecta existimanti se insignem facere quæstum, ubi animam fuerit lucratus illi, qui nullam indignam censuit pretioso sanguine, quem pro singulis effudit. Quam juvat intruere Dominicum una cum pro Praefule zeli ejusdem teste nudatis pedibus inter spinas incidere, & in asperis, dumofisque salibus, quo ab improbo duce fuerat abductus, sperante, si illum itineris periculum fuisset, futurum, ut fructum collationis amitteret, in qua veritas triumphum relatura erat de blasphemis hereticorum, quorum partibus impius favebat! Quod spectaculum videre Dominicum ad victoriam per dumeta illa suo cruore rubentia properantem! *Quam pulchri sunt pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Elogia historica.*

Ad Rom. 10.

Necessitas erat Ecclesiae ceteris medicinis illis malis, quibus affligebatur, cum S. Dominicus in lucem venit.

Prævidens charitas cujusdam summi Pontificis huic in spiritu videndum obtulit ingens periculum, quod imminere Ecclesiae, tunc cum S. Dominicus prodiret. Prævidit ministrorum ignorantiam, vitia pravorum Fidelium, hereticorum vim, furoremque christianorum ferè omnium soperem, cujus ope inimicus homo manibus plenis lolium bonis frugibus superfeminabat. Prædicationis ministerium, medium effigax, & permanens ad fidem & Religionem fulciendam tunc vel neglectum erat, vel intermissum. Christiani Principes inter se cruentis distabant praeliis, quae plerumque magis funesta sunt pietati, quam agris, qui igni, ferroque vastantur. Tunc temporis in luce editus est Dominicus, non sine manifesto providentiae consilio ad suscitandam fidem sopitam per insignia miracula, quae operatus est; ad christianum orbem replendum Concionatoribus zelo succensis, atque indefessis, quorum ipse caput fuit; ad dissipandas innumeras hereticorum copias, quarum confudit errores, & furorem compescuit; ad eliciendum de caelo uberimum gratiarum imbrem super fideles per peculiaris devotionem admirabilis illius Virginis, cujus manu gratias suas largiri oblectatur Deus; verbis; ad arcendas ab Ecclesia Dei omnes illas tenebrosas nubes, quae illi caliginem erant offusuræ, omnemque illius speciem deformaturæ. Igitur S. Dominicus fuit Praedicator extra ordinem a Deo missus, ut recens esset lumen in Ecclesia, ut accenderet alia, quae jam extincta videbantur, & ut redderet vitam omnibus membris de dono Dei, quae illam amississe videbantur. *Abbas du Jarry.*

S. Dominici missio miraculis certissimis fuit comprobata miraculis.

S. Dominici missio miraculis fuit comprobata. Profecto, si diligenter attenditis, omnes qui ex veteri, novoque Testamento missi fuerunt ad populos convertendos, missionem suam signo aliquo probaverunt: hoc autem Divinitatis signaculum in S. Dominico apparuit. Et sancte aliene queruntur argumenta præter trium mortuorum resurrectionem, quos Sanctus hic vir revocavit ad vitam? Miraculum certissimum testimonium auctoritate confirmatum. Fuit procul dubio prædicationis genus ad persuadendum aptissimum illud S. Pauli, cum universo populo inspectante, vitam reddidit adolescenti, qui de fastigio quodam precidens mortuus erat, dum Apostolus ille Dei Verbum prædicaret. Sed cur non licet mihi gloriosas illas similitudinis circumstantias, quae inter pueri resurrectionem, quem Dominicus matris matissimæ lacrymis restituit, & resurrectionem Lazari jam quatrinduo putrescentis, quem Salvator pietum sororum Marthæ, & Mariæ lacrymis reddidit? Videtis Dominicum sententiam, ac mortuo imperantem, ut surgat, ut olim fecit Jesus Christus. Resurrectio jamjam in sanguine suo per tragicum lapsum defuncti, vobis videtur

retur æque mirabilis ac resurrectio Lazari quatrinduo jam putrescentis in tumulo, & huic S. Domini miraculo applicaretis, quod S. Augustinus dixit de hoc insigni Salvatoris prodigio, hoc nempe existisse argumentum Divinitatis, quod triumphare debebat de pertinacissima incredulitate, & quod ea in occasione superavit spem ipsam, quam fides Apostolorum conceperat.

In oratione & colloquio cum Deo dicebat S. Dominicus quomodo cum hominibus verisaretur.

Cum Praedicator, propriè loquendo, non aliud sit, quam instrumentum, quo Deus utitur pro hominum conversione, & salute, cumque instrumentum nihil valeat per se, nisi conjunctionem sit præcipua causa, a qua applicatur, atque movetur; in colloquiis suis potissimum cum Deo dicitur S. Dominicus, quo pacto cum hominibus loqueretur. Itaque ab oratione passim recedebat tanquam Moyses alter egrediens a colloquio, quod cum Dei Majestate habuerat, facie novo lumine radiante, cuius ardor, quo cor illius aestuabat, prohibat extrinsecus per ignea verba, accipit gladio, ut Apostolus loquitur, penetrabiliora. Ita ut in prædicationis fervore, veritates, quas populi annuntiabat, eæ essent, quas in oratione fuerat meditatus: ita partem tempus suum inter Deum, & homines, ab illo percipiens quod aliis dicitur erat, vel potius semper occupatus Deo dum loquebatur cum proximo, & vicissim occupatus proximo tunc cum loqueretur cum Deo; hinc rogans, ut se eraderet de iis, quae vellet sibi ab ipse edoceri. Profecto hujus vitæ mar homo creatus a Deo ad ministerium Verbi, cui late disponeret per zelum non modo ordinatum, & cum scientia, atque necessaria doctrina committitur, verum etiam cum zelo generoso, & ab omni cupiditate vacuo, qui nihil aliud præter adhibendam salutem, & peccatorum conversionem respexit. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Integerrimus S. Dominici zelus.

Mollis zelus plerumque ministrorum.

& qui nihilominus omnia patiuntur pro Mundo; de illis loquor, qui Sacerdotio præditi sunt, & qui per status sui necessitatem Evangelium annuntiare tenentur. Passim volunt quidem Jesu Christi paupertatem prædicare; sed vitæ hujus commodiis, & rerum affluentia frui volunt, dum S. Dominicus reipsa prædicabat paupertatem, omnia vitæ hujus incommoda tolerans; neque credens verbum obtinere posse effectum suum, nisi, uti Dei Filius, ab actionibus incapisset antequam a verbis ordiretur. Plerique Operarii Evangelici non ignorant, sibi aliquod Ecclesiae munus subeundum esse; sed plerumque honor, qui cedit illis, & præmia sunt ministerii nostri objectum, & merces, dum S. Dominicus se omnibus debitorem esse ratus pro mercede ipsum habebat ministerium, quo de proximo bene merebatur, & voluptas excolende vitæ Domini potissima erat laboris causa, Sanctus hic vir in labore poenam duntaxat deponere sibi, non honorem. Quam jucundum spectaculum intueri hominem Apostolicum de urbe in urbem proficiscentem, in agris etiam pascere pauperes greges languentium propter Pastorum incuriam! Quæ contradictiones, qui labores in itineribus suis! Quam esuriam perpessus est in cursu missionum suarum? Obnoxius erat fami, siti, persecutionibus, gladio. Uno codenique tempore sibi cavebat a favore, & furore; a laudibus & a contemptu. *Sermo Manuscriptus.*

rum Domini hoc ergo, si conferatur cum zelo S. Domini.

Quænam erat Verbi virtus in ore S. Domini? Potestatem habebat in corda, ut ea permoveret, convinceret, ac tandem converteret. Si prædicat, nanciscitur animas dociles, a quibus cum reverentia auditur, divinumque semen recipitur in animalibus suis, ubi fert fructum centuplum. Num rebelles invenit? Excitat zelum suum, Moyses instar, oratione offert Omnipotenti Agnum sine macula, ut illum justitiae suae opponat, & hi lapides statim sunt filii Abrahæ. Publicani, & meretrices se se offerrebant Sancto huic viro, ut ab ipso poenitentiae regulas edocerentur. Si Sanctus disputat, clam fremit hæresis, neque audeat prodire palam. Videt Dominicum quotidie sibi rapientem suos. Loquitur ne de Cruce Salvatoris? quisque certatim illam gestare cupit in sinu suo, & manus magis delicate sibi honori vertunt illam deferre. Numquid par eventus laboribus vestris responderet, ministri Domini, qui eandem terram excolitis, & eundem pascitis gregem? Non querimus hoc in loco vestram atterere gloriam, ut illam zelotus hujus Ministerii amplificemus; non eger ille indirectis laudibus, ut ex aliorum collatione crescat. Sed vestros, ut eventibus ita felicibus Deus labores vestros prosequatur; ut vestra augeat talenta, ut inflammer corda vestra igne amoris sui; semper vobis erit laudis, & honoris palmam concedere ardenti huic Concionatori, non secus ac discipulos Magistro suo. *Idem.*

Quam potens esset Dei verbum in ore S. Domini.

Persuasum erat S. Dominico ad tantum hoc ministerium pro dignitate obcurandum alias qualitates requiri ab iis, quas passim adferunt, qui se ipsos illi destinant, & qui nominis celebritatem, & gloriam aucupantes, putant sese ad illud satis dispone-re, ingenium excolendo, legendo libros, ex quibus se magnam relatuos operam sibi pollicentur, assidue illos audiendo, qui præ ceteris celebrantur, sibi commentaria, & collectanea confarcinare, tanquam totidem arma, quibus stipati fatis se fortes arbitrantur ad vitia omnia impugnanda, & qui felicem hujus ministerii exitum sibi dimittendum putant potius ex multitudine eorum, qui sequuntur illos, quam ex numero eorum, quos ipsi convertunt. Sicuti alios sibi fines proponit Dominicus, ita longe alia insitit via: adicitur ut setanto munere dignum prius, quam eidem patem efficiat. Hæc enim duo longe distent; quorum alterum non negligit, alterum verò negotium suum curat; & re adhuc integra antequam illi horrorem injiciat placitorum Mundi, illius corruptionem canne pejus, & angue evitat, & Dei cultui devoret, quidquid opis a natura donatum fuit, volens omnes perpeti Labores, & omnia incommoda tanta huic

S. Dominicus se munere suo dignum autem prædicat quoniam illi præm. Placitum qui in eodem munere excellunt, opponuntur faciant.



huic dejectioni inherenti, dummodo dignè obire valeat Apostolatus sui munera, & lucrari animas Salvatoris, a quo missus fuit, *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Recens noster Apostolus nonne aliis Ministris Evangelicis præripit palmam? Si S. Paulus de se verè quidem, sed humiliter dixit: *Abundantius omnibus laboravi*; licet nobis hanc eandem laudem in S. Dominici ore collocare. Quis enim ipsis posset cum hoc Sancto viro certare de zeli præexcellentiâ super alios Evangelii Præcones, quandoquidem unus ille novissimis hæc temporibus glorioso hoc nomine connotatur, quia gloriosus nominis officium exercuit? Quis enim priori jure, quam ille potest asserere id, quod dicebat. Apostolus tamquam fundamentum laudis, quæ illi præ cæteris deferebatur; Plures passus sum contumelias, aliorum consuetudini meger accommodavi, memet ad spiritualæ infantiam redegei, & laborem hunc adeo amarum, atque molestum sustinui? In laboribus Apostolicis S. Dominicus suum excitabat zelum, mente reputans S. Pauli cursus, jejunia, vigillas, pericula, & inde arripiebat occasione se humiliandi; ac respiciendi veluti tyrunculum, recens in stadium ingressum, Sed huic humilitioni comes accedebat novum animi robur, cujus ope oblitus, post id, quod jam fecerat pro Jesu Christo, & Evangelio, recenti cum ardore in susceptum curriculum revertebatur. Messis quidem multa est, Dominice Operarii autem pauci, præsertim vobis qui ea virtute præditi, qua S. Dominicus. Excita ignem eundem in corde Ministrorum tuorum, effunde in illud Spiritum hujus Sancti tui, ut ager Ecclesiæ tuæ novos afferat fructus. *Ex Manuscripto Sermone.*

S. hic meretur gloriam dignè emulati Verbi Dei præ aliis ejusdem temporis,

S. Dominicus fuit perfectus Prædicator quia infirmum scilicet cum excellenti virtute conjunxit.

Deplorabile hoc fuit quo hereticis, & vicium Christianam Religionem redegerat antequam S. Dominicus inciperet prædicare.

etiam videre quoniam ardore, & zelo Dominicus concionabatur, & suum munus obibat! Videremus procul dubio in corde novi Prædicatoris succenti zelo gloriæ Dei, imaginem cordis S. Pauli, cum iniiit consilium totius terrarum orbis convertendi: in eo videremus suspiria, timorem, sollicitudines, curas, animum paratum ad omnia pro Jesu Christi gloria suscipienda, & perferenda; videremus cordis illius desideria eadem esse, ac illa, quæ fovebat Apostolus: *Ego autem impendat, & Superimpendat.* Quid? patriarce Salvatoris tunicam ita discindi; Templique ipsius pollui sanctitatem? Nequaquam ulro me morti objiciam pro illa tuenda: labores, vigillaque meæ fatis non sunt, aliquid præterea requiritur. Magnum nimis malum est; violenta remedia sunt adhibenda: *Superimpendat.* Prædicationes meæ, curasque Apostolicas, nihil sunt, vitam ipsam impendam. Verum quoniam zelo correptus noster novitius Prædicator concionabatur? Quam vim, & sapientiam sermonibus ejus inferebat Spiritus Dei, qui per os illius prædicabat? Noverat ad unguem ille non satis esse edocere, & verbum solum per se non satis esse validum ad persuadendum, ideoque adjiciebat exemplum; & morum sanctitas non solum sermonibus illius auctoritatem conciliabat; sed novum erat argumentum ad persuadendum, atque probandum. Hinc plures, qui verbis ejusdem resisterant, cedebant exemplis; præ cæteris nobilibus quædam mulier, quæ horum recentium Sæcularium partibus hærebatur, & apud quam per integram Quadragesimam permanerat, adeo commota fuit vitæ illius sanctissimi exemplo, ut tandem sese converterit.

Ad Cor. 12.

Labores, & perfectiones, quas S. hic in prædicationis ministerio fuisse patitur.

Ex ardore S. Dominici facilis est conjectura, quos ille perpassus fuerit labores, quot mala ipsi zelus suus constaverit, & quem fructum ab eo expectare debeat Ecclesia. Hic charitatem fere extinctam in corde Christianorum excitavit. Atrocissimæ injuriæ illum deterrere non valuerunt; summa cum animi tranquillitate passus est, ut undique nomini suo offereretur. Nequaquam perterritis minis, quæ ipsi intentantur, neque insidiis, quæ illi necluntur. Cumque nuntiaretur illi, hæreticos, & facinorosos homines vitæ suæ incertum moliri, tunc prodebat zeli sui ardorem martyrio se coronari desiderans; cumque aliquandò insidias sibi positas nescio quo miraculo evitasset, quidam ex latronibus, qui illum præstolabantur, cum jam conversi ab eo percontati fuissent, quid ipse fecisset, si in illorum manus incidisset, sanctus vir illis reddidit, vos obsecratus fuisset, ut mihi nequaquam parceretis, sed potius lentam, crudelēque mortem mihi infligeretis, me in frustra comminueretis, ac novissimè oculos evelleretis mihi, postquam omnibus cruciatibus, quos furor vobis suggestisset, vapulasset. S. Dominicus reliquo vitæ suæ spatio concupivit occasionem sibi præceptam femet ad majorem Dei sui gloriam sacrificandi. Sed nihil illi fuerat præceptum, quandoquidem Sancti Prædicatorum sudores sanguini Martyrum comparantur, & hic tot sibi occurrunt hinc inde singularia bona, ut hæreat aliquandò, utrum sit præferendum. Si minus tibi contigit honor sanguinem tum effundendi pro illo, qui prior illum effudit pro te, quod non minus gloriosum est tibi, applicuisti fructum sanguinis Dei decies centenis hominum millibus; si minus tuam impendisti vitam, quod vehementissimè optabas eam tamen sexcentis in laboribus, & toridem periculis mortis attingisti pro animabus, pro quibus Dei Filius effudit suam; si tibi non statim aperuisti cælum eodem ferro, quod dicrum tuorum flamen succidisset, non minima fuit tibi merces alios ante te, & post te illum immisisse. *Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Quoniam fuit causa, ut S. Dominici videlicet ita ad quæ redacta erat Religio.

hic suæ statum ostendit. Vidit ille fidem semimortuam in stultum cordibus, mortuam charitatem, antiquatam pietatem. Vidit impietatem regnare in moribus Christianorum; cognovit palam, saluris, æternorumque honorum contemptum ubique ferè gradari: libidinem, otium, insitiam potitas esse statu Ecclesiastico, & inter cætera mala soporem esse tantum, ut nemo ferè de medicina adhibenda sollicitus esset: quapropter intellexit prope esse ut Dei furor in ultionem erumperet. Vidit Dei Filium solio insidentem, & jamjam contorquentem in ita sua tela tria, quibus universum terrarum orbem erat perditurus; cum beatissima Virgo coram Filio suo provoluta illum per materna obtestata est ubera, ut misereri vellet animarum, quas ipse suo cruore redemerat, obtulique Des S. Dominicum, affirmans hunc virum divina gratia adjuvum facturum brevi mundum profus alium, & novum: videlicet Ecclesiæ faciem mutaturum, & ad penitentiam peccatores redacturum. Salvator tunc respiciens Dominicum non sine oblectatione, visus est illi proferte ea verba, quæ apud Isaiam Prophetam leguntur. *Servavi te, & dedi te in fedus populi &c.* Hæc admirabilis visio, hæc Filii Dei verba, hinc quidem in S. Dominici corde zelum hunc incomparabilem genuerunt, videlicet ardorem erga Deum, & proximum charitatem; inde verò sanctam itacundiam contra omnes Dei inimicos, & contra omnia, quæ gloriæ Dei ipsius adversabantur. Visio hæc magnum ignem illum accendit, quo Sanctus hic vir mundum universum inflammarit, ita ut de illo dici queat id quod de Elia Propheta refert Scriptura: *Surrexit Elias, quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat.* Cumque Dei verba sint efficacia, actus idem quo Salvator accipere dignatus est Sanctum nostrum in ministrum sibi ad Sanctissimæ Virginis preces, repente communicavit sapientiam, sanctitatem, & potentiam necessariam ad omnia status adeo sublimis munera pro dignitate obeunda. *P. Texier.*

Isai. 49.

Exli. qd. 5.

Effectus zeli sui vi re ipsius exemplo sufficit contra hereticos.

Ejusdem argumenti.

Et Victoris adventum; & immensum agrum ditigam offerre sacrificium Deo exercituum. Domine, quomodonam vir unus vincere potuit mille, & exigua militum manus in fugandæ agmina, quæ numero cum arena maris poterant comparari, ut loquitur Scriptura, nisi quod invisibilis pugnabas pro illis, qui causam tuam tutabantur? *Specimen Oratorum Panegyricorum.*

Narratio victorie per S. Dominici præces relatæ.

Celeberrima ea in occasione visa sunt duo portenta æquè admirabilia, alterum quidem bellicæ Virtutis in strenuo viro Montfortio, qui cum parva militum manu centum militum millia delevit non sine manifesto subsidio Dei exercituum; alterum autem non minus admirabile Sancti Dominici, qui solus oppugnavit, confudit, superavit, & convertit adhuc plures iis, quos cruentus ille abstulit dies. Dicere possumus ea in occasione, alterum quidem fuisse Josue, qui inimicos divini nominis delevit, alterum verò Moysen, qui manus atrollebat in cælum, dum armis, confingeretur. Hic Principes ad bellum inferendum excitavit; hic de prælii exitu se vadem constituit; hic milites excitavit ad pugnam, & ita illi, quos rationibus, & exemplis Sanctus hic non potuit convertere, precibus ejusdem fuisse deleri. Itaque Dominicus æquè fuit potens operibus, & verbis seu prædicet, seu oret, seu ad Domini causam tuendam hortetur: zelo hujus acceptam referre debet Ecclesia eladem hydræ hujus, quæ per intervalla renasci videbatur, & cujus integra victoria propriè triumphus est Verbi Dei in ore admirabilis hujus Prædicatoris. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Animadversiones in hanc victricem & gloriam S. Dominici tunc temporis patit.

Victoria adeo manifestè relata Omnipotentis ope confudit quidem Albigenses, sed tunc non convertit. Rex Arragonius, qui his centum millibus præerat, & excidium fuerat minitatus Regno Christi Jesu; profectò voti reus factus fuisset, nisi Salvator idem fuisset pollicitus futurum, ut portæ inferi nunquam prævalcant contra Ecclesiam suam; & nisi in Simone Montfortio novum excitasset Josue ad Amalecitas cadendos, & in S. Dominico novum Moysen, qui altera quidem manu crucifixum gerens, altera autem Rosarium, redegerunt in pulverem factum exercitus numero carentis inimicorum Dei. Ita Gedeon electi populi imperator, Madianitas fregit, & de illis absolutissimam omnibus numeris victoriam reportavit cum parva militum manu. Tua tunc agebatur gloria, Domine; illa propriè tuus erat gladius, quem Gedeoni commiseras: *Gladius Domini, Gladius Gedeonis.* Tuus quoque erat Simonis Montfortii gladius, tu illum in manu ejus collocaveras, ut Ecclesiæ tuæ hostes persequeretur. Gloria Fidei tuæ, quam Dominicus servus tuus tutabatur, erat gloria tua, & sicuti nunquam melius potentiam tuam manifestas, quam cum insperatis eventibus uteris iis, quæ sunt infirmiora, ut quæ fortissima sunt humiliora, atque prostratas, ita illo tempore oblectatus es facere misericordiam, & infirmis opem afferre. Quam magnus es Domine! quot insignibus monumentis ostendis virtutem eorum, quos ad sacrum Verbi tui ministerium evocas, tunc cum contemptibiles videntur, & illi se ipsos indignissimos arbitrantur. Quam magnus est Dominicus gratia tua! Quinam gloriæ tuæ splendor in illo resulget? Verbi tui veritas summo cum honore tractata fuit a dignissimo hoc illius Ministro: ita illam in praxim redegerat per gratiam tuam, antequam illam per universum terrarum orbem promulgare admitteret. *Elogia Historica.*

Hereticorum conversio non existit: solum zeli hujus sacerdoti obsequium. Amplexus est præces omnia Charitatis operantia.

S. Dominicus exiit homo ille præter ordinem suscitatus a Deo, ut rueretur, ac sustineret Sanctuarium tumultuaria congerie novorum dogmatistarum, qui in Ecclesiæ interitum conjuraverant, si res ipsis cessisset et sententia. Hic sancta vitæ exemplum cum generoso, & minimè cupido zelo consocians mentes jam deceptas fucatis Valdensium virtutibus ab errore revocavit, & per scientiam, quam ipse adeptus fuerat, & lumina, quæ cælius acceperat, novit secernere, ac dissipare magnum illum Chaos errorum, qui ex Manichæorum secta ad Albigensium traducti susleque miscuerant univërta. Summæ necessitatis erat, ut vir iste potens esset sermone, ut redargueret homines pertinaces, & erroribus suis mordicus inherentes. Quæ lumina ob eorum oculos nitescere facit per septennium, quo cum illis pugnatum est, illorum urbes lustians, & oppida, modò illos palam resellens, modò illos seorsim persuadens. Hic oblatum subit certamen, accessit ut in ordinata disputatione veritati lucem afferret, ibi scriptis eorum diluit argumenta. Non loquar hoc in loco de acceptatione illius spectaculi, quo ventum est usque ad ignis periculum propositum in testimonium veritatis Fidei, quam assererat: dicere fatis est, Deo probante S. Dominici zelum per frequentia, quæ operabatur, miracula, Sanctum hunc verborum suorum vi plures convertisse hereticos, quam Principes Cruce signati ad inhibendum horum errorum cursum, suis copiis deleverint. *Idem.*

Montfortius, Paneg. Tom. II.

H

gione adhortari. Magistratibus officiorum suorum munera representavit; munus suum esse putabat privatorum domos, & familias invadere ad unionem, & concordiam ibi alendam, & ad odia, & inimicitias fugandas. Hic Verbi Dei fructus, seorsum annuntiati, omnium fortasse solidissimus est, licet coram hominibus omnium minime niteat; & hinc fortasse S. Dominicus messem retulit ubertorem. Habitus est perquam diligenter census hereticorum, quos ille ad fidem convertit; sed haberi non potuit eorum, in quibus per illum charitas operatur, uti neque familiarum, quas ad vitam sanctiorem, magisque frugi ducendam traduxit. Bononia, Venetia, Salamantica, Parisii, atque tot alia loca, ubi insignia reliquit suae charitatis monumenta fructum, & memoriam per plurima saecula retinuerunt. Sed mirum ne videri debet, si qui tanta succensus erat charitatis flamma, potuit ubique ferè eundem ignem accendere? *Auctor Sermo- num in omnia argumenta.*

Quicumque fuerit S. Dominici eventus in obitu ejus officii muneribus, quod illi contulit Deus, nullus unquam inanis gloriae sensus contigit; qui quidem scopolus est in illustri ministerio maxime pertimescendus; atque ut pateret, ab ipso Deum unum integerrime requiri, fugiebat civitates, & oppida, ubi tamquam Oraculum observabatur, & alacriter in iis versabatur locis ubi aliqua affectus fuerat contumelia: camque passim Deus ministerium ejusdem insignibus profeceretur miraculis, quae populorum, ac principum venerationem illi conciliabant: dicere possumus humilem Dominicum tantò sollicitiorem fuisse in gloria, quae illum subsequeretur, fugienda, quanto ardentiores sunt ceteri in ea perquirenda, & aucupanda. Haec autem Sancti hujus viri humilitas eò processit, ut cum aliquando crucis signo mortuum puerum, pedibus suis expositum, in vitam revocasset, factive rumor ad Summi Pontificis aures pervenisset; hic rei veritate perspecta, & explorata praecipit, ut Romae tantum facinus evulgaretur, simulque auctor miraculi prodereur; Dominicus palam professus sit futurum, ut, si sibi haec vis fieret, nunquam imposterum in locum eundem revertetur; quod in causa fuit, ut a Pontifice decretum suum antiquaretur. *Idem.*

S. Dominicus nomen est nomen Apostoli.

Non ne Sanctus hic vir gloriosum Apostoli nomen hic merebatur, quandoquidem in eminenti gradu possidebat omnes primorum Fundatorum Ecclesiarum virtutes propter populos, quos converterat, itinera, quae ingressus fuerat, persecutiones, quas pro Jesu Christo & Evangelii promulgatione pertulerat? Quis enim est novi testamenti Praeco, qui majori cura, & sollicitudine omnia Apostolatus obierit officia? A Deo probatus, ab hominibus habitus in pretio, Domini verbum ea tractavit reverentia, qua meretur, ostendens sermonibus suis veritatem, agendi ratione eidem aliorum amore concilians; doctrinae puritate veram sustinens fidem, eandem comprobans per miracula. Sanctus hic Patriarcha primorum temporum zelum instauravit. Apostolatus sui recens inchoatio redarguebat Doctores sine unctioe, qui novam tradebant doctrinam. Vir hic, qui tactu suo morbos insanabiles curabat, haereditario jure primorum Apostolorum potestatem obtinuerat, quibus dixerat Dei Filius; ite, praedicate ubique Evangelium, curate infirmos, & paralyti laborantes, & suscite mortuos. S. Dominicus qui quotidie doctrinam suam confirmabat, signabatque prodigiis recentibus, non ne hoc pacto solida, ac divina missionis argumenta praebat? Denique hic recens Apostolus, qui non defuit Martyrio, sed cui defuit Martyrium, neque enim in venis suis sanguinis habuit guttam quam non cupierit pro Salvatoris gloria profundere, Martyr fuit suae charitatis, sui que zeli victima. Hic nostram infirmitatem, atque teporem redarguit. Erubescamus ad aspectum ministri adeo Sancti, numerisque omnibus absoluti, & ad conspectum tot populorum, qui victas dedere manus

veritatibus, quas verbo, & exemplo praedicavit. *Elogia Historica, & liber manuscriptus.*

Unum ex potentissimis mediis, quibus S. Dominicus usus est, ut omnem terrarum orbem ad veritatis cognitionem adduceret, vel saltem illum in ea confirmaret, fuit cultus Matris Dei, quia illa rivus est, per quem Deus omnes suas gratias, & lucina effundit. Ad hunc autem cultum constituendum fontem omnium benedictionum, & fructus, quem referebat ex concionibus suis magnus hic Sanctus, nihil magis contulit, quam Rosarii devotio, ejus ille primus Auctor extitit: devotio cujus fructus manet adhuc, & cum Ecclesia manebit. Sciebat ille per Sanctam Virginem iter patere ad Deum, atque ad illam confugit, ut ad eum mundum universum pertraheret. Profecto si non alium laborum suorum fructum percepisset nisi devotionis hujus sanctissimae institutionem, generatim ab universa Ecclesia receptam, hac certe semper plurimum illi deberet, eò quod hoc pacto peperisset Deo tantam animarum multitudinem, ac inter ceteras duos potentissimos Reges, alterum quidem Legionis, alterum verò Galitiae, atque unum ex Sanctissimis Regibus dedisset Galliae, ad Blancae Reginae preces, quae hac de causa semet ad Rosarium recitandum adstrinxit, ut Sanctissimae Virginis ope Filium obtineret. *Auctor Sermo- num in omnia argumenta.*

Generale idea fructus, quem S. Dominicus peperit Ecclesiae.

Quis fando assequi posset fructum, quem S. Dominicus ex suis laboribus hausit? Restituit Sacramentorum usum, Ecclesiasticorum jejuniorum observantiam, quorum jam jam confectudo perierat; Ecclesias, Tempa, & aras jam dirutas, & everfas instauravit. Et sicuti in omnibus regionibus, ubi haereticam sedem fixerat, ibi molestas reliquit reliquias, tabidum frumentum, & corruptionis colluviam, quae brevi suam efflavit improbitatem: iterum initium desumendum fuit ad illos in primis fidei rudimentis edocendos, & confirmandos in fide, quam a suis patribus receperant. In hoc opere sanctissimo Ecclesiaeque perutili, Sanctus hic vir visus est potens opere, non secus ac exemplo, quoniam Deus Missionem illius quamplurimis probabat miraculis, ac inter cetera mortui tres variis in occasionibus suscitati tantam vim compararunt Verbo Dei, quod praedicabat, ut hoc fuerit argumentum ad fidem adhibendam omnibus illis veritatibus, quas annuntiabat, atque inde justissima haec illatio hauriebatur: Hicne vir adeo potens verbis, & operibus aliud ne posset annuntiare, quam veritatem? Et Deus verba illius miraculis comprobaret adeo insignibus, nisi ille Dei verbis, & nomine loqueretur? Hac mente ille ordinem instituit suum, cujus finis, & munus est praedicare Dei Verbum, qui quidem rivus est, per quem veritates ingrediuntur in animum, & sine quo quidquam in tenebras priores reverteretur, ex quibus illum divina eduxit praedicatio; & brevi non agnosceret amplius vias salutis, quas non nisi per illud verbum didicit. *Auctor Sermo- num in omnia argumenta.*

Ejusdem argumenti continuatio.

Verè dicere possumus, insignem fructum, quem S. Dominicus attulit Ecclesiae extitisse, quodammodo facere, ut facies mutaretur, eradicando vitia, & scelera, & omnes adducendo ad vitae genus sanctioris. Profecto si uno ex hoc loco dumtaxat commendabilis esset S. iste, dici semper posset egregium eorum exemplar, quos Deus ad hoc munus appellat; quoniam peccatoris conversio, vitae mutatio, charitatis progressus & christianae perfectionis accessio sunt fructus, quem Verbi Minister sibi ante cetera debet proponere. Sed quis narrare posset fructum, quem hac in re protulit S. Dominicus eo saeculo, quo per charitatis teporem ferè generalis ista corruptio omnia longè, lateque vastaverat. Dicere audeo, opus fuisse, ut S. hic vir profusus novum institueret Christianismum, quandoquidem ne minimum quidem supererat vestigium illius, qui in primæva vigebat Ecclesia: eos enim numerare, quos ad vitam mutandam adegit, & in quo-

tum

rum erigere accendit Charitatis ignem, quem Deus in terram deportaverat; hoc Deo uni compertum est. *Idem.*

Sandus hujus miracula ad populum, con-vertentem profecerunt.

Quod S. Dominicus fortiter Fideles persuaserit, & Haereticos convicerit, nemo unus dubitat; quoniam adjectis miraculorum splendorem, honorum operum Sanctitati, & veritatem potentia fulcens mortem ipsam coegit, ut Evangelicæ veritati testimonium perhiberet. Nihil magis mirabile est miraculum, ita ut non sit praetermittendum; & quoniam magnam habet similitudinem cum eo quod olim Salvator operatus est in Judæa, utriusque circumstantia sunt conferenda. Ille in quo conigit ejusdem erat conditionis, & in eodem aetate flore, quo Lazarus: Mors quidem illius non fuit naturalis, sed ejus violentia miraculo famam adjecit. Cum adolescens hic paulò vehementius ignem agitaret equum, cui infidebat, in terram dejectus miserè perit. Triste hoc nuntium statim est perlaturum ad avunculum qui erat Sanctae Ecclesiae Cardinalis, cum quo tunc fortè de rebus maximi momenti agebat S. Dominicus. Non minus miseratione affectum fuit Sancti hujus hominis cor, quam avunculi, & ille secutus charitatis motus, quæ in Sanctis non est iners, ut in ceteris vulgò festinus se eò contulit, ut extinctum jacebat cadaver. Extulit tunc in Caelos oculos, & fuis aliquot lacrymis, emisit suspirium; mox vocem atollens, quemadmodum fecerat Salvator, juvenem surgere jussit. Surgit ad imperii vocem adolescens, ac per resurrectionem suam perhibet testimonium nihil esse impossibile hominibus, quibus Deus suam Sanctitatem, non secus ac potentiam impertit. Miraculum hoc per urbem effusum cumulum addidit triumphis Dominici, omnesque peccatores convertit, qui verbis, operibusque illius oculos, & aures obstruxerant. Poterat ne Dominicus aliquid hoc praestantius efficere, quam mortem ipsam cogere, ut testimonium redderet verbo vitae, quod annuntiabat? *P. Senault Oratorii Presbyter.*

Zelus inexplebilis S. Dominici suadet illi fore: S. Dominicus fuit in hoc, ut illi, per quem & per mortem suam immortalitatem reliquias.

Nihil replere potest inexplebilis S. Dominici zelum. Veller habere corpora mille, totidem brachia, manus, & vitas ad Dei gloriam, & animarum salutem impendendas. Veller esse ubique, ut omnibus Dei inimicis resisteret. Veller in mundo subsistere donec mundus staturus est, & quando Deus inimicos habebit ad eos conterendos. Hinc supplere cupiens potestati, quæ decet ipsi, vitæ in avum proficienda, ut quandam immensitatis, atque aternitatis tribueret speciem zelo suo, instituit religiosum Ordinem, cujus sublimis scientia cum eminenti Sanctitate conjuncta erat deinceps futura ornamentum & praesidium Ecclesiae contra inimicos illius. Hic ille ordo est, qui per antonomasiam Ordo Praedicatorum appellatus, edidit Hyacinthos, Petros Martyres, Vincentios Ferrerios, Raymundos, & infinitum summorum virorum numerum, qui veluti Praecones Evangelici Dei Verbum in omnes terrarum partes nuntiarunt; & qui armati virtute Spiritus Sancti ubique omnes Ecclesiae inimicos subverterunt, & coadaverunt vi-

tium, & impietatem. Etenim ubi visi sunt Concionatores Sancto Vincencio Ferrerio celebriores? Doctores Divo Thoma insigniores? Thaumaturgi Sancto Hyacinto admirabiliores? Verbi Incarnati, ac Deiparae Panegyristae Beato Henrico Susone devotiores? quin singillatim verba faciamus de infinito numero virorum, scientia, & sanctitate illustrium, Pontificum, Cardinalium, Praesulum, ac Doctorum, qui totidem Ecclesiae lumina extiterunt; *Pater Taxier.*

Fructus noster, quem S. hic Patriarcha retulit in omnibus terris.

Sanctus Patriarcha per Ordinem suum non solum Catholicam Religionem tutatus est in Gallia, in Hispania, in Italia, Germania, Polonia, verum etiam Tartaros ad fidem vocavit, & in conversione Indiarum Orientalium aequè ac Occidentalium se exercuit. Neque Magno huic Sancti satis fuit Ecclesiam fulcire, ut nuper dictum est, per Ordinis institutionem, quem Collegium Apostolicum possumus appellare, verum illam auxit Cœtu Virginum dicatarum amori Salvatoris, quæ glorioso sacrificio sublimi huic statui se se devoverunt. Oculos circumferre ad extremas usque terrarum plagas; numerate si licet, omnes aras extructas, cruces omnes positas, omnia Tempa in terris Infidelium aedificata; recensere, si vobis lubet, Martyres Sancti hujus Ordinis, qui pro fide mortem subierunt, & qui morientes alios ad Martyrium excitant: tot virginum millia, quæ sanctè inter S. Dominici, & S. Catharinae Senensis claustra vitam duxerunt; verbo, numerate, si potestis, omnia opera curis, ac laboribus Sanctae hujus Religionis facta, & facienda, & dicite, hos esse fructus hujus arboris benedictionis, & omnes hosce rivulos ad fontem suum esse reducendos, nempe ad Sanctum Dominicum. Etenim Sanctus hic Patriarcha quotidie adhuc operatur per manus suorum filiorum, quos animat spiritu suo, eosque suis exemplis inflammat. *Idem.*

Quoniam & in quo sanctum nunc imitari debemus.

Cum S. Dominicus sit in exemplum propositus non filius ejus dumtaxat, sed fidelibus omnibus, nobis admittendum est, ut imitemur eum, nosmet ut illum potentes in operibus, & verbis efficiendo. Deus non omnes ad munus praedicationis evocat; sed si minus convertere nobis negatur haereticos, & infideles sermonibus nostris, possumus tamen cooperari ad conversionem eorum vitæ nostrae exemplo; audeo enim dicere, hominem frangi, & cujus vita aliis est exemplo in civitate; hunc esse Concionatorem potentem operibus, si minus est verbis, & ajo etiam, illius pietatem, ac patientiam in adversis, ejus eleemosynas, & largitates esse eloquentes Sermones, qui evincunt, persuadent, majoremque faciunt impressionem in spiritu, & corde, quam omnia verba, omnesque praedicationes. Hoc pacto quisque, S. Ambrosius ait, esse potest Apostolus domi suae, & in sua familia; hac ratione omnes potestis fieri participes meritorum Apostolorum, & Praedicatorum, qui, ut inquit Scriptura, peculiari gloria in Caelis resursum. *Auctor Sermo- num in omnia Argumenta.*

PRO SANCTI BERNARDI ALIQUOT ABBATiarum FUNDATORIS, PANEGYRICO. MONITUM.



De ac tam mirabilia dici possunt de incomparabili S. Bernardo, ut ad illius eloquium texendum, eademque in lucem proferenda non minor quam illius eloquentia requiratur. Profecto arduum est insignis hujus viri encomium contexere, tum propter multitudinem virtutum, & heroicarum actionum illius, tum propter singulare cujuslibet meritum, qua omnia unica oratione completi, non minimi laboris est. Quapropter in habendo delectu propositionis ad celebrandum elogium eximii istius Sancti primum cogitandum est, hunc duplici in statu vixisse, in quibus inter eos, qui majori sanctitate floruerunt, enituit. Primus quidem est Monachi, in quo praeluxit exemplum illis omnibus, qui eo seculo floruerunt. Secundus vero fuit hominis e solitudinis latebris educti, & gravissimis negotiis exerciti pro pace Ecclesie, & populorum, atque totius Christiani mundi salute. Ad hac summa capita referri possunt ea omnia, que dici possunt in laudem Sancti hujus viri, qui in utroque vite sue statu portenti, & miraculi loco habitus est. Ceterum modus sibi constans, & admirabilis, quo obiit varia duplicis hujus status officia; que sibi invicem adeo videntur opposita, suppeditabit morales sensus utiles, Religiosis quidem ut ad altissima sanctitatis fastigium tendant, atque perveniant, secularibus vero, qui aliqua auctoritate praeferunt, ut semet sanctificent eo zelo, quem habere debent pro Ecclesie pace, & bono Religionis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Fecit mirabilia in vita sua. Eccli. 31.

I.



Psalm. 67.

Irabimini forsasse Auditores, me audientes in ipso Elogii Sancti illius, cuius hodie celebratam recolimus, hoc uti principio: quid enim in illo tam proprium, & tam admirabile est, ut per hoc illum discernere velimus ab aliis Sanctis, in quibus juxta Sacrorum librorum fidem voluit Deus mirabilis apparere: Mirabilis Deus in Sanctis suis. Numquid hoc asseritur propter miracula, que in gratiam illius operatus est Deus? Verum quidem est, neminem neque plura, neque majora effecisse. Elementa norant vocem ejus; morbi presentiam illius ferre non poterant, & mors ipsa eadem resistere non audebat. Tamen non ideo assero; illum Mirabilia fecisse in vita sua. Vita enim ipsius longe admirabilior est, quam ejus miracula, quorum fulgor perstrinxit oculos eorum, qui omnia spectant ex ea tantum parte, qua sensus afficiunt. Ipse olim de se ipso dicebat, in vita sua monstruosum aliquid non deesse: Clamat ad vos monstruosa vita mea; & se esse quandam veluti chimaram seculi sui. Ego enim quaedam sum chimera mei seculi. Traducamus in laudem illius verba, quibus utebatur, ut se ipsum confunderet, & quod ille de se ipso testatus est cum altissima humilitatis sensu, hoc ipsi dicamus ad exprimendos sensus observantiae, atque venerationis, quos erga ipsum fovere debemus. Nihil magis portento simile vita S. Bernardi; quorsum autem? Tria id persuadebunt: Pœnitentia, quam subiit, scientia, quam ostendit, auctoritas quam exercuit. Hæc utriusque via portentum sapiunt in magni hujus hominis vita: Clamat ad vos monstruosa vita mea.

1. Pœnitentia, quam subiit, quia pœnitens fuit, quin peccator fuerit. 2. Scientia, quam ostendit, quia doctus fuit quin studuerit. 3. Auctoritas, quam exercuit, quia omnia perit in Ecclesia, quin habuerit characterem, cui Deus potentiam adnectit. En sermonis hujus synopsis. P. Martineau.

II.

Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in

seculum non delebitur. Eccli. cap. 4. Fatendum est Deum, justum illum, ac fidelem remuneratorem virtutum fervorum suorum, videri non sine quadam oblectationis specie alios aliis prætulisse, eos replendo uberioribus naturæ, & gratiæ muneribus, atque majori cum plausu, & fulgore ostendendo. Hæc autem in glorioso S. Bernardo verissimum esse innotescit; quoniam tota Doctorum scientia, totus Apostolorum zelus, totus Martyrum serior, tota Confessorum pietas, tota Virginum puritas, ac tota Justorum sanctitas pretiosum effecere cumulatum gloria in Sancti hujus hominis ornamentum. Non igitur mirum esse debet, si in honorem illius canit Ecclesia: Collaudabunt multi sapientiam ejus cum enim in se conjunxerit omnes Evangelicæ Justitiæ characteres, os unum satis non est ad diversa vite ipsius miracula celebranda; & omnia Sanctorum elogia in Panegyricam hujus Orationem ingredi oportet. In tanta igitur laudum copia nosmet coarctemus ad illum considerandum

- 1. Tamquam firmum Ecclesie Patronum. 2. Tamquam severum mundi Censuram. 3. Tamquam Fidelem ducem ad perfectionem. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Dedit illi scientiam Sanctorum; honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Sap. 10. Cum Deus præter ordinem ex misericordiae suæ thesauris educit homines ad majorem Ecclesie suæ utilitatem, eosque profert in lucem tenebrarum, & caliginis tempore, ut sint Religionis Patroni, ac disciplinæ restauratores, eos divina replet scientia, ut ipsi aliis lumina sua valeant communicare. Adducit illos in maximam nominis celebritatem, propter quam ab hominibus in honore habentur, ut Verbo suo fiat accessio ponderis, & virtutis in ore illorum, & in eorum facta eas benedictiones effundit, per quas cognoscitur Deus esse actionum ipsorum principium, sicuti gloria sua finis est. Hæc Dei erga Sanctos suos providentia palam in S. Bernardo emicuit. Inter barbariam, & ignorantiam repletus fuit scientia salutis, cujus dogmata fideliter & securus est, & aliis tradidit. Tempore agi-

III.

tationis, atque tumultus vidit se divina Providentia sublatum supra humanas Potestates, cum jure censuræ, & correctionis in omnia regna. Denique gloriosi ejusdem labores excepti fuere eventibus adhuc præstantioribus, quibus factus fuit seculi sui ornamentum, sæculis vero subsequentibus admiratio. Quippe

- 1. Repletus fuit Scientia Sanctorum. Dedit illi scientiam Sanctorum. 2. Indutus fuit decore, & auctoritate Dei: Honestavit illum. 3. Dei benedictio effusa est super opera ejus: Et complevit labores illius. Flechier.

IV.

Tu autem, o homo Dei! Ad Timoth. 6. Si in humanis famuli nobilitas defumitur a dignitate domini, cui famularur, & a qualitate munerum, in quibus famularur, haud egre intelligitis aliquid esse magnum, & spectabile, Regis vel Principis hominem esse, & vocari, quia nulli sunt Domini majores illis, quos Deus super ceterorum hominum capita sustulit. Ut igitur secundum hanc regulam feramus judicium de merito, & gloria Sancti Bernardi, qui a nobis habendus est tamquam homo Dei, quæso vos, ut serio consideretis hoc nomen, & elogium, non minus mysticum, quam illustre, multifarium defumi posse ab illis, quos ipsi vocare consuevimus homines Principum, & Regum terræ. Primum illi homines Dei nuncupantur, quibus contigit ad illum pertinere, vel propius ad illum accedere, quia sese ejusdem famulatu dedicaverunt. Hujusmodi sunt Ecclesiastici & Regulares destinati ad eum, qui ipsi debent, cultum adhibendum, idcirco a ceteris vulgò hominibus distincti sunt, atque secreti. Secundò hoc appellatur nomine illi, qui Dei ipsius locum tenent, quemadmodum ille homo Principis dicitur, qui aliquo caractere auctoritatis, quo præfulget, eum representat: & hoc in sensu Magistratus & illi omnes, qui aliquam legitimam potestatem receperunt, hoc nomine decorantur. Hic idem titulus potestremo illis debetur, qui Regum sustinent auctoritatem, sicuti passim homines Regis appellantur, qui ad Regis jura ruenda constituti sunt. Tribus hæc modis S. Bernardus hoc nomine hominis Dei per antonomasiam meritis est nuncupari eo tempore, quo, non alio magis, mundus indignus opera Sancti, qui hoc insigniretur caractere. Fuit homo Dei, quia omnino se devovit cultui Dei in statu Religionis, quem etiam restauravit, & regularem disciplinam ad sublimem perfectionis apicem evexit. Mox Dei locum tenuit, nomine illius præcipiens, ac disponens, & exercens quasi supremam auctoritatem in Ecclesia, quatenus Minister, Procurator, Legatus Dei, ejusdem univèrsæ potentia suffulatus, ut ubique Ordinem restitueret. Dei demum asseruit jura, gloriamque vindicavit impugnantibus hæreticis, vitia, & avi sui scelera immania. Igitur Sanctum hunc considerabimus

V.

1. In Cœnobio tamquam mortuum mundo, ut Deo tantum viveret, eique soli famularetur. 2. In Ecclesia, ubi de rebus maximis decernit ea cum auctoritate, quæ ab uno tantum Deo poterat proficisci. 3. In mundo erroribus, vitiiis, & licentia corrupto, ubi intruebimur illum oppugnare, & expugnare inimicos Dei. Hoc erit elogii ipsius argumentum, & sermonis partitio. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. Omnibus omnia factus sum. 1. ad Cor. c. 9. Hic mos est Providentiæ, pariter Ministris suis, & verbi sui præconibus talenta sua, pro variis populorum necessitatibus, & pro munerum, ad que destinantur, varietate. Aliis quidem confert facultatem patranda miracula, ut infideles ad Jesu Christi fidem reigantur per prodigia, admirabileseque effectus, qui oculos eorum percellunt; aliis tribuit Prophetiæ gratiam, ut peccatores hortentur ad pœnitentiam, his ostendentes supplicia, quæ ipsis intendantur a Deo, & quæ in tempus futurum illi prospiciunt. Largitur aliis verbi donum ut acribus Houdry, Paneg. Tom. II.

horrationibus impios revocent in viam virtutis, a qua recesserunt. Sed dici potest in S. Bernardi gratiam omnia collegisse talenta, quæ aliis in pondere, & mensura imperitari consuevit. Hic omnia simul est, Apostolus, Propheta, doctor; docet, prædicat, prodigia operatur; Illud verò in Magno hoc viro admirabilius videtur, nempe

- 1. Hunc novisse simul conjungere, quæ videntur simul esse non posse, videlicet vitam solitariam cum muneribus Apostolatus. 2. Requiem contemplationis cum jugi actione, motuque non intermisso. 3. Profundam humilitatem cum maximis honoribus, ac dignitatibus. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

VI.

Pro Panegyrici argumento defumi potest hoc Rectis Auctoris cogitatum. 1. Ecclesie unitas schismatibus. 2. Veritas ab hæreticis. 3. Sanctitas denique vitiiis, & morum corruptione oppugnatur. Tria hæc monstra S. Bernardi ævo infurexerunt, qui illa expugnavit vi zeli sui, & gratia sanctitatis.

VII.

Sicut tenebre ejus, ita & lumen ejus. Psal. 138. Quamvis mirabilis sit Deus in Sanctis suis, verum est tamen dicere, nunquam esse admirabiliorem, ac laudibus cumulatiorem, quam cum ad nominis sui gloriam, & populi salutem præter Ordinem suscitavit viros quosdam, qui modò latentis in secreto faciei suæ, modò de thesauris suis educti egrediuntur de tenebris solitudinis, ubi viventes adhuc erant sepulti, ut in Ecclesia lucem prodirent ad divina consilia adimplenda. Tunc enim ex rebus admirabilibus, quas operantur, dignoscuntur audacia quædam lineamenta eruditæ manus, a qua fuere descripta. Tunc per mysticam virtutum coruscantium, & obscurarum commixtionem Patrem Cœlestem glorificant variè pro varietate locorum, in quibus illos constituit; & adimpletur in ipsis quod Azarias cum sociis operantur, petentes, ut lumen simul, ac tenebræ benedicerent illi. Benedicite lux, & tenebre Domino.

Possumus S. Bernardum considerare 1. In Solitudine, quo illum deduxit Deus, ut in latenti vita illum constitueret Sanctitatis, & virtutis portentum. Hoc in priori parte videbimus. 2. Dedit illum Ecclesie suæ Deus, ut in publica illius vita illum redderet scientiæ, & fortitudinis prodigium. Hæc erit pars altera. Elogia historica.

VIII.

Tamquam Prodigium factus sum multis. Psal. 30. Gratia habet prodigia sua, non secus ac natura, cum hoc tamen discrimine, quod prodigia, quæ in natura videntur, plerumque deformia sint, & monstruosa, illis vero gratiæ inest quidam cœlestis decor, qui eorum fulgorem præ ceteris rebus commendat. S. Bernardus revera fuit prodigium gratiæ, prodigium admirabile, non quidem ex primum, sed ex posteriorum classe, & eodem in sensu, quo Deus ipse hoc olim dixerat Ezechieli Prophetæ: Portentum dedi te domui Israel. Sanctus hic vir profecto fuit gratiæ prodigium tribus modis, qui tres hujus sermonis partes constituent.

Eccli. 12.

- 1. Fuit austerus pœnitens, sibi que irreconciliabilis; sed pœnitens admirabilis, quoniam fuit sine crimine, licet non omnino sine peccato. 2. Fuit Doctor sublimis, & Oraculum Ecclesie, licet non studuerit, neque operam navaverit ad humanas scientias addiscendas. 3. Fuit Contemplationi deditus; memoribus, ac solitudini natus; tamen nihilo secius simul fuit Arbitr generalis omnium Ecclesiasticarum rerum; & forsasse Sanctus ad agendum, quam alius quilibet usquam fuerit, aptissimus. P. Texier.

IX.

Insignis questio est, ac sæpius agitata, eamque D. Thomas variis in operum suorum locis illam proponit, utrum videlicet vita contemplationi dedita illi, quæ in actione versatur, sit præferenda. Gravissime hinc, inde rationes pugnant; & quicumque æquum voluere in hac controversia ferre



judicium, maximas nacti sunt difficultates. Hoc unum certissimum, & nequaquam dubitandum asseri potest, duplex hoc vitæ genus cum junctum est habere suas perfectiones, ac defectus, commoda, & incommoda. Aliquid utriusque deest, & ut hominis vitæ perfecta sit, actionem simul, & contemplationem amplectatur oportet. Verum est quidem vitam contemplationi deditam, si illius natura spectetur, nobiliores esse, puriores, & directè nos adducere ad Deum, sed satis non est Deum cognoscere, ac illum ipsum tantum diligere; hæc una pars est vitæ Christianæ, proximus amandus est, & charitas hæc activa est, transit ad manum, & in actione refulget. *Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* Contemplativa charitas ista Dei habitata ratione, activa est; ratione verò proximi totam constituit Christianæ Legis plenitudinem. *Plenitudo ergo legis dilectio est;* sed utraque simul jungetur est, & charitas seorsim sumpta unam dumtaxat partem efficit. Liqueat etiam quosdam esse Spiritus contemplationi aptiores, & alios quibus majores sunt ad agendum vires. Quidam pro solitudine facti videntur, alii verò in solitudine vivere non possunt; hi occupandi sunt in negotiis, & in mundi commercio; sicuti non deest ignis, qui in sphaera sua propè cœlum quiescit; sed ignis, qui in terra est adhærescit semper alicui materię, quæ illum occupat, ac nutrit. Dicamus veritatem, neque eos palpemus, qui contemplationi tantum se mancipaverunt, neque eos, qui in actione tantum subsistunt. Status vitæ eorum imperfectus est, & cum vellet Deus Sanctum numeris omnibus absolutissimum perficere, illum educat in statu contemplationis, cumque implicat in actionis operibus. Hoc fecit ipse Dei Filius, hæc duæ sunt partes vitæ illius. Contemplatio quidem in solitudine annorum triginta, actio verò tempore prædicationis: hæc duæ quoque sunt partes vitæ S. Bernardi, quæ hunc Sermonem partientur.

1. Joan. 3.  
Ad Rom. 15.

1. Vixit in solitudine, ubi illustratus est purissimis luminibus altissimæ Contemplationis.  
2. Versatus est etiam in mundo, ubi admirabilia ejus opera eximiam ei gloriam pepererunt. Difficile est invenire hominem contemplationi magis deditum, & non minus arduum est invenire hominem operibus, & verbis potentiorum. *Sermo Manu scriptus.*

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde peti possit copia ad has concionum structuras exornandas, & Auctores, qui hoc argumentum pertractant.

Sanctus Thomas de Aquino *tom. XVI.* habet Sermonem de S. Bernardo in festum ejusdem dicem.  
Guillelmus Parisiensis in *Propr. Sancti. serm. 33.* in Sermone hujus argumenti pro themate illa usurpat verba: *Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est:* ubi quatuor adfert causas, propter quas Sanctus hic dilectus Deo, & hominibus fuerit, nempe puritatem, humilitatem, suavitatem, & amorem erga Deum.  
Gerfon in Sermone habito in Sancti hujus honorem, desumptis pro textu verbis illis: *Fulcite me floribus, stipate me malis. Cantic. 2.* Non loquitur nisi de magno illius amore erga Deum.  
Dionysius Carthusianus & ipse habet sermonem in laudem Sancti hujus, ubi exponit gratias, quibus ille cœlestis cumulatus est, virtutes ejus, atque miracula &c.  
Canonizatio S. Bernardi ab Alexandro III. peracta, quæ invenitur ad calcem operum Sancti.  
Guillelmus Abbas scripsit S. Bernardi vitam in plura capita divisam.  
Bernardus Abbas *Bona vallis*, vitam illius pluribus capitibus comprehendit.  
Gaufridus Monachus *Clara vallis*, Tertiam edi-

Antiqui Doctores.  
Vita Sancti hujus Scriptores.

dit vitam, prioribus nihilò strictiorem. Adest & quarta suppresso Auctoris nomine. Hæc vitæ parum inter se diversæ fideliter narrant quidquid pertinet ad virtutes, & res præclare gestas ab hoc Sancto; quas si consulere velis, invenies, ad calcem Operum Sancti.

P. Theophilus Renaudus Nono suorum operum tomo in tractatu, cui titulus: *Trias fortium*, prolixum habet sermonem de S. Bernardo, ubi colligit quidquid dictum est sub titulo, & Symbolo *Apis Gallicæ.*

Hermanus in historia institutionis Ordinum Religiosorum habet compendium vitæ Sancti hujus.

P. Nover in vita Jesu in sanctis suis Meditatione pro die Augusti 20. ubi loquitur solium de illius devotione erga Verbum Incarnatum; & Sanctam illius Matrem, cujus Devoti nomen sibi promeruit.

P. Hainceve sub finem tertiæ partis Meditationum suarum in vitam Jesu Christi latius disserit de Sancti hujus devotione; verum simul addit actiones ejus præcipuas.

P. Mabillon in Præfatione operum S. Bernardi præclarum habet elogium Scriptorum Sancti.

Flecher in Panegyricis unum habet hujus argumenti.

Biroat in tertio Panegyricorum volumine.

P. Senault Presbyter Oratorii tomo tertio.

P. le Jeune ex Oratorio in quarto Sermonum suorum volumine.

Augier tomo primo actionum publicarum.

P. Texier tomo 2. Panegyricorum.

In Elogiis historicis tomo tertio, unum hujus argumenti reperies.

Auctor Sermonum in omnia argumenta, tomo tertio Panegyricorum.

Auctor Sermonum Christianorum tomo tertio.

P. Odet d'Alliet tomo primo Panegyricorum.

P. Duneau tomo 2. Panegyricorum.

In Orationum panegyricarum specimine tres sunt Synopses, vel compendia Sermonum hujus argumenti.

Si quis collectanea cupiat hujus argumenti, consulat P. Theophilum Renaud, & Auctores vitæ Sancti hujus, quos memoravimus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui applicari possunt aliquibus virtutibus, vel actionibus Sancti.

Invenit eum Dominus in terra deserta, in loco horroris, & vasta solitudinis; circumduxit eum, & docuit, & custodivit, quasi pupillam oculi sui. Deuteron. 32.

Dedit illi Scientiam Sanctorum; honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. Sapient. 10.

Justum deduxit Dominus per vias rectas. Sap. 10. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & invenies gratiam coram Deo, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Eccli. 3.

Si Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentia replebit illum, & ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientia sue. Eccli. 39.

Ipse palam facies disciplinam doctrinae sue, & in lege testamenti gloriabitur. Ibidem.

Collaudabunt multi Sapientiam ejus, & usque in sæculum non dolebitur. Ibidem.

Sapientiam ejus narrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia. Ibidem.

Ab altitudine diei timebo. Psalm. 55.

Superbum sequitur humilitas, & humilem Spiritu suscipiet gloria. Proverb. 29.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno colorum. Matth. 5.

Affectus libri.  
Conclonatores te- centes.

S. Bernardus cum Patriarchis, & Prophetis veteris testamenti collatus.

S. Bernardus Sancti Prophetæ comparatus.

Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 18.

Nemo poterat resistere Sapientia, & Spiritui, qui loquebatur. Act. 6.

Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. 1. Cor. 9.

Mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, ut vita Christi manifestetur in nobis. 2. Cor. 4.

Omnes autem invicem humilitatem insinuate. Petri 5.

Fratres, obsecro vos, ut dignè ambuletis in vocatione, qua vocati estis. Ephes. 4.

Ut non simus fluctuantes omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Ibidem.

Zelus domus tue comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Psalm. 68.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? 2. Cor. 11.

Filii, quos iterum parturiva, donec formetur in vobis Christus. Ad Galat. 4.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Psal. 38.

Exempla, & Figure ex Scripturis depromptæ.

Mos est inveniendi in Sancto unum dumtaxat peculiarem ejus characterem cum virtutibus communibus, quibus exornatur. Non omnia sunt singularia, atque inaudita in omnibus; Deus quippe dona sua dividens, singulis tribuit, quod ipsi libet. Sed S. Bernardus in omnibus singularis est; omnia possidet dona, eaque in amplissimo gradu, ita ut quacumque ex parte spectetur, in omnibus absolutissimum inveniat. Partitur cum Abraham donum fidei illuminatæ, & heroicæ, & nemo potiori jure seipsum considerat potest tanquam hæredem Patris fidelium, quam Sanctus hic noster. Non secus ac ille Patriarcha pater est frequentissimæ posteritatis; quippe filii ejus quocumque affusi sunt, & quin illi satis fuerit, ut aliis, peculiarem Ordinem institueret, hic Generalis est omnium Ordinum Pater, quoniam regulas scripsit ad eorum reformationem; dedit exempla ad illos in reformatione confirmandos, & præcepta, ut in eadem perseverarent. Similis Loth, attentus voci Dei præcipientis, ut de Sodoma egrediat, Bernardus fugit Babylone cum universa familia, ne aliquis suorum corruptionis torrente abripiatur. Similis Nec arcam extruxit, ne in universali cataclysmo involveretur; Similis Eliæ Propheta, diruit lucos, schismaticas aras evercit, docuit populos, in monte Sion, non autem in monte Garizim adorare. Similis Propheta Isaiæ, & Jeremiae a Deo missus est ad plantandum, atque evellendum. Denique S. Bernardus in omnibus fuit homo Dei, quia eminenter ceterorum dona possedit.

S. Bernardus ab ipsa infantia gratis singularibus præventus fuit, non secus ac alter Samuel; quemadmodum hujus Prophetae mater illum ab infantia devovit servituti Dei; fidei consonum est Sancti Bernardi matrem exemplum hoc secutum fuisse; & licet relationes omnes, quas habet Sanctus noster cum hoc Propheta, non sint omnino similes, liquet tamen, plurima non deesse similitudinis lineamenta. Deus S. Bernardum ab infantia affuefecit revelationi Sanctorum Mysteriorum, quod fecerat in puero Samuel. Sine temeritatis nota, innixi testimonio Scriptoris vitæ illius, credere possumus, eum fideliter servasse pretiosum gratiæ depositum, quod ipsi creditum fuerat in baptismo; qua de re ambigere nobis non licet propter curam ab illius matre susceptam illum sanctè educandi, & ea, qua ipse sibi cavuit ut a seculi corruptione abhorreteret. Mater hujus, non secus ac uxor Helcanæ illustris erat matrona ob generis sui splendorem, sed propter pietatem illustrior. Verum est matrem Samuelis sterilem fuisse; sed si Bernardi mater plures habebat filios, pro sterili haberi poterat. Houdry, Paneg. Tom. II.

rat secundum mundi morem; quandoquidem illos dicebat Deo a pueris, pia institutione, quam illis procurabat; etenim tantum aberat, quod illis afflaret superbiae sensus, magnificos conceptus, ac temeritatis habitum quales nobilibus pueris immitti solent, qui aluntur in otio, ignavia, & solatiis, per quæ putant hodierna die distinguendos esse filios, qui genus illustre sortiti sunt; pia hæc matrona illos assuefaciebat labori, cui pares erant, ut eos pro Deo profusus formaret.

S. Hieronymus comparat Spiritum J. C. in divinis communicationibus suis Arcæ Fœderis, in qua duo erant, quæ opposita videbantur. Virga Moysis, & Manna; quorum alterum severitatis symbolum est, alterum verò suavitatis. Utrumque in se ipso expertus est S. Bernardus. Crux, & Sacra Biblia juges illius occupationes fuerunt. Cum primam meditabatur, illius amaritudines gustabat; cum altera replebatur omnibus unctioibus pietatis, propter quas antonomasticè Devotus appellatus fuit. Similis apibus, quarum mel aded suave est, quia ille herbas, floresque depascuntur, ut eorum succum in dulcedinem convertant. Legebat Scripturas, non spiritu curiositatis, atque ut doctor videretur; sed ut ex verbis illius exprimeret quidquid iis suavius inest ad alendum, & edificandum cor, illudque divina charitate inflammandum, & ad animas ad Deum attrahendas suavitare unguentorum suorum. *Ex Sermonibus Christianis.*

Legimus in Apocalypsi, Angelum olim S. Joanni dixisse: Oportet te prophetare coram populis, & nationibus, coram hominibus vario utentibus sermone, & coram Regibus illuminatis, atque potentibus; sed ut hoc tibi e sententia contingat, accipe librum istum, & comede: Replebit hic quidem stomachum tuum amaritudine, sed in ore tuo dulcis erit, veluti mel. Accipit Joannes librum, eumque comedit, & utrumque effectum expertus est. Quod Sancto huic Apostolo contigit, quodammodo in S. Bernardo etiam adimpletum est. Nemo unquam majori cum zelo ac summate locutus est alienigenis, atque domesticis, Principibus, & Regibus, Episcopis, & summis Pontificibus, & nemo unquam perfectius Sacras Scripturas possedit. Diceret, hunc S. Joanni similem comeditisse librum, atque eodem fuisse saginatum; cum illius sermones, cogitata, oracula nihil ferè essent, quam textura quedam, & nexus locorum suorum. Itaque dici potest, Deum in persona illius adimplevisse, non solum, quod Angelus S. Joanni promiserat, accipe, & devora; replebit quidem amaritudine stomachum tuum, sed in ore tuo suavis erit mellis instar, verum etiam problema illud quod proposuit Samson, cum in leonis a se dilaniata gula favam mellis invenit: *De forti egressa est dulcedo:* etenim unctio charitatis suæ ita mulcebat fortissima Scripturarum placita, ut eo docente, omnes invenirent flores, & mel, ubi aliis explicantibus, nemo nisi amaritudinem, spinasque invenisset. *Ibidem.*

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Ucam eum in solitudine, & loquar ad cor ejus. Solitudo suas habet illecebras, quas pauci norunt: Qui demundo victor ibi reperit absconditum manna, solus videtur, qui bona illius novit assumere, & assequi, ejusdemque gustare dulcedinem. Non desunt, qui confugiunt illuc, quasi in asylum; sunt qui ibi tanquam in schola Deum audiunt; sunt qui ibi Deum possident, atque in illo, tanquam in Sanctuario lætantur. Timidis asylum est, discipulis schola, Sanctuarium verò spiritualibus, atque perfectis. Asylum contra tentationes, & mundi pericula: schola contra errores, & sæculi incitiam: Sanctuarium contra evagationes, & dispersiones, quæ passim in mundo usuveniunt. S. Bernardus in solitudine hæc omnia invenit bona. A quot periculis, atque tentationibus in hoc absuit

Virga Moysis, & Manna, quæ erant in testamenti duo symbola, quæ S. Bernardo conveniunt.

Scriptura Sancta S. Bernardo fuit quod S. Joanni liber, quem Angelus Apocalypsis ei præbuit comedendum.

Deliciae, & bona, quæ S. Bernardus in solitudine invenit.

abfuit aſylo? Quor, eaſque præſtantiffimas virtutes in hac didicit ſchola? Quos raptus, quas exſtaſes, quas uniones cum Deo in hoc expertus eſt Sanctuario!

Nemo poterat reſiſtere Spiritui, qui loquebatur in eo. Act. 6. Quis non admiretur vim Spiritus Dei in S. Bernardo? Erat adhuc in ſeculo, & parum ætate provectus, cum poſt ſe attraxit triginta amicos ſuos, vel condifcipulos, eoſque coegit Religionis emittere vota in Ordine Cifterciendi. Cum rumor hic in omnem manaret regionem; juvenem hunc vim habere admirabilem in eos, quibuſcum loquebatur, ut illis mundi fugam, ac Religionis ſtatim perſuaderet; matres abſcondebant filios, & conjuges viros ſuos, ne Bernardo loquente; & ſuavi vocis illius ſono illectæ, ſtatim vel viduæ, vel inutiliter matres fierent. Amici quoque amicos prohibebant, ne cum illo loquerentur, vel alio quopiam modo cum eo pertractarent; ſatis enim erat neceſſitudinem inſiſſe cum Bernardo, ut ad omnes motus illius ſequendos pertraherentur. Quia nemo poterat reſiſtere ſapientia, & Spiritui, qui loquebatur.

S. Bernardi ſcientia erat magis fructus Spiritus Dei quam ſtudium.

Quomodo hæc ſcit litteras cum non didicerit? Joan. 7. S. Bernardi ſcientia non fuit ſcientia humana, labore, & aſſidua cura comparata, ſed profuſus cœleſtis, cujus ipſe Deus magiſter fuit. Eximii Sermones, quos habemus ab illo compoſiti in Cantica Cantorum & in Homiliis in Adventu; & liber Meditationum, ſatis valida ſunt argumenta, ut agnoſcamus a Deo hunc hominem fuiſſe divinis luminibus illuſtratum. Jure ergo ex eo quaeri poteſt: Quomodo hæc litteras ſcit, cum non didicerit? Numquam Theologiæ Scholaſticæ ſtudit, & nihilominus agens de Sancta Trinitate contra Abailardum, ita pure, ac profundè loquitur, ut S. Hilarius, Loquendumne eſt de Gratia Dei, ejuſque conſenſu cum libero arbitrio, hoc pertractat argumentum eadem ſoliditate, qua ſoliditate S. Auguſtinus, De Incarnationis myſterio in ſermonibus, quos ſcripſit in Miſſis eſt, æquè eruditè verba facit ac S. Cyprianus Alexandrinus. A quo, amabo vos, hanc illè ſcientiam hauſerat? nempe a Spiritu Sancto. Ut ſanctæ vacaret Meditationi deſerta, & ſolitudinem, tamquam delicias quaerebat; illinc omnia altiffimæ Theologiæ hæciebant ſecreta.

S. Bernardi ſup. Miſſis eſt.

Quanto major es, humiliata te in omnibus. Eccli. 3. Novum non eſt, hominem e vulgo, qui nullis præclaris dotibus ornatus eſt, exercere humilitatem. Satis enim & genere, & ſtatu ſuo humiliatus eſt; neque admodum illi difficile eſt, ſubditum eſſe, humilem, lenem, urbanum; ſed intueri Sanctum inter honores ſe ſe demittentem, inter circumſtreptentes plauſus, & Principum, & populorum humilem fieri, hoc certè prodigium eſt, & profundiffima humilitas; Magna virtus eſt, humilitas honorata. Hæc virtus æquè ſublimis eſt, ac infrequens; facere magna, & ea magna eſſe, neſcire: præfulgere ob oculos omnium, ea facere, quæ omnes admirantur, ac ſtupent, & nihilo minus ſe ipſum facere nauci. Ita S. Bernardus generatim humilitatem deſcribens, ſuæ Panegyricum exponavit. Facit, quod docet; ſatis eſt illius legere ſcripta, & vitam intueri, ut liqueat neminem unquam fuiſſe ſplendidiorem, ſimulque humiliorem, Gloriæ fulgor, qui circum undique ambit Sanctum hunc Doctorem, ex illius nominis celebritate, & pretio, in quo ab omnibus habebatur, ortus eſt, quia populi, Principes, Reges, Præfuls, Pontifices, Concilia, omnes denique Ordines Eccleſiæ cum reverentur, & colunt, ejuſdemque conſilii reguntur. Veneratio, qua omnes Sanctum hunc proſequebantur, cauſa fuit, ut illi plures offerrentur Epifcopatus ac inter cæteros Mediolanenſis, acque Rhemenſis. Qualitates ſuæ, quibus vel a natura donatus fuit, vel quas ſtudio comparaverat, hanc illi pepererunt nominis gloriam; hoc enim erat pulcherrimum ævi illius ingenium, doctiffimus, & diſertiffimus inter Eccleſiaſticos; qui plura, eaque

admirabilia operatus eſt, & Eccleſiam univerſam miraculis, ac virtutibus ſuis replevit. Ex quibus omnibus facile eſt intelligere, magni hujus Sancti viri humilitatem perfectam; admirabilemque extiſſe.

Ab altitudine diei timebo. Pſalm. 55. Non timeo inimicorum meorum potentiam, ſed gloriæ fulgorem; quo me circumdatum video, hunc reſonando. Quod magis S. Bernardum plauſibus, & hominum æſtimatione florebat, eò magis latitabat, ut in nihilum ſuum, ut ita dicam, ſe reciperet. Videtur non deſiſſe quoddam certamen inter Dei liberalitatem, & Sancti hujus humilitatem. Deus illum magnificare vult, ille verò ſe ſtudet imminuere. Deus illum circumdat luminibus, & ille nil intentatum relinquit, ut ſe tenebris involvat. Libenter in tumultu latitaret ad tantam lucem hæc evitandam, in quam Mundi gloria eum provectabat, cui notori inſinitam opponit humilitatem. Si quis ſe illum in pretio habere teſtatur; præterit, quàm indignus ille ſit tali honore, quem etiam deſert aliis; & ad quemdam Præſulem ſcribens ait; non ſum talis, qualis puror. Epifcopi ad pedes ejus procumbunt benedictione ab illo petitari; illò prævertit, & ab eis benedictionem precatur. Si Eccleſiaſticæ dignitates illi offerantur, ſe illis indignum proſtitetur. Ipſe eas in Sacerdotum perſona veneratur, ſed pro ſe illas omnino detrectat; ſi propter ingenium, aut ſcientiam laudatur, homines falli teſtatur. Si miracula operatur; ad unum Deum illa accepta eſſe referenda confirmat. Denique illis, qui ad ipſam litteras dabant, hoc titulo, Venerabili primo Abbati Clara vallis; respondebat: Quid facitis? Miſerum laudatis. Ita quod magis procurabat Deus Sancti hujus Doctorem gloriam, eò magis ad eam regendam quaerebat ille latebras, atque integumenta.

Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Matth. 11. Dei Filius hæc verba dicit, quem admodum Bernardus ipſe teſtatur nobis oſtenditur, lenitatem effectum eſſe humilitatis, quemadmodum ferocitas apertiffimum eſt ſuperbiæ argumentum. Verum eſt lenitatem non minimam eſſe virtutem Chriſtianiffimam, cum etiam ſola ibi invenitur: cum autem conjuncta eſt cum firmitate cordis, generoſitate, & conſtantia in operationibus, virtus eſt præſtantiffima. Sed quiſnam inter Sanctos majorem præſtulit ſuavitatem, quàm S. Bernardus? Erat ingenio ſuapte natura ſuavi; habebat cor tenerriſſimum, ac propium ut alienorum malorum miſeratione afficeretur; & Dei gratia optimis naturæ ſtudiis accedens in hoc homine mirum in modum profecerat. Adde his; ſtudium, quo ille virtutes omnes ſibi comparare fuerat admiſus, effuderat, ac ſeverat in moribus, ſcriptis, totaque vita illius talem ſuavitatem, ut dulcedinem tantum omnibus afflare videretur. Attamen cum de gloria Dei agebatur, nunquam viſus eſt alter illo conſtantior, vel qui liberius cum Regibus, aut Principibus loqueretur. Eorum vitia corripiebat, ea ſeveritate, quæ uni illi tantum convenire videbatur, & de eo dici poteſt, quod olim de S. Paulino, qui cum Principibus tamquam Princeps, cum Regibus verò tamquam magiſter loquebatur.

Mortificationem Chriſti in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Chriſti manifeſtetur in nobis. 2. ad Cor. c. 4. Spiritus poenitentia ita S. Bernardum occupavit, ut corpus, & anima illius omnem illius ſeveritatem fuerint experta. Hæc poenitentia omnem ferme uſum omnium ſenſuum abſtulit. Ita enim exſiccavit corpus illius, ut larva nudis oſſibus coherens videretur, omni morborum genere confectum. Ita a materia ille avulſus fuit, ut de eodem dicere poſſimus, quod de S. Paulo D. Chryſoſtomus, illum videlicet animam proſus nudatam habuiſſe; vel quod Tertullianus de Chriſtiano temporis ſui, inveniffe artem corporis relinquenti, quin mors illum a vita ſepararet. Qui enim aliter definiti poteſt Anima hominis ſecus oram ſtagni ambulantis, & nihil ſcientis, qui liquor

Quod magis S. Bernardus credebatur, eò magis ſe aut humiliabat.

Admirabilis illius ſuavitatis ubi opus erat cum generoſitate firmitate conjuncta.

Admirabilis mortificatio S. Bernardi in corpore noſtro.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, atque Sententia Sanctorum Patrum, & aliorum Argumento huic accommodati.

Tota vita Chriſtiani, ſi ſecundum Evangelium vivas, crux eſt atque martyrium. S. Maximus Sermone de Martyr.

Magna virtus eſt humilitas honorata, h. e. inter honores. S. Bernardus in Miſſis eſt.

Magna, & rara virtus, ut licet magna opereris, magnum te eſſe neſcias. Idem.

Inſupportabilis eſt abſque ſcientia zelus. Sic agebat S. Bernardus.

Plane moriar mihi ipſi, ut tu (Deus) ſolus in me vivas. Idem.

Hoc mihi tecum pactum erit, plane moriar mihi ipſi, ut tu ſolus in me vivas, totus intra me ſlebo, ut tu ſolus loquaris in me, totus queſcam, ut tu ſolus opereris in me, & per me. Idem in Benedict.

Si amittitur humilitas, virtutum aggregatio, non niſi ruina eſt. Idem Epif. 41.

Humilitas magna virtus, que meretur, quod non docetur. Idem ſerm. 81. in Cantic.

Meretur humilitas, ut alia virtutes dentur, quoniam humilibus Deus dat gratiam. Idem Epif. 41.

Quid faceret eruditio abſque dilectione? quid abſque eruditione dilectio? erraret. Idem ſerm. 69. in Cantic.

Modus diligendi Deum, eſt diligere illum ſine modo. Idem tract. de diligendo Deo.

Falleris, fili, ſi te potius ſcientiam invenire apud Mundi Magiſtros, quam ſoli Diſcipuli Chriſti, id eſt mundi contemptores Dei munere aſſequuntur, nec enim hanc lectio docet, ſed unctio; non littera, ſed Spiritus, non traditio, ſed exercitatio in mandatis Domini. Idem Epif. 109.

Cum amat Deus, nihil aliud vult, quàm amari; quippe non ob aliud amat, niſi ut ametur, ſciens ipſo amore beatos, quò ſic amaverint. Idem ſerm. 83. in Cantic.

Zelo Domus Dei comeditur, qui omnia perverſa, que videt cupit emendare, & ſi emendare non poteſt, tolerat, & gemit. S. Auguſtinus in Joannem.

Illi verè Doctores ſunt, qui cum per rigorem diſciplina patres ſint, per pietatis viſcera matres eſſe noverunt, quò labores Sanctæ conceptionis tolerant. S. Gregorius lib. 3. in Job.

Loci decerpi ex autoribus vite Sancti hujus.

Aſſorptus in Spiritum, videns non videbat. Auctor vite S. Bernardi.

Ita mundum ſibi, & ſe mundo crucifixum reddidit, ut conſidamus eum martyrum merita obtinere Sanctorum. Alexander III. Scribens ad Epifcopos de ejus Canonizatione.

Cujus facta, & ſcripta ſcintilla quedam ſunt ignea charitatis. Gerſon ſerm. de S. Bernardo.

Pro plenitudine devotionis gratioſus. Epif. Alexandri III.

Totus omnium, & totus ſuus. Ibidem.

Solitudinem ubique ſibi efficiens, ubique ſolus. Auctor vite ejus.

Cum mundi fugit honores, honorem non effugit. Idem.

Dicitur publicè, quod nihil ei impoſſibile, quod a Deo poſſulat. Idem Auctor.

Romanam Eccleſiam ſub gravi perſecutionis turbine laborantem, tam vite merito, quàm data ſibi calidius ſapientie ſtudio ſuſtenuit. Alexander III.

Vincebat ſublimitatem nominis cordis humilitas. Auctor ejus vite.

Hæc ſigna facere facilius, quàm aliis facta narrare. Idem.

Terror quidam, & auctoritas ſupra hominem in facie ejus viſibilis. Idem.

Scientia Sanctorum magis loquitur cor, quàm merentem illum.

Oſta 2.

Ad Epheſ. 3.

In miraculis faciendis post Apostolos clarissimus. Hæc verba scripta fuere in ejus tumulo, die Trans- lationis ipsius. Doctor mellissimus. Ita passim vocatur. Decus Ecclesie, Religionis arbiter, gemma Sacer- dotum. Vir hujus Ordinis doctissimus.

PARAGRAPHUS V.

Quidquid ex Theologia locis ad hoc argumentum valeat hauriri.

Rationes propter quas S. Bernardus adeo austeram egit penitentiam, licet vitam egerit innocuam. Tres causæ impellere possunt Sanctos viros, licet omni culpa vacent, ad penitentiam agendam. Hanc agunt ad præterita, licet in se ipsi levia, peccata eluenda; Hanc agunt ad prævertendum eorum periculum, in quæ labi possent; Hanc denique agunt, ut Salvatorem imitentur, atque ut in corporibus suis mortificatis aliquam referant corporis ejusdem crucifixi similitudinem. Hæc tria Evangelii principia S. Bernardum ad penitentiam amorem inflammaverunt. Ille quidem in gravia peccata lapsus non est, & integram corporis sui puritatem cum virginitate servavit. Sed ipsa criminis umbra ex Sancto viro Deum amante requirit, ut in se lapsus quolibet gravissimè puniatur. Sanctus hic adolescens Religiosum statum amplexus est tamquam statum penitentiae. Scribens ad Honorium II. ait se Deum orare in Monasterio, quod recedere eum peccata sua compulerunt; & in hoc penitentiae spiritu, nequaquam illi sufficiunt communes austeritates; recentes, ac proprio Marte excogitatas adjicit, ut indulgeat zelo suo, ad mininas etiam peccatorum suorum reliquias expiandas. Non est ille quidem in manifesto periculo Deum offendendi, præterquam quod in peculiari Providentiæ illius clientela versatur, in Religionis portum confugit, tutus procellarum, quæ illum perdere poterant; Sed in Sancto viro peccatum metuente, minima quævis pericula magnos tumultus cient, ut quàm diligentissimè sibi caveat, & ambulet per viam arctiorem quidem, sed tutiorem. Dicit cum Apostolo: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. Castigo corpus hoc, utique corpus hoc adeo purum, & innocens, ne fiat nocens, & impurum. Hoc penitentiae genus S. Bernardus amplectitur, hoc sibi sequendum esse putat non in claustris solum, sed in Mundo.

Licet in Republica, & Ecclesia quidem institutus sit ordo, ut Reges super ceteros homines emineant, ut aliis imperent; & Episcopi super Christianos effulgeant, ut illos regant; & Summi Pontifices aliis præsent Episcopis, ut regant illos: sunt tamen nonnulli, qui extraordinaria missione super alias attolluntur potestates, & qui nullo peculiari caractere insigniti, nisi propriæ virtutis, imperant Regibus, Episcopis, atque adeo Summis Pontificibus, & sunt Diis similes in republica, & Ecclesia. Talis exitit S. Bernardus dum vixit in terris. Simplex erat Sacerdos, & Cœnobita, cujus omnis auctoritas inter sua Claustra, vel ad summum in Ordine suo continebatur: Tamen Dei Filius attollit eum super summos Pontifices, & Reges, cumque constituit, absit invidia verbo, Deum totius orbis Christiani, Cum Deus Moysen misit in Ægyptum, suam illi communicavit potestatem, cumque hæc a Divinitate nequeat separari, cum Dominum supremum constituit, constituit etiam Deum Pharaonis. Constituit se Deum Pharaonis. Quamvis hæc missio fuit admirabilis, fuit tamen terminis definita: intra Ægyptum se se continuit, & Moysi contulit potestatem in eum unum Regem, qui rerum summam in eo regno obtinebat. Sed nullis fuit finibus circumscripta S. Bernardi auctoritas. Ubique in toto orbe Christiano imperat. Videtur pro subditis habere Reges, ipsosque Pontifices; & cum illum de Cœnobio eduxit Deus, atque in adeo ampla potestate constituit, videtur usus istidem verbis, quæ olim Filio suo dixerat: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem

Rationes propter quas S. Bernardus adeo austeram egit penitentiam, licet vitam egerit innocuam.

Ad Cor.

Sunt, quibus Deus præter ordinem majorem tribuit auctoritatem quam ipsi Principibus sive Pontificibus, sive Ecclesiasticis.

Exod. 7.

Psal. 11.

tuam terminos terra: vel saltem eodem pacto cum eo, atque cum Apostolis se se gessisse, quos teste Propheta Principes totius orbis constituit. Constituit eos principes super omnem terram.

Doctum fieri sine studio, hoc esse debet privilegium status innocentiae; dicit enim S. Thomas quod veritas ulro se se menti obtulisset, quin eandem inquirere debuisset. Sed quàm differt status noster in eo situ, in quem nos peccatum egit præcipites. Nihil discimus nisi summo cum labore, ita ut verissimum illud sit veteris nescio cujus effectum, scientiam modò esse non posse, nisi fructum studii molesti, ac pertinacis; cum peccator non minus damnatus fuerit ad se se excolendum, ut peritus, ac doctus evadat, quàm ad agros excolendos ut illos uberes faciat. Ita prodigii loco habendus nobis est homo, qui perfectè eruditus sit sine ope profundæ meditationis, lecturæ constantis, & diligentis eruditionis: hoc enim illud est, quod studere appellatur. Sed S. Bernardi scientia omnino alia fuit; divinam eloquentiam suam minime debet Rhetoribus, neque Philosophiam suam Aristotelicis codicibus, neque Theologiam, profundamque Scripturarum intelligentiam præcis Patribus, ac Interpretibus. Hanc immediatè hausit ex ipso veritatis fonte, ex thesauris scientiæ, ex profunda Sapientiæ abyssu. Ibi adeptus est admirabiles cognitiones, quas aliis incomparabili tradidit efficacia. Neque enim idem est dicendum de scientia per spiritus operationem, & studii constantis ope comparata, ac de illa, quæ a Deo inspirata est. Prior illa non habet hunc secretum influxum in nos, quem habet altera, præcipue verò cum agitur de persuadendo, & de voluntate nostra movenda. Non loquor solum de humana scientia, sed de divina labore comparata. Hæc traditur quotidie in scholis Theologicis; Hæc in Ecclesiasticis caribus prædicatur, sed quo eventu? Mirum est, cum ex pluribus Auditorum millibus unus revertitur de fide melius sentiens, vel ad rectè agendum melius dispositus; sed scientiæ hujus, quam Sanctus noster ex ipso fonte veritatis hauserat, id proprium inest, ut erahat Auditores, eosque jubeat acquiescere veritati.

Illos Doctores appellat Ecclesia, a quibus recipit doctrinam generali approbatione, tunc verò præsertim, cum illius sanctitatem agnoscat. Patres autem eos vocat, quos scientia sua, antiquitas, virtutes nobis commendant, sed quorum Theologia nititur magis Scripturis, ac Traditioni, quàm Scholasticis argumentis. Ita Doctorem nomine vocari possunt Sancti, qui doctrina celebres evaserunt post mortem; sed Patrum nomine illi solum dicuntur, quorum auctoritas jampridem explorata venerabiles reddit, & quorum modus tractandi dogmata Religionis abest ab argumentationibus philosophicis. S. Bernardus utrumque nomen est meritus. Alexander III. primum illi tribuit in Missa, quam pro ejus Canonizatione celebravit, in qua Doctorem Evangelium illi recitavit; & Innocentius III. illi eloquenter hoc elogium confirmavit in collecta, quam pro illo composuit, ubi illum Doctorem eximium appellat. Qualitas altera, videlicet Patris Ecclesiæ satis solidis innititur fundamentis. Judicium ferri potest de penetratione luminum suorum in supernaturalibus ex duobus Sermonibus in Cantica, ubi loquitur de imagine Dei, qualis est in Verbo, & in anima rationali, deque simplicitate essentiae Divinæ tanta cum profunditate, & congruentia, ut nemo vel ante, vel post illum melius hoc tractaverit argumentum. Hoc ipsum dicendum est de admirabili modo, quo in Epistola 109. scribit ad Innocentium II. de infinito Passionum Christi pro nobis merito. In libris de consideratione liquet, nihil ad Disciplinam, & Canones Ecclesiasticos attinens cum fecerit, constat omnia ejus scripta sapere Spiritus Sancti linguam, ac passim testari, quanta in eo erat scientia Scripturarum. Non aliud ferè sunt quàm opus textile ex decerptis Veteris, Novique Testamenti verbis

Psal. 45. Privilegium status innocentiae, dicitur esse sine studio, videtur communicatum S. Bernardo.

Quid sit esse Patrem, & Doctorem Ecclesiæ. Quo modo hæc duo nomina S. Bernardo conveniant.

compositum, quibus adeo luculenter opera sua locupletavit, ut tamquam pretiosi lapilli aptè, & pro rei natura dispositi videantur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, recentibusque Concionatoribus loci.

SI de Sanctis judicandum esset, quemadmodum ipsi de se judicantur, nec alia virtutum suarum superesset forma, præter eam, quam nobis scriptis reliquerunt; frustra hoc in loco S. Bernardi elogium contexerem; hoc unum vobis dicere possem illum, quantumvis magnus coram Deo, & hominibus extiterit, semper tamen in oculis suis fuisse minimum; illum quidem omnes laudes fuisse promeritum, & nullam sibi deferri passum fuisse; ab universo mundo habitum, vocatumque fuisse Sanctum, & unum ipsum se talem non credidisse. Nihil illi visum est adeo stocci faciendum, quàm pretium, in quo ab aliis habetur, gloria quæcumque ab homine profecta illi semper inanis est visa, & virtutis suæ existimatio, virtuti ipsi fuit gravis. In honoribus se ipsum non novit; reperit se in humilitatibus. Timet, ne quis cum laudet, ut fallat, aut ne quis cum laudans fallatur. A favorabili amicorum suorum judicio provocat ad pavide conscientia suæ testimonium. Credit se ab aliis conjectando laudari, se vero ex proprio sensu, & cognitione condemnat. Meruit, ut quidquid sibi laudi vertitur, sit laqueus, & insidia; quæ nutanti humilitati suæ nectantur, vel aliena charitas, quæ cum veritatis, & justitiæ detrimentum impenditur sibi. Hæc ipsissima sunt illius verba, & parum abest, quod in operibus ejus colligens hæc spiritus sui reliquias intercidam hoc in loco Sermonem meum, ut reverenti silentio veneret, quod ille per modestiam lateat voluit. Sed humilitas nullum ampliùs habet jus in virtutes, quæ jam consummatae sunt. Laudandus est Dominus in Sanctis suis, cum ipse post illorum mortem debitum laudum præconium impendit. Ex Omnipotentis ara fumans hanc thuris particulam, videlicet hanc laudis partem, quam illis destinat; Ascendamus suggestus illos, de quibus Dei verbum annuntiat, ut inflammandos fideles eorum exemplo qui illud vere am sapienter, atque constanti ore laus Sancti profectat. Flebier.

Illi, quos Deus ad Religiosam vitam appellat, ut plurimum celant consilium suum, donec accesserit tempus illius exequendi. Ex vocatione quoddam mysterium sit, ne ullo perturbetur obice, qui ab aliquo statui potest. De viribus, ac virtute nostra diffidimus, ac metuimus, ne a consanguineis, vel ab amicis sectamur. Consilium sumitur, & experimur, quia nosmet prodamus; secretum est, quod uni Deo volumus aperire, & quod sedulo in conscientia nostra celamus; nimium beati, si facultum, familiam, nosque metipos fallimus, si in solitudinem sine rumore secedimus, & mundum vincere incipimus timendo, ne ipsi vincamur. In S. Bernardi vocatione plus gloriæ, & nobilitatis invenies. Omnibus amicis aperit consilium suum; in familia sua palam significat, neque satis est illi periculum in quo est evitare, vult aliis ostendere viam, quam secuturi sunt ad illud fugiendum. Non solum se subtrahit mundo, velle, si posset, illum ad solitudinis statum redigere, vel saltem nihil ibi suum relinquere; secumque in desertum abducens patrem, fratres, sorores, amicos, licet adhuc adolescens, sit tamquam domus suæ Caput, & suæque familia Patriarcha. Sed quem eligi recessum? Cum secessionis desiderium, terrenarumque rerum fastidium quosdam invadit spiritus, qui ex dimidio sui tantum conversi sunt, domos sibi commodas querunt, opulenta monasteria, ubi sub Religionis tunica, & observantia possint tegere, ac tueri quidquid de mundi spiritu sibi reservare desi-

De vocatione S. Bernardi ad vitam Monasticam.

derant, si solitarios esse volunt; volunt saltem sibi ad arbitrium concinnare solitudinem. Secularibus abrenuntiant dignitatibus, sed ex pietate sua gloriam aucupantur; & ut consolentur, quia ab hominibus secesserunt, haud agrè ferunt, ut ad se ipsos seculares accedant. Nil horum passus est S. Bernardus; sibimet dixit, quod mox omnibus Fidelibus dixit, uno ictu, & haud hæsitanter infringenda esse vincula omnia, quibus anima, Deo vocante, retinetur. Itaque ille sibi solitudinem quæsit ubi & ille mundi, & mundus illius posset oblivisci, & ubi virtutem exercere posset, quæ mortales illum virtute præditum esse cognoscerent. Idem.

Decimus tertius, vel præter propter volebatur annus, ex quo in Abbatia Cisterciensi arcta, & severa florebat disciplina; haud intermissa jejunia, jure silentium, in via solitudo, preces assidue primæ erant regulæ eorum, qui illud amplectebantur Institutum. Ibi S. Bernardus jugum Domini ferè decrevit ab adolescentia; ibi oculi voluit in Deo. Hoc fuit primum virtutis Sancti hujus specimen; abscondere simul generis nobilitatem, naturæ privilegia, quibus abundè ornatus erat, & ea omnia, quæ a fortuna sperare poterat in caligine vitæ humilis, & omnibus, præter Deum, ignota; & jure asserere possum illum in sanctorum scientia Magistrum fuisse, cum non nisi Discipulus esset in studio virtutis; quandoquidem tunc temporis Spiritus Sanctus illum sublimiori scientia repleverat, illi afflaverat desiderium relinquendi mundum, cum adhuc puer esset, cum ingenii fulgor vix in oculos hominum insilire incipiebat, & prima vitæ spes diurnam hominibus pollicetur bonorum, & honorum, quos cupiunt, perfruiturum. Non deest in mundo nitendi ars, ut optime noctis, alii quidem scientia, alii animo, ac vi, alii nobilitate, quam iis contulit genius; & hæc ars unum est ex elementis mundi, & unum ex primis radimentis, quæ tradit, ut cum D. Paulo loquar: Secundum elementa Mundi hujus. Sed in Dei famulatu adest ars, & scientia se se abscondendi, quam Dei Filius, ipsa videlicet Incarnata Sapientia, nos suo docuit exemplo, annorum triginta celans Eclypsi quadam suæ gloriæ radios in vita abscondita, & ignota. Sanctus autem noster non ne in ictu oculi evasisset videretur ad hujus scientiæ fastigium, quia dicto citius S. Roberto duce primo Cisterciensi Abbate, mundè oculos fesellit, sentiens se interius agi, ut novo, sanctoque huic Instituto nomen daret, vestigia Sancti Institutoris lecturus. Sermo Manuscriptus, & Flebier.

Ubi tacitus mecum reputo modum quo S. Bernardus se Deo in Religionis statu devovit, jam sentio illum jam adeptum fuisse Sanctitatem, cum strenuum init consilium semet illi in statu hoc proferri dicandi; ubi verò illius vitæ rationem intueor, nullus dubito illum a Deo datum, & in Religionem missum fuisse, ut ostenderet, quoniam fervore sibi sit deservendum, atque ut hunc eundem statum ad suæ originis, primæque institutionis perfectionem revocaret. Et sanè in hac vocatione illud peculiare, atque admirabile occurrit in hac vocatione, quod quasi putasset, se parum dare Deo dando se ipsum tantum, immisit hanc ipsam mentem illis, qui cum ab incerto deterrere adnitebantur, & quorum magis videbatur interesse, si eam in sæculo retinerent. Lucratus est fratres suos, consanguineos suos, & familiares, quos aptos censuit huic generi vitæ adeo perfectæ. Mox exemplo suo amicos attraxit, ita ut ejus a mundo fuga potius triumphus videretur. Quoniam in desertum ingressus est, postquam expulserat Ægyptum, ut Deo faceret Sacrificium non solum sui ipsius, verum etiam omnium suorum, non deserens eos, quod alii facere consueverunt, sed eos secum abducens, ac agens frequentem hunc animum gregem, quæ omnino secedunt Domino immolandæ. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

S. Bernardus Cisterciensem elegit Abbatiam.

ad Galat. 2.

De vocatione S. Bernardi ad vitam Religiosam.



Vix austeritas S. Bernardi.

Vix Ordinis Cisterciensis ingressus est castra, cum hanc sibi legem indixit sibi penitus moriendi, Deo uni victurus, facturisque ut unice Deus vivat in se. His verbis generosum suum declaravit consilium: Hoc mihi secum pactum erit, inquit cum Deo loquens, plane moriar mihi ipsi, ut tu solus in me vivas; totus intra me silebo, ut tu solus loquaris in me. Tamquam si nemo unquam majoribus captis destinatus fuisset, Deus, qui illum in solitudinem hanc vocaverat, eundem tamquam Moysen alterum convenit, ut faceret ex eo suae potentiae instrumentum, suaeque auctoritatis sequestrem; sed ibi illius periculum facere voluit aliquantisper, & praestolari donec omnino mortuus esset omnibus naturae sensibus, & propriae voluntati prorsus abrenuntiasset, ut eo in statu esset, ubi voluntati Dei resistere non posset. Hoc in loco quidquid rigidissimum habet orientis ordinis austeritas; quidquid mortificationum strenuum cor sancto fervore succensum, & actum ardenti desiderio placendi Deo potest excogitare; quidquid sanctae crudelitatis in corpus innocuum exercere potest odium sui ipsius, S. Bernardus re adhuc integra amplexus est, quin cogitaret, quam essent divinae quaeque habens tunc aliam mentem, quam deservendi Deo per abrenuntiationem perfectam rerum caeterarum. Hoc animo saepe ex semetipso sciscitabatur: Bernardus, ad quid venisti? qua mente huc ingressus es, non ne ut Mundo moreretur? Non ne ut totus Dei fieres? Quod mox dicere consueverat quibuscumque eorum, qui se se eidem regendos tradebant. Videlicet in ipsa Caenobii janua relinquenda esse corpora sua, voluntatem suam, quam a Mundo illic attulerant, ut in ejus locum spiritum docilem, atque alienae voluntati penitus subditum subrogarent. Idem.

Sensuum mortificatione, quam in religio statu exercuit.

Cum jam sciret S. Bernardus, passim corpus originem esse maxime periculosarum cupiditatum, & illud praeter ceteris maxime adversari motibus Spiritus Sancti, juxta praecipuum Apostoli caput circumferre mortificationem Jesu Christi in omnibus membris atque sensibus suis erga omnia objecta, & in omnibus occasionebus. Hanc ille gessit in oculis, quibus saepe non nisi ploratus utebatur, eos terrenis quibuscumque obstruens objectis, quasi sedus cum illis pepigisset cum Sancto Job, ne respirarent objectum ullum, quo cor illius posset labefactari; sed qua fide, quo rigore? Nam cum curiosus illos defixisset in foeminam, ingressus in gelidum immisit stagnum, ad extinguendum ardorem, quem illa ignis scintilla poterat in suo corde inflammare. Sed cum in Religione maneret, videbatur sese voluntariae caritati obligasse; non enim solum noxiis quibuslibet objectis oculos obstruxit, sed neque innocuis aperuit, ita ut post annum integrum ne sciret utrum locus, ubi morabatur, fornicibus, aut laquearibus rebus esset; & postquam diem integrum secus oram lacus ingentis deambulaverat, id ne sensisset quidem. Abstinencia, & jejunium, quae illi in habitum transierant, non solum corpus ejusdem enerve, macieque confectum effecerant, sed omnem eidem saporis sensum abstulerant, ita ut non solum omni careret voluptate, & gustu, quam alii experiuntur in cibis; verum etiam esculenta a poculentis nequaquam distingueret. Oleum pro aqua sumebat, & jam pransus, quibus usus cibis esse ignorabat; & si qualitas ciborum, non videretur hominis esca; minima quantitas prodigii loco est habenda, non jejunii. Post caenam adeo frugalem non invenit ille requiem, crena ipsa magis suavem, aut deliciis affluentem. Noctes traducit in somnos in orationibus; & cum lassitudo, vel laboris oppressio cum cogit somnum carere, hoc tempus est, cujus jacturam desinet amarissime. Dicere consueverat, si alii motus horam retardare adnitebantur, se non aliam nosse vitam propinquandae rationem, quam quidquid poterat a somno refecare, quam mortis speciem vocabat. Indumentum, quod aliis hominibus occasio est molliciti, & vanitatis, San-

cto huic viro medium est regendi secretiorum; ac diuturniorem mortificationem aculeis ciliici asperiri, quod nunquam exiit, nisi ut asperius indueretur, cum prius esset attritum. Cellula ejus tandem sepulchrum erat, ubi se adhuc viventem sepeliebat, Deo uni victurus. Hic erat status, quo se venturum decreverat: Plane moriar mihi ipsi, ut tu solus in me vivas. Idem.

Acceperat S. Bernardus a genitoribus suis, qui juxta cor Dei vitam agebant, validas in pietatem propensiones; ita ut in solitudine eandem tantum exercuerit virtutes, quae fuerant pueritiae suae exercitia. Religionem ingressus est, ut ibi victimam immolaret, quam preparaverat iis annis, quos in saeculo transegerat. Verum quidem est non levibus eidem fuisse laboribus sui consilii victoriam; plurimae illi superandae fuerunt difficultates, multique obices infringendi, ut perfectè sese Deo deberet. Quidquid in mundo suavius est, quidquid officiosius est in amicitia, quidquid in natura aptius est ad movendum, hoc ab amicis, & a fratribus praetermissum non est, ut hunc in saeculo retinerent. Quibus rebus ita vehementer affectus fuit, ut aliquot dies agonis speciem quandam pertulerit, volens, sed minime valens femet a mundo divellere, ubi omnia ad eum retinendum conspirabant. Illustre genus, commoda fortuna, temperamentum suapte natura delicatum, praesertim vero consanguinei illius amantissimi, & quorum amor cum multa lacrymarum effusione conjunctus acerrimam vim inferebant optima illius indoli, & cordi. Sed magna virtute repletus, cui gravissima difficultates tamquam igni magno alimentum eidem alendo necessarium suppeditabant, omnes superavit obices, qui in majorem triumphum sui gloriam cesserunt. In hoc sollicitudinem, turbamurque statu Templum ingressus est, & ad Crucifixi pedes provolutus mandentibus oculis Deum Misericordiarum oravit, ut fortitudinem suam confirmaret, roburque adhaereret ad haec omnia vincula infringenda. Clamavit, ut olim Judith: Confirma me Deus in hac hora. Confirma me Deus in hac hora. Confirma me Deus in hac hora. Confirma me Deus in hac hora.

Obices, quos S. Bernardus invenit in vocatione sua.

Judith 13.

S. Bernardus replet omnia Religiosi officia.

S. Bernardus vir solitudinem ingressus erat, cum omni terrenarum rerum cura neglecta, in id unum incubuit quomodo omnia repleret ejus status officia, quem erat amplexus. Bernardus passim sibi ipse dicebat: Bernardus, ad quid venisti? Huicine adduxit te Religio, an Deus per misericordiam suam? Hic locus est ubi non nisi juges humilitatis & abnegationis sui ipsius operationes videntur; ubi non occurrunt nisi homines ciliici induti, ac tecti cineribus; ubi officia omnia sunt cum labore, & humilitatione conjuncta; ubi suffocatur ambitio amore contemptus; locus est, ubi non nisi pauperes spiritu videntur, homines esurientes, & scientes justitiam; animae supra carnem, & sanguinem elatae per orationem, atque meditationem; poenitentia sine ulla intermissione; hostiae viventes, quibus gratia semper vitam largitur, & austeritas semper mortem infligit; locus, ubi noctes diesque cupiditates sacrificantur, ubi oculi deruantur, ubi praescinduntur manus, ubi quique se odit, atque mortificat. Verbo denique dicam, locus est, ubi jugiter vacatur imitandae vitae Filii Dei. Vita autem ejus assidua fuit crux, & profunda humilitatio; opus est ergo, ut omnibus doloribus ejus conficiat

scire, & austeram superbiae praelationes suas, ambitionis imperium, voluptati delicias; mundum cordi meo, & meum cor mundo, ut de Jesu Christo vivam, & de Jesu Christo crucifixo. Haec omnes cogitationes tantam habebant vim in S. Bernardi corde, ut difficile esset magis, praeter illos crucis & dolores amare. Cum autem doloribus non affiebat ultra, cum Deo conquebatur, tamquam oblivioni datus, cum mundus praeter morem virtutem illius persequi cessabat, ultroneas ille sibi passiones procurabat, & cum Deo non mittebat illi crucis, ille eas sibi inferebat, nunc cruentis flagellis credendo, nunc se prorsus nudum in itagna glacie adstricta conjiciendo, ut penas sumeret de corpore suo ob unicum obtutum, qui omni etiam culpa vacabat; cum sibi persuadere non posset, quod cum factus fuisset membrum Dei patientis, ejus innocentia timulus esset legitimus, ut se dispensaret a poenis, & sub capite spinis coronato tunc se ipsum rosis redimitet. Non possum vivere sine vulnere, cum te videam vulneratum. Magnam profecto documentum, quod saecularium molliciem confudit, qui propter vota in Baptismo nuncupata bajulare debentes crucem cum Filio Dei, aequè ac S. Bernardus, nullam sibi vim facere voluit, ut sequatur, & suavissima Evangelica placita amplectantur. Quid S. Bernardus non egit, ut Fideles ab errore adeo pernicioso revocaret? Ejus exemplum, verba, scripta, nonne in aeterna cedunt probra animabus incertis, ignavis, & oscitantibus, quibus Salvatoris jugum, quod ille asserit leve esse, semper durum, asperum, & non ferendum, vilebatur? Idem.

Licit S. hic innocentem ducebat vitam, semper tamen austeritatem exercuit ad vitanda quibus prope nos obijciunt cupiditates nisi subigantur.

a. d. c. n. s.

Verum est S. Bernardum nequaquam passum fuisse, ut vehementer cupiditatum suarum torrente raperetur, a quo ferè omnes abripiuntur, qui clari otii genere commodam in mundo vitam agere possunt. Verum est nunquam permisisse, ut cor illius vel voluptatibus, vel opibus, vel saeculi honoribus corrumpatur; tamen sciens rem difficillimam esse in mundo, & cum mundo vivere, quia aliquando illecebris ejusdem falli, & inanibus ejusdem gaudiis allici sinamus, nec non jugiter tentationibus illius septos esse, quin in illas incidamus; ille tamen semper contra seductorem saeculi spiritum ita cautè se gessit non sine peculiari numinis gratia, ut nunquam labe aliqua fuerit infectus. Sanctus hic vir profecto nunquam lapsus est in crimina, quae per se gravia essent, sed in oculis amoris sui erant gravia. Zelus gloriae Dei persuadeat illi, minores noxas maximis poenis esse puniendas. Vult etiam praevertere peccata, quae possent committere, & infirmum corpus, quod cum suapte natura spiritum adversetur, ad arma confugere posset, nisi cautè in officio contineretur. Ad haec, neque satis est illi, si abstineat caro a qualibet in Deum contumelia: vult etiam corpus suum templum fieri in illius honorem dicatum, & esse gloriae ipsius instrumentum, quemadmodum dicit S. Paulus: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro: quod autem impulerit etiam S. Bernardum, ut quamvis innocens poenitens feret, fuit desiderium sese conformem reddendi Jesu Christo crucifixo. Non putat satis esse exprimere in anima sua spirituales Salvatoris virtutes, vult etiam exprimere in corde suo statum dolorum, & mortis ejus, ut dicere valeat se cum Christo cruci esse confixum: Christo confixus sum cruci. Aliam quoque licet rationem afferre austerissimae hujus Sancti poenitentiae desumptam ex zelo, quem illi pro salute proximi afflaverat Deus. Cupiebat vitæ hujus poenitentiae exemplis confundere ignaviam, atque injustitiam nostram in iis, quae pertinent ad poenitentiam. Hanc quidem nos facturos pollicemur, sed nunquam fidem praestamus. Ille ad Salvatoris exemplum crimina peccatorum suis lacrymis, & sanguine expiare cupiebat; & noverat, quemadmodum in Cruce Salvator humani generis salutem fuerat operatus, se se non posse velius ad animas convertendas praeparare, quam imitando poenitentem vitam Jesu Christi crucifixo, & morientis, Et Sermonibus Christianis P. Texier.

si crucifixo, & morientis, Et Sermonibus Christianis P. Texier.

Quomodum consociari potest auster poenitentia, quam S. Bernardus exercebat cum vita adeo innocenti, & perfecta, qualis vita erat illius? Quid enim erat in anima adeo recta corrigendum, quid in corde tam casto expiandum, quid regendum in corpore adeo rationi subiecto? Sed Bernardus longe aliud spectat, ac nos. Scit Apostolum nos adhortari ut immolemus corpora nostra Deo, tamquam toridem hostias viventes; & novit sacrificium hoc tum ante crimen, cum post crimen fieri posse; ita tamen ut si ante crimen fiat, sit voluntarium, si autem post crimen, sit ineluctabilis necessitatis. Nil praeterea opus est, ut ille austerissimam amplectatur poenitentiam aetate illa, quae nondum provectior est, & adhuc viridis. Heu! quid, inquit ille, Dei mei amor a me obtinere non poterit, quod fortasse deinceps justitiae illius detractare non potero? Quod in me legitimum mereret animadversionem nisi haecenus me gratia sustinisset, non potest esse effectus solius fervoris, quem habere debet anima Christiana? Caeterum quandoquidem licet nobis ex corporibus nostris victimas facere, nonne aequissimum est, id praestare antequam libidinibus effata sint, deliciis fracta, illecta voluptatibus; quam postquam nequissimarum cupiditatum fuerint instrumenta, curarum maxime sollicitarum objecta, idola affectionum; simulque demonis ipsius victimae? Haudquaquam, Domine, aequum non est, ut hoc pacto tecum agamus; hoc est insignem inferre contumeliam majestati tuae, eidem miseris inimici tui reservare reliquias. Hi sensus sunt, qui Bernardum impulerunt ad asperius quaslibet austeritates sequendas. P. Marinianus.

Ita sane, neque dubitandum est, multis sumptibus Divo Bernardo stetit ad eum perfectionis apicem ascendere; plurima illi ob id subquanda fuisse certamina, multaque referendae victoriae. Sed quem praeclearum nactus est mercedem! Deus enim ex illius replebat, postquam hoc ex se mer exhaurebatur, & quemadmodum totum se confert omnia propter amorem suum relinquenti, nullum cor unquam majoribus gaudiis cumulatum fuit, neque defeciores gustavit delicias, quam cor S. Bernardi. Quemadmodum Sanctus hic est homo Dei, Deus victimam Deus est hujus Sancti; & hic illum jam possedisse videtur. Extases, raptus, suspensiones facultatum animae suae in Deo absorptae, haec illi ita frequens erat, ut mirum non esset amplius. Adiciebat illi Deus blanditias, & adeo singulares gratias, ut in terra hac, & in hac lacrymarum valle vivens certare videretur de statibus sui felicitate cum incolis caeli: Satis dicere poterat cum Propheta: Defecit anima mea propter nimiam suavitatem infinitae bonitatis tuae Domine! Et sanè raptus illius ita peculiare, & deliciis affluentes existerent, ut pro certissimo habeatur, beatissimum Dei genitricem super ejus labia stillasse guttas aliquot sacratissimi ejus liquoris, quo lactaverat Verbum incarnatum in incubulis, & addunt, cum hic genibus flexis ad crucifixi imaginem provolutus lacrymas funderet, imaginem Salvatoris cruci inherentis sese inde abstraxisse, ut illum suavissimè amplecteretur. Hinc orta est haec tenera illius erga Filium, & matrem pietas, quae in ejus facie emicabat, quemadmodum adhuc etiam in sermonibus, & scriptis illius elucebat. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Confirmatio consiliorum S. hujus in adeo gravi mortificatione in se nec exercenda.

Consolatio, quae & spirituales deitatis in praesentia austeritatem ejus.

Continuatio Consolationum, quibus Deus S. Bernardum diligebatur.

Tenera S. Bernardi pietas omnes illius labores mulcebat, replebatque cor illius gaudio, & consolatione adeo sensibili, ut consueverit respondere admirantibus quo pacto ille vitam producere posset in tanta austeritate, ac patè adeo amara poenitentiae rigores: Crucem vident, unktionem non vident; quae nos incurabilibus cumulata delictis. Et rationem addet: in deserto Dei populum qualibet ope humana destitutum, relicti Aegypti dapibus, recepisse de caelo manna; Deumque in illius gratiam eduxisse fontes aquae viva de rupibus aridissimis, atque

atque durissimis; & alia in occasione dulcorasse aquas, quarum amaritudinem populus ille ferre non poterat; & eadem virtute, qua illas de petra elicuerat, eadem harum qualitatem mutasse. Sed hic semper idem effectus est potentiae, & bonitatis Dei, qui dulcedine, & consolationibus cumulat eos, qui se totos illi devovent, & qui habendi sunt tamquam homines Deo dilecti, & praeter communem ordinem naturam forsi. Idem.

Educat Deus Bernardum de solitudine, ut commaneret spiritum re- cessus & mortificationis illis conobis & ut Cister- tensem ordi- nem ad primam revocet di- sciplinam.

Nequaquam vocaverat Deus S. Bernardum ad Regulari- tam, ut ibi suavitatibus contemplationis in solitudine perficeretur; satis profecit in via perfectionis, ut alios ad illius apicem posset adducere. Eduxit illum Deus de solitudine, ut alios, qui illi egressi erant, ad redeundum compelleret; videlicet Deus eodem usus est, ut restitueret solitudinis spiritum in Ordine Cisterciensi, ibique in priorem spiritum revocaret S. Roberti Institutoris sui disciplinam. Hac mente, atque propter hoc Sanctum opus Bernardus eligitur in primum Abbatem Clarevallensem, quae prima fuit magni illius Ordinis colonia, qui mox late sese in totum terrarum orbem effudit. In recenti fundatione hac Sanctus hic noster ex discipulo brevi factus est magister doctissimus omnium Magistrorum in scientia salutis. Magna statim discipulorum turba sese illi regendam subiecit; illis verba fecit de Deo, ac bonis, quae in ejus famulatu gustantur, tanta, ac tam diferta eloquentia, ut ad se trahat eos, quicumque ad illum videndum, audiendumque conveniant; ita ut cum dicant hominum eloquentiam olim de nemoribus, saltibusque eduxisse eos, qui ferarum more ibi victitabant, ut sociabiles fierent, ac in vitae commercio docerentur urbes aedificare, & leges statuere; e contra dici possit, Bernardi facundiam effudit, ut urbes, & aula Principum defererentur, ut syl- x fierent frequentiores; Itaque cum Bernardus hominum consuetudinem fugit, homines illi fulgore sanctitatis ejus, & capti eloquentiae illius proferis divinae illecebris, illum quocumque sequuntur tamquam hominem Dei, qui undequeque consultitur, ut ab illo dicatur, quomodo amandus sit Deus, & illi servendum sit. Singula ejus verba, oracula sunt, singulae actiones exempla, singula documenta praecipua, vel saltem lectiones Dei ab illius ore fluentes; eodem, praeter, propter pacto quo Deus per os Prophetarum suorum in lege veteri populum suum erudiebat. Nihil alicujus momenti sciendum suscipiebatur, nisi antea consuleretur ille, qui tam temporis tamquam Vir Dei cognoscebatur; quod vocabatur ipsum Deum consulere, quia vir ille erat oraculum & divinarum voluntatum sequester. Idem.

Quodnam fuerit primum S. Bernardi consilium, videlicet restituere spiritum priorem in gloria.

Primum consilium, ac primum opus, pro quo tunc voluit Deus S. Bernardo, illud fuit instaurandi spiritum priorum conobitarum attrahendo incredibilem Sanctorum Religiosorum numerum, quibus plura replevit Monasteria super Evangelica paupertate instituta, & quorum vita fuit admirationi non secus ac Ecclesiae universae ornamento; opus non inferius illis omnibus in quibus magni hujus Sancti opera Deus usus est. Tandem enim si unus perfectus majorem Deo gloriam procurat, quam mille vulgaribus praediti virtutibus: quid erit dicendum de tot personis, quae majorem Christianismi perfectionem amplectuntur? Ad eas autem formandas animum admoveat quid aliud est quam tot Sanctitatis scholas aperire, totidem aedificare Tempia, ubi in singulos dies sexcenta offeruntur victimae igni ardentis charitatis absumptae? Et si alias D. Hieronymo teste prodigium fuit, quod omnes mortales in admirationem rapiebat, videre solitudines, ac deserta Sanctis Religiosis, Angelicam in terris vitam agentibus frequentata; mea quidam sententia est aequae admirabile videre quod S. Bernardus urbes ac Regna illis frequentaverit? Si opus est divino agi spiritu, cum, qui homines ad vitia deferenda velit impellere: quo igne, quibus luminibus abundet necesse est, qui illis inspirare velit sanctitatis amorem, & perfectissimam Christianismi re-

gulam instillare! Hic vocari posset Apostolus timentior, ac sublimior eo, qui simpliciter dat Ecclesiae Christianos. Idem.

Quemadmodum Mundus tunc temporis evasisset videbatur ad omnium scelerum cumulum, quod simonia Sanctuarium invaserat, licentia impotenter grassabatur in Clero, laxior vivendi disciplina in claustra pervaserat, dissidia Ecclesiam sciderant, secularis potestas thuri manum admovere conabatur, ac peccati tenebrae late sese super abyssi faciem effuderant: Deus de solitudine S. Bernardum eduxit, ut noctem a die divideret, & ut erueret Mundum hunc Christianum ex hoc horribili Chaos impietatis, in quo erat sepultum. Traduxit Magnum hunc virum a solitudinis requie ad Apostolatam, ut olim Apostolos. Jam nulla amplius illi certa sedes est, totam illustrat Europam ad omnes Ecclesias in moribus, & doctrina regendas. Ubi aliqua suboritur turba, statim evocatur futurus moderator, & Judex. Undequaque ad illum confugitur, & ille similis Apostolis efficit, ut vox praedicationum suarum in universis terrarum partibus exaudiat: In omnem terram exiit sonus eorum. Loquitur ad Reges, ac maxime terribiles potestates, quin extimescat: admirabiles scribit Epistolas; stupenda operatur miracula, & frequentes conversiones more Apostolorum. Si narranda essent itinera omnia, quae ingressus est pleribus in occasionibus ob tuendam Ecclesiam: & Domini gloriam procurandam, posset procul dubio primis Evangelii praecanibus comparari. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

S. Bernardus simul fungitur muncipio re Religiosi & Apostoli.

17. 18.

Fideles semper summa pietate S. Bernardum coluerunt; licet videantur plerique admodum imperfectam illius cognitionem habuisse. Nequaquam illum integrè ac planè cognoscit, qui eum respicit dumtaxat tamquam ferventem solitariam, quem penitentiae labores paulatim in deserto conficiunt, vel ad summum tamquam Patriarcham in Ordine Monastico Jesu Christo multitudinem recentium discipulorum consecrantem. Considerandus est etiam tamquam lux, quae ex penitentiis adytis solitudinis se in universam effundit Ecclesiam, errorum nubes dissipat, Principum illustrat Consilia, & in omnibus insignibus saeculi sui factis coruscet. Sancti Doctoris nostri aeo daemon Ecclesiae Dei inimicus sevit dissidium inter filios illius; alia ex parte schisma illam plurimorum annorum spatio vastavit, neque deletum fuit ab hoc Unitatis patrono, qui id fecit, quod Pontifices, & Imperatores facere non potuerunt. Statim ac discordiae fax extincta fuit, cum haeresis illam rursus accendit, & Philosophus superbus in Gallia conatus est submittere Dialecticæ subtilitatibus praecipua fidei dogmata. Denique Religio in ipsis originis suae locis lacessita opem fidelium Occidentis imploravit, & Sanctus Noster ubique locorum laborat, praedicat sacram Crucis militiam, & sub crucis vexillum cogit fideles omnes contra inimicos imperii Salvatoris dimicatuos. Varia haec facta, & longè plura aequè memorabilia non nisi illustres auctores in scenam producant. Summi Pontifices, & Reges, Episcopi, & Principes, insignes Sancti viri, & famosi peccatores, omnes agunt, omnes agitantur vel Ecclesiae utilitate, vel politicis rationibus, vel propriis cupiditatibus. Hic omnia movent, avaritia, attentio, rerum varietas, personarum dignitas, rerum magnitudo, characterum discrimen, sensuum nobilitas. Sed quis crederet? In tanta motuum varietate S. Bernardus artem invenit omnia conciliandi; omnibus consulit, omnes tandem in illo conquelescunt; ille quocumque lucem adfert, ac in tanta sensuum, diversarumque causarum perturbatione tandem id obtinet, ut magnam illam diffusionem tollat, ac spiritus aberrantes ad perfectae unitatis centrum perducatur. Ex vita Sancti Bernardi.

Videtur S. Bernardi vita omni negotiorum genere occupata fuisse.

Scientia, & bonum miraculorum fuerunt Jo- uedicia, quibus S. Bernardus tot mirabilia operatus est.

stolis quidem potestatem miraculorum conatit, non autem scientiam. Ecclesiae doctores scientia praediti fuerunt, sed miracula non operabantur. Unus ferme S. Bernardus utrumque hoc donum possedit, scientia quidem lumina, & miraculorum patrandorum auctoritatem. Hic procul dubio erat de haeresi certum re-larurus triumphum, & rationibus, & gratia Evangelii. Brevat.

Ingenium, spiritus, & scientia S. Bernardi.

S. Bernardus magnum habebat spiritum, ac scientiis omnibus addiscendis parem. Haec autem in illo magis infusa erant, quam acquisite. Non constat quis illum docuerit, & cum tot praeclearè dicta enuntiabat, cum sermonibus suis mundum universum in admirationem rapiebat, dici poterat de illo, quod olim dictum fuit de Jesu Christo: Quomodo hoc litteras sciat, cum non didicerit? Sed respondere poterat eodem: Doctrina mea, non est mea: sed ejus, qui misit me. Hausti doctrinam meam ab omnium doctorum, qui usum ex-titerant, celeberrimo; Numquam locutus est homo, ut hic homo. Novimus S. Pauli magistrum, novimus S. Augustinum in Chartaginiensi Accademia edoctum fuisse, S. Hieronymum in Romana, & aliis mundi celeberrimis: S. Basilium, S. Gregorius, & S. Chrysostomum Athenis: ubi autem S. Bernardus fuerit eruditus, non liquet. Unum illud constat, S. hunc virum proximum fuisse saeculo, quod ignorantiæ saeculum potest appellari. Ipse etiam afficit praecipuos suos fuisse quercus, & nemorum arbores; quo in loco intelligendus est, non perinde ac tetteret se a quercubus didicisse; sed in quercuum solitudine se a Deo fuisse eruditum. Possimus ergo de illo dicere, quod Philo Judaeus de Moyse dixit, cum quo loquebatur in deserto Deus. Erat quidem D. Bernardo magna humanarum litterarum cognitio, eloquentia verò potissimum, & numquam ullus novit melius, quam ille lenitatem, & vim, ubertatem, & soliditatem, jucundam, & serium conjungere. Allicit lenitate sua cor, vi mentem rapit, copia sua torrentis more trahit, soliditate convincit, delectat, & rapit. Nemo illi resistere poterat, & hodierna quoque die cum eloquentia sua jaceat semianimis in scriptis suis, difficile est eam sustinere. Verum si bonus Orator est, egregius est etiam Philosophus: & quod mirum est, ipsas etiam dialecticæ subtilitates callebat. Ex pluribus Manuscriptis.

Ejusdem argumenti.

A Deo unico Magistro suo Sanctus hic Doctor hausit immediate incomparabilem doctrinam suam, quae adeo pura, & sancta fuit, ut cum aliquod asserat Scripturae Verbum, vix citatio distingatur a Textu. Doctrina illius adeo late patet, ut nullum ferme sit mysterium, aut alicujus momenti quaestio, quam Sanctus hic vir multo cum lumine, & soliditate pertractaverit. Quemadmodum ille fuit Patrum novissimus, omnem spiritus eorum plenitudinem in se collegit. In scriptis ejus deprehenditur S. Augustini subtilitas, S. Ambrosii suavitas, S. Gregorii soliditas, S. Hieronymi profunditas. His addere possumus, si opus est scientiam Doctoris habere debere armorum fortitudinem, ut dicit S. Paulus, ad contendendum quicquid vult insurgere contra scientiam Dei, & infringendum factum impotentem humanae Philosophiae: cum aliqua veritate asserere possumus, post Apostolos in Ecclesia fuisse neminem, qui fortius sustinuerit Catholicae Religionis veritates contra haeresim, & impietatem, quam S. hic Doctor. P. Taver.

Ejusdem argumenti.

Ex operibus, quae nobis S. Bernardus reliquit, patet, Sanctum hunc virum egregio praeditum fuisse ingenio sedulo excolto, & post saeculum Hieronymorum, Augustinorum, Ambrosiorum, neminem exitisse Patrem illo doctiorem, & eloquentiorem. Nihilominus fatendum est scientiam ejus, gratiae potius, quam studii effectum fuisse. Spiritus enim Sanctus fuit Magister illius; desertum autem schola; & in hac solitudine momento didicit, quod alii vix multorum annorum spatio solent percipere. Ipse ille confessus est, se in suavissimo illo recessu, Scripturam universam sese illi offerre sine ulla difficul-

tate, ac sine tenebris, ita ut mirum non sit, si haec illi adeo familiaris fuit, quandoquidem perfectissimam illius cognitionem acceperat: Confessus est sibi oranti Scripturam expositam apparuisse. Itaque difficillima ejus loca tanto lumine, & perspicuitate interpretatus est, ut facile sit intellectu, a Spiritu Sancto illum edoctum fuisse. Si tanta cum venustate scribebat, majori adhuc cum robore loquebatur, & commode intelligebatur, linguam illius interpretem esse Filii Dei. Non minimum Apostolorum commodum fuit, quod Spiritus Sanctus per os eorum loquebatur, & quod lingua illorum urebatur, ut sua declararet oracula. Hinc factum est, quod imparati prodibant ad Judicium subsellia, & nunquam studebant, quid sibi coram Imperatoribus esset dicendum; noverant enim tunc cum opus fuerit a Magistro sibi suggerendos esse & sensus, & verba, quae loquerentur. Nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. P. Senault Oratorii Presbyter.

Marth. 10.

S. Bernardi scientia in omnibus circumstantiis suis fuit admirabilis. In Principio; a Deo proficiscitur, & animas adducit ad Deum; in insigni sua latitudine; ille scit quidquid mortalis homo scire potest. Nihil illum fallit, non Religionis mysteria, non morum disciplinae principia, non gratiae oeconomia, non altitudo divitiarum & judiciorum Dei in hominum praedestinatione, vel reprobatione. Aperite doctissima ejus volumina; ibi tot ferè sententias, quot verba, tot Scripturae locos, quot lineas invenietis. Illam sibi adeo familiarem effecerat, eam tanta mentis applicatione legerat, sensum illius tanta perspicuitate affectus fuerat, ut dixisset Spiritum Sanctum per os illius esse locutum. Loquitur de gratia, & libero arbitrio, perinde ac media conciliandi omnipotentem alterius virtutem, cum voluntaria alterius cooperatione. illi apertissime explorata, atque competita fuissent. De Trinitatis mysterio, de notionibus, processionibus, ac relationibus divinis loquitur; quasi eidem manifestata fuissent. Explicat naturam, functiones, Hierarchias Angelorum, aequè ac si unus ex beatis illis Spiritibus fuisset. Sed quo lumine non illustratur anima docilis, ac pia, cum Deus per se illam erudit? Sed cum illa se ipsam quaerit, quidquid adnitatur, recidit semper in sibi ingentiam ignorantiam per infirmitatem, Elegia Historica.

Eminentia S. Bernardi scientia.

Quis ex vobis eminentem S. Bernardi scientiam celebrari non audit? Quantumvis sublinem illius conceptum animo foveatis, ex operum ejusdem lectione innotescet, nihil praeter ejus merita dictum fuisse, dummodo argumentorum illius soliditatem paulisper consideretis, nihil in illis mancum, aut debile est; sententiarum concinnitatem, quia in illis nihil est falsum: elegantiae sermone, quia est fert singula; quia nihil crassum inest, vel pingue: diligentiam, qua scribit, quia nihil spiritus ejusdem acumen fugit, quia numquam laesit; immensitatem cognitionum ejus, quia nihil ignorat; locutionum illius puritatem, quia nihil inest obscurum, atque caligine involutum. Hinc fit, paucos esse in Ecclesia doctores, qui S. Bernardum exaequent, & neminem fortasse, a quo superetur. Hoc illi testimonium consensu pene constato perhibent eruditi sive Catholici, sive Haeretici. Illi quidem beati, si priorum exemplum secuti aequè dociles essent, & crederent iis veritatibus, quas Sanctus Doctor tradit, ac aequi sunt ingenii ipsius aestimatores! Sed quo pacto ille se adeo eruditum praebuit? Ne expectetis a me hoc in loco fusiùs enumerari libros, quos legit, annos, quos in studiis transiit, aut Magistros qui eum docuerunt. Licet his omnibus subsidiis fultus fuisset, non idè tamè mirum esset nobis in illo tantum ingenium intuentibus? Quo usque igitur nostra evadere debet admiratio, quandoquidem sine ullis illi genus administrantibus tantam adeptus est eruditionem? Tandem enim non alios habuit Magistros, nisi quatuor, & saxa solitudinis suae. Excepta Scriptura, & ali-

De eodem argumento eminentia & soliditatis doctrinae illius.

quot

quorū Patrum operibus, nullos legebat libros. Quod spectat ad tempus, quod nam reliquum illi esse poterat studiū impendendum, cum illi essent tot Monachi in Cœnobiiis suis erudiendi, tot sæculares dirigendi, tot negotia in Ecclesia procuranda, præter illud, quod orationi tradebat, ad quam gratiæ illecebra incessanter cor illius attrahēbat? Undenam hauriebat ea magna lumina, quæ adeo illustrem illum reddebant? Dicit ille utens verbis Prophetæ, qui omnium unus majori lumine præditus fuit: *Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini.* Desunt mihi quidem adminicula, quibus utitur industria humana ad scientias addiscendas; sed ideo oblectatur Deus mihi aperire spiritum suum, detegens mihi impetrabilia Fidei mysteria, & secretissima suæ providentiæ consilia. Itaque Sanctus hic Doctor non semel confessus est, ea, quæ didicerat, se ab eodem Deo didicisse. *P. Marinæan.*

Quodnam fuerit Providentiæ consilium de S. Bernardo hunc modum est sciendum.

Notis ne quodnam esset Providentiæ de S. Bernardo consilium illum ita scientiis omnibus ornando? Deceverat illa, Petrus Cluniacensis ait, ex eo facere unum ex illustribus Ecclesiæ Doctoribus post Apostolos, Oportebat ergo, ut huic largiretur Apostolica scientiæ plenitudinem; namque ad tantum hoc obsequium triumpho sublevarat fuit, humanam scientiam magno esse posse adjuvamento. Perfectio scientiæ Apostolicæ in duobus consistit, quæ Sancti Patres passim memorant; quorum alterum est aliis persuadere fidei veritates, quamvis multis præventi fuerint præjudiciis; Alterum est scire christianam pietatem immittere in corda, quibus mundi amor dominabatur. Vultis ne cognoscere, quousque in utraque hac scientia Doctor noster pervaserit? Quot hæreses ævo illius inter fideles insurrexerunt? Veruntamen ne una quidem illi resistere potuit. Omnes illas confudit, eorum auctores confundens splendore scientiæ suæ. Exitum hunc alii post alios nacti sunt; Ecclesia enim unum S. Bernardum objecit hominibus, qui adeo formidabiles erant, vel nominis celebritate, vel furoribus, vel dolis. Per os Bernardi loquebatur in Synodis; Bernardi calamo utebatur ad decisiones scribendas; ex Bernardi spiritu hauriebat sua lumina. Sanctus Doctor ubique præerat incomparabili scientiæ suæ præstantia ita vere, ac si summus Pontifex vel pater, vel per legatos suos ob caracteris sui dignitatem præfesset. Ita loquitur vitæ Sancti hujus historicus, ut quod dictum fuit de Augustino, id dicere valeamus de Bernardo, illum fuisse spiritum, quo temporis sui concilia animabantur. *P. Marinæan.*

Ratio solida, & subtilis qua Sanctus suos exprimit sententias in operibus suis.

Nemo inter Doctores simul fuit ita sublimis, atque perspicuus; nihil est commune in iis, quæ sunt maxime communia. Magnus in magnis argumentis, quin se demittat in levibus, se ad illa tollit, & attollit ista per mentis suæ penetrationem. Nullum, licet jejunum, aridumque tractat argumentum, cui non addat leporem, & copiam. Serit flores, ubi alii non nisi spinas inveniunt, & relinquunt. Erudit, placet, persuadet, sed modum suavi, forti, potenti, & ad persuadendum idoneo, ut non solum exprimat, quod dicere vult, sed etiam in imo cordis imprimat. Quemadmodum Scripturæ studuerat, eamque digesserat, ubique ferè Scripturæ linguam loquitur. Non solum inde succum expressit, verum etiam verba, & sensus; ita ut ne unum quidem sit, quod accuratè colligi non mereatur. Simplicissima plerumque plena sunt rebus maxime essentialibus: & sicut minima etiam folia ex Arbore vitæ erant salutaria, ita quidquid S. Bernardus scripsit, spiritus, & vita sunt. Hoc tamen non obest, quo minus cum tota lenitate sua aliquando se formidabilem reddiderit, ubi agebatur de gloria Dei; hoc tamen tanta unctio manabat, ut Principes, Reges, Episcopi & Summi Pontifices ad quos summa cum constantia scribebat, nunquam se ab eo lædi, aut violari censuerint; & sicut olim Spiritus Sanctus in Principem Pastorum descendit in Columba, & nubes specie,

unde vox tonitruī similis egrediebatur, & sicut apparuit super Apostolos, atque discipulos sub ignis imagine, coruscantis quidem, non autem comburentis, & sub forma venti vehementis ipsa Cœnæculi fundamenta quatit, ut nobis ostenderet opus esse lenitate, ac bonitate; ita videbatur divinus hic spiritus S. Bernardi verba animare, ut firmitatem ejus indulgenti temperaret, & illius suavitatem fortitudo sustineret, juxta præclarum illud monitum, quod ipse omnibus Ecclesiæ Pastoribus reliquit; *Suaviter fortis, & fortiter suavis.* In epistolis, omnibusque operibus, quæ scribebat, effulgere videbatur ingenium magnum, & sublime, forte, & suave, quod illi omnia subiciebat corda docilia simul atque rebellia. Caret furore ejus eloquentia; ornamenta ejus sponte fluunt, neque sunt adscititia. Stylus ejus pressus est; expressio vivida, dictio pura, & castigata: Sententiæ nobiles, ac sublimes, omnia redolent pietatem, & quilibet ibi pascitur Sanctarum Scripturarum succo uberrimè affluenti. *Sermones Christiani.*

Quo in precario & precipitose & populi habent S. Bernardum.

Vix egreditur e solitudine S. Bernardus cum populi numero carentes ad illum accedunt: alii quidem videndi illius cupidi, ut olim Zacharus, condescendunt arbores; alii similes turbis fidelibus, quæ Dei filium in ipsius simpulo sublevarat fuit, clamant: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hic Electores Moguntinus, & Coloniaensis, Archiepiscopus Rheimensis, Episcopi Catalaunensis, & Leodiensis oblectantur suam erga illum testatam facere venerationem. Ibi populi Mediolanensis, & Metensis pedes ejus deosculantur; & ab illo pacem, & reconciliationem expectant, quam non alia ratione sibi procurare possunt. Principum gaudia, humilium acclamationes, honores, qui virtuti illius deseruntur, benedictiones, quibus cumulatur quacumque transiturus est, erigunt ipsi propea toto cœlo illustriora, quam simulacra in Curiiis, publicisque plateis posita in honorem Philosophorum, vel summorum virorum ethnicæ antiquitatis. Loquar ne de Epistolis, quas Pontifices, Reges, Cardinales, Christiani Principes ad illum miserunt, ut quid in rebus impeditissimis sibi faciendum esset cognoscerent, & ex ore, atque calamo doctissimi hujus magistri scientiam salutis, & Evangelicæ perfectionis exciperent? Loquar ne de unanimi eorum consensu, quo illum tantquam supremum litium suarum arbitrum adoptarunt? de auctoritate quam illi in Conciliis detulerunt, appellantes illum ut de difficillimis questionibus discerneret ad componendas amarissimas concertationes inter ipsos obortas, ad bonam a mala causa dignoscendam, & verum a falso discernendum, respicientes decisiones illius non tamquam privati alicujus Doctoris sententiam, sed tamquam fidem universalis Ecclesiæ? Ita ille omnibus indiscriminatim, & sine personarum acceptione, aut humanas ob causas hos sapientiæ, & scientiæ thesaurus, quos ex Dei hauserat sinu, communicabat. *Elogia Historica.*

Profunda scientia fructus erat suarum meditationum in divina mysteria.

Scientiam, quam S. Bernardus possidebat, adeptus erat in meditatione Sacrarum Scripturarum, & in raptibus contemplationis, in quibus, ut aliter Moyses in monte loquebatur cum Deo, & Deum loquentem audiebat. Heu! agebat ille, quam cito discitur, ubi *Deus magister est.* Hinc eruditus Cardinalis Baronius S. Bernardum hominem verè Apostolicum, & a Deo missum appellat. Et sane quemadmodum Apostoli omnes a Deo fuerunt edocti secreta, atque intima Sancti Spiritus in ipsos infusione, per quam in ictu oculi ostendit eis veritatem, ac certitudinem doctrinæ, quam toties illis annuntiaverat Jesus Christus, donec cum illis versabatur, ita ut illorum intellectus, voluntas, & lingua non conciperet, non amaret, non predicaret nisi cœlestes veritates, simul ac eodem spiritu repleti fuerunt: *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & ceperunt loqui.* Ita S. Bernardus in eadem schola eruditus ex eodem fonte hausit perspicuam, integramque Sanctarum Scripturarum cognitionem. Auctores vitæ ejus testantur, illum bre-

vi de-

vi detexisse verum sensum mysteriorum, quæ illa in obscuritate sua complectebantur, & illum latibundum dicere solitum fuisse inter amicos, se in hoc studiorum genere non alios habuisse magistros quam quercus, & fagos: quia in agris passim, & nemoribus per orationem, ac meditationem receperat vera lumina, quæ nos hodierna die in operibus ejus nitescere intelligimus. Sacræ Scripturæ stylus, qui ibi videtur ubique effusus satis ostendit illum sublimes cognitiones suas hausisse ex hoc inexhausto fonte, unde Apostoli suas mutuati fuerunt, neque potuissent ille uti divinis hisce locutionibus cum tanta vi, & facilitate, nisi plenus extitisset Spiritu Sancto, qui eas divinitus inspiravit. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

In eodem argumento continetur.

In vita S. Bernardi.

Hoc in precario habent S. Bernardum, in quo Summi Ecclesiæ viri cum quibus est comparandus.

Nemo est secundum Apostolos, in quo hoc miraculum scientiæ magis enituerit, quam in Sancto Bernardo. Spiritus Sanctus, qui in illius corde habitabat, per ejus os loquebatur, eique suggererat quid auditoribus suis erat dicendum. Cum in Templis concionabatur, turba tanta erat, ut ægredi Principes aliquem sibi locum invenirent. Cum obscurissima explicabat mysteria, id tanta cum perspicacitate præstabat, ut rudes etiam illum intelligere possent. Cum peccatores corripiebat, hoc tanta vi efficiebat, ut Templum circumundique personaret clamoribus eorum, qui penitentiam, doloremque suum testabantur. *Cujus rei certa probatio, in hisce pæteritum, & effusio lacrymarum.* Cum apud Reges loquebatur, tanta urebatur auctoritate, ut illi subditi viderentur, vel ipse Princeps eorum. Qui maxime suis inhærebant utilitatibus, qui in criminibus erant maxime pertinaces, & cæci in erroribus suis, Sancti hujus rationibus læsi sinebant; & homines illi qui suas tenebant sententias militum gladiis, gloriæ sibi vererant S. Bernardi vocibus frangi. *P. Senault Oratorii Presbyter.*

S. Bernardus eo magis observandus est, quod magis aliquid habuit singularæ prætor illustribus ecclesiæ doctrinæ patronis, quorum laudes in se uno collegit secundum testimonium, quod illi perhibet vir ejusdem Ordinis celeberrimus. *Ævo suo fuit Deus Ecclesiæ, Religionis arbiter, Gemma Sacerdotum. Pater est Gregorio, mellito gutture, Sensus ejus, ut Aurelius: Aureo eloquio sicut Chrysothomus. Schemate verborum magnus, ut Hieronymus: instar Ambrosii splendens, vernans ut Beda, & hæreticis vi, & arguendi acuminis formidabilis, ut Hilarius. Videbatur Deus in admirabili hoc Christianæ Religionis genio collegisse quidquid in tot admirabilibus Sanctis effuderat. Fingite vobis hominis imaginem, quem penitentia, & humilitas ferè contumularunt adhuc viventem in solitudine; sed quem Charitas, & Obedientia de Eremita extraxerunt ad Ecclesiam tuendam; modò latentem sub modio, ut salutem suam cum timore, ac tremore operetur, modo positum super candelabrum, & in sublimi montis cacumine, ut inquit Scriptura, ut ad mores reformandos cooperetur; factum contemplationi, ubi sese colligit, & actioni, cum a Dei Providentia ad Apostolica munera evocatur; publicis omnibus necessitatibus consulentem, quasi ille de omnium fratrum suorum salute rationem esset redditurus. *Specimen Orationum Panegyricarum.**

Verbis quæ orat S. Bernardi scientia.

Cum sermo est de S. Bernardi scientia, intelligendum non est cumulus ambitiosus inanum, ac æterillum cognitionum, quæ studio, & labore comparantur; qui aliter curiositate, ac superbia; qui sæpe incidit in contradictionem; qui quidem S. Augustino teste aliquo esse potest ornatu menti, cordi verò nullo adjuvamento. Sermo est de scientia, quæ ducit originem a scientia Dei; quæ in corde potius, quam in mente perficitur, quæ aliter humilitate, & oratione, & parit justitiam, & charitatem. Scriptura hanc modò animæ scientiam appellat, quia illius pretium, & dignitatem ostendit; modò scientiam salutis, quia illius media, & necessitatem detegit; modò scientiam Sanctorum, quia prædit modum quo Sancti evadere possumus. S. Bernardus, *Paneg. Tom. II.*

nardus illationes ex hoc principio novit erucere, & cognoscens ex iis, quæ ad illum salvum faciendum fecerat Jesus Christus quanti momenti hæc esset scientia, decrevit relinquere mundum, cujus tentationes, & pericula noverat, & eandem sibi compararet. *Flechiæ.*

Devotio, Contemplatio, & que colligitur S. Bernardi.

Repletos nos esse oporteret S. Bernardi Spiritu, ut de altitudine contemplationis suæ, & jugi Spiritus elevatione, de extraxim frequentia, quæ in assidua sensuum suspensione illum tenebant, satis pro dignitate loqueremur. Quoties gratiam illum sibi mer ipsi subtrahens, deliberandus ei præbebat divinas, ineffabileque consolationes, quas humana infirmitas capere nequaquam posset, nisi eorum momenta breviarentur! Heu! dicebat ille ex raptibus suis ad se conversus, heu! *Rara hora, & brevis mora.* Quam pretiosæ, & quam breves sunt horæ, quæ cum Deo transiguntur. Sed magna hæc Spiritus elevatio, quæ illum semper Deo inhaerentem tenebat, non verabat, quominus indefessus ad Ecclesiæ commodum incumberet, quam suis ædificabat exemplis, erudiebat prædicationibus, zelo animabat. Eodem erat in situ, quo Seraphim olim ab Isaia Propheta in altissima quadam revelatione visa. Beati Spiritus illi, immobiles erant ante Dei thronum; & in motu perenni jugiter versabantur. Quinam hoc fieri potest, Sanctus noster ait, ut simul in motu sint, & sine motu; ut stent, simulque volent: *Sed stabant, quomodo volabant?* inquit ille. *Stabant, quia charitas nunquam excidit, & quia charitas, quæ illorum virtus est, semper est constans. Volabant autem, quia charitas nunquam quiescit, & semper operatur.* Hoc in situ jugiter S. Bernardus versabatur. Unio, quam habebat cum Deo, non prohibebat illum de monte descendere, ut argutibus Ecclesiæ necessitatibus opem ferret; & jungens Mariæ contemplationem cum actione Marthæ, simul & Jesu Christo ancillabatur cum hæc, & cum illa dulcedine audiendi, & meditandi verbi illius perseverabatur. *Ex Specimine Panegyricorum.*

Devotio S. Bernardi fuit contemplatio & invariabilis stans in eterni iudicij fundamenta.

Nemini adeo infrequens accidit de S. Bernardi laudibus sermo, qui de illius pietate verba fieri non audiebat. Nemo adeo festinè vitam ejus legendum percurrit, qui non didicerit illum pluribus casibus satis singularibus obnoxiam fuisse. Paucissimi erant in mundo negotia, in quibus Dei gloria ageretur, in quorum partem Sanctus iste doctor non accesserat. Si quæ in Capitulo diffidia oriebantur; si quid optabant Episcopi pro suarum diocesum bono; si diffidebant Principes, si Reges bella gerebant, si quo schismate perturbabatur Ecclesia, si quid præter ordinem Pontificibus summis, aut Cardinalibus negotium facebat, statim ad Bernardum confugiebatur, & singulis Doctor sanctus respondebat, uti videre est in Epistolis illius, quarum pleræque Regibus, Principibus, nobilibusque viris tam ex Regno Galliæ, quam alienarum regionum inscriptæ sunt. Quot S. hic Abbas suscepit itinera in Italiam, pluresque alias Provincias; ut componeret turbas, ut tolleret schismata, simulque tormentes variis de causis dissentientes conciliaret? Tota illius vita innumeris casibus mixta fuit; & nihilo minus ubique constanter devotionem, collectumque servavit spiritum; non quod omnibus in locis psalmos caneret, vel meditaretur, sed quia nullibi a se ipso dissentiebat. Pietatem suam inter impedissima negotia tuebatur: erat ubique, atque inter mundi impedimenta æquè tranquillus, pius, sui compos, ac in solitudine, & inter claustra fuisset. *P. Hayneuve.*

De S. Bernardi humilitate.

Si S. Bernardus fuit Sanctitatis, & scientiæ prodigium, fuit etiam humilitatis. Necessè non est, ut illum humiliter Deus, ne magnis honoribus intumescat. Satis pollet industria, ut se ipsum humiliet. Eo enim accuratius sibi contra hoc inanis gloriæ virus præcavebat, quo magis se eidem obnoxium esse sentiebat ob illam observantiam, & existimationem, quam sibi sua pietas undequaque promerebat. Reges quarunt illum in solitudine; Summus



Summus Pontifex cum aulicis suis in illius claustrum ingreditur, ut eundem inuifat, ac testis fiat sanctitatis illius, & Cœnobitarum ejus. Sed ejus humilitas magis conualescebat inter tot occasiones excidendi. Laudatur ob virtutem: petit, ut misereri velint animæ suæ: Vult sibi credi, quod contra se testatur non ex conjectura, sed ex animi sensu, quin illis fidem adstruat, quæ ab alijs, cui ignotus est, asseruntur, non ex scientia, sed specie: *Volo mihi credi magis, quam alteri, de me loquor non ex conjectura, sed ex scientia.* Palam eminentes illius perfectiones laudantur, sed clam ipse rubore suffunditur, quod in se colitur, & observatur non quod est, sed quod esse videtur. Virtutum ejus fama sese quacumque diffundit, & Deum orat, ut qui nimis eum laudibus efferunt, erubescant, & eos pudeat laudasse hominem laudibus indignum. Utinam, inquit ille, tantum humilitatis essem coram hominibus propter vera vitia, quæ in me sunt, quantum laudibus cumulo propter falsas virtutes, quæ mihi tribuuntur. Varia vitæ suæ mœnra quin in illo cernerent oblectationem propter talentorum suorum varietatem, in causa sunt, ut se tamquam sæculi sui *chimeram* inspiciant. Neque in mundo sum, ait ille, neque extra; non solitarius, neque publicum negotium gerens; non Religiosus, neque Aulicus, sed monstrum ex his omnibus diversis statibus constatum. *Monstruosa vita mea. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Miracula S. Bernardi.

S. Bernardus non minus potens erat operibus, quam verbis; quippe donum miraculorum, quod in plurimorum Sanctorum persona fluxa tantum gratia est, atque ad tempus, illi in omne vitæ spatium concessa fuit. Medebatur morbis, cum illi libitum erat, neque ullam in agrotantibus dispositionem requirebat; & quasi potestas sua nullis esset finibus circumscripta, in Domini sui imperio, quodcumque ipsi placuerat, efficiebat. Hoc videre est ex eo, quod contigit Caesari prope Tholosam, ubi postquam populis prædicavit, plures homines Sancto Abbati obtulerunt panes ab eo benedicendos. Tunc cum quodam confidentiæ, & auctoritatis caractere, cujus pauca extant exempla, illis signo Crucis adhibito benedixit, & ait; agnosceatis a me veritatem prædicari, & hereticum esse mendacem, si ægri vestri postquam ex hoc pane comederint, omnes conualescent. Carnutensis Episcopus hoc nimis generaliter dictum, addidit, si cum fide comederint; cui S. Bernardus adjecit, illos sine exceptione valetudine bona viros; ut sciant, S. Abbas inquit, a me veritatem prædicari. Et omnes, qui ex eo comederunt, sine exceptione conualescunt. Ubi liquidò patet plenitudinem fidei S. Bernardi supplevisse defectui confidentiæ agrotantium. Profectò ubi ista reputo prodigia, suavis cogitatio consolatur spiritum meum, fidemque meam roborat. Patet nos eandem sequi fidem, quam S. Bernardus, & nos doctrinæ illius esse hæredes; Patet etiam Sancti hujus Abbatis fidem atque doctrinam, veram esse doctrinam, veramque fidem; hæc enim effinxit privatam, & publicam illius sanctitatem, eamque subsecuta sunt tot, tantaque prodigia adeo certa, adeoque frequentia. Quid portentis hic est? S. Bernardi fides eadem est, ac nostra; & nihilominus ex S. Abbate hoc efficit hominem prorsus celestem, & a mundo divillum, ex nobis vero homines facit terrenos semper in materia sepultos, ac mundo inhærentes. Hæc in re utrum majus prodigium est Sanctus Bernardus, an nos? *Ex vita S. Bernardi, & ex Sermionibus P. Texier.*

S. Bernardi fidelitas.

Si tanta fuit S. Bernardi auctoritas, num minor ejus fidelitas fuit? Hæc sane non minus erat necessaria, ut esset homo Dei, ad id enim requirebatur integritas perfecta, & omnimoda alienatio ab omnibus mundi rebus, ut unicè ad contentam gloriam, & ejus negotia procuraret, cujus minister erat, atque Procurator. At aliæ requiruntur argumenta fidelis hujus adhaesionis gloriæ supremi

Domini sui, quam videre, illum nunquam propria consuluisset; ex tot negotiis, ex tot rebus præclare gestis, ex tot provinciis sibi demandatis nihil ipse, nisi laborem, penamque retulisset; omnem vero gloriam in Deum contulisset. Principum favores, qui illum tamquam primum sæculi sui hominem consideraverunt, ipsi illi facere poterat magnorum redituum, & locupletissimorum Ecclesiæ benefactorum. Cum rerum futuram obtineret unus qui ejusdem discipulus fuerat, & mox alter, qui electionem suam unicè eidem referre debebat acceptam, quid impetrare non poterat sibi, ordini suo, suisque consanguineis? Cum haberet ipse facultatem Summum creandi Pontificem, omniaque Cardinalium Suffragia in illius arbitrio essent posita, nonne ille sibi honorem hunc deponere poterat? Sed hic homo Dei nihil inquam habuit antiquius quam Domini sui gloriam. Mediolanensis creatur Archiepiscopus totius Cleri suffragiis, & constantè hanc dignitatem, honoremque detrectat, Senatus, Populusque Januensis nihil intentatum relinquunt, ut illum sibi Pastorem obtineant; unus ille adversatur. Catalaunum, & Lingonæ illam sibi deponunt Antistitem; Sanctus hic in consilio suo acer, & inexorabilis perseverat. Rhenensis Archiepiscopatus illi defertur, sed fidelis hic minister, & procurator unicè devotus Domino suo, libenter quidem omnes suscipit curas, & labores; fugit autem honores, & dignitates, quæ ab alijs tamquam merces habentur. S. Paulus in ipsis Christiana Religionis primordiis ægè, & vix invenire poterat fidem iniquitatis, qui Deum unicè respiceret; *Jam queritur Super Ministris, ut fidelis quis invenitur.* Sed mundi ætate in senium vergente ecce unum ex iis, qui fidelissimi exierunt unquam, unicè occupatum Domini sui commodis, quin suorum aliquam curam gerat, ita alienum ab usurpandis Dei sui bonis; quæ illius sunt gloria quam illi reservat, integramque eidem remittit, renuens etiam honorem, quem ex contemptis honoribus sibi pepererat; & quod sæpe in nonnullis superba calliditas est, in magno hoc Sancto viro rara, & inregerrima fidelitas erat, quæ ipsos etiam maxime speciosos rejiciebat prætextus, quibus alii ambitionem suam regere consueverunt. Longè dissimilis a tot mortalibus, qui hodierna die in Ecclesiam obrepunt, & aris se devotent, ut dignitates, ac Beneficia, quæ sperant, consequantur, & qui in hisce ministeriis adeo terribilibus satis se fideles, integrosque putant, cum sibimet persuadere possunt, se ad altiores gradus nequaquam contendere, nisi ut ibi media, & occasiones inveniunt de Deo; & de Ecclesia benemerendi. Prætextus nimis frequentes, & qui sæpe obtunduntur ad regendam inordinatam ambitionem, ac præsumptionem hominum, qui tantum absunt a Sancti Nostri meritis, & doctrina, quantum ab illius distant humilitate, & incomparabili fidelitate: *Jam queritur inter ministros, ut fidelis quis invenitur. Auctor Sermionum in omnia argumenta.*

Nunquam solitarius quisquam occupator fuit, quam Sanctus hic Abbas in publicis negotiis; nunquam humilis Monachus majori habitu fuit in honore apud Mundi potestates; nunquam privatus majorem obtinuit auctoritatem in omnes Christianæ Religionis conditiones. Fingite vobis ergo imaginem Sancti, quem humilitas, & penitentia viventem adhuc in Cœnobio contumulaverant; & quem obedientia, & charitas iterum revocarunt in mundum; modo latentem sub modio, ut possidat in pace animam suam, & cum timore, ac tremore operetur salutem suam: modo positum super candelabrum ad universam domum illustrandum, sese in plura partientem, sine divisione, & distractione; occupatum sine mentis dissipatione, solitarium sine otio; factum ad actionem, cum a Providentia ad agendum evocatur; factum ad contentam platonem, cum ab eadem retinetur: modo proximo, modo sibi, modo Deo intentum; deferentem mundum in solitudinem, ut illum offerat Deo precibus

Nemo unquam simul & occupator, & in terra se collocator fuit S. Bernardus.

eibus suis; deferentem solitudinem in mundum, ut se ipsum inter negotiorum tumultum, & impedimenta tueatur, quasi ipsi universarum animarum salus credita esset, & vigilantem sibi, quasi suæ tantum consulendum esset incolumitati. *Fleebier.*

Zelus, & auctoritas S. Bernardi in corrigendis flagitiis omnium flagitii.

Nescioquæ adest auctoritas a dignitatibus nequam, sed a virtutibus perfecta, quæ colitur, & vividas efficit in animos hominum, ubi sese prodat, impressiones. Id genus fuit auctoritas S. Bernardi, quem Deus oriri jussit in sæculi corruptissimi labe, ut pietatis spiritum instauraret, ut in illius persona zelum Apostolorum excitaret, utque illi conferret super status omnes auctoritatem, ut eorum vitia corrigeret. Quo lumine, & quo eventu adnissus est non solum Monasticos ordines, verum etiam Principum aulas, populisque reformare? Non erat illi hæc plurimorum charitas causa, qui sibi confingunt unum veluti corpus, ac spiritum eorum; & qui privatis tantum inhærent. S. Doctor totum simul corpus amplectitur, & omnia Ecclesiæ, immo etiam omnem politicum statum zeli sui magnitudine. Nonne summo cum ardore sacrorum ministerium reformationem concupivit? Quoties Eugenio Pontifici funesta significavit mala, quæ tribunalia Ecclesiastica pariebant? aviditatem hanc ministerium Deo devotorum, qui terrenis sese implicat negotiis; hanc cordis corruptionem quasi individuum, qui rectum jus persequentes, nihil secius gravissima conscientia suæ vulnera insigunt? Quoties suo consilio, & gratia illis opitulatus est, quos secularis potestas perdere moliebatur? Quoties Ecclesiasticorum luxum, & vanitatem indignatus illis ostendit, ipsos cum opem ferre deberent pauperibus sapienti Ecclesiasticorum bonorum dispensatione, quorum economi tantum erant non domini, sumptibus supervacuis Salvatoris patrimonium dispensare, & de illius saginari substantiis. Sed auctoritas ejus super Reges ipsos, & Imperatores extendebatur. Si concilia simul erant duo potestates, quæ amicus, ac negotiis dissidebant; ille rationes nanciscatur eas simul mulcendi, atque ad duraturam pacem redigendi. Vifus est inhiere duos exercitus jamjam in aciem ruentes, atque inter maximos tumultus exaudiri. Si pro Religione bellum erat capessendum, ut loca Sancta de tyrannica Othomanorum dominatione eriperentur, ille harum expeditionum erat anima, quarum eventus extitisset felicio, si optima illius consilia adimpleta fuissent. Ille populis obedientiam, Principibus miserationem inspirabat ut constantem in eorum ditionibus pacem statuerent. Quamvis ad pedes Soli Pontificii provolutus ausus est mandata præscribere huic potestati, a qua alia recepit: sed hoc pergit non sine temperamento sapientis auctoritatis, & humilis modestiæ, quæ his in casibus sunt necessaria. Cum loquendum est cum Principibus sive Ecclesiasticis, sive secularibus cavendum est ne vel nimium adit temeritatis, vel infirmitatis nimium: rigor irritat, adulatio corrumpit, dissidile est personam reprehendere, quin violenter novæ dignitatis: at S. Bernardus perstringere novæ vitium, quin Religionis, vel reipublicæ Capita læderet. Licentiam verecundia temperavit, & omnes correptiones suas iis miscuit præcautionibus, quibus Evangelica utitur prudentia ad zelum Religionis moderandum. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Magna illius occupationes, & in terra se collocator fuit S. Bernardus.

Haud facile cuiquam persuaderi potest, S. Bernardi occupationes esse hominis unius. Unus ille in tristi Ecclesiæ diffensione sedat schisma Anti-Papæ Petri Leonis. Ad id autem quot labores, quot itineraria suscepit? Arma erant auferenda Rogerio Regi in Sicilia; firmandus Imperator Lotharius in Germania; Rex Angliæ conciliandus. Huic Angelo pacis lustranda erant magna illa regna ineffabili celeritate. Nullum detrectabat onus pro Ecclesiæ utilitate; adversatus est garullitati insignis Canonistæ Petri de Pisis, qui convincendus erat, furori Guillelmi Comitis Pictaviensis, qui erat superandus, desperationi Gerardi Episcopi Inculismatis, qui

reprimendus erat. Ter illi superanda fuerunt Alpes; peragrandæ Gallia Henrici Apostatæ hæresi infecta; penetranda penitiores Germaniæ partes; prædicandum, disputandum, scribendum, ulro citroque respondendum, quin S. Doctor quietis momentum potuerit carere. Tres summi Pontifices Honorius, Innocentius II. & Eugenius, qui illius discipulus fuerat, illum omnibus Ecclesiæ negotiis onerant. Reges Gallia duo, Ludovici alter quidem Crassus, alter vero Junior filius Crassi sæpe omnia Regni negotia uni illi mandarunt. Burgundiæ Principes, non alium habuere præsidium, quam Sanctum Abbatem hunc adversus regum finitimorum injustam irruptionem. Dictu mirabile! unus fatis erat omnibus. Ita sanè pauper hic cœnobita pluribus confectus morbis tot hæc, & tanta unus exquebatur spiritu, qui in se quidem idem erat, & in omnibus actionibus adeo diversus. Nullus, ut mihi videtur, plura conatus est; & post Apostolicum tempus rarè invenieris, qui hæc melius fuerit operatus. Hæc enim operabatur omnia, ut Sanctum virum decet, servando profundam simplicis monachi humilitatem, ac semper animo pertinaci Ecclesiasticas dignitates detrectando. Verum non ideo minus legem inferebat iis omnibus, quæ magna in universo terrarum orbe gerebantur. Pontifices summi, Reges, Respublicæ nunquam videbant illum in aula sua, quin illum admirarentur, & non sine quodam metu revererentur. Sanctus hic Cœnobita omnia dirigebat, de omnibus decidebat, & tot tantaque unus agebat, nulla, nisi divina, suffultus ope, quæ illi vim animorum suppeditabat ad majorem Dei gloriam, omni tempore, omnibusque in locis operandi. *P. Texier.*

Nullus unquam solitarius tanti momenti negotiis præfectus fuit. Nullus monachus majori in honore fuit habitus a Potestatibus sæculi; nullus unquam privatus tantum auctoritatis obtinuit in omnes status, omnesque Christianæ Religionis conditiones. Hoc fuit vas electionis electum ad ferendum nomen Salvatoris ad populos, & Reges. Terreni principes obsequabantur illi, & in omnibus illi morem gerebant. In Conciliis auditus fuit tamquam Ecclesiæ totius oraculum; & per singularem præminentiam a Sancta Sede constitutus fuit Legatus universalis in toto orbe Christiano cum absoluta potestate super omnes regiones illi subjectas. Cellula ejus visitationibus Summorum Pontificum fuit condecorata; & quin in Ecclesiæ ordinem, vel titulum haberet, sanctitas sua illum sublimius extulit præ amplissimis terræ dignitatibus. Quocumque conficiantur oculi in vitæ ejus cursum, omnia ibi occurrunt magna, & notata digna. Videntur enim hæretici victi, peccatores conversi, schismata profligata. Tunc ut multo gravius in Ecclesia suboriatur; ne ara contra aram statuatur, ut Anacletus Antipapa de solio deturber Innocentium II. ut Cardinalium collegium in partes scindatur, ut Episcoporum intereat concordia, & ne tota corrumpat Ecclesia. Tristi hac in occasione scientia, & zelus illius quor in usus fuerunt implicita? Celebrantur Concilia; his præest: Episcoporum habentur conventus; his præsidet: de Principum negotiis agit; ipse arbiter est. Lustrat Galliam, Italiam, Germaniam, Angliam, conciliatque omnium animis, omnes iterum subdit legitimi Capituli obedientiæ. *Specimen Orationum Panegyricarum.*

Ejus in orbe Christiano potentia.

Prostrata pestilentia cathedra, schismate demum sublato, unus superest Aquitanie Comes, qui ad illud fovendum nihil relinquit inaufum, atque intentatum. Ultimus hic utque terribilis schismatis Patronus sese offert templi valvis, ubi S. Bernardus nuperimè factis operatus fuerat coram Præsulibus, & magno numero Ecclesiasticorum. Sanctus Noster elicit ne ignem de caelo, ut alter Elias rebellem hunc exterminaturus? Imperabit ne terra, ut debiscat, eumque deglutiat, qua pœna olim Moyse in Core, Dathan, & Abiron animadvertit? Hic ne ad tuendum aditum Ecclesiæ, ut

Quomodo, Guillelmi Aquitanie Comitem sedegit, quumque zelum extiterit ea in occasu.

S. Ambrosius Theodosium ab aditu Templi prohibuit? Nequaquam. Zelus, & charitas. S. Bernardo suadent, ut manu sumpta salutis hostia ad superbium accedat Comitem; in illum oculos figat, minis illum perterreat, eumque Apostolica vehementia alloquatur. Haecenus, ait illi, preces adhibuimus, & illas contempisti: ventum est ad correptiones, easque in ludibrium traduxisti. Te sollicitant Antistites, aures illis adhibere noluit: Ecce Virginis Filium, Dominum, & Caput Ecclesiae, quam persequeris; Ecce Judicem tuum, ad cuius Tribunal proditurus es; coram quo Caeli, terra, & inferi contremiscunt, detrectabis ne illum audire, Ecclesiaeque illius permittere pacem, quam per os meum petit a te? Comes divina virtutis vim sentiens turbatur, labitur in terram, consurgit, trepidat, quip loqui possit. Vir Dei accedit; eique secundo miraculo loquendi virtutem restituit, quam priore ademerat; efficit, ut ab erroribus suis se recipiat, illum cum Episcopis in gratiam redire jubet, & Summi Pontificis auctoritatem, cui semper adversatus fuerat, confiteri. Quam verum est illud Propheticum; *Vox Domini in virtute; vox Domini in magnificentia*; concuit deserta, & Cedros Libani evertit; quandoquidem in occasione hac de audaci Schismatico Ecclesiam omnem perterrefaciente, insignem restitit triumphum. *Ibidem.*

Adicit S. Bernardus auctoritati magnae, quam sibi comparaverat, ac integritati, cuius non erat exemplum, imperturbatum animum, & verè Christianam generositatem, ut ferat supremi Domini sui verba ad Principes ac Reges maxime superbos atque terribiles. Adit Siciliae Regem primum Schismatici auctorem, atque cum iamjam in aciem descendenti dixisset Dei verbis, illum praelio victum iri, repulsus ab hoc Principe, quem docuit eventus Sanctorum monita non impune contemni, illò inspectante transit in castra Ranulphi Ducis pro saniori parte stantis, illum ad praelium incundum excitaturus promissione victoriae certissime ab eo referendae. Eadem usus est similitudine apud Henricum I. Angliae Regem; idque pati eventum; eum quippe coegit, ut in Galliam suas copias traduceret, eumque Canutum usque adduxit, ut ibi verum Ecclesiae Caput veneretur. Quanam constantia allocutus est Regem Romanorum, Pontifici insensum propter repulsam, quam acceperat, dum Ecclesia universa hujus negotiationis exitum praestolatur, ac metuit; ne iterum prioribus implicetur negotiis, ac turbis, ex quibus vix post tot colloquia & collationes hinc inde habitas evaserat? Coram hoc Principe loquitur, christiana utitur licentia, eique tanta vi, & generositate exprobat injustitiam, ut videretur Deus, qui tenet mortalium omnium, praesertim autem Regum, corda in manu sua, suam potestatem in manibus Sancti Vicarius Abbatis posse, qui cum utriusque partis consensu omnia composuit. Nihil dicam de reparata pace inter Galliae Regem, & Campaniae Normanicæ Comitum, ne dissensio illorum in apertum cederet bellum; neque desunt plurima id genus exempla, quibus de militum manu excussit arma, ac sedavit furorem partium, quae magis ad iram concitatae erant, ac pertinaces. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Utrum magna fuerit S. Bernardi auctoritas videri potest ex Concilio Stampensi, ubi insignem illam diremit litem, quodnam esset verum Caput Ecclesiae. Etenim quanam illius tunc fuerunt curae ad conciliandas partes, in quas Christianus Orbis scindebatur, & quae Jesu Christi Ecclesiam penitus labefactarent, nisi super sumam, solidamque petram fundata fuisset, & si portae inferi potuissent contra illam prevalere. Loquitur de cruento illo, & universali schismate, quod regnum Dei, scindendo illud, depopulabatur. Videbantur eodem in Solio legitimus Pontifex, & subreptitius; quorum alterum causa aequitas fulciebat, alterum verò armorum vis sustinebat. Tenebrae effusae erant super faciem terrae; dolus celabat veritatem; vis succubabat justitiam, jura susceque erant permixta: ratio-

Strenuus S. Abbae zelus.

Magna auctoritas S. Bernardi in Concilio Stampensi ad verum Ecclesiae Caput dignoscendum habito.

nes privatae utilitati publicae anteferebantur, & Christianus orbis in alterutram partem abibat prout illum vel animi agridudo, vel avaritia, vel politica ratio movebant. Principes suis trahabantur Conciliis, vel alienis. Schisma omnibus factionibus adversabatur; Christianorum fides nutrabat, charitas tepescebat, imperium scindebatur, Stampis cogitur Concilium, hoc integrum permittit prudentiae, atque luminibus S. Bernardi decisionem unam omnium maximi momenti. Omnes haerent Oraculi responsum praestolantes; reliqua frequentis illius, eruditique conventus suffragia voto illius adhaesura sunt, quasi temerarium esset aliter cogitare, & judicare a S. Bernardo decisivam prolaturo sententiam electionis, quam diversa affectiones, & praesumptiones in incertum vocaverant. Ille unus totum Conclave est, ille unus Concilium totum, ille unus universam representat Ecclesiam. Quanta, Domine, gloria tua est, & quam admirabilis es in sanctis tuis, ubi tibi placuerit illos honore afficere! Ad mortalis vocem, omnis humana prudentia conticescit; animi perturbationes sedantur; serenitas, & pax in hominum animos infunditur; Religio de sopore, in quo sepulta videbatur, excutitur, integumenta omnia veritatem celantia ultrò dilabuntur, & grex antea in partes omnes dispersus, undique cogitur, verum Pastorem profertur, & repellit Mercenarium. Si munit hoc cessit in honorem S. Bernardi, dicere possimus etiam honorem hunc pluribus eidem stetit laboribus. Visus est de Ecclesia in Ecclesiam pergere, de Provincia in Provinciam ferri; nationes latere, densissima nemora, asperissimisque montes traducere non sine periculo incidendi in insidias, quae ipsi necabantur, & inter abrupta locorum pereundi, non sine gravissimo affectu valetudinis incommodo, quam austeram poenitentiam jam atraverat, revocans populos ad officium, & oves, quae decurrerant, ad Pastorem suum, petrosam coram Regibus male affectis causam Pontificis errantis, & derelicti contra desertas, venaleque linguas, quae veritatem facis limiebant, & iis coloribus, quos sedula industria eorum avaritia suppeditare poterat, donec S. Abbas animis conciliatis, & reliquis schismaticis scintillis extinctis Petri Solio legitimum successorem restituit, eumque pacificum sedis suae possessorem asseruit. *Fleebier.*

Ad magnam, quam S. Bernardus habuit in Ecclesia, auctoritatem cognoscendam, sciendum est, Honorio Papa e vivis sublato, pro Successoris electione suffragia mirum in modum abuisse in diversa. Tunc visa sunt super eadem corpus duo capita; super eundem thronum duo Principes; super eodem subditos duo Domini; in eodem ovili Pastores duo; alter subreptitius, alter legitimus; ille usurpator, hic verus Filii Dei Vicarius. Reges, Cardinales, Episcopi licet in eadem fide unanimes; in electione tamen Patris communis diffidebant; eandem agnoscebant Ecclesiam, sed iurgabantur, utram Caput illi moderaretur, atque inter clamores eorum, qui in eadem S. Petri navicula versabantur, veri Navarchi vox, vix, & ne vix quidem exaudiebatur. Si portae inferi prevalere potuissent contra firmam hanc petram, super quam Ecclesia aedificata est, ea certe in occasione pravallissent; & furens haec procella navim evertere, ac mergere potuisset. Concilium indicitur ad temperantiam hanc mulcendam; eique interfunt homines illius seculi eruditissimi. Cephas his placet, illis Apollo; omnes tamen ad Dei Filium pertinent; Sed in causa tam ambigua quid sciendum? Omnes Sancti Bernardi sententiam suam submitunt suffragium, rati, qualis erat futura vox illius, rati lem quoque Dei vocem futuram. Usurpator ejetus; Pontifex verò ab omnibus salutat; pax Ecclesiae reddita. Hi fructus extiterunt vigilantiae, prudentiae, & zeli unius Monachi, quem si fuisset intuitus, censuisset eum nihil scire, praeceperunt orare, & jejunare; unius hominis, qui natu minimus inter filios Isai destinatus erat ad pugnandum, atque

Item argumentum aliter prolatum.

Tertia ejusdem fieri ratio.

S. Bernardus impugnat, & destruit omnes zvi sui haereseis.

Epist. 17.

Quomodo Abailardum convulsit.

atque videntium sub pedibus suis prostratum Gigantem Philistinorum. *Fleebier historica.*

Magna S. Bernardi potentia potissimum enituit in praecleara actione illa, quae accidit, cum Cardinali Petro Leonis tanta fuit audacia, & ambitio, ut S. Patri Sedem occuparet, atque inde Innocentium II. qui legitimus erat successore, deturbaret, Audax iste vir tantum opis, ac virtum in amicis nactus est, ut plurimos haberet sectatores, & sextentis sacrilegiis, id tueri conaretur, quod enormi superbia usurpaverat. Factionis hujus ignis exarst repente, ac brevi Germaniam, Galliam, Angliam, Italianque pervasit. Innocentii jura; licet aequiora non tamen ita erat manifesta, ut nulla existeret dubitatio; penes illum erat justitia, sed vis, & cupiditas penes competitorum, qui jam Sancta Sede potius, & certus illius non descende. Quis reger Ecclesiae navim adeo furenti procella agitatum? Quis restituit malaciam, & tranquillitatem? Quis tantumque extinguere incendium, quod in toto Christiano orbe late percutebat? Hic S. Bernardus erit, in quem Concilium Stampis coactum unanimes consensu omnia collata sunt circa Pontificis Electionem cum omnimoda facultate negotium hoc decidendi, ac finem faciendi, quemadmodum ille expedire censuerit. Tota Concilii Auctoritas in uno capite collecta fuit; Ecclesia tota in uno homine continebatur, eaque per os Bernardi oracula sua pronuntiavit. Palam edixit Innocentium legitimum esse Pontificem, ejusque dicto subscribere, ejusque prerogativa suffragii secuti sunt. Quae auctoritas, quae potentia, quae major existimatio haberi poterat de sapientia, & rectitudine Monachi unius, quam Concilii totius organum extitisset; solum pro coactis Patribus fuisse opinatum, ejusque vocem legis loco fuisse universae Christianitati? Cum hic esset Homo Dei, Procurator, & Minister illius, videtur Deus plenam hanc potestatem, supremamque auctoritatem illi contulisse. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Cum plures haereseis S. Bernardi aevi fuissent ortae, hae in miserimum statum redegerunt Ecclesiam. Doctus, ac subtilis Philosophus, nomine Petrus Abailardus, praestantissimum eorum temporum ingenium in Dialecticis, omnibusque profanis scientiis in paucis eruditum, fortissimum exitu illarum praesidium; & omnia in ingenii illius cedebant. Inter haereticos hos non pauci rebellionem, & seditionem machinabantur; inter quos emicuit Arnaldus de Breffia, callidus, versutusque hypocrita, cujus imaginem nobis proponit S. Bernardus his verbis: *Homo sitiens sanguinem animarum, inimicus Christi, seminator discordiae, fabricator schismatum, turbator pacis, unitatis divisor.* Nec deerant haereseis crasse, & populares insignis Apostatae Henrici Tholosani qui diruebat altaria, Tempa evertebat, & Sacerdotes trucidabat. Erant etiam errores subtiles, & delicati, quales illi Gilberti Porretani, Pictaviensis Episcopi, hominis quidem eruditi, qui tamen altius, quam par est, volatum extendere cupiens simplicitatem, & unitatem Essentialis Dei impugnans perierit. Haec errorum confusio in omnem Europam diffusa suffragatores nactus est, qui praeter ceteris ingenia pollebant. Dei Providentia ad omnes haec tenebras dissipandas, omnemque has profanas novitates exsufflandas unius S. Bernardi luminibus, ac scientia profusus Coelesti usa est. *P. Tertius.*

Quam sancta, nobilique fidantia prodiit S. Bernardus in Senonense Concilium exprobraturus Petri Abailardi errores, & consecrata doctrina illius, quam docebat? Hunc hortatur, corrigit, convincit. Docti hujus Philosophi audacia modestiam opponit; novitati, patrum nostrorum fidem, hominis ingenio, Scientiam Dei. Omnia Bernardi luminibus cedunt, & homo ille in scholis innutritus; Theorematis, ac disputationibus assuetus, consummatius in humanis scientiis, quas ingenii sui vi, ac indefesso studio fuerat adeptus; homo ille, qui nullas arbitrabatur esse difficultates

tes, quas diluere non posset; qui se nihil ignorare fastidabat eorum, quae humana mens comprehendere potest, & gloriabatur se nunquam turpo illud verbum, *nescio*, protulisse; ille inquam homo obmutescit, memoriam amittit, & palam fatetur se non posse resistere spiritui S. Bernardi, vel potius Dei, qui ubi vult Sanctos illuminat, & mundi sapientes excæcat. Non ne hoc ipsum in Rheimenfi Concilio accidit S. Bernardo? Vox, & calamus illius non ne fatales erant omnibus haereseibus aevi sui? Gilberti Pictaviensis, Arnaldi Breffiani, Henrici Tholosates nonne experti sunt ardorem zeli ipsius, eloquentiae vim, atque robur doctrinae? & non ne de illo dici potest, quod olim dicebatur de S. Augustino, nullam fuisse veritatem, quae illius acumen, lumenque fefellerit; & errorem nullum aeo illius abortum, qui fugerit zelum, & censuram illius? *Fleebier.*

Post primam victoriam, quam de errore Abailardi retulit S. Bernardus, altera non majori labore illi stetit, quamvis res esset cum adversario, qui ingenii celebritate par erat priori, eumque superabat dignitate, quam in Ecclesia fuerat assecutus. Fuit autem Gilbertus Porretanus, Pictaviensis Episcopus vir aequè curiosus, & prophane Philosophiae acuminibus assuetus, ita ut sibi facultatem vindicasset ad examen vocandi impenetrabilia Divinitatis mysteria; expertus est veritatem verbi illius Salomonici; *Qui scrutator est majestatis, operetur a gloria.* Modus enim, quo de iis locutus est, quae a nobis humilii silentio sunt adoranda, avertit animos eorum, qui Fidei diligunt veritatem. Quamcumque curam gesserit sensus suos oculandi adfectatis impedimentis locutionum parum simplicium, male cepit audire; de illo querebantur homines, ac tandem querela ad Vicarium Jesu Christi delata est. Sedebat tunc temporis Eugenius III. qui cum esset Sancti Bernardi Discipulus, factus erat totius Ecclesiae Magister. Res tota ad Concilium, qui Rheims coactum erat, remissa fuit. Sed quoniam Doctore synodus Rheimensis uteretur ad mendacium hoc diluendum? Bernardo sane invicto illo veritatis propugnatore. Hic errore deteget enucleando artes illas, quibus illum auctor conatur, involvere. Hic haereseis auctori silentium indicet; hic ad damnandam imperatorem excitabit eos, qui falsa miseratione ducti erga illius inventorem, remissius agendum arbitrabantur. Hic S. Abbas Formulatum proponet, quod Fideles eadem excipient reverentia, qua ipsius Spiritus Sancti verba, ita ut Sanctus hic vir dicere possit, quod in primo Jerosolymitano Concilio dicebat Apostoli; *Visum est Spiritui Sancto, & nobis. P. Martineau.*

Victoria, quam S. Bernardus de Apostata Henrico Tholosano restitit, non minorem ei peperit gloriam. Pudet me ob oculos vestros exhibere impotentiam, & hominis sacrilegia, satis sit dicere, illum ex aequo ejugantem, & Fidem quam in baptismo receperat, & vota, quae Religionis habitum induens nuncupaverat, perniciosus erroribus late infecisse Occitaniam, Episcoporum Auctoritas, usus Sacramentorum illi non ardebant; contemnebat vetustissimas pietatis consuetudines; in ludibrium Sancta Ecclesiae Officia traducebat; verbo sequebatur omnia placita, quae deinde Calvinista adoptarunt; & quae paucis post saeculis Regnum hoc sanguine, horrore, caedibus repleverunt. Ad quem urgenti adeo in occasione confugit Ecclesia? ad Bernardum Monachum, qui statim ac in desolatam provinciam pedem intulit, omnia in integrum restituit, ita confundens eos, qui pertinaci studio erroribus illis inharebant, ut deinceps nullus eorum coram illo prodire sit ausus, & omnes S. Abbati locum cedere debuerint. *P. Martineau.*

Admodum singulare est, quod S. Bernardus in Claustris innutritus, & educatus, tamen in tot tantisque negotiis implicitus fuerit; quorum aliqua ad Ordinis sui progressum, alia verò ad Ecclesiae bonum,

Victoria a D. Bernardo celsa de Gilberto Porretano.

Prov. 25.

Mat. 15.

Quomodo repressit impietates Henrici Tholosani.

S. Bernardus haec dixit: Hic politicus curis implicatus fuit; & praecipue in eo significatur militiam contra Turcas promovenda.

bonum, pacem, & unitatem spectabant. Quod ad illa priora pertinet, dicere sufficit, dum adhuc inter vicos degeret jam centum, & sexaginta monasteria variis in locis sapientia illius condita fuisse; ita ut licet non sit primus Ordinis Cisterciensis Institutor, tamen illum ita firmasse, & effudisse, ut omnes hujus Ordinis Monachi ab illius nomine nuncupentur, & dignoscantur; quo in Ordine tot, tantique Viri floruerunt, ut quin plurimos memoremus Abbates, simplicesque Cœnobitas doctrina, & sanctitate præstantes, in illo quatuor Summi Pontifices, duodecim Cardinales, quatuordecim Patriarchæ, octingenti Archiepiscopi, Episcopi verbis mille, & quadringenti recensentur, qui ex variis Cœnobiis præcellentis hujus ordinis assumpti fuerunt, in quo præterea Reges tres, Regum Filii decem, & innumeri Principes memorantur. Quod pertinet ad Religionis, & Ecclesiæ negotia, certum est, cum sacculis, quæ S. hunc Abbatem præcesserunt, tum illis, qui eum subsecuti sunt, difficillimum esse hominem invenire, qui tot, tantaque negotia egerit, transigeritque. Sarraceni, Christianis invidis, Terram Sanctam oppresserunt, eorumque exercitum penitus deleverunt. Sed cum Fideles non satis essent ferventes, ut Sacræ Militiæ nomen darent, S. Bernardus potens verbis, & operibus, eloquentia sua populo persuasit, ut brevi conscriptus fuerit exercitus, ita ut juxta Auctorum synchronorum fidem mariti suas uxores relinquerent; filii parentes, & nobiles agros suos venderent, ut sub Crucis vexillo nomen darent, Reges quoque, Principes, & Præsules gloriæ hujus in partem accedere voluerunt, & sequi castra, & quod fidem excedere videretur, nisi testimonium perhiberent historici, in eo cœtu, qui habitus fuit Carnuti, Sanctus Abbas delectus fuit totius exercitus Imperator. Qua de re certior factus, quis ego sum, exclamavit; ut toti præm exercitui, & me inimicorum copiis objiciam? Quid magis alienum, & oppositum Instituto meo, quam munus hoc quantumvis neque vires decedant mihi ad illud sustinendum, neque experientia, ut me eodem dignum probarem? Verum si ceptum hoc adeo gloriosum, atque tot miraculis comprobatum, quæ S. Abbas operatus est, minus e voto cessit; hoc inde factum est, quia incomprehensibilia sunt Dei judicia, & investigabiles viæ ejus. Tamen illi acceptus relatus est infelix exitus, & in illum murmur exarsit, tamquam in causam malorum omnium, quæ acciderunt. Gravissimam tentationem hanc pertulit digna constantiæ suæ patientia, & exclamavit: *Non veniso in gloriam esse, ne non irruatur in gloriam Dei.* Verba sanè digna ardenti amore erga Salvatorem, qui sine fine vorabat cor accensum S. Bernardi. *P. Dumeau.*

judicium Summi Viri de operibus S. Bernardi.

S. Bernardi opera sunt instar lampadum illustrantium terrarum orbem inter obscuras ignorantie tenebras, quas scelus peperit. Nitescere in eo videtur spiritus suapte natura nobilis, acer, constans, sublimis, sed lenis, suavis, affabilis; nativa eloquentia, & potius naturæ, quam artis ornata veneribus; flores ultro vernantes, stylus levis, & pressus, audacia in locutionibus, & in terminis deligendis proprietatis, in cogitatis sublimitas, in sententiis terneritudo; verbo lingua, quæ non nisi de Deo, rebusque celestibus imagines adstruit. Instammat, sed igne, qui minime exurciat, acuta controrquet in cor nostrum telâ, non ad illud exasperandum, sed commovendum; exprobat non ut illudat, sed moveat. Corripit, minatur, terret; sed peramanter, & sine ira. Molecet homines, quia molliat; laudat, quin inflet; allicit, lætificat, excitat. Tandem teste Sixto Sennensi, temperare novit suavitate styli acrimonia, ut vulnera, quæ infligit nihil admant voluptati, quam præbet. Dicere verba, ex illius ore fluere tamquam fluxum lactis, & mellis; cum interim sensus ex illius corde igni torrentis instar prodeant. *P. Mabillon in Prefatione operibus S. Bernardi præfixa.*

Zelus, & Charitas S.

Eo sæculo, quo S. Abbas mundum hunc vivo

præcellentium virorum suorum fulgere illustrabat, iam per omnes Regni hujus Provincias diffusimè grassata est; sed præ cæteris duæ provincie Burgundiæ fere penitus vastatae sunt, ita ut incolæ tenerentur domos suas deserere, & familias suas derelinquere, ut huc, illucque vagantes victum sibi compararent. Difficile dictum est, quibus telis hæc generalis vastitas tenerum S. Abbatis nostri cor tranverberaverit. Ad vivum usque dolore affectus fuit ob calamitatem tot errantium familiarum domo, & pane carentium. Ea præclara quidem fuit occasio ostendendi illos charitatis, & zeli thesuros, quos in suo corde celabat. Claravallense Monasterium, quod alias visum fuit omni destitutum re frumentaria, factum est, donec illa seviit calamitas, generale miserorum perfugium. Non hæsit D. Bernardus, sed cum illis paritatis est modicum illud annonæ, quod habebat, quantumvis nequam fati esset ad alendos Monachos per omne tempus, quod ad messem usque reliquum erat. Verum hoc illum minime deterruit. Deus enim per intercessionem servi sui ita multiplicavit misericordias suas ibi gentium, ut Monasterium Claravallense factum fuerit, ut ita dicam, horreum thesaurorum Providentiæ. S. Bernardus ad omnes Principes literas misit ad opem petendam: Ecce nunc, ait illis, tempus acceptabile, ecce dies salutis. Effundite super Jesu Christi pauperes divitias vestras, illas cum fœnore in æternitate recepturi. Non caruerunt sperato effectu litteræ, quæ res modum illi præbuit alendi pauperes donec sublata fuit illa calamitas. *Ex Sancti vita.*

Bernardi in Summa annoz charitate.

In Epistola ad Ducem Burgundia.

Summi Pontificis testimonium de sanctitate S. Bernardi.

Summi Pontificis Alexandri III. testimonium cum-mulum addit gloriæ, & auctoritati S. Bernardi, de quo ait, *Romanam Ecclesiam sub gravis persecutionis turbine laborantem, tam vite merito, quam daræ sibi cœlitus Sapientiæ studio sustentavit; inde inferens, Summorum Pontificum, atque Fidelium gratitudinem exposcere, ut illi cultus, æternique honores adhibeantur. Sed hujus gloriæ, atque auctoritatis prodigium hoc est, ut ferre extra invidiæ jactum fuerit: seu quod Sancti Abbatis nostri gloria adeo excreverat, ut invidiam omnem superaret; seu quod illam in ortu ipso suffocaret per humilitatem, quæ propriam magnitudinem aspernaretur; seu quod illam sua charitate reformaret, suaque opprimeret auctoritate. Recens Auctor.*

Que S. Bernardus per se facere non potuit, & facere, postea compulsi, ea per Ordinem suum attulerunt.

Ratio, qua S. Bernardus omnibus suis muneribus perfundens est, illi procul dubio gloriosam peperit qualitatem Hominis Dei. Optasset etiam esse omnibus in locis, temporibusque, ut nunquam cessaret agere; & laboribus exerceri propter Deum, & illi omnem operam impendere hominis penitus eidem addicti. Sed quæ per se ipsum facere non potuit, hoc effecit Ordinem Monachorum instituens, qui late se se in omnem orbem terrarum effudit, ut Patris sui Spiritus revivisceret, & Ecclesiæ daret toridem hæredes; & imitatores zeli sui. Quo in loco dicere possumus, quemadmodum magnus iste Sanctus eminentè exercuit duo vitæ genera, alterum quidem contemplantum, alterum autem agendum; ita ut difficillè sit conjectura in utro potius enituerit, ita voluisse partiri spiritum suum duobus Ordinibus, utriusque sexus, quos instituit. In Monachis homines Dei efformavit; dedit Ecclesiæ Prædicatores, Apostolos, Præsules, Doctores; & in tot Sanctimonialibus, quas ab his muneribus sexus dispensat, fecit, ut altera sui Spiritus pars resforesceret, nempe pietas; unio cum Deo, innocentia, & austeritas vitæ. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Quid nobis dicendum superest de Sancto hoc Nostro, nisi quod illum imitari conemur; nosmet efficiendo totidem homines Dei? Heu! nunc etiam, quot alias, negotiosi sunt in Mundo homines, quos diuturna experientia maximis rebus agendis fecit pares. Plurimi videntur, qui super cœcibus consenserunt, & qui laboribus suis altissimam eruditionem sibi compararunt. Extant adhuc homines callidi, & secundum Sæculi politicam per-

spica.

spices: sed quam pauci sunt homines Dei, quocumque in sensu præclarum hoc nomen accipiamus! pauci, qui verè Deo sint addicti; pauci, qui eidem fideliter inserviendū vacent; pauci, qui illius gloriam tantummodo querant. Plerique Christiani hodierna die homines sunt Mundi, qui gloriantur se illius gustum, nosse, illius placitis studere, ejusque instituta sequi. *Tu autem, o homo Dei, hæc fuge; dicebat olim Discipulo suo S. Paulus. Ut Dei homo sis, a mundi fuga exorsus ducendus es, a solitudinis amore, a pietate; Deus enim hoc pacto nos de nostris erudit officis, & docet, quid cupiat a nobis. Esse hominem Dei est bonis operibus intentum esse pro Dei gloria, & proximorum salute. Sed ubi te video pro levissima re adeo fol-*

u. ad Tim. mot. 6.

licitum, & e contra frigidum; ac inermem in cultu Dei, iterum dico, pauci sunt, qui verè sint homines Dei. Denique esse Dei hominem significat zelotem esse Fidei, & Religionis, virtutum, & licentiæ inimicum, pietatem, virtutemque sequi; sed quam pauci hujusmodi sunt! O Sancte, quam uberem curarum messem hodierna die zelus tuus nancisceretur! Curis, laboribusque tuis factam, rectamque Ecclesiam servasti; nunc illam tuere auctoritate, & intercessionibus tuis: zelum excita in iis, qui illam gubernant, & in his omnibus, qui me audiunt, ut postquam fuerint homines Dei super terram, eandem in Cælo mercedem laborum suorum recipiant. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

PRO SANCTI AUGUSTINI PANEGYRICO. MONITUM.



*N*emo est, dummodo in Summorum Virorum Cognitione omnino rudis, & hospes non sit, qui loqui audiens de S. Augustino, sibi non adstruat sublimiorem meritorum ejus conceptum præ illo, quem omnia simul conjuncta laudum ejus præconia valeant excitare. Hac de causa illius nomen tantum protulisse Summi instar Panegyrici esse deberet, nisi suggestus consuetudo nos cogeret fusius eminentem illius Sanctitatem persequi cum altissima eruditione conjunctam; felix illius ingenium, labores magnos, gloriosa contra Hæreticos certamina, verbo gravissima illius, & maxima in Ecclesiam merita, quæ illum tamquam primum, & Maximum inter Doctores, ac præstantissimum patronum facerent, & colit.

Ut igitur ratio Panegyricam Orationem texendi facilius fiat illis, qui eandem elucubrandam susceperint, Institutum Ordinem; methodumque sequemur, postquam admonerimus, nos intactas prætermittere quæstiones de Gratia tandem in Scholis agitatae, in quibus partes singula verba, & sensus magni hujus Doctoris in sententiam suam pertrahere conantur; sed nos hæreticæ doctrinæ, ac decisionibus Ecclesiæ in hujusmodi argumentis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Synopsis.

Qui fecerit, & docuerit, hic Magnus vocabitur in regno Cælorum. Matth. 5.

I.



*D*ocere virtutem, & illam non exercere, Philosophica vanitas est; virtutem exercere, & non docere illam, laudabilis quidem, sed sterilis devotio est, & sine fructu; illam exercere, simulque docere perfectio Sanctorum est; & per duplicem hunc spiritum Religio constituta est. Populi resistere non potuerunt efficacibus illorum persuasionibus, qui præcepta firmabant exemplis, & docendo veritatem ostendebant quo pacto omnes illam sequi possent. Scio veritatem non pendere ab operibus docentium illam; per quemcumque enim rivum fluat, semper suam retinet puritatem; & si ve Sanctus, si ve peccator illam annuntiat, illa semper, in se æquè pura est, semperque esse debet venerabilis audientibus illam. Verum cum doctrinæ utilitati, exempli accedat auctoritas, & cum aperitis ad Sapientiam, & justitiam viis docentur homines Deum cognoscere, eique famulari, sicut hoc est præstantissimum Regni Jesu Christi ministerium, Deus illi coronam in cælo preparat fulgidiorum: Quisnam coronam hanc melius promeritus est Augustino, qui non minus Ecclesiam edificavit sanctitate sua, quam illustravit doctrina; & qui virtutibus, & operibus suis plurimum contulit ad servandum fidem, & fidelium mores regendos? Hic fuit Doctor veritatis, & Christianæ virtutis Exemplar, *Paneg. Tom. II.*

plar; eodemque spiritu & actiones, & cogitationes, & eodem spiritu illius verba animante

1. Docuit veritatem, & illam secutus est.
2. Docuit humilitatem, & illam exercuit.
3. Docuit Charitatem, & eadem fuit inflammatus.

Ecce totum S. Augustini Elogium. Non id agredior, ut hoc sermone amplificem argumentum, quod tractandum suscipio; hodierna die in eo gloriam meam loco, si infra ipsum argumentum substritro; satis beatus, si aliquam vobis adstruere poterò ideam virtutum, quas vobis prædico, vobisque desiderium inspiravero eas imitandi. *Flechner.*

*Non ego, sed gratia Dei mecum.* 1. ad Cor. 15. Ubi primum S. Paulum, vel S. Augustinum nominamus, quicumque illos cognoscunt, quin aliis opus sit sermonibus, intelligunt statim hæc esse locupletissima gratiæ opera, videlicet, mortales in quibus hinc quidem gratia triumphavit, & qui inde fecerunt, ut gratia triumpharet: ita ut jure dicere possint: *Gratia Dei sum id, quod sum,* quoniam ab illa gratis hausi omne bonum, quod possideo; verum etiam addere possunt: *Gratia ejus in me vacua non fuit,* eam quippe fideli, & generosa cooperatione adimplevi. Hic propriè verus est S. Augustini character. Hinc quidem est opus gratiæ; inde verò perfectus est gratiæ operator. Hæc

II.



mihî videtur aptissimum laudum S. Augustini argumētum. Videbimus ergo primum quid gratia in S. Augustino præstiterit, & mox quid pro gratia S. Augustinus effecerit, Gratia quidem tria præclara in Augustino gratiam peregit; illum prævenit in ipsius indignitate, illum expectavit in ipsius mora, & tergiversatione, illum in pertinaci renitentia coegit, S. Augustinus quoque tria admirabili præstitit gratiæ officia.

1. Generosè gratiæ causam peroravit quatenus Doctor,
2. Illam fideliter adimplevit, quatenus Præsul,
3. Illam feliciter perennavit, quatenus Institutor, *P. Textier.*

III.

*Gratia Dei sum id, quod sum.* 1. ad Cor. 15. Unum pro alio non accipio, cum assero de S. Augustino id, quod de se ipso S. Paulus inquit, Discipulus, & Magister tantam habent in cogitationibus, ac sententiis affinitatem; duo hæc Oracula Ecclesiæ talem habent in vitæ ratione, atque doctrina similitudinem; hi duo fidei persecutores, mox facti ejusdem acerimi propugnatores, adeo conformes sunt in erroribus suis, & qua conversione: & hi duo insignes gratiæ inimici ita eodem eventu pugnarunt in præliis, quibus illam sternere conati sunt, & in victoriis, quas illa de utroque reportavit, ut haud hæsitanter liceat affirmare, S. Paulum fuisse primævæ Ecclesiæ Augustinum; Augustinum verò fuisse S. Paulum sæculi sui; uterque enim iisdem casibus, iisdemque Jabonibus inclaruerunt; eo usque ut Sanctus quidam Pater asserere non dubitaverit, hæc esse magna illa duo luminaria, quæ posuit Deus in Ecclesia sua, illis similia, quæ in ipso terrarum Orbis primordio in cælo creavit: *Fecit Deus duo luminaria magna.* Licet enim alterum mutaretur ab altero lumen suum, & nunquam eodem tempore coruscarent, pater nihilominus ea sibi invicem succedere, & nunquam alterum sine priore videndum, Quapropter audeo incomparabilem Doctorem nostrum inducere ut intemem Verbis, quæ magnus ille protulit Apostolus: *Gratia Dei sum id, quod sum*; & sine qua nihil sum. Non ideo tamen fert animus hoc in loco equam instituere comparationem inter duos Sanctos hocce, quorum quilibet suum habet caracterem, & qui existimantur principes inter eos, quos largitus fuit Ecclesiæ suæ Deus, sed dumtaxat vobis ostendere, quid possit homo cum gratia pro Deo, qui eodem ad majorem nominis sui gloriam uti dignatur. In prima Elogii hujus parte videbimus,

1. Quid fecerit Gratia in Augustino, & victorias, quas illa retulit de hoc spiritu in erroribus suis pertinaci, & de corde hoc vitis suis, ac libidinibus inharcentæ.
2. Quid cum Gratia fecerit Augustinus propter Deum, & Ecclesiam ab insensissimis hostibus lacessitam, Quæ erit totius Sermonis partitio. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

IV.

*Gratia Dei sum id, quod sum.* 1. ad Cor. 15. Quamvis inter Sanctos sit nemo, cui nequeant applicari hæc S. Pauli verba, quandoquidem omnes gratiæ Dei suam debent sanctitatem; cui tamen æquiori jure conveniant, quàm S. Augustino, nemo est, Gratia enim J. C. non solum principium est gloriæ, qua fruatur coram Deo, sed ejus etiam, qua illius adhæret nomini apud homines. Sensit ille omnes gratiæ motus; omnia illius secreta evoluit, omnia ejusdem explicuit mysteria, ita ut nemo de gratia rite loqui posset, nisi per Organum S. Augustini, quemadmodum nemo loqui posset de S. Augustino, quin hujus elogium cum laudibus Gratia permisceatur, Illorum prælia, victoriæ, atque triumphus simul confusa sunt, S. Augustinus evadere non potuit, qualis est, sine gratiæ subsidio; gratia illum non potuit facere, qualis est, sine illius fidelitate. Incepit Deus, homo huic magno operi manum postremam addidit, Sed quocumque ex se fecerit Augustinus, ut cum Deo operaretur; tamen non ille, sed cum illo Dei

gratia omnes has præclaras res fecit: *Non ego, sed gratia Dei mecum.* Igitur in hoc elogio considerate possit;

1. Augustinus per gratiam conversus, fecit, ut illa referret triumphum de cupiditatibus, quæ illi restabant in corde.
2. Augustinus gratia patronus efficit, ut illa triumphum ageret de hæreticis, a quibus seculo impugnabatur.
3. Augustinus imitatus, & sibiinet contrarius factus per gratiam, efficit, ut hæc triumphum reportaret de impiis, illum in Religione confiteri nolentibus. *Ex Panegyricorum Oratorum Specimine.*

*Facite ergo fructus dignos poenitentia.* Luc. 1. Vobis exhibere possem Sanctum Augustinum tamquam Theologorum prototypum propter Doctrinam ipsius excellentiam, quam veneratur Ecclesia, tamquam prototypum Religiosorum propter celebratissimos Ordines ab illo institutos; tamquam prototypum Episcoporum propter integritatem, charitatem, & zelum; & tamquam prototypum Eruditorum propter profundam humilitatem, quam cum sublimi doctrina conjungere novit. Sed quoniam in Elogiis Sanctorum nostram inquirere decet edificationem, atque doctrinam, æque ac illorum gloriam; hodierna die vobis ostendam S. Augustinum tamquam prototypum poenitentium, qui fecit fructus dignos poenitentia, quos S. Joannes ex Judæis requirebat. *Facite fructus dignos poenitentia.* Profectò poenitentia, inquit Theologi, non aliud est, quam compensatio peccati; satisfactio, quam reddit peccator Majestati Dei, quem suis irritavit sceleribus; præcox justitia, quam poenitens exercet in se, ut Dei sicut iracundiam. Sed ut poenitentia propter rationem habendam inter illam, atque peccatum, sit vera, ac frugifera, necesse est, ut poenitens post conversionem suam opponat virtutes contrarias vitis, quibus obnoxius erat ante conversionem; S. Thomas ait, Tantum sudeat ad hæne agendum, quantum studuit ad peccandum, quod perfectè S. Augustinus præstitit. Cor illius, mens, & corpus fuerant sui peccati instrumenta, & ipse illa in perfectissimè poenitentia instrumenta convertit.

1. Quia cor, quod amore prophano incensum fuerat, ardentissimos divini amoris impetus expertus est.
2. Quia mentem suam infinitis erroribus tradiderat, in quos vanitas, & curiositas illum impulerant; & mox omnia ejusdem lumina ad veritatis defensionem, traduxit.
3. Quia corpus impudicis abdidit voluptatibus, illud victimam efficit Christianæ mortificationis. *Ibidem.*

*Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit.* 1. ad Cor. 15. Ut ad vivum referamus verum S. Augustini caracterem, gratia triplici ex parte consideranda est.

1. Tamquam potentia, quæ cordibus dominatur, quin tamen officiat eorum libertati, quæ sibi subjecit rebelles, & insensissimos hostes, in obsequentissimos servulos convertit. Ita cor Magni Augustini postquam dñi rebellis fuit gratiæ, tandem eadem occupatus fuit.
2. Tamquam veritas, aut lumen, quod dissipat ignorantia, & erroris tenebras; qua veritate ac lumine S. Augustinus illustratus est; & per eandem gratiam spiritus, qui tot annos in matorum errorum tenebris quodammodo sepultus jacuerat, inde tandem erutus fuit.
3. Tamquam amor vel suavitas, quæ omnia inflammata corda, eaque in summo bono conjungit. Per suavitatem hanc, & amorem, cum antea teneretur Augustinus amore mortalium formarum, deinde arcto vinculo conjunctus fuit Salvatori, ac devotus Dei sui beneplacito. Igitur ad potentiam, veritatem, & amorem referre possumus verum Magni Sancti hujus caracterem, ejusque instituere Panegyricum. *P. Senault Oratoris Presbyter.*

Qui

*Qui videtur, factum illum columbæ in Templo Dei mei.* Apoc. 3. Nemini unquam contra tot adversarios pugnandum in terris fuit, ut magno Augustino, & nemo de illis plures, vel insigniores retulit triumphos; nemo unquam Christianus validius oppugnatus fuit, & nullus victor illo gloriosius coronam est affectus. Natura suorum donorum prodiga tot illi suscitavit inimicos, quot egregias qualitates illi largitur; gratia efficiens, ut de naturæ viribus triumphet, fugat omnes ejusdem inimicos, & est causa victoriarum ejus; & Religio in illo, & in victoriis ejus firmitatem agnoscentes, quæ nulla unquam re poterat labefactari, illum sibi eligit in columbæ, ac fidele præsidium, Gratia quippe ratio erga peccatorem tres hosce fines sibi proponit, ut eum de erroribus revocet, ut illum in certaminibus roboret, & jam victorem coronet. Vobis igitur ostendam Augustinum totum, quin vos cælem ejus virtutes, aut vitia, longè recedens ab arte infidelium Picorum, qui obliquam tantum ostendant faciem illorum, quibus adulantur. Deregant vobis illius vitia non secus ac infignes illius qualitates; illius excidium per culpam, ejusque victoriam per gratiam. Illum videbitis ita in erroribus suis, ut in sua sanctitate æque semper, & ubique magnum; illius excidium per culpam, ejusque victoriam per gratiam. Illum videbitis ita in erroribus suis, ut in sua sanctitate æque semper, & ubique magnum; illius excidium per culpam, ejusque victoriam per gratiam.

Ita videbitis Augustinum in toto hoc sermone tamquam columbam in statuam omnium varietate admirabilem.

1. Ut columbam peccatis dirutam.
  2. Ut columbam gratiæ vi erectam,
  3. Ut columbam denique ac ipsa Religione in Sanctuario positam, *Sermo Manuscriptus.*
- VIII. *Ipsæ est directus divinitus in poenitentiam gentis tulit abominationem impietatis, in diebus peccatorum corroboravit pietatem.* Ecclesiastici 49. A Deo constitutus fuit, ut populum ad poenitentiam impelleret; abstulit impietatis abominationem, & dirimerent peccatores, pietatem restituit; & confirmavit. Nequeo melius Magni Augustini texere Elogium, quam colligendo tot varias virtutes, quæ Spiritus Sanctus tribuit Regi Josiæ uni ex maximis Regibus Israel, & quæ in nostro etiam renident Augustino. Profectò enim magnus hic Sanctus in sui conversione fuit

1. Præstantissimum exemplar poenitentia, & exemplo suo deduxit peccatores in vias salutis: *Ipsæ est directus divinitus in poenitentiam gentis.*
2. Acerrimus fuit impietatis inimicus, quia Doctor fuit, qui majori præ cæteris vi illam impugnavit. *Tulit abominationem impietatis.*
3. Firmissimum fuit pietatis præsidium in diebus peccatorum; quoniam luminibus suis, & indefesso zelo admirabili progressu consumnavit: *In diebus peccatorum corroboravit pietatem.* *Elogia historica.*

IX. *Justit Deus de tenebris lumen splendescere.* 2. ad Corinth. 4. Secuti textus hujusce verba S. Augustinum possumus considerare.

1. Tamquam cæcum gravissimorum errorum patronum, factum unantex firmissimum eolumnis, nitidissimisque Ecclesiæ lampadibus.
2. In hoc eodem Sancto videbimus turpem carnis servitutem cedentem sanctæ austeritati Christianæ Mortificationis, & amoris Dei.
3. In magno Sancto hoc humanam scientiam, quæ inflat, consecratam videbimus per humilitatem Crucis Salvatoris. *Abbas du Jarry.*

X. *Gratia Dei sum id, quod sum.* 1. ad Cor. 15. Tripharium magnum Doctorem S. Augustinum possumus exhibere.

1. Tamquam oppositum gratiæ, & mordicus reluctentem omnibus motibus ejus.
2. Tamquam cum gratia cooperantem, cum qua nihil non accidit illi e sententia.
3. Tamquam pro gratia operantem, illam propugnando, ac tuendo adversus ævi sui hæreticos.

XI. *Justit Deus de tenebris lumen splendescere.* 2. Corinth. 4. Dicere possumus Deum tria, eaque præ-

clara edidisse miracula in Magni Augustini persona. Etenim

1. Ex Augustini corde amor impudico penitus devoto fecit cor amoris Filii sui factum.
2. Ex docto, superbo, ac tumido, fecit doctorem humilitatis Crucis.
3. Ex hæretico pertinaci fecit firmissimum doctorem, ac propugnatores Ecclesiæ.

In S. Augustini conversione Gratia duplicem insignem effectum produxit.

1. Illius erroribus usa est, ut illum in viam veritatis revocaret.
2. Ne opus suum relinqueret imperfectum, quin eum in sceleribus suis interire permitteret, illi viam aperuit, per quam ad gloriæ cumulum ascendit. Spiritus ejus omnibus occupatus erat erroribus, qui veritati adversantur, & in densa harum tenebrarum caligine illum gratia percudit, cum omnibus luminibus suis illustrata. Cor illius erat quodammodo inspersum in amore profano rerum creaturarum; quo in statu gratia efficit, ut objectum mutet, affectiones æquiores, sanctioresque illi datura.

*Ex Sermonibus Christianis.* Pro Sermonis argumento desumi potest; quæ illum prærolata, est acriter persecuta, & quæ tandem illum devicit.

2. S. Augustinum generosè defendisse gratiam contra omnes illius inimicos, qui sunt hæretici, idque prædicationibus suis, disputationibus, scriptis, quæ totidem arma sunt ad catholicas veritates tuendas, omnisque hæreses veteres, novisque impugnandas.

*Desiderium anima ejus tribuisti ei, Domine, & voluntate laborum ejus non fraudasti eum.* Psal. 20. Omnes sciunt S. Augustinum per sanctam curiositatem dignissimam pietate illius, magnoque ingenio tria habuisse desideria his verbis expressa: *Paulum videre prædicantem; Christum convertentem; Romanam triumphantem*; At hæc tria S. Augustini vitia, quæ in illo minime poterant adimpleri, quodammodo visa sunt adimpleta in ejus persona.

1. In persona suâ præfuit zelum, & ardorem S. Pauli prædicantis, & convertentis peccatores, ubi primum ille conversus fuit.
2. In persona sua visa est imago suavitatis, & humilitatis Jesu Christi inter homines conversantis, quoniam sua agendi, atque tractandi cum peccatoribus affabilitate, omnes traheret ad cultum Salvatoris, cui se ipsum protulit devoverat.
3. Romam vidit, hoc est, Ecclesiam triumphantem postquam omnes suos inimicos vicit, Hæreticos nempe, Schismaticos, & omnes illos, qui adversati sunt veritatibus Fidei, quod illi æternum in cælis triumphum promeruit.

*Justit Deus de tenebris lumen splendescere.* 2. ad Corinth. 4. Secuti textus hujusce verba S. Augustinum possumus considerare.

1. Tamquam cæcum gravissimorum errorum patronum, factum unantex firmissimum eolumnis, nitidissimisque Ecclesiæ lampadibus.
2. In hoc eodem Sancto videbimus turpem carnis servitutem cedentem sanctæ austeritati Christianæ Mortificationis, & amoris Dei.
3. In magno Sancto hoc humanam scientiam, quæ inflat, consecratam videbimus per humilitatem Crucis Salvatoris. *Abbas du Jarry.*

XI. *Gratia Dei sum id, quod sum.* 1. ad Cor. 15. Tripharium magnum Doctorem S. Augustinum possumus exhibere.

1. Tamquam oppositum gratiæ, & mordicus reluctentem omnibus motibus ejus.
2. Tamquam cum gratia cooperantem, cum qua nihil non accidit illi e sententia.
3. Tamquam pro gratia operantem, illam propugnando, ac tuendo adversus ævi sui hæreticos.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

1. Cor. 2.

limitate maxima Dei charitate incensus fuit, & terrerimos fovit sensus pietatis.

3. Doctorem maximo zelo inflammatum pro tyendis contra Hæreticos veritatibus fidei.

XVI. Quemadmodum ipse S. Augustinus docet, omnem christianam vitæ perfectionem consistere in tribus virtutibus, eximisque qualitatibus, quæ omnes illius actiones moderantur, omnemque gloriam partiuntur: Scienter, amanter, pie. In scientia, quæ sacri hujus ignis lumen est: in Charitate, quæ illius est ardor, & flamma; in pietate, quæ ejusdem motus est, & effectus. Loquitur

1. De Sancti Doctoris nostri luminibus incomparabilibus.

2. De illius charitate, ardentique amore erga Deum.

3. Tertio, de operibus pietatis ipsius; & hoc pacto in hoc Doctore præstantissimo vobis proponam prototypum. Doctorem omnium; in hoc contemplativo succenso divina charitate Sanctum perfectumque Religiosum, & in ardenti, ac laboriosa pietate magni Præfulis, omnium Christianorum Antistitum exemplar. Verjus.

PARAGRAPHUS II.

Fons, unde hauriri valeat copia ad allatas Sermonum texturas exornandas, & Auctores, qui hoc argumentum pertractant.

Testimonia S. Augustini perhibet de se in scriptis suis.

S. Augustinus ipse prolixè tractat de sua educatione. Lib. 1. Confess. c. 9.

Idem lib. 2. c. 3. describit suam vanitatis, & gloriæ amorem.

Idem libro eodem cap. 23. Ostendit quomodo ille in seclera lapsus erat.

Idem libro 3. cap. 4. Narrat suum progressum in studiis.

Idem libro 4. ostendit quomodo in Manichæorum hæresim incidit, & in eandem amicos pertraxerat.

Idem lib. 5. cap. 3. explicat quomodo crassum illum errorem deprehenderit, loquens cum Fausto Manichæo, eloquenti, sed seductore, cujus infirmiore partem detexit.

Idem lib. 8. cap. 6. suam describit conversionem post diurnam cunctationem, & mentis ambiguitatem.

Idem lib. 3. capit. 4. declarat magnum amorem suum erga Deum.

Idem Epist. 147. disputat cum Donatistis, eosque convincit.

Idem in Epistola 9. Scribens ad Sanctum Hieronymum, suam significat humilitatem.

Idem Epistola 92. refert, sibi a Concilio Milevano mandatam fuisse provinciam respondendi, & scribendi Canones.

Idem sermone 140. proponit compendium suæ disputationis cum Maximino Episcopo Ariano, & quomodo illum superaverit.

Testimonia Hieronymi Summorum Panegyricorum.

S. Hieronymus in pluribus Epistolis suis fusiùs loquitur de S. Augustini laudibus, quem præfert omnibus sæculi sui doctoribus, & quem vocat hæreticorum malleum, atque terrorem.

S. Paulinus in litteris Augustino inscriptis textit Elogium Sancti hujus Doctoris, atque in trigesima quinta memorat flagitia, in quæ Sanctus noster incidit, & quomodo suis obsequeretur cupiditatis, quæ illum sirenium instar fascinant.

Possidius Calamensis Episcopus narrat, a S. Valerio Episcopo delectum fuisse S. Augustinum in Successorem suum, & in locum Episcopatus assumptum, atque a Sancto nostro institutum fuisse Hyponense Monasterium.

Idem memorat illius disputationes, collationes, multitudinem illam tractatum, epistolarum, librorum, quos lucubratus est ad confundendos Hæreticos, quorum librorum numerus Auctor hic esse scribit millium, & triginta, præter magnam vim aliorum operum, quæ deinceps collecta fuerit.

Hugo de S. Victore tres edidit orationes panegyricas S. Augustini.

S. Antoninus part. 2. titulo. 20. illius textit elogium.

S. Vincentius Ferrerius, S. Thomas Villanovanus, Dionysius Carthusianus, Guillelmus Parisiensis, alique Sermones de Sancto hoc Doctore conscripserunt.

Præter auctores, qui Sancti Doctoris hujus scripsere vitam.

P. Causinus tomo 2. Aulae Sanctæ in S. Ambrosii vita describit quomodo S. Augustinus conversus fuit.

P. Novet de vita J. C. in Sanctis suis habet quatuor Meditationes satis amplas de hoc Sancto.

P. Haineuve sub finem partis tertie meditationum, unam habet.

Numero carent Sermones cum typis editi, cum manu scripti hujus argumenti, Ex editis hos legi, & promi.

Flecher, Birgat, Abb. de Marcu, Abb. du Jarry, Ab. Verjus. P. Texier; Ogier in actionibus publicis, Elogia historica. P. Senault, P. le Jeune Oratorii, Tria compendia Sermonum in Specimine Orationum Panegyricarum. P. Duneau. P. Odet d'Allier. Auctorem Sermonum in omnia argumenta, & Auctorem Sermonum Christianorum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figure, & Applicationes Biblicæ hujus argumento.

Loci, qui applicari possunt S. Augustino peccatori ante Conversionem.

NE tardos converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te. Eccl. 6.

Qui facit peccatum servus est peccati. ad Rom. 5. Ecce defunctus efferebatur filius unicus Mariæ suæ, & hæc vidua erat, quam cum vidisset Dominus misericordiam motus super illam, dixit illi nolite flere. Luc. 7.

Domine jam factet, quatrduanus est enim ... nome dixi tibi, si credideris, videbis gloriam Dei? Joann. 11.

Non in commensationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitis non in contentione, & emulatione, sed induimini Dominum Jesum. Ad Roman. 3.

Loci, qui S. Augustino jam converso conveniunt.

DE propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Eccl. 5.

Dominus purgavit peccata ipsius, exaltavit in æternum coram ejus, & dedit illi sedem gloriæ. Eccl. 47.

Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Act. 9.

Ostendam illi quanta oportet eum pro nomine meo pati. Ibidem.

Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia Dei in me vacua non fuit. 1. ad Cor. c. 15.

Non ego, sed gratia Dei meum. Ibidem.

Continuò non acquievi carni, & sanguini. Ad Galat. 1.

Tremens, ac suspens dixit: Domine, quid me vis facere? Act. 9.

Et continuo ... Prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei. Ibidem.

Saulus autem convalescebat, & confundebat Judæos. Ibidem.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo. Psal. 115.

Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia. Ad Rom. 5.

Asueti.

Conclaves torres nuperi.

Loci.

Loci, qui eidem applicari possunt, quatenus Doctori.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Matth. c. 5.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutis parabolarum simul introibit: Occulta Proverbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conversabitur. Eccli. 39.

Si Dominus magnus voluerit, spiritum intelligentiam replebit illum, & ipse tamquam imbres mictet eloquia sapientie sue. Ibidem.

Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Ibidem.

Ego dedi verba mea in ore tuo; ecce construi te hodie super gentes, & super regna, ut evellas, & destruas, & dissipet, & plantes, & adifices. Jerem. 1.

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super terram, Regibus Juda, Principibus ejus, Sacerdotibus ejus, & populo terre. Ibidem.

Et bellabunt adversum te, & non prevalebunt, quia ego tecum sum, ut liberem te. Jerem. 1.

Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. Matth. 5.

Erat lucerna ardens, & lucens. Joan. 5.

Cum esset sapientissimus Eccl. scribit, docuit populum, & enarravit, quæ fecerat. Eccl. c. 11.

Quæsitit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos, & veritatis plenos. Ibidem.

Justit Deus lucem de tenebris splendescere. 2. Corinth. 4.

Sicut tenebra ejus, ita, & lumen ejus. Psal. 138.

Omnia possum in eo, qui me confortat, Ad Philipp. cap. 4.

Exempla, & figura Biblica hujus argumenti.

ALI profectò in statu magnus hic Sanctus vocabatur, cum Deus illum gratia sua prævenit, hoc ipsum faretur ille in Confessionibus suis.

Deflexi ego a te, & erravi Deus meus; nimis devius factus a stabilitate tua. A puero discessi a Deo, & in semitis obscenæ Babylonis erravi; vel ut olim Prodigus dissipavi substantiam meam, videlicet omnes præclaras dotes meas, atque talenta, quibus me cumulaverat Deus. In harum viarum errore tradidit se in omnia cupiditatum genera, & factus est turpe mancipium trium illarum, quæ mundum componunt; ambitionis, avaritiæ, & voluptatis. Inhiabam, ait ille, honoribus, lucris, conjugio; & patiebar in eis cupiditatibus amarissimas difficultates. Ne dissimulemus S. Augustini flagitia; nihil erat in illo, quod gratiæ non adferretur. Si spiritum ejus consideras, exco demonem fecerat superbia: Ex homine demonem facit superbia. Si corpus respicis, inordinatus voluptatum amor illum ad belluarum conditionem abjecerat: Comparatus est jumentis insipientibus. Dicere possumus gratiam, omnem in illo oppositionis speciem, & omne genus inimicorum invenisse. Amore impudico flagrabat, uti Magdalena; Furore agitabatur, ut Saul; Erat illi Philosophi vanitas, & Hæretici pertinacia. Totum hominis ingenium, tota cordis ejus latitudo, omnesque vires corporis illius occupatæ erant, exhaustæ, & inordinatis affectionibus corruptæ, quæ, ut idem testatur, certabant in me ipso, & de me ipso, cujus potissimum esse viderer.

Gratia respicit Augustinum in erroribus ejus tamquam Jonam alterum. Nostis Prophetam hunc divinitus jussu pergere in Ninivem, tantum abfuisse, ut illuc pergeret, ut immo navim confecerit Tharsum profecturus. Repente furit procella, tumentes fluctus proximum portendunt naufragium. Sors incidit in Jonam in mare projiciendum. Cæte

illum sinu suo statim recepit, eumque in litore non procul a Ninivè vomit, & Propheta vidit se prope magnam illam civitatem, ed celerius, quo magis conatus erat ab eadem recedere. Dum videbat non ire, citius ibat; egregiè quidam Ecclesiæ Pater inquit. Adeo verum est, scire Deum efficere, ut omnia sibi accidant e sententia, quidquid humana repugnet providentia. Id tu cognovisti Augustine, cum a Deo recedere cupiebas, nescius ibas ad illum. Cum sequebaris afflatum Angeli tenebrarum, tunc Angelus lucis deducebat te, tamquam Tobiam alterum, ad Ambrosium. Ad quem cum gratia adduxisset illum, magnus ille Magister cogit hunc, ut in justitiæ vias ingrederetur; manu quodammodo adduxit illum in hanc terram promissionis fluentem lacte, & melle, adduxit illum in solitudinem, ubi Deus animæ loquitur corde ad cor.

Videtur, gratia instaurare velle in Augustini corde illud sacri ignis miraculum, quem Israelitæ Babylonem in captivitatem abducendi absconderunt in puteo. Reversi enim in patriam effosso puteo, ut ignem ibi sacrum invenirent, illum in lutulentam aquam conversum invenerunt, quam ubi exposuerunt solaribus radiis, viderunt in primam ignis formam reverti. Applicemus hæc Sancto Augustino. Amor Dei fuit veluti absconditus in corde Augustini. Amor cordis hujus, cui non alius inesse debebat motus, quam propter Deum, fuit quodammodo immutatum in lutum, per profanum amorem creaturarum: quia, teste Sancto nostro, cor nostrum est tale qualis est amor noster. Si Deum amas, Deus es. Si terram amas, terra es. Quid ex Augustini corde faciet gratia? Num illum amare verabit? Non ita profectò. Hæc illius est fortior propensio, sed converteret ignem suum in objectum sanctius, & religiosius. Amor corrupti affectiones cordis Augustini; amor illas sanctificat. En quid operetur gratia pro Augustino; sed quid Augustinus operetur pro gratia? Cum accepisset, quidquid erat ex liberalitate illius, ad gloriam ejus refert quidquid est.

S. Augustinus comparat suum tenebrarum statum cum chaos, ac tenebris, quæ effuse erant super terram tribus primis diebus Creationis. Sol, luna, & stellæ lucebant, sed ita involuta obscuritate, ut claritas non appareret. Talis erat Augustinus ante conversionem. Claritates spiritus sublimis, ac penetrationis densa nube erant abjectæ, quæ nubes ex illius affectionibus coaluerat; lux aliquando ibi affulgebat, sed tamquam in tenebrosa caligine. Quasi lucerna lucens in caligine noctis. Sed quemadmodum Domine per potentem vocem tuam prolutam super Mundi chaos inde elicisti tuam illa luminaria magna, quibus illuminamur, ac caetera firmamenti; locutus es, Domine, tonanti voce ad interiore meum cordis aures, S. Augustinus exclamat: dixisti: fiat lux, & statim densa, atque tenebrosa lux, quæ cor meum obscuratum erat, dissipata est. Sexcenta fulgentia lumina ex hoc Chaos proflittere, viva fides, amor ardens, summa spes, humilitas profunda, exquisitus divinarum scripturarum gustus, zelus ardens pro Ecclesiæ Sanctæ tuæ, paternæ charitas erga peccatores, & erga fratres meos. Addamus, quemadmodum sciri omnia lumina, quæ tribus prioribus Creationis diebus erant dispersa, die quarta in solare corpus collecta fuerit, ita videri, lumina veritatis, quæ in diversis doctoribus erant tribus primis Ecclesiæ sæculis divisa, omnia in Sancto Augustino fuisse conjuncta, postquam Deus protulit super illum verbum hoc efficacem, & omnipotentem, quod olim pronuntiavit super tenebras, quæ cooperuerunt faciem terræ. Intonasti voce grandis in interiore aures cordis mei: fiat lux: & facta est lux. Discessit, & liquescit nubes, quæ opernerat oculos meos, & vidi luminare. Fac; Domine, ut nos quoque eandem vocem audiamus; mentium nostrarum tenebras dissipa: Fac, ut transeamus in admirabile lumen tuum, ut cum cognoverimus te, sicut Augustinus

Figura ignis sacri, quem Israelitæ absconderunt in puteo ad S. Augustini traducta.

S. Augustinus comparat suum statum cum chaos dum vivebat in peccatis; & cum sole, cum e peccatis emerit.

Pari 2.

Aug. 1. Conf. c. 5.

S. Augustinus se ipse non modo comparat.

Psal. 48.

Augustinus ut Jonam peruenit in portum ca via, quæ consiliis suis proferretur adferretur.

fruanur felicitate amandi te, quemadmodum ille te amavit.

Fateor equidem spectaculum fuisse Deo, & Angelis dignum videre Saulum, primum illum Ecclesie persecutorem eo tempore, quo non nisi eadem sanguinemque anhelabat, caelesti ictu prostratum perfecta conversione mutare mentem. Nonne hoc exemplum est, quod Mundo universo ostendat triumphum misericordiae Salvatoris in Saulum, qui armata manu adhuc erat spirans cadis, & minarum. Verum nonne dici potest, non minus insignem fuisse victoriam, quam divina misericordia retulit de Augustino, qui prorsus diversa cupiditate agitabatur? Nam licet odium Saul magis fureret; nihilo secius dubitare non licet, utrum inordinatus voluptatum amor, quo S. Augustinus aestuabat, & errores, quibus implicitus erat, obicem, vallumque satis validum misericordiae Jesu Christi opponeret. Libertas ejus nonne erat impedita tamquam vinculis ferreis? Nonne caelestibus affatibus resistebat? Mortem, quas necdebat, & quas in suis describit Confessionibus, nonne sunt manifesta hujus resistentiae probatio? Adhuc, & modo, dicebat ille, & illud modo non habebat modum: & sine paululum, non longum erat. Cupiditates ejus tamquam syrenes, nonne fascinaverant illum? Succutiebant, ait, vestem meam, dicentes: dimittis ne nos? Virtus ostentabat illecebras suas ob oculos Augustini; sed frustra; voluptas victrix erat, & in corde illius magis, magisque dominabatur. Percussus, ut Saulus, voce de caelo, conversus est, ut Saul non audiret amplius carnem, & sanguinem: Captivus non acquiescit carnem, & sanguinem. Arripit S. Pauli Epistolas, easque legit; & quemadmodum ipse Jesus Christus allocutus est illum persecutorem, ut inde maximum gratiae Doctorem efficeret; Salvator usus est ejusdem Pauli ministerio, ut Augustinum faceret insignem discipulum Apostoli gratiae. Quemadmodum Filius Dei Saulo exprobraverat persecutiones: Saulo, quid me persequeris? S. Paulus Augustino libidines exprobravit: Non in confessionibus &c. Statim Augustini catenae concidunt, spiritus illustratur, voluntas confirmatur in bono. Quemadmodum Saul conversus praedicat Jesum Christum in Synagogis: ita Augustinus confundit, & convertit Manichaeos, quorum errores securus fuerat, non secus ac Saulus Judaeorum.

Augustinus implius in errore Manichaeorum comparatus Saulo, dum Christianos infestabat.

Aug. l. Confess. 4. 5.

Aug. l. Confess. 4. 5.

Figura Israelitarum, qui ad reparandas Sandae Civitatis ruinas simul pugnant contra infidelitatem & alicabant.

Homo exterruitatos qui in virtute apparuit Esdrae pro-

scintillas, quibus populi in cineres redacti fuerunt. Satis erit, si Augustinus Ecclesiae inimicos respexerit, ut contremiscant; si os aperuerit, ut fugam capebant. Quantumvis terribiles sint conatus multitudinis illorum, Ecclesia semper invenit in Augustino veritatem Ellogiorum, quibus Edras cumulavit insignem illum hominem, qui felici eventu evasit ex naufragio, & ex cujus ore ignes egrediebantur. Ita Augustinus omnes dissipat inimicos Dei, & Ecclesiae. Recentiores Haeretici nec ququam contra illam insurgentis ejus pacem perturbaturi: Augustinus illi ministravit arma quibus ad mundi finem usque se protegat. Praeverit ille quidem quidquid novi assertis, & si quid deerat ejus felicitati, ut vos confunderet, in Ecclesia Ordinem instituit, in quo illustres non desunt filii, qui satis superque suppleant.

Quemadmodum statim post Filii Dei baptismum, Spiritus Sanctus, qui secundum Isaiae Prophetam mentem, requiescebat super illum, adduxit eum in desertum: S. Augustinus postquam baptizatus fuit aqua materiali, & caelesti Spiritus Sancti igne, ut Apostolus loquitur, evitavit commercium, & hominum societatem, quae saepe potest ex cordibus nostris vitium divinarum harum flammaram auferre. Hoc in secessu & jugi recentium harum pulchritudinum contemplatione, quibus anima illius illecta fuit, ardore illi quotidie ingeminant: & hac gratia victrix, quae ejus cor post diuturnam renitentiam superaverat, incessanter in eo magis, magisque suam dominationem constituit, victorias consummat, ac tandem se reddit omnipotentem. Quare ibi omnes fustes habitus qui sunt toridem imperiosi tyranni, a quibus in vinculis tenemur; suffocat illic omnia perniciosa sanguinis, & carnis placita, quae divino spiritui sunt infesta; illic destruit omnes indignos sensus, omnes abjectas, atque terrenas concupiscentias, quae corda nostra in miseriam tenent servitute. Solus ibi Coeli amor victor est, atque triumphat. Mutat in corde sensus omnes, omnia placita, motus omnes, quibus amor terrae illud impleverat. Ibi omnes has parit inversiones, felices mutationes, sancta miracula, de quibus Sanctus noster saepe numero loquitur, cum ait veritatem vanitati succedere, charitatem concupiscentiae, amorem Dei amoris mundi; Sanctitatis decora novorum luminum accessione detegi, & ineffabiles virtutis delicias nobis oblectationem afferre, ac Sancta afficere letitia.

Vetus quidam Auctor S. Augustinum terrestri comparat Paradiso, unde ingenia quatuor egrediuntur flumina, Ecclesiam universam irrigantia. Primum fluvius est intelligentia Sacrarum Scripturarum. Secundus Theologia scholastica, quae ex illius coruscantibus luminibus originem duxit, & ubi Angelicus Doctor, qui se jactat Sancti nostri discipulum, sese erudire oblectatus est. Tertius est scientia controversiarum; & quartus Theologia mystica, vel scientia pietatis... Ita noster Sanctus Doctor Divo Bernardo apparuit, emittens ex ore fluvium, ex quo omnes Scriptores Sacri, & Evangelici Praecones hauriebant, ut Spiritum suum sapientia, & veritate repleant. Didicit hanc Sapientiam S. Paulus in Coelo tertio, & S. Joannes ex Salvatoris sinu, ubi quieverat, Sed Augustinus illam hausit ex Scripturis Sanctis, quae solidae sunt enarrationes veritatum aeternarum, & inexhaustae subtilissimarum sententiarum thesaurus. Quemadmodum enim in mari duo sunt genera divitiarum, quorum unum continet in sinu suo, & in imis abyssi; alterum vero projicit in litus tamquam minus rarum, minusque pretiosum: ad hujus generis colligendas opes, satis est per litus deambulare; sed ad opes generis alterius obtinendas, longius procedendum est, & ipse hujus elementis fundus penetrandus. Itaque dicere possum aliis quidem satis fuisse sequi oram abyssi divinae sapientiae effusas illic opes colligere, quae sese offerunt omnibus eisdem inquirentibus; sed S. Augustinum ipsum penetrasse, ut hauriret quod preciosissimum est,

sternens omnes inimicos oculorum concitatu & vera victoria rum S. Augustini.

Quomodo Spiritus Sanctus qui descendit super Salvatorem in Baptismo, illum mox in desertum adduxit. Ita Augustinus post Baptismum suum secessit ab hominum commercio ut christianam vitam duceret in solitudine.

S. Augustini doctrina comparata quatuor fluminibus de terrestri Paradiso egredientibus.

est, rarissimum, & abditissimum; quod optime significat S. Paulinus eo nomine, quod Sanctum hunc Doctorem appellat: Omnium vesperator Augustinus, quasi innuere veller, Sanctum hunc nostrum ornatum fuisse pulcherrimis cognitionibus, quae alios quatuordecim fallunt, & detexisse arcana humanis mentibus invisibilia.

Providentia in Augustini gratiam aliquid simile operata est iis, quae divina sapientia in Coelis operatur in gratiam Principis Angelorum. Beatus hic spiritus, eximium divinae opus potentiae, tria possidet singularia privilegia, quibus ille ab omnibus distinguitur. Hic non nisi a Deo solo lumen recipit; haurit ex ipso centro, & fonte scientiae subtilissimas cognitiones, quae illum perfectissime illustrant; cum alii lumina sua non nisi ministerio suorum superiorum recipiant. 2. Deus in illo uno colligit omnia lumina, quae sunt in aliis diffusa. 3. Communicat scientiam suam reliquis beatis spiritibus. Talis est Augustinus in Ecclesia; Deum unum scientiae suae auctorem cognoscit, & suorum luminum fontem; colligit in se omnia luminis, & scientiae bona, quae alii Doctores singillatim possederunt. Habitus fuit pro Magistro, communique Doctore Ecclesiae, ejusque lumina adeo sunt plurgida, ut non alium cognoscere possit Magistrum, quam Deum. Quem enim fructum colligere potuit ex primis studiis, quae propter Deum non suscepit? Quem in vera scientia progressum facere potuit, cum persequeretur inane phantasma humanae eloquentiae, cum spiritus ejus involutus esset tenebris erroris, atque mendacii? Scientiae suae vanitatem inflatus, Sanctus ipse alios seducere dicebat. Ignorabat id quod sciendum est, ut sciret, quod est ignorandum.

S. Augustinus luminibus suis comparari potest cum principe Angelorum.

S. Augustini vox similis illi Angeli Apocalypsis, quae populi totius vox videbatur, & super voces omnes praevalerat: Vox Sermonum ejus, quasi vox multitudinis. Concilia Araucanum, ac Tridentinum gloriantur ex S. Augustini scriptis plurimas fidei regulas se fuisse mutata. Tanta reverentia scripta illius venerantur, ut illa de verbo ad verbum in Sacros Canones referant. Huc etiam afferre possem gloriosam encomia, quibus celebrantur Accademiae S. Augustini ornatum; sed silencio praetermittamur: laudes illius, quae essent infinitae, & quarum materia est inexhausta. Dicere satis sit, si Fulgentii, Prosperi, Hilarii, ac Thomae Doctores Ecclesiae & habentur, & nuncupantur, id accidisse quod S. Augustini Discipuli extiterunt. Ipsi etiam Haeretici Doctissima S. Augustini scripta venerantur; neque illa de minimis quidem erroribus audent infirmulare. Ut se ipsos dicant Orthodoxos, haereticos suos, contemere admittunt vestibus novi hujus Davidis; sed hac in re imitantur Michol, quae ipsam mortuum dumtaxat simulacrum operuit.

Applicationes quorundam locorum Scripturae huic Argumento.

Multiformis gratia Dei. 1. Petri 4. S. Petrus ait Gratiam multas habere formas, ut nobis ostendat illam multis rationibus uti ad peccatorum conversionem. Augustinus convertendus est, quid illa? Modò spiritum ejus ingreditur manu facem praefrens ad tenebras dissipandas, modò illius voluntatem abinthio, ac felle replet, ut illius suavissimas voluptates perfundat; modò illi praedicat per vocem Simplicianorum, atque Ambrosiorum, modò ei loquitur per sanctae Monicae Matris suae lacrymas. Quid amplius? Gratia haec illum quocumque sequitur; cum illo navim conscendit, cum illo navigat, illum Carthagine Romam euntem, & Roma Mediolanum petentem subsequitur aliquem oportum inventura locum, & commodum illius aggrediendi occasionem. Bone Deus! quae cura, quae sollicitudines, ut profugum ad te trahas, quis labor ut hunc hominem illustres! Quot lumina!

Quot caelestes afflatus! Haec autem omnia propter Augustinum nondum Sanctum, nondum Ecclesiae Doctorem, sed Augustinum peccatorem. Haec, Domine, gloria est bonitatis tuae triumphantis de indignitate hujus peccatoris, quasi cuperes ostendere gratiae tuae potestatem ob triumphum relatum de rebellibus peccatis suis obdurato.

Jussit Deus de tenebris lucem splendescere. 2. Corinth. 4. Si vitae primordia semper certissima essent praedicta hodierna die verba facere de eo viro, cujus adolescentia pluribus criminibus redundavit; sed quia Deus ipse fecit de tenebris lumen splendescere, & virtus nonnumquam super peccati ruina fundatur; & aquae originem a mari trahentes, per terrae viscera permeantes suam exuunt amaritudinem, non vereor habere sermonem de tenebris, erroribus, & evagatione Spiritus Augustini, primis studiorum suorum annis; quandoquidem illinc gratia & veritas tamquam ex seipso nihil eruerunt, quidquid nobis & conversionem illius, & reliquum vitae spatium admirabile praebet. At hocce est vobis aequam adstruere ideam renebrarum, & errorum juvenis hujus Philosophi, hunc cum nihilo comparando? Hocce est deserere gratiae, & veritati gloriam, quam merentur, conferendo eorum triumphum super spiritum ejus cum virtute imperiosi verbi illius, quod universa ex primo nihilo eduxit; Nequaquam. Nihilum numquam rebelle fuit voci Creatoris; qui semel tantum imperavit, ut fieret, quod imperaverat; & Augustini spiritus millies obstitit victori suo, antequam victas manus daret. Plurimos restitit annos, antequam se se legibus ejus subjiceret. Duplicavit ille tenebras suas, ne aditum praeretur luminibus ejus. Diu se se confirmavit in studio vanae Philosophiae suae, ne sanctis ejus artibus, ac illicis caperetur. Exhaust lacrymas, preces, & vires Matris maxillinae, quae illum Tagasta Carthagine, Carthagine Romam, Roma Mediolanum proficiscentem subsecuta est, antequam animum illius fructum, & concussam audiret. Tandem in eo gloriam suam collocavit, si pertinax esset in erroribus suis, & per sensum vanitatis omnibus eruditus ejus seculi hominibus significaret, quod ille sibi exprobrat, nihil esse tam difficile gratiae & veritati, quam viatoriam reportare de eo, qui sibi vallum posuit in tenebris. Tenebrae meae, inquit ille, similes erant horribilibus illis tenebris Aegypti, quae non audebant solum Coeli adpectum Aegypti, sed vim etiam, & facultatem deambulandi; erant enim in tenebris illis immobiles, quin passim proferre, aut loco moveri possent; Una catenis tenebrarum erant omnes colligati. Hoc in statu erat Augustinus in errorum suorum, & peccati captivitate. Tot nubibus erat involutus; adeo fortiter vinculus erat in hac nocte, tenebrisque illius, ut in veritatis via ne pedem quidem posset proferre.

Lucerna ardens; & lucens. Joann. 5. S. Augustinus fuit haec Evangelii lucerna, aquae ardens, & lucens; ardens quidem charitatis fervore, lucens vero fulgore doctrinae. Huic sane exprobrari non potest, quod olim S. Bernardus lucifero; habuisti lucem, ac non habuisti ardorem. Dicere possumus Sanctum hunc doctorem adhuc perfectionis gradum evasisse, quem ipse S. Bernardus laudat his verbis. Lucere, & ardere perfectum. Qui proprius illius caracter est. Si enim profunda eruditio reddidit illum totum lucidum; & claritate, praclarisque cognitionibus ornatum; fuit etiam Seraphim ignitum, & ardens charitate. Quam ingeniosa fuit Pictoris, qui primus S. Doctoris hujus imaginem coloribus expressit, cogitatio! Exhibet illum manu tenentem cor simile rubo Moysis, sed cor undique flammis septum, cor vivens inter ardores sancti amoris; re enim vera ab ipso suae conversionis momento Sanctus hic non aliud habuit elementum, quam divini amoris ignem; illius cogitationes, verba, actiones, flammam erant; non vivebat nisi igne, non nisi ignem respirabat; amor Dei, & purissimus.

Sap. 17.

S. Augustinus non minus Charitatis ardore quam doctrinae luminibus celebratur.



visimus amor semper scopus fuit illius; cor, & anima ejus unice in finem hunc collimabant.

Hec mutatio dextera Excelsi. Psalm. 76. Magna sane mutatio. Augustinus non est amplius Augustinus: Quod si quæris, quid respexerit in illo Deus, ut ita converteret, reddet ille tibi hæc tantum Scripturæ verba: *Creatus in Christo: Cor mundum creavit in me Deus.* Creatio ex nihilo fit, & hæc mutatio fit sine aliquibus meritis præcedentibus. Deus fecit hoc per meram misericordiam suam, per gratitatem suam, per voluntatis suæ beneplacitum: *Propter nimiam charitatem suam.* quod efficit illius conversionem, & electionem admirabilem; quia quo nobilior, & sublimior est causa, ita etiam effectus est excellentior. Si Deus ad sanctificandum Augustinum rationem habuisset optimi illius ingenii, vel prævisionis meritorum illius, ratio hæc nimis esset abjecta, quandoquidem inniteretur Creaturæ; cum nequeat agere Deus nisi per se, & ut suam faciat voluntatem. Nos elegit Deus, S. Paulus inquit, *Secundum propositum voluntatis suæ.* Et Apostolus rationem reddit; *in laudem gloriæ gratiæ ipsius;* ut gratiæ suæ potentia, & gloria celebraretur. Itaque S. Augustinus non aliam habebat validiorem causam, ut se ad peccatorem suorum doctorem excitaret, præter admirabilem hanc Dei erga se bonitatem. Cur, aiebat ille, Deum læsi adeo bonum eo tempore, quo de me bene merebatur, & quo suæ maxima in me utebatur misericordia? Heu! undenam lacrymas mutabor, tibi dolorem meum restitutus? Heu! quandoquidem non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat; fac saltem, ut relinquo vitæ meæ spatio deserviam tibi, quandoquidem pars portior in jugibus rebellionibus prætermissa fuit.

Epist. 12.

Epist. 27.

Explicatio illius oraculi: Qui fecerit, & docuerit.

Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Cælorum. Matth. 5. Quoniam oraculum hoc ab ipsa veritate prolatum esse mihi debet argumentum ad texendum S. Augustini elogium, notandum est, Salvatorem non dixisse, cum qui fecerit solum, magnum fore in oculis Dei; sed utrumque addidisse: qui fecerit, & docuerit. Unde distinctus, illum qui neque fecerit, neque docuerit, neque magnum, neque parvulum futurum in regno Cælorum, quia illuc omnino non ingredietur, quemadmodum antea dixerat Filius Dei: *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno Cælorum;* videlicet juxta Sancti nostri Doctoris, divique Chrysostomi interpretationem, *minimus, id est nullus,* nullam Cæli particulam obtinebit. Præterea qui non fecerit, licet alios docuerit, non ingredietur in Cælum, quia similis est Phariseis, & Scribis, a Dei Filio damnatis, qui sedentes super cathedram Moysi præclara tradebant documenta, quin illa in praxim redigerent. Utinam hodierna die non multi invenirentur inter populorum Pastores, Concionatores, & Doctores, quibus hæc Sancti Pauli exprobratio fieri possit: *Qui alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mechandum, mecharis.*

Ad Rom. 2.

Profunda Augustini scientia prodigii loco habita fuit.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi. Ad Coloss. 2. Hæc verba, quæ S. Paulus ait de Incarnato Verbo, dici quoque possunt non sine aliqua propensione de S. Augustino. Millies audistis spiritum ejus fuisse prodigium, magnitudinem, elevationem, atque extensionem ingenii illius admirationem excitasse, quemadmodum ipse de filio suo loquitur. *A Deo datus, horrore mihi erat illud ingenium.* Memoriam ipsius fuisse thesaurum, ubi nihil interibat, & quod locupletatum erat iis rebus omnibus, quæ rara erant in antiquitate, ita ut in proverbium abierit, ea quæ Augustinus ignorabat, nullibi scripta inveniri, & a nemine unquam scripta fuisse: *Cum ad Augustinum veniret, legi deest, quidquid contigerit ignorari.* Nescio utrum Sapientia sese illi ostenderit, ut olim Salomoni, sed certus sum illam fortasse non majorem immisit claritatem in Sapientis hujus Regis Spiritum,

Valerianus Ep. 1. ad Augustinum.

quam in mentem Augustini; nam quin loquatur de naturalibus cognitionibus, quas sine Magistro didicit, ita ut obscurissimas quæstiones sola sua indagine penetraret, divinis tantum illius cognitionibus immoror, quæ proprie Sapientia debet vocari, & quæ in hoc differt a scientia, quia illa per sublimiora, & elatiora principia comparatur. Videbatur autem tota hæc sapientia in ejus capite esse collecta, per os illius fidelibus explicari, per scripta ejusdem implos tamquam ingnita missilia perterritere: omnes vires suas in illius cogitationibus collocare, omnesque illecebras suas in illius sermonibus promere, & omnes divitias suas in ejusdem libris continere. Cum autem hæc dico, nihil dico, quod accedat ad ælogia magnifica, quæ Doctori nostro deserunt Sancti Patres, & omnes summi viri, quorum alii eum vulgo aquilam appellant, & majorum ingeniorum Phœnicem; alii cum Eruditissimo Cardinali in Basileensi Concilio Aristotelem Theologia, videlicet secundum conceptum, quod de hoc Philosopho animis imbibeant, sublimem gradum, & altissimum scientiæ firmiter, quo humana mens valeat contendere.

Forma facti gregis ex animo. 1. Petr. 3. Illi, in quibus posuit Deus potentia suæ partem minus in inferiorum suorum virtute debent confidere, quam in sua, ubi agitur de illis ad legitimam obedientiam adigendis. Alioquin nequicquam zelotes auctoritatis suæ ad incitas redigunt eos, qui sibi resistunt. Semper zelus ab illis appellari purabitur, quod furor est; virtus, quod pertinacia est, & gloria Dei, quod merus est vanitatis ipsorum effectus. Quomodo autem vellent ab illis aliter judicari de sua agendi ratione, cum liquer illos esse admodum sollicitos, ut ex gradu, quem obtinent quoquomodo proficiant, & adeo industrios ad imminuendos labores, & curas, quæ suæ inhaerent auctoritati? Cum in illis deprehenditur (ut verbis S. Bernardi) hoc monstruosum fœdus summae dignitatis, & animi abjecti, honoris amplissimi, & vitæ contemptibilis? S. Augustinus longissime absuit ab his vitiis; tener fuit, misericors, gregis sui amator, quilibet privatus facilem habebat accessum; verbo, erat omnibus omnia, ut omnes lucraretur. *Sermo Manuscriptus.*

S. Augustinus magis edificat gregem suum exemplis, quam verbis.

PARAGRAPHUS IV.

Loci & Sententiæ Sanctorum Patrum, aliorumque hujus argumenti.

Quid S. Augustinus de se ipso testetur ante, & post conversionem suam.

Excessi omnia legitima tua, nec evasi flagella tua, quæ enim hoc mortalium; nam tu semper aderas misericorditer serviens, & amarissimis adspersens offensionibus illicitas jucunditates meas. Lib. 2. Confess. c. 2.

Instabas tu in oculis meis, flagella ingemians timoris, & pudoris. Ibidem l. 8. c. 11.

Nec me revocabat a profundiore voluptatum gurgite, nisi metus mortis, & futuri judicii tui, quæ per varias quidem opiniones nunquam recessit de peccatore meo. L. 6. c. 16.

Suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. L. 8. c. 5.

Ex voluntate perversa facta est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Ibidem.

Tolle, lege. Oborta est procella ingens, ferens imbrem lacrymarum. Ibidem l. 8. c. 12.

Immortalitatem sapientiæ concupiscebam estu cordis incredibili, quomodo ardebam, Deus meus! quomodo ardebam avolare a terrenis ad te, & nesciebam quidquid ageres mecum. Ibidem l. 3. c. 3.

Astruabam, suspirabam, stebam, turbabam, non requies erat ulla. L. 7. cap. 16.

Nomen

Nomen Salvatoris mei in ipso adhuc lacte matris per meum pibebat, & alie resinebat: & quidquid sine hoc nomine fuisset, quamvis litteratum, & positum, & veridicum, non me satum rapiebat, Lib. 3. cap. 4.

De Sanguine cordis matris mee per lacrymas ejus, diebus, ac noctibus pro me sacrificabatur. Lib. 5. cap. 7.

Dimisi habenas lacrymis, & proruperunt flumina oculorum meorum acceptabile sacrificium. Lib. 8. cap. 12.

Loci, & testimonia Patrum, & aliorum, qui de S. Augustino loquuntur.

Pater Patrum, Doctor Doctorum; par Angelis in fervore, par Prophetis in absconditorum mysteriorum revelatione; par Apostolis in predicatione; imago divinitatis, abyssus sapientiæ, Possidius in vita S. Augustini.

Nullum sinem fecit predicandi Verbum Dei, nisi gravi morbo oppressus. Idem ibidem.

Testamentum nullum fecit, quia unde faceret panem Christi non habebat. Idem ibidem.

Catholici reconditorem antiquæ fidei venerantur, aique suscipiunt; omnes heretici detestantur. S. Hieronymus.

Pater Theologorum, fons orbis, oraculum legi, ut nihil è sacris litteris possit nisi eo duce intelligi, & interpretari explicari. Hugo a Sancto Victore serm. 52.

Omnes Doctores, qui venerunt post ipsum, sustentantur super ejus doctrinam puram, sanctam, catholicam. S. Vincentius Ferrerius serm. de S. Augustino.

Vir intellectus prope divinus, & qui humane intelligentiæ terminos visus est transcendere. S. Thomas de Villa Nova sermone de S. Augustino.

Egregius omnium litterarum Magister. Cassiodorus in Prologo super Psalmos.

S. Augustinus omnia, que fidem turbare poterant, hereticorum venena enervavit. Beda libro 1. de Turf. cap. 3.

Augustinus validissimus malleus hereticorum. S. Bernardus serm. 80. in Cantic.

Billator hereticorum, Cassiodorus libro divin. Instit.

Defensor fidelium, & famosorum palma certaminum. Idem ibidem.

In aliis Sacerdotibus toleratur inscitia; at cum ad antistitem Augustinum veniret, legi deest, quidquid contigerit ignorari. Volusianus Epist. 2. apud S. Augustinum.

Scriptorum maximus. Eanodius Epistol. ad Cæsarium.

Lucerna Mundi. S. Paulinus.

Nullus eum false suspitionis saltem rumor adspersit. Coelestinus Pp. Epist. 8.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penu depromi queat hoc in Argumento.

Amor veritatis, & iustitiæ erant in Augustino eam peccante.

Eccl. 4.

DUO perfectionem hominis ante peccatum constituebant; iustitia, & veritas. Veritas mentem illius illustrabat; iustitia regerebat actiones. Veritas perspicuum illi præbebat officiorum suorum cognitionem; iustitia verò felicem ei tribuebat ad eam exequenda facilitatem. Ita error non offundebat rationi caliginem; concupiscentia voluntati non adversabatur; & homo in veri boni amore confirmatus, non nisi cum voluptate sequi poterat ea, quæ cum certitudine cognoscebat. Juxta hoc exemplar homo novus, secundum Apostolum, creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Si igitur huiusmodi constat, Christiani perfectionem in cognitione veritatis consistere, quæ vera sapientia est, & in ejus amore, quæ vera est iustitia, sine ulla du-

bitatione duas hæc qualitates in S. Augustino inter ipsius errores etiam deprehendimus.

Omnes insignium peccatorum conversiones, qui vitam profus penitentem flagitiosa vitæ substituant, argumenta sunt gratiæ omnipotentis, quæ quin libertati nostræ vim inferat, adeo mirabiles parit mutationes, ut non ex naturali aliquo principio profectæ videantur, ac in illis vestigia digiti Dei palam agnoscantur: *Dignus Dei hic est,* Profecto cum videretur Magdalena, quæ antea abdita erat in amore vanitatum, voluptatum, & pompæ sæculi, momento sacrificare, quidquid deperibat, ut a vita molli, voluptuaria ad penitentem, mortificatamque vitam gradum faciat, & illius austeritates ad mortem usque producat; S. Paulus, qui cum antea Jesu Christi persecutor erat, non nisi sanguinem, & cædem contra ejusdem membra anhelsus fieri Apostolus ejusdem Salvatoris, iustitiam ad illius Evangelium nationibus predicandum; actionibus, laboribus, sermonibus, Epistolis, vinculis, morte ad extremum usque spiritum sustinere admirabilem hanc mutationem in se factam; Augustinus, qui eo usque voluptates adamavit, ut crederet sine illis vitam agi non posse, extremum earum rerum horrorem concipere, quæ deliciarum suarum objectum, ac præcipuum curarum suarum scopus extiterat: Cum inquam, magni, & incomparabiles cognoscuntur effectus gratiæ, quæ profus admirabilis est in Sanctis, fieri nequit, quo minus ad causam usque divinam ascendamus, quæ admirabiles hæc gignit effectus; & frustra spiritus impietatis atque licentiæ conatur nihil ibi nisi humanum, ac naturæ consonum dignoscere; ratio ibi facile potest intelligere, hoc unum ex magnis illis operibus, quæ Excelsi dextera operatur; *Hæc mutatio dextera Excelsi.*

Cum austeritate penitentiam substituitur vitæ flagitiosam, hoc est argumentum gratiæ veritatis.

Omnia Spiritus lumina conferre debent ad perfectionem cordis; & quo majori lumine illustramur, eo potiori jure Sancti esse debemus. Deus ab iis, qui plus acceperint, plus reposeat. Hinc Salvator Apostolis suis dixit: *Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum non intrabitis in regnum Cælorum,* Christiani, quibus revelavit Deus omnes Evangelii veritates, debent proculdubio perfectiores esse Judæis, ad quos Deus non nisi in enigmate, & in figura locutus fuerat; & inter Christianos illi, quibus Deus uberius effudit thesuros scientiæ suæ, & quibus apertius Religionis mysteria manifestat; illi inquam, amare debent, & servare Deo eo majori cura, quod melius se ad id teneri cognoscunt. In hac utina Augustinus conversus appendebat criminum suorum magnitudinem. Hæc magna quidem erant in se; sed ubi illas conferbat cum cognitionum suarum mensura, hæc ipsi videbantur enormia; & ista scientiæ suæ magnitudo in singulos dies geminabat fervorem penitentiae suæ, & quemadmodum in dies magis magisque Dei pulchritudinem, & inevitabilem amandi, & serviendi eidem necessitatem agnoscebat; ille magis perspicue videbat seipsum animæ ambulantis, ac in dies progredientis in viis iustitiæ, & veritatis.

Certissimè est eos qui magis nominant Dei magnitudinem teneri, ut illi venementius ament. Mart. 5.

Theologia nos docet, Deum se communicare hominibus, & Angelis pro varietate perfectionum eorumdem; & diversas hæc communicationes diversos ordines constituere inter homines non secus ac inter Angelos. Dei bonitas quæ sese communicat Seraphim fecit Spiritus qui semper ardent, & nunquam absumuntur. Lumen suum, quod inferioribus intelligentiis communicatur, ex illis efficit lumina viventia, quorum non alia est occupatio, quam primam cognoscendi veritatem, & suam felicitatem in cognitione sua reperiri. Quod sursum efficit gloria cum Angelis, id hic infra in hominibus gratia operatur. Deus se ipsum Moyse communicavit quatenus potentiam, epique permittens arbitrium super omnia creata, cum Pharaonis Dominum constituit. Salomoni se communicavit quatenus sapientiam, ejusque mentem aperiens docuit.

Deus se communicavit S. Aug. illi no. quatenus lumen, & veritas.

cuit cum omnia naturæ secreta, omnesque thecnas politica. Se ipsum dedit Eliæ Propheta, quatenus zelum, & adrens ossa hujus hominis ignei, immisit ei sanctam illam zelotypiam, quam pro Dei gloria conceperat. Sed profecto dicere possumus, Deum se communicasse magno Augustino quatenus veritatem, ostendisse illi formas omnes essentia diviniæ suæ, illi omnia Religionis mysteria aperuisse, illi detexisse omnia prædestinationis arcana, ejusque mentem luminibus tot replevisse, ut ignorantia, & error, inde profusus exulasse viderentur. Judicium forte ex numero voluminum suorum, ex doctrinæ soliditate, ex oraculis, quæ ex illius ore emanant, ex difficultatibus, quas enucleavit, ex questionibus, quas solvit, & hæresibus, quas prostravit. Omnes Ecclesiæ Patres in hanc abiire sententiam; cognoverunt hunc Spiritus Augustini cum veritate consentium; animadverterunt, Deum sese illi communicasse quatenus lumen, & nihil fessellisse Doctorem hunc, ex quo eterna Sapientia hoc cum illo fœdus percussit. *Vir celestis Sapientia, Pater quidam ait: Doctrina culmen Christianæ, alius inquit, ut neque altius extendi, neque sublimius erigi posse videatur. Sed præ cæteris illud est admirabile Possidonii, qui S. hujus Doctorem vitam conscripsit: Par, ait ille, Angelis in fervore, par Prophetis in revelatione; imago divinitatis, abyssus sapientia.*

Gratia exterioris in, exterioribus adherens S. Augustini ut exemplo probatur.

Præsupponendum est Theologiæ principium, videlicet cum Deus aliquas exteriores gratias concedit, eas semper cum interioribus concomitari; & ratio inde petitur, quia exteriores gratiæ qualia sunt exempla, casus aliqui, prodigia, & miracula, quæ sensus nostros percipiunt, sine interioribus gratiæ sunt æquivocæ, & inutiles. Si Augustinus a S. Ambrosio tantum, & a matre sua admonitus consilia tantum, atque hortamenta receperat, neque interioribus fuisset commotus, nisi in ipso conversionis articulo, non diceret sanè quod dicit, gratiam expectavisse illum, neque conversionis suæ moram acceptam reulisset, torpori cordis, & inertia suæ voluntatis: *Expectas torpentem.* Pater igitur eodem tempore quo Sancti Ambrosius, & Monica sollicitabant cor Augustini correctionibus suis, gratiam quoque interioris in ejusdem corde fuisse operatam. Hæc igitur interior Dei gratia urgebat, & expectabat Augustinum, & in hac expectatione dicebat illi hæc amabilia Scripturæ verba: *Eccese ad osium, & pulso.* Sed præve affectiones cordis S. Augustini conversionem suam differere eum cogebant. Inordinatæ animi perturbationes, diurni habitus in vitiis erant instar vinculorum, quibus in captivitate detinebatur, & efficebatur, ut frustra in compedibus suis suspiraret: *Suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed ferrea mea voluntate.* Verbo. Peccatum adeo absolutum obtinuerat in voluntatem ejus imperium, ut ibi tanquam tyrannus regnaret; qui mira calliditate efficiebat, ut simul timeretur, & diligeretur.

Gratia non evertit naturam, sed perficit, ut siquæ exemplo S. Augustini.

Theologorum omnium communis sententia est, a nobis sæpe relata, quod gratia non evertit naturam, sed e contra illam attollit, & perficit. Non destruit peccatorum propensiones, & studia, sed illa erga verum illorum objectum convertit. Magdalena peccatrix amabat mundum, penitens Magdalena ferventiùs amat Deum. Paulus summo cum zelo Patrum suorum traditiones tuebatur, dum persequebatur Ecclesiam; Paulus cum zelo adhuc majori hanc eandem tuebatur Ecclesiam. *Passiones non auferuntur, sed mutantur.* Hoc etiam probatur exemplo S. Augustini: cujus affectiones in conversione illius felicissimè mutantur sunt. Augustinus peccator mundum deperibat incondito amore; Augustinus penitens Deum amat ardore incomparabili.

Hæresis periculosa est malum cum in magno ingenio reperitur.

Patendum est hæresim per se, & in quocumque tandem subiecto inveniatur, maximum esse gratiæ impedimentum, quia consistit in superbia, & pertinacia, quæ sunt veluti duo illius characteres. Sed ubi in magno reperitur ingenio, malum est fere

insanabile. Hinc quidem magna hæc ingenia efficitur amant sententias suas; cumque suapte natura sint ambitiosa, putant turpe, ac sibi indecorum esse recedere ab erroribus, quos semel asseruerunt. Inde verò sicut Angelorum inflexibilis pertinacia inde oritur, quia cum semel animo imbibuerunt sententiam aliquam, simul etiam omnes rationes excogitarunt, quæ illis oppositum persuadere possent. ita spiritus magni mordicus inhaerent erroribus suis, quoniam jam respexere quid sibi objici posset; & cum illis semel aliquid persuasum est, arduum est illis errorem auferre. Hoc difficile reddidit Augustini conversionem. Spiritus ejus est crimen, & calamitas illius; quamobrem Sanctus quidam Episcopus, a quo S. Monica mater ejus petierat, ut vellet ad filii sui Augustini operam, & laborem impendere, scite respondit, sperandum non esse, ut ille humanis rationibus converteretur, sed ad preces, & lacrymas esse confugiendum.

Jamdudum placitum hoc comprobatum est, scientias, & molliem simul non sentit; spiritum qui nominis famam studio vel Philosophiæ, vel eloquentiæ aucupatur nullum cordi suo otium permittere, quo se impudicitiis ingurgitet. Hoc nihilominus in Augustino falsum deprehensum est. Cor illius æque tenerum, atque proclive, erat in variis inconditi amoris motus ac mens illius erat avida omnium luminum, quæ Philosophi, aut Oratoris celebritatem commendare possunt.

Sunt in Christiana Religione quatuor veritates præcipuæ, quæ furiose a primorum sæculorum Hæreticis oppugnata fuerant: Prima est unitas primi principii, contra quam Manichæi invexerunt duo prima principia, alterum bonum, & bonarum rerum creatorem; malum alterum, & creatorum; malorum. Altera est unitas divinæ essentia in personis tribus, quam rejecerunt Ariani asserentes, filium, & Spiritum Sanctum habere naturas a natura Patris diversas. Tertia est unitas Ecclesiæ sub uno Capite, qui est Jesus Christus, & sub supremis Pontificibus deinceps, qui sunt ejusdem in terris Vicarii, oppugnata a Donatistis, qui sub falsis coloribus ab Ecclesia Catholica scecesserant. Quarta est unitas, & necessitas gratiæ, quam negabant Pelagiani asserentes unumquemlibet sibi cœlum promereri posse solis naturalibus viribus liberi arbitrii sui. Hæc veritates pro certis in Ecclesia habebantur: sed confutandum est, hæc a S. Augustino ita illustratas, ac propugnatas fuisse adversus hæreticos, qui illas evertere conati fuerant, ut sæculum ipsius, & subsequencia, uni ipsi debeant, quod fuerint præservata ubique ferme ad erroribus, qui dogmatibus in Ecclesia receptis adversabantur.

Existimandum non est, veritatis speciem semper in causa esse, propter quam mortales in hæresim incidant; vel satis esse rationis sibi persuasum esse de erroribus, ut inde emergamus: sæpe enim honori ducimus tueri opinionem nostram, ne nos deceptos fuisse constitemus. Addendum etiam est hoc magnorum ingeniorum esse, quascumque partes sequantur, cæca uti pertinacia ad illas tuendas, atque ut inconstantia primum fugiant, in sententiis suis esse inflexibiles; hæc in re Angelis similes, qui secti nequeunt, quia utriusque partis rationes, quæ objici possent, ponderaverunt. Hæc causa S. Augustinum in errore tandiu retinuit; aspernatus enim puros veritatis fontes, iusto Dei iudicio in mendacis abyssum ceciderat. Qui Salvatoris doctrinæ semet subicere non poterat in sanctorum Manichæorum errores incidit. Credit cum illis duo esse æterna principia, bonum alterum, alterumque malum, quæ erant veluti duo opposita numina secum pugnantia. Duas esse in homine animas, alteram qua in iustitiam, alteram qua in scelus impellitur. Augustinus juxta hæc principia rejiciebat etiam legem veterem, & Prophetas, & abrenuntians usum liberi arbitrii sibi persuadebat, fatali necessitate nostras trahi voluntates sive in amorem, sive in odium; & quocumque scelus ille committeret, se profecto esse calamitosiorem, non

Scientiarum amore cum amore voluptatum simul esse posse Augustinus ostendit.

Quamvis fundamentales veritates ab hæreticis oppugnatae & a S. Augustino propugnatae.

Quid ut plurimum in hæresim impellat, & inde emigere prohibeat.

non ideo tamen nequiores; quandoquidem fatum sequebatur; & credebatur in se animam esse, qua in bonum agebatur, dum altera in omne nefas raperetur. Credebam, ajebat ille Deo tempore penitentia suæ, credebam me non peccare, sed peccare in me naturam alienam. O me infidelem atque superbum; oblectabar tecum reputans me culpa vacare. Offendebam te, quin misericordiam tuam implorarem, & quærens me mihi innoxium probare, rejiciens omnia delicta mea in nescio quod principium distinctum a me, licet esset in me, ipse ergo eram vera causa cæcitatæ meæ; & peccatum meum eò incurabilius erat, quo me peccatorem esse non arbitrabar. Voluntas ejus non minus agitata fuit, quam mens; inexorabilis lacrymis genitricis moerentis, acteneta, inflexibilis precibus, & correptionibus amicorum suorum; tactus, non tamen conversus amaritudinibus, quas inter suavissimas voluptates afficiebatur, plures annos languet in sinu voluptatum amore illectus profano. Sed quid non sperandum in peccatore amanti, & quærenti veritatem; qui illum sese offerentem recipit; & illa accusante se ipsum condemnant?

Neque istic differere aggredior de gratiæ efficacia, ac temperamento, quod ad libertatem nostram vincendum adhibet Deus; dico solum, me non ambigere, quominus in divinæ misericordia thesauris adsint quedam inspirationes victrices, quæ suavi vehementia certissimè cogant voluntatem, ut se se dedat. Hæc ab Augustino, *delectationes victrices* vocantur, & ante a Tertulliano vocata fuerant *Traductiones cordis*, mutationes, quæ cum vi quadam profusus amabili sunt. Quemadmodum Deus nonnumquam in natura quadam operatur miracula, ex quibus nihil inferri potest ad commune mundi regimen, ita etiam quadam mirabilia operatur in gratia, quæ nullam habent cum reliquis peccatoribus rationem. Videtur Deus gratiis hujusmodi, quæ præter ordinem sunt, usus fuisse ad Apostolos convertendos, præcipuè verò S. Paulum, & ad vocandum Magdalenam. Id genus, meo quidem videri, fuit gratia victrix, quæ Augustini conversionem perfecit. Cum in quodam obambularet viridario, correptus sancto furore in se ipsum, quasi positus in agone mortis, quæ illum erat ad vitam traductura, sentiens cor suum in magna procella, quam lacrymarum torrens subsecutus est, exclamavit, *Uiquequo, Domine, usquequo irasceris in me? Obliviscere, si tibi placet, præteritarum iniquitatum mearum.*

Hæc vis, & victrix potentia, quæ Augustini cor abstulit, nequaquam cum violentia operata est: nulla coactio fuit, necessitas nulla. Hoc accidit per victricem illecebram, quæ gratiæ nomen suavitatis tribuit; quæ illicit, & adeo valide sollicitat, ut tandem agat triumphum de duritia cordis, & se voluntatis dominam facit, illam potiori jure dominam efficiens, quam erat ante; ita ut in hac omnimoda libertate, quam eidem relinquit, numquam in irritum cedat conamen ipsius. Hæc de causa S. Augustinus illam nominat, *delectationem victricem*, impressionem Divini Spiritus, qui secum rapit quocumque sua aggreditur victrici dulcedine eo usque, ut antonomasticè eam vocet *Suavitatem*, lætitiâ, gaudium, voluptatem. Per hanc suavitatem præsertim gratia suam ostendit potestatem, tali pacto omnia cordis nostri mulcens machinamenta, ut eorum, quæ magis rebellia sunt, feritatem molliat, magis imperiosa submittat; infensibilibus stæcat duritiam, quin aliquid ita difficile occurrat, ut non eidem non cedat e voto. Hoc in magno Sancto hoc innotuit; neque est cur miremur, quod ille luculentis verbis expressit in operibus suis; quia expertus loquebatur, & quod scribit, fidelis est narratio eorum, quæ in ipso gratia operata est.

S. Augustinus omnes temporum suorum hæreses impugnavit, & ministravit Catholicis arma, quibus ad aliorum quoque sæculorum hæreses profugavit. *Houby, Paneg. Tom. II.*

gandas uterentur; & videmus in Historia temporibus Sancti hujus Doctorem, qui quarto Ecclesiastico saeculo florebat, infernum evomisse plures, & feriores, quam alio quolibet. Omnes illas S. Augustinus oppugnavit atque confudit; converterit, vel convicit disputationibus, collationibus, calamo, vel lingua Arianos, Apollinaristas, Circumcelliones, Donatistas, Helvidianos, Jovinianistas, Luciferianos, Manichæos, Melitianos, Pelagianos, Semipelagianos, Priscillianistas, Rogatianos, Sabatianos, Sabellianos, aliaque id genus monstra, quin loquamur de sæculis superioribus, veluti de Ebionitis, Valentianis, & Novatianis; quos S. hic Doctor prostrabat, licet retro lapsis temporibus vixissent. Sancti hujus Doctorem scientia enituit etiam extra Domum Dei; quoniam Christianismi scriptis Apologiam in libris de Civitate Dei, ita ut Ethnicos convinceret, atque converteret.

In aliquot paulo vehementioribus locutionibus, quibus S. Augustinus usus est, objicit, ipsum nonnumquam de hominum prædestinatione, ac reprobatione, necnon de gratiæ consensu cum libero arbitrio ita obscurè fuisse loquutum, ut videretur aliquibus anam præbuisse sequendi opiniones a communi Ecclesiæ fide abhorrentes. Lutherus, atque Calvinus abusi sunt scriptis illius; neque mirum, quandoquidem audacius abusi sunt Sacris Scripturis, potissimum verò Epistolis S. Pauli, ubi eadem gratiæ principia adeo validè constituta sunt. Sancti hujus Doctorem ævo, eo quod non satis intelligeretur Apostoli doctrina, Hæresarcha quidam magnas excitavit disputationes, quæ homines hinc inde in extrema perduxerunt, utroque a vera Sancti nostri doctrina dissentientes. Verum est non deesse in scriptis illius quasdam propositiones, quæ scorsim sumptæ, & avulsæ ab integro corpore doctrinæ suæ, videntur duriuscule; similes etiam in S. Pauli Epistolis inveniuntur; verum si conferantur cum eo, quod S. Doctor alibi inquit, facile inveniri potest verus sensus, qui a sensibus Orthodoxis non abluat. Et fidei consonum est, si S. Augustinus prævidisset periculosas illationes, quas ex quibusdam terminis, & loquendi rationibus haurire voluerunt, & quibus aliquando usus est, illum proculdubio eas prætermittendum fuisse. Sed quemadmodum ille ipse adnotavit, respondens Pelagianis, qui eidem Sanctorum Patrum illo veritatem objiciebant; hos tunc liberius, ac sine timore ullo verba fecisse: hoc ipsum dicere possumus de hoc Sancto Doctore, illum contra Pelagianos scriptis, non contra ea, quæ Lutherani, & Calvinista tot sæculis post illum erant scripturi.

Quæ contra aliquid S. Augustini dicitur obijciuntur facile, exsultantur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, nuperisque Concionatoribus loci ad hoc argumentum spectantes.

Nihil facilius, simulque difficilius esse videtur, quam Magni Augustini laudes celebrare; Quæ summi viri, qui duodecim sæculis ante nos floruerunt, laudibus illum exornarunt, & qui doctrina, & pietate excelluerunt Sanctum hunc Doctorem pro magistro, atque exemplari se habuisse confessi sunt. Papæ etiam, & Concilia ex illius scriptis suas hausere decisiones, & vita illius tot diffusit mirabilibus, ut æternum futura sit in Ecclesia fons inexhaustus laudum, atque benedictionum. Hæc me copia perturbat, tanta hæc rerum varietas confundit; & in infinito admirabilium qualitatum numero, inter tot præclara naturæ, gratiæque dona, inter tot admirabiles actiones vitæ in heroicatum virtutum exercitatione tractatæ, rerum a me dicendarum delectus difficillimus est. Obstupesco, incertus hæreo, ac nescio, quomodo uno sermone argumentum hoc persequi valeam. In hoc Doctore omnia sunt exitia, omnia præclara. Doctor est, cujus mens nullos habet tenebras; cujus opera numero carent, neque cum aliis sunt comparan-

Difficile est texere S. Augustini eloquium, & quare?

patandis; Sanctus est; qui in admirabili gradu omnes possidet Christianas virtutes; Pater est, & Religiosi Ordinis Caput, cujus vita, ex quo ad se illum attraxit Deus, est perfectissimum virtutum omnium exemplar. Opus est ingenio, & victorici S. huius Eloquentia; opus est pietate ardentissima, qua ille agebatur, opus est zelo Jesus, & perfecta conjunctione cum Patre lumpum, qua ille persequebatur, ut vite illius texeretur elogium, ut explicarentur tot miracula, vivendi rationes adeo illuminatae, ut satis pro dignitate rei describerentur actiones heroicae virtutis, & sensus interiores huius anime magnae. *Perjus.*

S. Augustini caracter.

Dederat Deus Sancto Augustino mentem illustratam, perspicacem, universalem: Nihil erat in humanis scientiis tam sublime, quod vis ingenii ipsius non ascenderet; nihil tam obscurum, quod non penetraret, nihil tam impeditum, quod iusto iudicio, ac profunda sagacitate non expediret; occupans difficultates, & videns in principis illationes: Magister, & discipulis simul, sola meditatione, ac simplici lectura assuetus est quidquid subtilissimum commentum sunt Philosophi ad hominum mentes torquendas potius, quam erudendas. Curiositas illius neque tempore indiguit, neque labore, ut sibi faceret satis. Degerant ejusdem ingenio scientiae potius quam deesset scientiis ingenium, & ex hac facilitate earum addiscendarum, dixisset eas ab illo inventas fuisse. Illius animi studia menti erant congrua; & felix ingenium fuit illi fundamenti loco, ut sapientiam acquireret, & possideret. Ejus in omnibus officiis diligentia, aequitas in iudiciis, fidelitas in amicitia, erga bonos viros assidua, erga miseros miseratio, ejusque in vita civilis officiis integritas, atque probitas ab ipsa adolescentia ostendebant, in eo naturalis aequitatis fundum extitisse; ut si mens illius ad veritatem cognoscendam facta videbatur, cor ejus ad eandem sequendam factum videretur. Tamen permisit Deus, sive ad humilianda, & complananda superba mentis ejusdem fastigia, sive ad illi ostendendam imbecillitatem, & naturae suae corruptionem, nec non necessitatem gratiae huius Salvatoris, de quo deinceps tanta vi locutus erat; permisit, inquam, Deus, ut laboraretur in omnia flagitia, quae error parit in intellectu, & cupiditas in voluntate. *Flechiar.*

Mala in qua incidit S. Augustinus errores illius, & peccata juvenitatis.

Sepulcrum erat S. Augustinus in tenebris erroris, & ut ipse loquitur cum Propheta in umbra mortis; quippe implicitus erat in errore Manichaeorum, quem non solum amplexus fuerat; verum etiam plures annos asseruerat, donec magnum illud ingenium ad prodigium usque, sed usque ad excessum curiosum, & usque ad temeritatem superbam, infirmis mentis humanae rationibus querebat veritatem, fluctuans navis instar sine nauta, & sine gubernaculo, confectatus recentes omnes sententias ubi agitur de Religione, & ut loquitur Apostolus, nutans ad ventorum arbitrium, quin unquam suae curiositati sollicitae ullos terminos fingeret: *Ut non circumferamur omni vento doctrine.* Hinc ille recedens a veritatibus Christianae pietatis, in quibus Sanctae Monicae parentis optima cura fuerat innutritus, omnem fere sensum earum extinxerat, earumque placita sustinere non poterat. Ex eorum erat numero, qui cuiuscumque rei cau- sam requirunt: *languens circa questionem*, quemadmodum Apostolus loquitur, quasi non esset satis Deum vadem, & seditiosum habere, & pro artha certissima oracula verbi illius, in singulis haerebat nosse Religionis articulis, & per sanctam illusionem arbitrabatur se plus securitatis in luminibus propriis, quam in illis fidei se inventurum. Huic praesumptioni, & curiositati insignem adiecit ambitionem, & ardens desiderium ostendendi magnum ingenium suum; quapropter indefinenter conabatur aliquid novi in scientiis detegere jugi studio, ac indefesso labore, cui non alius praefixus erat scopus, quam plausus, & laus, quam in omnibus Africae atque Italiae Academicis aequabatur.

Ad Ephes.

1. ad Tim. math. 6.

Sed Deus, qui oblectatur superborum ambitionem confundere, permisit, ut ille se met excaceret, & non solum incideret in haesum; sed honori sibi yerteret esse praesidium, atque patronum insanissimae opinionis, quae in hominis mentem valeat ascendere. Adeo verum est, nullam esse infirmitatem, in quam labi non possint praecleara ingenia; ubi duces sequi velint sensus suos in mysteriis Religionis. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Augustinus tumidus humanarum scientiarum gloria, ac proprio ingenio fetus humiles, tenuesque Scripturarum locutiones cepit irridere. Nondum satis erant perspicaces illius oculi, ut detegerent veritates sub figurarum, & mysteriorum involucribus absconditas. Vanitas autem efficebat, ut sibi videre videretur inanis majestatem in Scriptis Philosophorum, quae illi omnem auferebant saporem simplicis, & modesta Sacrorum librorum sapientiae. Nondum didicerat praecleara illa dogmata, quae mox docuit; in Sacris Bibliis sanctam inesse simplicitatem, ut utiles sint, & sanctam obscuritatem, ut sint venerabiles. Divinae majestatis interesse, non omnibus sua mysteria aperire; sed ejusdem esse bonitatis ibi suas explicare voluntates; illum qui salutem suam tantummodo quaerit, ibi invenire etiam scientiam; quam minime quaerit; & qui sacra legit biblia propter vanam sciendi cupiditatem, semper magis ignarum, caecumque fieri; nihil ad doctrinam intelligentiam proficere magis; quam praxim virtutis, & artem tutissimam ad intelligenda ea, quae Deus nobis dicit, esse, facere, quae nobis praecipit. Ita contentum Augustinus puros veritatis fontes, cecidit in abyssum mendacii, & qui Salvatoris doctrinae sese subficere non poterat, subicit se erroribus, ac insanis Manichaeorum. *Flechiar.*

Quanti pretium Philosophos faceret, & quam modice scripturas estimaret.

In istis fastidiis Augustini detegenda aureum metallum in terra visceribus; quemadmodum quaedam sunt argumenta fertilitatis agrorum tunc etiam cum spinis inseparabili sunt; ita quaedam sunt felicia praestigia, & certa vestigia divini amoris erga praedestinatam animas; quae inter ipsarum crimina internoscuntur, quorum primum est veritatis amor, & sapientiae desiderium: Haec erat Augustini propensio inter ipsa juvenutis flagitia. Semper ardentem aluit cupiditatem cognoscendi Deum; in tenebrosa nocte, qua erat circumdatus, praese tulit quasdam scintillas huius ignis, qui animam ejus inflammans totam illustraturus erat Ecclesiam, & in Augustino peccatore visus est Augustinus praedestinat. Et sane mendacium confectabatur, sed illeceus erat aliquo veritatis fulgore. Per invidia, & devia sequebatur, sed mens illius erat ad summum bonum accedendi. Ipsum Jesu Christi nomen amabat, dum respuebat doctrinam, Licet Dei inimicus, meminerat tamen subinde, se illius opus esse. Quoties conatus est, sed invalidè, ut tenebras, quibus involutus erat, dissiparet? Quoties iustus moribus agitatus, licet consuetudo sua aliter suaderet, opravit semet suis subtrahere cupiditatibus, & contra illas rebel- lare? Quoties altera illius pars salutis suae desiderio astuabat, cum altera ad perniciem trahi videbatur? Quoties oculos suos in caelum sustulit, ut subsidium peteret contra se ipsum? *Flechiar.*

Deplorabili Augustinus ante conversionem.

mundo, quia malebam cum illis de se qualiter dubitare, quam cum aliis opinari: *Supra mihi videbatur non posse omnino inveniri quod querebam &c.* Ubi animadvertere licet, S. Augustinum saltem non obnoxium fuisse vitio, faculo nostro adeo communi, mordicus adherendi uni sententiae, alteri vero aures obstruendi; credere semper aliquo, quia re adhuc integra creditum fuit, vel nunquam illi acquiescere; quia olim opputata fuit; pertinaci temeritate asserere ita esse, quia ita esse volumus: pertinaciter ita esse affirmare, quia ita esse interest nostra; & in quacumque parte ameam, honori tibi vertere, quin aliqua tibi sit ita temeritatis ratio, praeter pertinacem sensui tuo adhesionem. *P. Bourdaloue.*

Miraculosa S. Augustini conversio.

Quemadmodum nonnumquam in natura Deus operatur miracula, ex quibus nihil ferri potest ad communem vivendi rationem; ita nonnumquam in ordine gratiae miracula quaedam operatur, ex quibus peccatores vulgo nihil valent arguere. Id genus proculdubio fuit gratia victrix, quae Augustini conversionem absolvit in iis circumstantiis quae aliquid illius triumpho contulerunt. Miraculosa vox, qua iustus fuit legere Epistolas S. Pauli, quas manu gerebat: occursum ejus loci, qui statui ipsius erat admodum conformis: fons hic lacrymarum ex oculis ejus manantium, invito quodammodo corde, hac omnia erant quasi exterior gratiae oppugatio, quae extrinsecus bellum ciebat, dum intus victoriam de illius corde referebat. Admirabilem gratiam victoriam, quam cum illa de Sancto Paulo, Sanctaeque Magdalena relata possumus comparare; cum hoc tamen discrimine, quod in illius persecutoris, aut huius peccatoris conversione gratia non nisi dimidium virium suarum explicuit, & non nisi divinos retulit triumphos, cum de Sancto Augustino plenam, omnimodamque victoriam reportaverit. Quorsum autem? quia in S. Paulo mentis tantummodo, in Magdalena vero corporis duntaxat vitia erant superanda: in illo enim persecutore corrigendus erat tantum impetus zeli; sed corporis cupiditates nequaquam gratiae adversabantur. In Magdalena autem subigenda solum erat affectio, & sensuum studia, cum mens illius nequaquam obfisteret Evangelio: Sed in Augustino utrumque vincendum fuit. Opus fuit gratia ad superbiam haesum mentis infringendam; & altera ad brutalem sensuum propensionem libidinumque amorem superandum. Itaque duplici opus fuit gratia, ut duo isti vincerentur inimici, & plena de illis victoria reportaretur. *Bivrot.*

Augustini cor non pauciora constituit obices gratiae quam mens.

Si Mens Augustini tot obices posuit luminibus adeo fulgentibus, quae tot erant fulgura ipsam animam illius penitentem partem permeantia; non pauciores statuit cor ejus omnibus caeli motibus per turpia vincula, quibus sensuum voluplates, & impudicus amor ipsum implicuerant. Quamobrem gratia, quae non solum lumen est, sed fortitudo etiam vocatur, validissimis usa est armis ad illum vincendum, & omnino de corde illius triumphandum, infringendum omnia vincula quibus in cupiditatum suarum servitute detinebatur. Ubi notandum est, si vobis lubet, hoc discrimen interfuisse inter victoriam, quam de S. Paulo retulit gratia, & eam, quae de corde Augustini triumphum obtinuit, quod in Apostolo nihil vincendum fuit, nisi affectus odii, & invidiae, quem contra Christianismum orientem conceperat: sed in Augustino vincendum fuit carnalis amor, voluptatum cupiditas, quae illi dominabatur, & inexplebile illud gloriae desiderium, quo indefinenter ferebatur ad inquirendos honores, ad quos praeter ceteris anhelabat in deliciis habitans apud homines esse quam plurimum. Facile est videre, gratiae difficultis fuisse vincere Augustinum, quia cor ejus erat pluribus inimicis occupatum; & quoniam praellum, quod illi fuit inferendum, erat pertinacissimum, victoria, quam de illo retulit gratia multo gloriosior fuit; quia in hoc S. Doctore de duobus violentissimis affectibus, & ad superandum difficillimis, triumphavit. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

Hoadry, Paneg. Tom. II.

Confectus tandem est Augustinus subsidium illud, quod non nisi divinitus poterat expectare. Audite mihi videor divinam vocem illam, quae cor illius magis quam aures percellens, gravi cum austeritate inquit illi. *Cape, & lege.* Mihi illum videre videor trepidare dextera aperire volumen illud fatale, ubi iudicium suum reperitur erat. Eum mihi propono in Epistolis S. Pauli legentem necessitatem induendi Jesum Christum, & omnibus concupiscentiis abrenuntiandi. Quae miratio! Turbae ejus sedantur, tenebrae dissipantur, ratio purificatur; dubitationes elucidantur, confirmatur fides; zelus incalcescit, & per haec divini Magistri verba, ad quem illum Providentia remiserat, sic discipulus fidelis veritatis. Quemadmodum Reges dignitatis, & majestatis ergo, praecipua negotia per ministrorum suorum intermissionem transigere consueverunt; Deus volens ad se Augustinum accerere Sancti Apostoli sui ministerio usus est. Magni huius hominis salutem, & conversionem commisit illi, cui olim populos omnes erudiendos commiserat; sapientissimus Ecclesiae Pater trophaeum esse debebat sapientissimi inter Apostolos. Aequiverat; ut qui fuerat doctor gratiae Christi Jesu, verbo veritatis pareret illum, qui futurus erat ejusdem patronus acerrimus & quasi hereditatis titulo hanc Apostolarum sui partem illi relinqueret, eumque tamquam spiritus sui successorem, doctrinaeque haeredem faceret. *Flechiar.*

Alia narratio conversionis S. Augustini.

Peccatum adeo absolutum in Augustini corde ceperat imperium, ut velut tyrannus voluntati ejus dominaretur, & illius in se amorem, ac timorem simul conciliaret. Hinc oriebantur infirma illa, & inutilia boni desideria, seu, ut melius dicam mobiles incertae, & ambiguae voluntates; preces contradictoriae, quas effundebat Deo, orans illum, ut sibi quidem continentiae donum, non autem tam cito tribueret. Mox pulchritudo gratiae Dei illum alliciebat, modò vincula suarum cupiditatum arctius illum coarctabant, modò pondus suorum peccatorum illum opprimebat; affurgebat, mox labebatur, atque aeternum in secleribus turbidarum affectionum suarum sepultus videbatur. Dixisses in Augustino duplicem inesse Augustinum, alterum pro Deo, pro Mundo alterum stantem. Ipse etiam Augustinus hanc ignaviam in sequendis motibus gratiae comparat eorum conatibus, qui expergisci cupientes, somno victi incidunt rursus in soporem. Vellent non ultra somno indulgere, quia surgendi tempus esse vident; tamen suavitate, ac illecebris somni se capi sinunt. Ita est, Domine, inquit, non dubitabam amplius utrum expediret sese in ulnas tui amoris conficere, an linere, ut me mea inordinata cupiditas traheret; sed alterum metuebam, & sequebar alterum. *P. Texier.*

Augustini continentia gratiae, & infirma conatus quos exercebat, ut se converteret.

S. Augustinus incontinens post conversionem suam expertus est quantum esset Domini jugum: *Quam suave*, inquit ille *mihi subito factum est, curere suavitatibus margarum &c.* & quanto affectus sum gaudio deserens ea, quae, ne amitterem, tantopere pertimecebam. Arduum, & quod vix, ac ne vix quidem fieri posse, videbatur mihi pristinus habitus abjicere; putabam vitam sine voluptatibus mortem esse non ferendam, & mihi persuadebam temerarium esse aequè ac chimericum intrinsecus turpes nexos, quos ego mihi met ipsi conflaveram. Ideo non audebam incipere, timebam enim ne prosequi possem; sed mihi tangebam portenta, quorum unicus adpectus me perterrebat, tamen ex quo manum operi admovi, quod mihi visum fuerat insuperabile, facile factum mihi est ope gratiae tuae, Deus meus! Quo magis me ipsum superare conabar, difficultas evanescebat, & expertus intelligebam inanem esse conceptum, quem de tua severitate animo imbiberam. Sarcina haec, quam non ferendam arbitrabar, ferenti visa est levis, ac mitis. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Delicta quae expertus est Augustinus post suam conversionem.

Praeter ceteris autem illud majus robar in Augustini mente obtinuit, quod illo adhuc haerente, & quid sibi faciendum esset, ignorante, cum hinc quidem

Cogitationes quae plurimum contulerunt conversioni S. Augustini.



validè cum sollicitate Deum interioribus gratiis, inde vero mundus illum retineret per habitum suorum vincula, hæc tandem illum percussit cogitatio, die quodam cum aditum sibi apud Casarem flagitabat, & voti damnati non poterat. Hæc quid? dicebat ille, sexcentis laboribus terreni Principis benevolam intuitum mereri non valeo; quandoquam illi placebo? Sed ut amicus Dei sum, & ut celerius illius mihi amorem promerere, satis est vellet, ille primus a me petit amicitiam; ille me per secretam gratiarum suarum vocem alloquitur; & quasi nostra in ipsum merita tanta essent, & adeo necessaria, ut illis carete non posset, magis distulit cum nobis, quam cum Principibus Mundi sit dissimulandum, ne ab eorum gratia excidamus. Nos eo amore prosequitur, quo ignota mater, quo pater beneficentissimus, quo generosus amicus; sua interesse putat, quod interest nostra; quaerit nos in afflictis rebus consolari, amicus est omnium temporum & momentorum, semper paratus ad preces exaudendas, semper praesto ad nostris commotis consulendum. Hæc! quandoquidem ita se habet res, aiebat Augustinus, nullus mihi exit unquam Magister præter Deum; quando Mundus adeo male rependit servitutum, quæ impenditur illi, & dominus est non crudelis solum, & cœpico-fus, sed injustus etiam & ingratus. Ratio altera, quæ Augustinum ad conversionem adegit, fuit duorum Aulicorum exemplum, qui cum forte nocti essent vitam S. Antonij, & ex ea cognovissent, quam facile sit servire Deo, consilium inierant relinquentia Imperatoris Aulae, ut omnem curam ad suam salutem traducerent, pudore suffusi eo quod totam juventutis suæ tempus perdidissent placituri homini mortali, in cujus aula non admodum profecerant, licet meliorem ibi potoremque ætatis suæ partem absumpissent. *Auctor Serm. in Omnia argumenta.*

Nullus est peccator, qui ita occurrerit, ut ope gratiæ converti non possit.

Phil. 4.

S. Augustinus æternam salutem suam confessionibus.

Persuasum nobis esse debet de hac veritate, nihil esse impossibile cum gratia Dei, quemadmodum pater exemplo S. Augustini. Quid dicimus? Nos infirmos esse, vehementes esse cupiditates nostras, magnos nobis esse cum mundo nexus; non posse nos vincula infringere, affectiones nostras vincere, & nostras infirmitates superare. Hoc quidem verum esset, si propterea soli essemus, vel non nisi naturæ viribus adjuvari possemus. Sed cum Salvatore habeamus, qui nobis auxilium ferat, gratia ejus adjuti dicere possumus cum Apostolo: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Testor Redemptoris vulnera pro mundo toto manantia sanguine; illius opem nobis non defuturam; nostrum erit, si voluerimus, eodem uti, & cum ita sit, dicere possumus, nos minime posse? Quid S. Augustino respondēbimus, cum dicit, se æque ac nos infirmum fuisse; sibi violentiores affectus fuisse superandos, & validiora vincula infringenda? Nihilominus hæc omnia superavit non sine gratia, quam Deus offert cordibus nostris, & dicimus, nos minime posse? dicamus potius nos nimis inhæere sensibus nostris, nos nimis obsequi nostris affectionibus, ut valeamus omnino servire Deo, & gratiæ. *Biroat.*

Humilitas Sancto Augustino suavit, ut æternam redderet penitentiam suam, & post mortem etiam lacrymis prosequeretur vitæ antea flagitia. Quæ cura altius repetit primos annos pueritiæ suæ, ut ad examen revocet primos affectus, & ut ita dicam nativitate peccati in ætatis illius imbecillitate? Quo dolore prosequitur peccata adolescentiæ suæ coram Ecclesia universa, & Christianis omnium sæculorum? Quæ diligentia infert incitum suum, quem natura, & Spiritus Sanctus adeo perspicacem reddiderant, in obscurissimas animæ suæ sinus ad ibi detegendas levissimas noxas, quæ ibi potuerant delitescere? Quæ solertia rimatur tres venenatos fontes omnium scelerum, voluptatum, libidinum, inquietam sciendi curiositatem, amorem laudum, & gloriæ, quibus cor illius fuerat corruptum? Nihil natura hominibus magis infirmum est,

quam celare velle scelus suum. Docet Salvator, quicumque malum operatur, odisse lucem; & in lucem non prodire ne videatur opera sua. Neminem pudet scelera commisisse; sed illa pudet fateri, cum opus esset illa coram Deo per humilitatem tegere; nova additur superbia, quæ illa celare conatur, hæc vero præsertim, cum in eminenti loco sumus, ubi putamus nobis esse opus estimatione ad majus rei publicæ commodum. *Flecher.*

Postquam ex libris sacris didicit Augustinus divini Verbi unionem cum humana natura divini exequit amore. Modo extra se ipsum raptus, & vi spiritus sui super omnia creata se extollens, fulgenter in Creatoris sui sinu conquiescit: modo se in proprio recludens corde, & revogans sublimes cogitationes suas ad sui met ipsius cognitionem, & humiles considerationes, usque ad Redemptoris humilitatem descendit. Cum assurgit, magnitudinem, ac Majestatem Dei cogitans, exclamat: *Aeterna veritas, ad te suspicio!* Tu Deus meus es, & quidquid tu non es, nihil mihi est! Cum abicit se commotus sensibus vehementibus tenetur gratitudinis ad intuitum Dei facti hominis, exclamat: *Ubi video te, Domine, indurum mea pauperitate, & infirmitatibus meis, nequeo satis exubescere, te facis amare, nequeo! Ita se ipsam suæ divitione dividens, inter Deum, ac Deum ipsum provolvitur ad pedes throni illius, & ad Crucis pedes procumbens, altero quidem suæ medetur superbia, altero vero amorem suum alit, & in ipso sit: tamquam orbis quidam flammæ arum, & luminum. Scientia ejus patit Charitatem, & charitas scientiam; praeque verè humilitate fulciuntur. Adorat, quod cognoscit, amat quod adorat, & coram hoc facit rationis, & amoris objecto se ipsum annihilat. Hoc fuit humilitatis ejus argumentum, & super hac virtute suam statuit amorem. *Flecher.**

In contemptibus suis modo se extollit, & in flammæ amore Dei ad magnum illum egrediens, modo se amittit, cogitans humilitatem Dei facti hominis.

Consideratur status peccatoris ante conversionem suam.

O deplorabilem animæ statum peccati vinculis implicitæ per noxios habitus, quos jam pridem contraxit! cum tenetur, quibus excocatur; magno recidivarum numero geminata adeo facta sunt densa, ut radii gratiæ acutissimi vix viam sibi aperiant; cum proclive concupiscentiæ imperiosa cupiditate roborata tanta vi trahit voluntatem in malum, ut vix illi superstit umbra libertatis languentis ad illud evitandum; & anima sub gravi sarcina criminis, qua promittitur, vix, & ne vix quidem valeat oculos attollere in caelum ad petendum auxilium, quo indiget, ut rursus assurgat. In miserum statum hunc S. Augustinus incidit: inordinato voluptatum amoris fatalem heresis impedimentum adjecerat; spiritus ejus carnalis factus, & crassior ex omnibus naturalibus cognitionibus suis nihil reservaverat, quam fallacia lumina, quibus de errore in errorem, & de præcipiti agebatur in præceps. Talis erat Augustinus, cum Deus quaesivit illum in hac miseriarum abyso; ubi ejus conversio tamquam impossibilis habebatur. Verum si gratia prævertit Augustinum, Augustini fidelitas fecit, ut de corde suo gratia triumpharet. Et sanè non nisi post plurima prælia hanc retulit victoriam; sed quo pluribus hæc illi stetit laboribus, eo majorem inde gloriam percipit. Conversio illius per gradus facta fuit, per intervalla fuit oppugnanda. Adhibenda fuit S. Ambrosii eloquentia; fidelissimorum amicorum correptiones, conscientie stimuli, Sancta Monica lacrymæ, Alipii sollicitationes; sed quanto magis & gratia, & cordi Augustini laborandum fuit, eo plura elogia meritis est. Cum maxime implicitus esset noxiis cupiditatibus, geminatis gemitibus orabat Deum, ut se ex hac erueret abyso, ubi se videbat sepultum. Cum furiosus tuebatur errores Manichæorum, semper secretam habebat veritatis affectionem, a qua se longe distare sentiebat, quod ipsum de se in suis Confessionibus testatur. Ubique veritatem quaerebat; ad illam anhælabat; non argumentabatur, nisi ut illam evolveret. Ita Deus remuneratus est conatus illius, cum de tenebris traducens in lumen. *Specimen Oratorum Panegyricarum.*

Magnum Dei amorem, quem gratia peperit in corde Augustini, statim ac fuit conversus.

1. 10. Conf. 49.

Amor suus erga æternam sapientiam & bonam vitam, etiam antequam converteretur.

Ejusdem argumenti continuatio.

Primus, atque potissimus effectus, quem in anima Augustini post illius conversionem peperit gratia, fuit atrens amor Dei; tunc enim ipsum percipit, quod tam sero amaverit summam pulchritudinem, quæ cum sit antiqua, nihilominus semper nova est, quia cum sit æterna divinitus novitatem cum antiquitate conciliat: *Quam serò te amavi, & tam nova, & tam antiqua pulchritudo!* Et imprecatus est tempori, quod inuititer infumperat in amore rerum creatarum, & quo impotenter contemperat Creatorem. *Va tempori illi, quando te non amavi.* Profiteretur se non ultra aliquid esse amatum nisi propter Deum, & Deo contumeliosum esse, si quid amaretur non propter illum: *Nihil te amat qui aliquid amat, quod propter te non amat.* Ita sæpe in impetu amoris sui dicebat Deo: *Quandonam te videbo, quandonam ita felix ero, ut te, summum bonum, possideam, quod tanto ardore diligo, & quod impatienter concupisco? Fortasse dices mihi: nemo me videbit, & vivet;* bonum hoc redimendum est vitæ jactura, & nemo unquam simul & vita hæc, & tui visionem perferri potest. Si res ita se haberet, alacriter hæc conditionibus subscribo, & moriendi gratiam abs te peto, ut te videam, & videndi te, ut moriar. Eadem cum impatientia cupiebat, ut absumeretur Charitate, quæ admodum ignis sacrificii olim victimas absumebat. Petebat summa cum sollicitudine, ut ignis sancti amoris cor suum devoraret, ut in ipso nihil ipsius relinqueret, utque penitus illum conficeret convertendum in id, quod anabat; *Tantum cor meum flamma tui amoris accendat.* Ne mihi parcas, ne quid mei in me reliquas. Hi fuerunt extremi conatus teneri amoris, quo flagrabat erga Deum suum totus a se ita mutatus Augustinus, ut integram cuperet sui ipsius destructionem, ut eum penitus possidere posset, & ab eo possideri. *P. Senault.*

Amor incarnatæ Sapientiæ fuit primus ille radius, qui Augustini spiritum illustravit, & primus ignis, qui magnam hanc animam calefecit. *Immortalitatem sapientiæ concupiscebam estu cordis incredibili. Quomodo ardebam, Deus meus, quomodo ardebam revolare a terrenis ad te! & nesciebam, quid ageres mecum; & in me.* Sacrum Salvatoris nomen ingressum erat in cor illius cum lacte materno, & per effectum divinæ miserationis, quæ novit vulnerare animas jaculis amoris sui, sed quæ nunquam pulchriora illis infert vulnera nisi per Verbum, illic adeo profunde inculpsum permansit, ut quidquid videbat non hoc notatum nomine, licet eloquentia, lepore, & vera cognitione plenum, illum penitus nequaquam rapere posset. *P. Novet in Meditat.*

Mettiamur, si fieri potest, latitudinem cordis Sancti hujus; videamus quousque repletus erat hoc sacro ardore erga incomprehensibiles Dei pulchritudines, & bonitates. Videamus quomodo de illis peramanter, ac sollicitè verba faciat in omnibus operibus suis & faciliè judicabimus, neminem unquam possedisse omnes christianas virtutes in gradu sublimiori. Vitæ ejusdem historici mirabilia nobis exempla suppeditant, & quod colligitur ex libris ejus, & epistolis, quas in diversis vitæ suæ occasionibus scripsit, id probat argumentis immortalibus, atque incomparabilibus. Nonne in foliis Confessionibus intuemur fontem, atque principium præcellentium Christianarum virtutum; quo ardore, & affectu prosequeretur supremam hanc pulchritudinem, quæ fons est cæterarum pulchritudinum? Quo animi sensu deplorat, ac tamquam perditam luget omnia vitæ suæ momenta, quibus illam ignoravit! Quot doloris lacrymas effundit, quod tandiu illius amore caruerit? Quot suspiria, & singultus ex imo cordis emittit, eo quod non omnes nervos contenderit, ut ferviret, & obsequeretur illi, qui solus verè est dignus honore? Quam liquidè patet cor istud amore plenum extitisse, ejusque ardore erga Deum suum fuisse flammam ignis ardentissimi, ut loquitur Scriptura! *Ar-Houdry, Paneg. Tom. II.*

dens hoc desiderium gloriae Salvatoris sui urgebat ipsum, eumque in omnibus actionibus suis agebat, non secus ac S. Paulum Apostolum. Hoc illud fuit, quod re adhuc integra abstulit illi saporem librorum omnium Philosophicorum, quia in illis non inveniebat nomen Filii Dei. Ex præclaro hoc fonte omnes proficiuntur eximiae istæ virtutes, mortificationes adeo austeræ, preces ita juges, atque ardentes, jejunia adeo longa, charitas misericors erga pauperes, zelus ardens, & ceteros pro salute animarum, denique jugis exercitatio virtutum, quæ reliquis præstant. *Ogier in actionibus publicis.*

Spiritus Sanctus verus erat Augustini Magister, qui tradidit illi hanc scientiam Sanctorum, quæ melius gustatur sensibus cordis, quam mentis vi percipiatur; quæ efficit, ut ingrediamur in veritatem, & veritas ingrediat in nos, & toti sumus in illa. Legantur opera illius, ibi quantum luminis, tantum ardoris; & quantum unctionis, tantum rationis invenitur. Hæc non sunt simplicia humanæ mentis conamina; sunt effectus animæ per pietatem emundatæ, quæ erudiunt, & commovent; quæ illuminant, & inflammant. Ad examen vocatur ejus doctrina; ubique videbuntur magna hæc principia; omnia Christianorum officia redigi ad amorem Dei, tamquam ad mysticum centrum; ubi junguntur omnes lineæ: Religionis legem totam, non aliud esse, quam amorem, & ad eam adimplendam nihil ultra requiri, quam illam diligere: Deum, cum sit summum bonum, cujus sola possessio beatos nos potest efficere, hunc esse debere normam omnium desideriorum nostrorum, & scopum actionum, ideoque totam animæ fidelis occupationem non aliam esse debere, quam cupiditati pondus auferre, ut accedat charitati, quoniam altera quidem displicimus Deo, & non nisi altera eidem famulamur. *Flecher.*

Legatur S. Augustini vita post tempus suæ conversionis, & liquebit, cor illud supra naturam magnum, atque sublimem non alios habere potuisse limites, quam ipsum Deum; alius quilibet amor illi satis facere non poterat. Quamvis creature finitæ sint, credebat illas nequaquam sibi utiles esse, quoniam esse potuissent sibi impedimento ne divino vacaret amor, si illis adhaesisset. Voluisset iterum vitam suam inchoare, ut singula vitæ momenta motu aliquo amoris Dei insigniret. Quantopere ipsum percipit, se tam serò Deum amasse, & non amasse illum tantum, quantum erat amandus? Non timeo, ne vos me roties repetentem hoc vocabulum audire tædeat. Augustinus, de quo vos loquor, ab illo profertendo, atque scribendo non cessabat. Omnia creata sermone suo licet muto, verumtamen intelligibili, eum hortari videbantur, ut eorum suam Creatorem diligenter. Immo illa vicissim hortabatur, ut simul collecta pro modulo suo laudarent magnalia Domini, qui illa fecit, eaque per amorem, & potentiam suam alit, atque tuetur. Ex hæc omnibus cordis sui motibus colligebat fidentiam hanc, quæ dicebat Deo: *Scio quidem esse difficile homini cordis sui profunditatem rimari, & Scriptura tua nos docet, neminem judicare posse utrum sit vas honoris, an iracundiæ; utrum amore, an odio sit dignus. Sed postquam excussi cor meum, sentio a me te amari, Domine; & de hac re mihi non licet ambigere. Timores mei non sunt serviles; spes mea nullo agitur questu. Extingue infernos ignes; non timeo, quia amo. Destruere tuum Paradisum; meum gaudium, spes, & felicitas in solo tui amore consistunt. *Idem.**

Experiebatur Augustinus pœnas omnes, quibus afflictebatur, qui Deum verè timebat; conficiebatur suis desideris, suis humefcebat lacrymis, & contempebat non secus ac Sponsa, vulneribus faucium erat; & licet vulnera essent lethalia tamen felicitatis, gloriæque suæ partem constituiebant. Languere præ vi amoris sui, & cupiebat mortem, ut liberaretur eo dolore, quem illi afferere absentia Dei sui,

In Scriptis Auctoris hujus tantummodum invenitur, quantum luminis.

Quæmadmodum non nisi amorem Dei respiciat; & omnia illius ad Dei amorem impellant.

Ejusdem argumenti continuatio.

ita ut amoris impetu raptus, diceret; quando videbo te Domine; quando ita beatus ero, ut te possideam, summum bonum, quod tanto ardore diligo, quod tanta impatientia concupisco? P. Senault Presbyter Oratorii.

Modus, quo Deus simul dicitur esse ad exemplum S. Augustini.

Nosmet, ut S. Augustinus, increpare debemus, quod primis aetatis nostrae annos impenderimus in inani, inutilique rerum creaturarum perquisitione, Opus est, ut nos poeniteat quod tam sero amaverimus hanc pulchritudinem omni vitio carentem, & quae cum sit immutabilis, semper amorem nostrum alere, ac semper potest remunerari. Opus est, ut illi totum cor nostrum sine illa divisione tribuamus, & nihil hic in mundo cum illa diligamus, nisi propter illam. Opus est, ut in exilio nostro suspiremus, quoniam nos ab illa sejungit, & quia nostrorum votorum acti vehementia incidimus in eum languorem, qui cordium verè amantium martyrius est. Opus est, ut mortem praeramus vitae, illa enim sola nos potest conjungere cum suprema hac pulchritudine, qua donec hanc vitam vivimus, nullo modo fieri possumus. Sed opus ut praeter ceteris in nobismet evetamus quodcumque displicere potest Salvatori. Haec praecipua est Fidelium exercitatio; haec tutissima ratio est S. Augustinum imitandi, & nosmet acceptos Filio Dei reddendi. Idem.

Compendium eloquii Augustini.

S. Augustini vita casibus adeo miris in omnibus occasibus, quibus interfuit; tantam vim praestulit; ejus consilia tam laudè patuerunt; gesta illius adeo felicia extiterunt, quae pro Deo, pro se, pro Ecclesia operatus est, adeo singularibus circumstantiis coruscant; magnitudo nominis illius, & bonus odor famae ejus per tot loca pervasit; Praesules, & Regulares Ordines, Pastores, & populi, docti, & indocti, qui procul ab aliis vivunt, & illi, quos munus suum ad Evangelii praedicationem evocat, tantam in hujus viri laudibus sibi partem assumunt, ut loco Panegyricam orationem Sancti unius contexendi, concinnanda illa sit ceterorum, quorum varias virtutes in se uno conjunxit, Dicam ne vobis, illum similem Josue deduxisse in terram Chanaan electum populum, quem docuit artem bellandi, & victoriam referendi de finitimis populis? similem Eliae, & Eliseo inanium Deorum aras solo æquasse, eorumque cultores caecos perdidisse, & ad eorum exemplum coegisse, ac efformasse discipulos, pietatis, zelique sui successores dignissimos? Referam ne praemia, quae sustinuit, & insignes, quos retulit, triumphos? Concilia, quibus interfuit, libros, quos edidit, elogia quibus Pontifices, Episcopi, Principes, Sancti Patres, omnesque Catholici Doctores eum decorant? Haec omnia non proderunt, nisi ut intelligatis me non tantum unius Sancti Panegyricum exornare, quam omnium Sanctorum, omniumque virtutum simul laudes celebrare: Non tam Augustinum, quam virtutes omnes predicabo. Elogia Historica.

Magna Augustini in Ecclesiam merito.

Opus mihi esset Sancti hujus Doctoris eloquentia, ut vobis exhiberem insignia illius in Ecclesiam merita, haereticos, quos confudit, peccatores, quos ad Deum revocavit, vivendi leges, quas infinitis propemodum Regularibus scripsit; diversa praemia, quae subiit, persecutiones, quas sustinuit, ac tandem heroicas actiones, quibus distant historiarum. Si illum inspeo in cathedris, ubi vi eloquentiae suae efficit, ut error cedat veritati; trahunt me tot maximi momenti disputationes, quas sustinet; si ingredior Caenobia, ubi leges adeo sanctas pro utroque sexu constituit, video etiam Martyres, quorum zelum excitat in oculis. De praclaris illius actionibus, quae simul omnes menti obijciuntur, idem est dicendum ac de magnificis actibus, ubi numerus ingens rerum, quae oculos rapiunt, prohibet, ne spectator singulas admiretur, cumque cogit, ut confuso tantum celerique itinere laetret universa. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Illius Charitas erga proxima.

S. Augustini Charitas non elucebat solum in cura, quam gerebat animarum, sed ad corporis cr-

iam necessitates se extendebat. Historicus Vita Sancti hujus refert, aetate illius neque viduam fuisse, neque orphanum; quippe viduae in illo virorum suorum praesidium, subsidiumque inveniebant; & orphani patrum suorum curam, atque sollicitudinem. Neque minus largus erat in pauperes; jejunabat, ut haberet, unde illis donaret, juxta S. Euxuperii exemplum. Charitas illius nullam ferebat mensuram, quia Sanctus hic haud ægrè sacra ipsa vasa infringebat, ut aerae pauperes. Sancti hujus officium ille his verbis testatur: Ita benignitate in pauperes: ut cum non alia esset facultas, sacra vasa frangeret ad illorum inopiam sustentandam. Denique hic amor proximi affectus erat in ipso praedominans, & dicere possumus eundem dierum suorum exitum celerasse. Cum enim publicas videret calamitates, & excidium urbis a Vandalis obsessae, ne videret tot mala, quae super gregem suum erant prolapsura, Deum deprecatus est, ut ipsum ad se vocare dignaretur. Qua in re videretur charitas ejus charitati laetiae, & Jeremiae praeferenda, qui videntes afflictionem populi Dei lacrymas tantum sibi deposcunt. Sancti nostri Charitas illam ipsam Apostolorum longius videtur superare, haec quippe satis esse putabat dolere cum dolentibus; illa vero mortem potius operabat, quam intueri calamitates, quibus proximus suus erat obrutus. P. Oder d'Allier.

Dona, & incrementa naturalia S. Augustini.

S. Augustinus divinitus donatus fuerat ingenio perspicaci, facili, eleganti, sublimi, & difficilissimis scientiis pari; ingenium felix in perquisitionibus, vastum in cognitionibus, locuples in elocutione, æquum in imaginibus, acre, vividum, subtile tamquam lux, quae quocumque admirabili fertur pernitate, ita ut motus, & incrementa sua vix percipi valeant. Si spectetur pravus usus horum donorum, caelitus datorum, qui ab hifce primi ordinis ingeniis fit, parum abest, quod minus dicam, ut plurimum utilius foret, ingenio carere, quam nimis eodem pollere. Indocti rapiunt caelum; S. Augustinus exclamat: nos vero praclaris donati luminibus, interimus. In cogitationibus nostris evanesimus, extollimur ad nubes usque, erramus in speculationes frigidas, atque steriles, & in pulverem labimur. Modò credimus non nisi ratione opus esse, ne in veritate inquirenda decipiamur; modò ipsa dubia pro satis probatis opinionibus desumimus, opiniones vero pro oraculis, contra quae nihil objici possit. Modò superioritate spiritus abutimur, ut crimina nostra exculemus. Modò nova nobis delineamus systemata, quae cum invicta aliterimus pertinacia, & quod nobis deest illa sciendi sobrietas, de qua loquitur Apostolus, rullimus in abyssum errorum, unde ed difficilissimè emergimus, quò facillimè illuc descendimus. Elogia Historica.

Ingenio fuit Theologus, sicut liquet ex scriptis illius.

Sanctus Noster sublimis fuit Theologus, ejusque scripta sunt nobis fons inexhaustus, unde eruditi omnes duodecim ante hanc diem saeculis hauserunt, quin umquam illum exhaurirent. Non ne hoc nostram excedit admirationem, quod cum ante conversionem suam penitus hospes fuisset in nostrorum mysteriorum scientia, statim a baptisate tres ediderit libros, de libero arbitrio, & de vera Religione, & alios quosdam, qui continent adeo sublimia argumenta, quae ut intelligantur, non semel illi legendi sunt, & magna cura adhibenda. Vix, & ne vix quidem potest intelligi, hominem solis naturalibus ingenii sui viribus potuisse profunda illa scrutari arcana, & argumenta difficilissima tanta evolvere perspicuitate. Quapropter non dubitatur, quo minus magnus iste Doctor praeditus fuerit dono intelligendi Sacras Scripturas, & Christianas veritates praeter ceteris Ecclesiae Doctoribus cum Graecis, tum Latinis; & hanc ob causam inter Doctores quatuor comparatur; quemadmodum S. Joannes inter Evangelistas; uterque enim adeo altè volarunt, ut paucissimi hac polleant oculorum acie, ut tantum lucis valeant sustinere. P. Dumeau.

Quis

Incomparabilis hujus Doctoris scientia.

Quis unquam melius cognovit, & explanavit incomprehensibile Trinitatis mysterium, cui Ariani misera subtilitate tot tenebras offuderant? Quis validius veritatem constituit duplicis naturae utriusque personae in Salvatore? Quis divinius magna exposuit aenigmata, Dominicae Incarnationis, necessitatis, in qua sumus, Gratiae Dei, praedestinationis Sanctorum; originalis peccati; liberi arbitrii, aliarumque veritatum fidei nostrae; Cypriani, Hilarii, Athanassi, Gregorii, Chryostomi, dicam iterum post insignem Summum Pontificem, atque ea reverentia dicam, quae adhibenda est rarissimis monumentis, quae mentis, ac pietatis vestrae nobis reliquistis: Unus Augustinus est, quidquid vos simul estis. Quod enim prodigium! Videre incomparabilem Doctorem hunc, nondum Sacerdotem, in Episcoporum actu disserentem, perinde ac illum esset Magister, eosque docentem, ea, quae ab ipsis tradenda erant populis suis, & quae in Diebus cuique sua erant constituenda pro regimine doctrinae, ac disciplina: videre illum non ordinis auctoritate, sed scientiae praestantia praesse omnibus Synodis, quae in Africa fuerunt habitae avo ipsius & in Donatistarum, & in Pelagianorum causa? Hic ille Doctor est, qui eorum Conciliorum Canones omnes exposuit; & ex cujus verbis ex operibus illius desumptis Concilia Provincialia, atque etiam Oecumenica fidei Decisiones finxere. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Approbationes & elogia quibus celebrata sunt incomparabilis ejus doctrina.

Mirum igitur non est si post tot opera eximia, quae sunt argumenta incomparabilis Doctrinae S. Augustini, omnes summi viri, qui illi suppetes fuerunt, vel post illum floruerunt, tot, ac tam magnificis laudibus illum decoraverunt. Plura Concilia, non nisi per os illius locuta sunt, ejusque sententias converterunt in Canones pro regula fidei, praesertim vero in gratiae materia, cujusmodi fuere duo Carthagenensia, Milevitanum, Secundum Araucanum, & Tridentinum. Romani Pontifices doctrinam ejus receperunt, & approbant, & praecerunt etiam, ut eam omnes sequerentur, quatenus cum Ecclesiae Doctrina unam & eandem. Hoc satis probant testimonia Innocentii I. Zoimi, Coelestini, Leonis Magni, Hormisdæ, Felicis II, Joannis II, & Clementis VIII. ita ut vocari jure queat Doctor Doctorum, omnium praestantissimus, & ille, cui sit in Ecclesia maxima auctoritas post Scriptores Canonicos; & sanè affirmare licet Doctorem hunc aequè fuisse solidum, subtilem, & admirabilem. P. Dumeau.

Divina Providentia, quae semper suae invigilat Ecclesiae, magnum suscitavit Augustinum, ut illam tueretur, obijciens illum omnibus haereticis, qui omnia moliebantur, ut in eam scissuras, immitterent. Hoc facile videre est ex numero Scripturarum illius, ex doctrinae soliditate, atque difficultatibus quas explicuit, & in majorem lucem adduxit; Hoc conjici potest ex numero Doctorum operum, quibus complexus est totam Dei scientiam, cujus humana mens par est. Incomparabilia ejus scripta id, quod ajo, testantur, & in omnia saecula erunt depositum sacrum, & pretiosum mentis, scientiae, & pietatis Augustini argumentum. Nulla in Ecclesia dignitas, vel munus est; quod non obierit, vel caractere suo, vel laboribus. Hic ille Deo templa attollit; ibi format dignos altaris Ministros, illic reformat communitates, alibi regit eas, in quas propter ejus absentiam tepor irreperat. Praesidet in Conciliis, decidit in scholis, per zeli sui activitatem, & occupationum numerum se ipsum multiplicare videtur. Hic formavit Fulgentios, Gregorios, Bernardos, Hilarios, & incomparabilis hujus Doctoris scripta aequè ac Ecclesia subsistent, ut haec semper in illis inveniant, unde se se contra inimicos valeat tueri. Specimen Orationum Panegyricarum.

Fulgor tot luminum, quibus Sanctus Doctor micabat, quamprimum in omnem terram se effudit. In maximi momenti negotiis adhibitus fuit in consilium ab Imperii Provincia, usque remotissimis. Hicquary, Paneg. Tom. II.

S. Hieronymus, qui jampridem esse videbatur Ecclesiae Magister, atque Oraculum, pendere vult ab Augustino in difficillimis Sacrorum Bibliorum quaestionibus. Ab extremo Oriente ad illum scribit, hæcque cum illo disputat, nisi ut agnoscat, quantum Augustini ingenium reliquis praestet, atque ut tandem majori cum obsequio, ac reverentia illius adhaereat sententiae. Ita eo saeculo, quo nullum unquam doctius, magisque illuminatum in Ecclesia fuit, eo tempore, quo providentia collegisse videtur praestantissimos Doctores, atque ad maximum pertulisse fastigium Sanctam Christianae Religionis Doctrinam, Augustinus habitus fuit tamquam miraculum scientiae, & universale oraculum Ecclesiae; appellatus fuit Doctor Doctorum, inexhaustus caelestis sapientiae fons; & omnes profertur, neminem scire posse, quod Augustinus ignorat, & Augustinum ignorare non posse quod aliis nescire licet. Subsequentia saecula omnia illi honores eisdem detulere, iisdemque laudibus celebraverunt. Ecclesia recepit opera illius, tamquam pretiosam hereditatem, ac inestimabilem thesaurum; omnes Occidentis Patres inde hauserunt Christianarum veritatum elucidationem, & celeberrimi Scholae nostrae Magistri, Discipuli fuerunt magni Augustini; sensus illius secuti sunt, doctrina illius repleti sunt, & ex hoc fonte adeo puro, atque uberi caelestis scientiae pulcherrimas, certissimasque cognitiones acceperunt. Scientia Sapientis, quasi inundaria, & Eccles. st. sicut fons vitae permanet. Versus.

Quamvis S. Augustinus fuerit quodammodo Ecclesiae Oraculum, & Arbiter Conciliorum, tamen ille se ipsum coram Deo exinanit, & profundè humiliat coram hominibus. Hoc palam ostendit, Domine, auctoritatem Crucis tuae, utraque gratiae potentiam. Mirum non est videre spiritus infimos, & prostratos; se se humiliare coram Deo: Virtus hæc non est difficilis illis; Quod autem spiritus sublimes, Augustini, has omnes abijciant cogitationes, quas scientia sua illis inspirat, hoc sane Dei ostentat imperium. Ad quid igitur procedunt Sancto huic omnia fulgentia lumina, nisi ut humilitatis suae offerant Sacrificium, ut omnia in ipso moriantur, ut reviviscant in Deo, ne vel minimus quidem gloriae radius in illius spiritu resiliat, quapropter nulla oblectationis capiat illecebra, sed ut omnia in Dei gloriam cedant: Sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus. Humilitatis suae tenebrae pares sint luminibus gloriae suae. Videre mihi videor obscuram virtutem hanc semper vigilantem, ut in omnibus, & per omnia caelestia lumina sua, quacumque ex parte proficiscantur; ita ut dici possit de gratia in Augustino, quod Job ait de potentia Dei in rerum natura. Concludit Deus stellas quasi sub sigillo, neque illis lacere permittit, nisi quæ Caelum spectant; Deus ita per gratiam abscondit eximia Augustini lumina sub signo humilitatis. Nihil illo fulgentius cum predicat, & docet: cum autem confundit haereticos, tunc magis Dei gloriam manifestat; sed nihil humilior est, quam Augustinus in se ipso: Revocat in mentem praeterita flagitia sua, ne inanis gloriae impressionibus intumescat. Videte quodnam sit gratiae adinventum: uti luminibus Mentis Augustini, ut eadem ipsius lumina abscondat. Multos ediderat libros, qui gloriae illius poterant inservire, tum ipso adhuc vivente, tum cum e viventium numero migrasset; sed ut semet humiliaret, & gloriam quam ex aliis percipere potuisset, imminutam faceret, alium elucubratus est; librum videlicet retractationum suarum, ubi factus operum suorum censor, detegit in propriis luminibus maculas, quas alii in ipso admirantur. Rivar.

Hic vobis exhibere possem Augustinum, cum Divini Spiritus motu, licet invitus, & suffusus lacrymarum imbre oculis, sibi suam exprobrans indignitatem in Sacerdotum album relatus est. Verebatur enim ne hic divinae effectus esset justitiae in poenam peccatorum suorum, potiusquam effectus Providentiae, ut cum ad tantum eveheret ministrum;

K 4

ium, Jesu Christi Sacerdotium ingressus licet scientissimus, atque Doctissimus, majori cum pavore, ac terrore ad illud accedit, quam illi, qui sine ulla cognitione, & apparatus ad terribile hoc munus accedunt. Illam vobis possem ostendere, cum evocatus ad dispensationem verbi, & Sacramentorum Filii Dei, implorabat misericordiam, justitiam, & charitatem Antistitis sui ad obtinendum tempus, quo per otium in silentio, ac solitudine meditare- tur mysteria a se populo explicanda. Quenam hoc in loco eorum cogitatio erit, qui inani, ac im- prudenti cupiditate enitendi, ante opportunum tem- pus semper in Evangelicis functionibus proferunt; ac festinant distribere animabus escam, quam non- dum satis digerere valuerunt, & qui parentes Scri- pturam intelligent, & orationis usu, negotium suscipiunt de Deo loquendi, antequam illum in solitudine audiverint? Possem vobis Sanctum Au- gustinum proponere honores, ac dignitates perhor- rescentem, procul recedentem ab Ecclesiis, ubi E- piscopales Cathedra vacuae erant, ac consentem in- star terribilis sarcinae has dignitates, quae tamquam mundana gloria ducuntur, quae infusa cum avi- ditate queruntur, quae tamquam meritum praemia expectantur; quae tamquam diutinae patientiae fructus exiguntur, ad quae acquirenda nullis sum- ptibus, vigiliis, laboribus parcitur, quae saepe etiam per fas, ac nefas per turpia, & indigna factu acquiruntur. Haec immodica ambitio non ardebat Augustino; omnibus in locis, temporibusque nihil intentatum reliquit, nullum non moxit la- pidem, ut a suo capite averteret onera, quae illi omnino suam imbecillitatem superare videbantur, Flechier.

Profunda S. Augustini humilitas ex retractationibus ejus apparet.

Superbia venenum est, quod vix separari potest a scientia, tunc vero praesertim cum scientia haec publicis excipitur plausibus, ac secretum testimonium, quod clam sibi quisque perhibet, alienis laudibus confirmatur. Humilitas tamen S. Augustini major fuit, quam admirabilis esset illius scientia. Prohibere non potest quominus illum circum undique sepia gloria; omnes illum norant, & ubique exauditur confusio vocum clamantium, Augustinum esse mortalium omnium humillimum. In omnibus difficultatibus ad illum confugitur; & quo duplex sententia humanas distinet mentes, expectatur, donec quod vergat ille, innoscat, ut omnes illius sensum tamquam verissimum amplectantur. Imperatores honori sibi vertunt illum consulere. Concilia illum advocant in catus suos; ipsi etiam Summi Pontifices inquirunt, sensus illius Ecclesiae sensus esse. Haeretici licet infensissimi, meritis illius laudes negare non possunt: sed ille ipsas etiam aequissimas laudes tamquam meras, & periculosas rejicit assentationes; & ad praevetendam nominis sui celebritatem, quam praeratae ejusdem actiones illi promerentur, ait, Deum semper humilioribus uti instrumentis, ut maxima operetur miracula. Superbiae motus extrudit, praeratae vitae flagitia animo repetens. Si reprehenditur, alienas monitiones aequi, bonique facit, & non patienter solum, sed & alacriter excipit. Alienorum operum censor modestus, suorum inexorabilis iudex, neque pudet illum palam canere palinodiam. Omnes eximia illius cognitiones eo tendunt, ut haec tria in praxim redigantur, ut Deus ardentius ametur, ut quislibet se ipsum contemnat, ut majori cum zelo proximo serviat. Ubi velut Ecclesiae Oraculum consultitur; fatetur, sexcenta esse, quae illius cognitionem excedunt, & quae Deus revelavit in Caelo perfectis, in terra vero perfectioribus se. Hi sunt verae scientiae characteres; superbia quippe apud veros sapientes non ingreditur; hoc incipientis tantum est scientiae, vel quae iudicio solido, & rationabili spiritu nequaquam fulcitur. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Ejusdem argumenti.

Ethnicorum Philosophorum scientia esse potius debet humilitationis causa, quam gloriae, quandoquidem in vana, ac sterili speculatione conque- scibat, qua non nisi secreta in eorum animis ale-

batur superbia. Saepe sententias suas actionibus de- decorabant, si externa vitae ipsorum species regi conformis videbatur, penitiora cordis erant abnor- mia, atque tumor superbiae ipsorum scientia illos constipuebat infra indoctos, quos illi despicebant. S. Augustini scientia longe fuit alia, atque humi- lis fuit, ac practica. Incomparabilis iste doctor aevi sui lumen erat, & adhuc est nostri. Dum vive- ret, fuit gravissimum haereticorum flagellum, & ad hanc quoque diem fulgidissimum Ecclesiae lumen habetur. Disputationibus praestit, de cathedris ro- nat, in Conciliis decidit, ac semper habebitur Ma- ximus Religionis Magister: Sed labores ejus cog- nitiones ejusdem aequarunt, & humilitas illius fuit etiam magis profunda, quam zelus illius fle- rit indefessus. Sed quinam infirmis vocibus, sibi- rilique locutionibus adornare potest tot virtutum tabulam, quae tam solida sunt coram Deo, quam coram hominibus reverentis? Hoc sane factu diffi- cillimum est. Ibidem.

Haec perfecta cognitio, quam de peccati nequi- tia Deus habebat, effecit ut excogitaret rationem antea inauditam, reparandi crimina sua per con- fessionem aequae exactam, ac publicam, quam se- linquere voluit posteritati tamquam aeternum po- nitentiae suae monumentum. Augustinus eo tempo- re, quo iam consecutus fuerat criminum suorum veniam, quo illa mundo appetere non poterat citra nominis sui detrimentum, illa mundo universi con- stituit. Quam longe abestis ab hoc generoso conatu vos, qui, ubi peccata vestra confiteri de- betis revocantes praedictum illum, quem pedibus con- culcatis, dum commisit illa, tanto rubore sus- fundimini ea narraturi, quantum praevobis tulli- stis impudentiam ea patraturi? Lex quae vos jubet ea revelare Sacerdoti, eo ipso temporis momento, quae audit, obliviscenti, vobis non ferenda vide- tur; & Dei, Angelorum, Sanctorum totiusque Ce- li conspectus retinere non valet. Cur cessatis, & non statim adheretis Deo, cuius iustitia praesto vos aeternis ignibus potest addicere, ubi illum la- cessitis, nisi agitis penitentiam: Augustinus longe alios sensus animo fovebat. Satis non esse sibi ra- tus palam sua crimina confiteri, scripsit illa; vult ea omnibus futuris temporibus innoscere; sua utitur eloquentia, ut memoriam scelerum suorum faciat immortalem, ita ut si mundus non esset om- nino periturus, totius Aeternitatis spatio liqueret, Augustinum insignem fuisse peccatorem, & hoc ab eodem quari posset Augustino. Potuisset ille Con- fessionibus suis aliam faciem appingere; semet ac- cusans se se excusare potuisset, & Confessionum suarum texere apologiam. Sed e contra quantum- vis parum spectatur simplicitas, qua ipsas etiam le- vissimas noxas profert iis circumstantiis convesti- tas, quae illarum augere possunt pravitatem; facile videre est illum sola humilitate ad loquendum in- duci. Quemadmodum sibi circum undique plaudere sentiebat, & conscientia sua illi tot crimina ex- probabat, se ipsum tot elogiis indignum existi- mans, voluit laudes ipsas praevetere humiliter fu- turis saeculis peccata sua confitendo. Ibidem.

Humilitas sua efficit, ut in hunc modum profertur in crimina in illo Confessione.

Ejusdem argumenti.

Quid mirum, si dum ipsi tanta cura morum, ac mentium nostrarum errores conteginus, S. Au- gustinus voluerit, suos universae terrae per volumi- na ad id data opera composita innoscere? Si per confessiones, ac retractationes suas universae poste- ritati notum facere voluerit, neque vitam suam la- be, nec mentem suam erroribus caruisse! Sed, di- gnus sanctitate vir, licet ingeniosa tua fuerit hu- militas, ut te coram hominibus demitteres, permis- sis Deus, ne illa operatum finem consequeretur. Non sine stupore videmus admirabilia haec Chri- stianae virtutis opera, & non ideo minoris faciunt haec incomparabilia naturae, & gratiae opera, quae mentem nostram locupletantur. Nihil abscondimus de estimatione, quam eximias virtutibus tuis debe- mus, & veneramus, atque suspensum magna haec heroicae humilitatis trophaea. Verjus.

Ex quodam Sancti Doctoris hujus opere vide- mus,

mus, illum sibi exisse tribunal contra se ipsum ubi tamquam severus iudex semet excussit, & pu- blica, rigidaque censura damnavit quidquid in operibus suis fallum, aut vitiosum imprudenti ex- cidisset. Huc illos vanos, & inflexibiles homines appello, qui numquam palinodiam canunt, qui numquam corrigunt, quod semel carnis illeverunt, qui vellent juxta Prophetam locutionem omnes sen- sus suos in adamantinis tabulis exarare, ut inde- ledibiles essent, aeternique; & qui ut mentem abji- ciant semet ad examen vocandi, sibi que auferant curam videndi ea, quae ignoraverunt, operum suorum idololatras sibi errorem auferri nolunt, neque vim habent sese retractandi. Flechier.

Augustinus serid fecum reputans peccata sua non poterat satis dolere ob annos praeteritos, quos in erroribus, flagitiisque consumperat. Non invenie- bat vocabula satis significantia, ut Deo significa- ret, quanto merore conficeretur, eo quod non semper illum dilexerat. Cor illius licet tenerum, & magno ardore successum, sufficere non poterat amaritudini suae contritionis. Erumpebat identidem in sensus poenitentiae, in impetus amoris, in lacrymas. Heu, Domine, exclamabat quam caecus eram, ubi Majestatem tuam tot iniquitatibus laesce- sebam? Quid faciebam, quam viam sequabar, cum te non diligebam? Quanam funesta illecebra me fascinabat, cum me penitus abiebam amori- rerum creaturam, quin cogitarem de te? Ut peris- dum Cain fugiebam a facie tua, ut diis alienis deservirem. Tunc lacrymae ex illius oculis fluentes, & suspiria ex corde exhalantia, lingua illius in- nodabant, eumque in silentio continebant promissio immobilis, & tantquam sepulchrum in dolore, ut quae dum ab aliquo excitaretur. Ex Specimine Ora- tionum Panegyricarum.

Magnis muneribus satis dignus erat Augustinus, sciebat enim illos constanter rejicere, Audacter in- gredi poterat in stadium in quod Coelitus adduce- batur, sequi vocem Dei, neque Ecclesiae delecta- re opem, qua indigebat, & quam ab eodem pete- bat. Ur plurimum ita se habet res, ut quibus plus timoris est, & minus securitatis in Ecclesiae digni- tatem recipiendis, fore in eisdem exercendis ma- jorem vim, atque constantiam praeseferant; seu quod Deus semper remuneretur Christianam humi- litatem majoribus donis, atque gratiae suae vires adjuvaret, cum de viribus nostris ipsi diffidimus; seu quod sicuti magnus conceptus, quem animis suis imberberent de sanctis hisce dignitatibus, efficit, ut earum pondus extimebant, ita eadem cogitatio of- ficit, ut omnes vires suas colligant, & ingemi- nent virtutem suam ut illas cum honore susti- neant. Magni Antistitis nostri exemplum est illu- stre hujus animadversionis argumentum. Episcopatu- am adit, non tamquam eum vitae statum, ubi li- ceat per otium frui commodis & honoribus, quos seculum adfert; sed tamquam in aciem ac statum militiae, & belli, ubi inevitabilis urget necessitas laboris, & assiduae exercitationis, ad animarum salutem, & generale bonum Ecclesiae procurandum. Videre quonam ardore sese gerat, & cogitat, utrum effectus & motus praerari illius ignis, quo flagrat cor Augustini, digni sint puritate, & ar- dore, quem in illo deprehendimus. Verjus.

Magnus Apostolus S. Paulus in Epistolis suis no- bis proponit perfecti Praeulis imaginem; sed eam- dem ad vivum nobis in vita sua representat Au- gustinus. Hic Prototypus admirabilis est in Scri- ptis Apostoli; sed exemplum non minus speciosum, & minus admirabile in S. Augustini vita resulget. Apostolus exhibet nobis Episcopum tamquam vi- ventem imaginem filii Dei in terris; tamquam il- lius Vicarium, Procuratorem, Legatum ad gloriae divinae, humanaeque salutis negotium petructan- dum; & talem, qui debet etiam gerere cunctarum virtutum characterem, non autem illum duntaxat potentiae suae super animas. Vult autem hunc esse prudentem, sobrium, patientem, castum, mitem, generosum, charitate repletum; denique omnibus

Humilitas causa fuit, propter quam magis refertur honore; ubi vero illos acceptare coactus fuit, diriguntur illis perfici- aus est.

S. Augustinus ad quem eam- dem excelsam quae in se ipso S. Paulus requirit.

virtutibus ornatum, & ab omnibus vitiis immu- nem. Sed virtutes haec nequaquam in gradu medio- cri, & communi mediocritate esse debent, sed for- tes, vividae, heroicae, supra naturae vires, & com- munem humanae imbecillitatis captum elevatae. Ra- rum profecto est, ut Episcopus digno tantam hanc repleat ideam, caeque omnia possideat, quae ab Apo- stolo requiruntur, atque paucissimi in omnibus Ec- clesiae saeculis inveniuntur, qui insigniti fuerint rot, ac tam perspicuis dotibus, quibus magnus hic noster Episcopus refulset. Habuit ille cor penitus ardens hoc igne, qui maxime decet Antistitem; zelum habuit ferventem pro gloria Domini sui; nullae eum deterruerunt difficultates, aut pericula, quibus strenue se objecit, tunc praecipue cum sibi ab Ecclesiae inimicis imminerent. Constante resi- stere novit omnibus inferni viribus, universae ho- minum nequitiae, rabidoque Daemonum furori. Idem.

Quemadmodum S. Augustinus zelum suum contra haereticos ante, & post mortem suam.

Magnus hic Episcopus ostendit zelum suum in disputationibus, assiduisque collationibus, quas cum haereticis habuit. Nondum Sacerdos erat, cum Ro- ma dispartavit contra caput Manichaeorum, Fortu- natum, quem convicit; cumque illum eo redegis- set, ut constendum illi esset, se nihil habere, quod reponeret, cogit illum loco cedere, & abire Ro- ma. Haec victoria viam illi ad alteram referen- dam aperuit: Felix enim homo audax, sibi que pra- sidens reparare volens injuriam, quam illius secta perulerat in Fortunati lapsu, Romam convenit Augustinum hunc in certamen provocatum. Quo- bus integris diebus disputatio viguit, sub quorum sinem Felix abiecit arma, & non convictus, sed etiam conversus fuit, ita ut elata voce, dixerit se velle esse filium Ecclesiae, & S. Augustinus auctor fuit, ut ille palam fidem profiteretur; Describi pos- sent pugnae ab hoc Sancto Doctore contra Dona- listas felici eventus toties pugnae non sine Coele- stibus benedictionibus, & referte, Augustinum mil- lies persecutum fuisse vita, & martyrii occasionem inquisivisse persequendo, & confutendo furenter Circumcellianos, qui replebant Africae monumentis crudelitatis suae, Catholicos omnes, qui in ma- nus eorum incidissent nulla sexus, vel aetatis ra- tione habita interficiendo. Noster autem Sanctus nonne quatenus invictus Gratiae Doctor affulset in generali illa, celeberrimaque collatione, habita Carthagine jussu Imperatoris Honorii coram Mar- cellino Tribuno, cum verba faciens pro Episcopis Catholicis confudit centum, & quinquaginta Do- natilas Episcopos, quorum plerique sub disputatio- nis exitum ad Ecclesiae sinum reversi sunt, & alii qui mordicus erroribus suis adhaesere, in exilium abire jussi sunt; cum interim populi quibus erro- rem Augustinus ademerat cum gaudio doctrinam il- lius, hoc est Ecclesiae Romanae fidem amplexi sunt. P. Texier.

Illustriores, insignioresque triumpho, quos per S. Augustinum gratia retulerit, illi sane fuere qui de apertissimo, & crudelissimo illius hoste Pelagio haereticum, omnibusque sectatoribus ejus reportati sunt. Sanctus Doctor noster decem impendit an- nos ad monstrum hoc prosternendum, videlicet ad resellendos errores gratiae Salvatoris contumeliosos, quos hic miser ubique sequebat; & haec est commu- nis eruditorum sententia, si S. Augustinus in aliis disputationibus omnes adversarios suos superavit, in hac se ipsum superavit. Idem.

Insignis vi- dentur de Pelagio etiamque sectatoribus relata.

Pelagius monstrum illud, quod tot excivit tur- bas in Ecclesia, homo erat superbus, se ipso ple- nus, sibi praesidens, mobilis in fide, erga Salva- torem, ejusque gratiam ingratus: suae libertatis ze- lorum, aptus ad hominum captandam benevolen- tiam, assentando eorum ambitioni, ac philautia: satis infirmus, ut in errore laboraret, satis au- dax, ut illum iuceretur, satisque subdolis, ut alios in eundem alliceret. Talis, & adhuc periculosior erat Pelagius in Regno Salvatoris. Religiosa pro- fessio, quam fuerat amplexus, sanctitatis fama, quam sibi comparaverat, austeritas vitae, quam ad- secta.

Craster haereticus Pelagius.



sectabat, necessitudo cum pleisque Sanctis viris  
 sæculi sui, locum illi fecerunt proferendi errorem  
 suum antequam quisquam ausus esset de illo suspi-  
 cionem ingerere: & vitæ innocentia palam cum  
 puritate fidei, ac doctrinæ consentiente; adeo bel-  
 le vitus suum diluit, quia difficile erat, ut evita-  
 retur, quia non facile erat, ut cognosceretur. Ne-  
 gabat originale peccatum, & docebat gratiam a  
 meritis nostris pendere. Afferbat hominem sibi suf-  
 ficere, & in se habere facultatem bonum æque,  
 ac malum operandi; rationem unice per se acerri-  
 mis vitæ temptationibus resistere posse: scuti in vo-  
 luntate non decerant de bono in malum lapsus;  
 in eadem voluntate adesse reditus quosdam de bo-  
 no in malum; animæ nostræ electionem tantum  
 faciendam esse, ac semet determinare debere: vo-  
 luntates nostras esse bonarum actionum nostrarum  
 principia, & nos esse principia bonarum volunta-  
 tum nostrarum; denique adesse in animabus no-  
 stris thesaurum innocentia, & ut ita dicam, na-  
 turalem justitiam, quæ omnibus facultatibus no-  
 stris præstet, quæ fecerint bonum a malo, quæ in  
 nobis bona parit desideria, & quæ secundum re-  
 gulas naturalis conscientia bonas probat actiones,  
 & malas redarguit. Perditi hic homo in eorum  
 mentibus, quos volebat corrumpere, in antecessum  
 reperiebat semina corruptionis. Doctrinam ipsius  
 probabat per Philosophiam, quæ pari non pos-  
 test, jacturam a nobis factam libertatis operandi  
 bonum viribus propriis; & confirmabatur per Super-  
 biam humanæ mentis, quæ vult penes nos esse no-  
 stræ salutis arbitrium. Illius principia insculpta erant  
 in hominum cordibus, ubi natura corrupta rem  
 suam turbatur; & si Tertullianus olim dixit nos  
 omnes hæreticos nasci, quia tenebræ erroris effu-  
 sa sunt in naturam, melius etiam dici potest, nos  
 omnes nasci Pelagianos, quia primum peccatum  
 nobis quemadmodum in hereditatem reliquit spiri-  
 tum superbiam, amore nostrorum ipsorum, desi-  
 derium summæ libertatis, & in propriis viribus  
 confidentiam. *Fleebier.*

Ingenium;  
 tempera-  
 mentum  
 artes ejus-  
 dem Hære-  
 tarchæ.

Quis austerior Pelagio in moribus, verecundior,  
 atque modestior ore; cautior in verbis, religio-  
 sior, ac Dei observantior in epistolis, callidior in  
 responsis, versutior in verbis, & promptior ad illa  
 in speciem quidem, in orthodoxum sensum detor-  
 quenda? Quis sul magis compos in omnibus ani-  
 mæ suæ motibus, quis magis attentus ad mortifi-  
 candas sine indulgentia suas cupiditates, quas qui-  
 buldam in occasionibus subiciebat durissima legi  
 ignavæ assentationis, ut suum temperamentum alic-  
 no subjiciens, alios alliceret, ut per honestæ gra-  
 titudinis sensum doctrinæ ipsius sese accommoda-  
 rent? Modò sese convertens ad doctissimos viros,  
 quibus tamquam dubia sibi oborientia proponebat  
 validissimas rationes, quibus hæresim suam confir-  
 mabat; assertis hujusmodi difficultatibus, quarum  
 explanationem ab iisdem petebat, tentabat illos,  
 ut videret, utrum eos in partes suas posset pertra-  
 here; & modo (quod illi exprobrat S. Hierony-  
 mus) sine furo discipulis suis hæresim detegens,  
 illam parabolis, & æquivocis locutionibus invol-  
 vebat, cum palam loquebatur, ut si opinio sua  
 aliquibus displiceret, dicere posset, hanc minus  
 suam esse, quam eorum sententiam, quos adeo  
 callidè erudierat: *Ut quibus videretur displicere,  
 non suam, sed aliorum esse contenderet.* Hujus ne-  
 gotii decisis, & hæresis hujus condemnatio erat  
 nihilominus gravissimæ necessitatis. Per hanc enim  
 solidissima Religio, & Moralis discipline fun-  
 damenta labefactabat; per hanc virtutem, & infi-  
 nita Salvatoris merita ad nihilum redigebat, per  
 hanc Mediatoris gratia, ejusdem nativitas, labo-  
 res, mors nulla erant; felix ingenium; recta in-  
 stitutio, prima virtutum semina, Legis cognitio;  
 cordis, & spiritus rectitudo; ad summum peccato-  
 rum remissio, & imitatio vitæ Jesu Christi omnem  
 humanæ salutis œconomiam constituiebant. Nihil  
 tamen adeo æquivocum in hujus Hæresiarchæ sub-  
 terfugis, ambagibusque latebat, quod S. Augu-  
 stinus non subodoratus fuerit, & dissipaverit; nihil  
 adeo involutum, implicatumque, quod non eno-  
 daverit, & explicaverit; nihil tam subtile, ac ver-  
 sum, cujus illusionem non pariter fecerit; nihil in  
 speciem adeo aptum ad hominem excitandum, ut  
 per se ad virtutis praxim impellat, ejus sanctissi-  
 mas illusiones S. Doctor non proferret in medium,  
 vel quia nimis tribuebatur homini peccatori, &  
 redempto, vel quia Omnipotens Mediatoris gratia  
 superbe libertati subiciebatur. *Ex Elegiis Hi-  
 storici.*

Ratio, quæ S. Augustinum impulit, ut tanta vi  
 necessitatem, summamque gratia libertatem affer-  
 ret, & ex agris Ecclesiæ lolium tot schismatum,  
 hæresumque convelleret, fuit, eo quod & ipse gra-  
 tia fuerat abusus; quia ipse quoque fuerat lapis of-  
 fensionis fratribus suis, & quantum scandalis, er-  
 roribusque suis Ecclesiam affixerat, tantum illam  
 doctrinæ puritate, & morum sanctitate edificare  
 debebat. Sed hæc obligatio non unum respicit Au-  
 gustinum: gratia, quibus toties abusi sumus, hi  
 affatus, & lumina, quæ suffocavimus, nonne exi-  
 unt a nobis reparandam, quæ in viam salutis  
 revocet eos, quos nos in semitas iniquitatis abdu-  
 ximus? Aliquando cum contemptu de veritatibus  
 orthodoxis verba fecimus? Unquam illas in sus-  
 picionem adduximus per dissensionem nimis vitili-  
 garicem, si hæc vera sunt, nihil æquius est,  
 quam reparare detrimenta, quæ illis peperimus, &  
 conari ad unitatis centrum juxta S. Augustini ex-  
 emplum eos revocare, quos ab eodem abduximus.  
*bidem.*

Africa Ecclesia pettèrta vias quærere germinan-  
 tem Pelagii hæresim reprimit. Cogit Provincia-  
 lia concilia: Sancti Episcopi excitantur, & divino  
 profus afflatu Augustino munus demandant pu-  
 gnandi pro gratia, & liberandi Israel de conviciis  
 superbi Gigantis, qui toti minitabatur Ecclesiæ.  
 Tunc Augustinus tamquam David alter, strenuus  
 in aciem descendit, scribit, disputat, aggreditur,  
 propugnat, respondet, interrogat, ubique confun-  
 dit inimicos, ubique facit, ut veritas triumphum  
 reperiret. Omni argumentorum vi, omni Philosophi-  
 carum subtilitatum versutia; omnibus Eloquentia  
 lenociniis, omnibus superbiam illecebris, omnibus  
 naturæ studiis opponit sublimem spiritum, ratio-  
 nem expurgatam, ingenium felix, & exaltum, ve-  
 hementem eloquentiam, profundam humilitatem,  
 gratiam extensam: illum admiranda omnia au-  
 dit Ecclesia. Hieronymus in Palestina sub laborum  
 suorum sarcina curvatus, licet & ipse victoris re-  
 ferendis affuetus calanum tot hæreticis fatalem ab-  
 jicit, & quid post Augustinum dicat, non habet.  
 Quam arduum erat explicare ineffabile mysterium  
 communicationis hujus gratia a Jesu Christo ad il-  
 lius fideles emanantis, animantis illos, & juxta  
 suam magnitudinem, eorumque naturam, videlicet  
 cum vi, ac libertate moventis? Quomodo fieri si-  
 mul poterat, & Dei gratia triumphans, & homi-  
 nis libertas illæsa? Quomodo utriusque motus, &  
 mensuræ poterant determinari? Gratia vis invicta  
 tribuenda est, quæ tamen non sit violenta; vo-  
 luntati tribuenda est quies, quæ coacta non sit;  
 ita bene cæli jura terrenis sunt admiscenda, ut  
 Deo detur, quod Dei est, & non auferatur homi-  
 ni, quod Deus illi reliquit. Hac de causa S. Pau-  
 lus dicebat: *O altitudo divitiarum sapientia &  
 scientia Dei!* Sed si altitudo hæc dinetiri potest,  
 si hæc detegi possunt divitiæ, si hæc scientia inve-  
 stigari potest, ab Augustino sanè vestigabitur, non  
 quidem vi mentis suæ, sed luminibus Spiritus San-  
 cti, pro quo veritatem propugnat, & cujus ope  
 docet, & exercet humilitatem. *Fleebier.*

Ratio, quæ  
 S. Augusti-  
 nus ad gra-  
 tiam tenen-  
 dam a illo  
 tenuit.

S. Augu-  
 stino præ-  
 fertim glo-  
 ria accepta  
 referenda  
 est victorie  
 de hære-  
 tici Pelagi.

Neque credendum est, pugnas, atque Victorias  
 S. Augustino nullis stetit sumptibus, vigiliis, cu-  
 ris, scriptis; & illum extitisse ex numero eorum,  
 qui pacifice referunt triumphos, & sine discrimine  
 vincunt: quis enim dicere posset calumnias & con-  
 vicia, quæ illi perferenda fuerunt sive a pravis fi-  
 delibus, sive ab Ethnicis, sive ad hæreticis, qui  
 in

Quantum  
 fuerit  
 S. Augu-  
 stini la-  
 boribus in  
 schismati-  
 bus hære-  
 tibusque col-  
 latis.

in partes, variasque sententias abeuntes, tamen  
 unanimi, ac pæne confiato consensu ad ejus in-  
 vertitum, tamquam communem hostem conjurave-  
 runt. Episcopi Donatistæ in illum sediciosos exci-  
 rant populos, & omnium scelereum amplissimum  
 illis remissionem pollicentur, qui huic vitam ab-  
 stulerint. Circumcelliani eum fecus vias opperti-  
 unt; ut latronum more in illum grassentur, & in-  
 signe se Deo sacrificium facere arbitrantur, effun-  
 dendo sanguinem illius, qui sectam eorum everte-  
 rat; quod nefas execrabile perfecerunt, nisi pecu-  
 liari providentiæ consilio ille, quo ipsi duce ute-  
 bantur, feliciter aberrasset. Julianus, & Cælestius,  
 atque Pelagii fautores, illum insinuitis propemodum  
 libellis, satyrisque proficerunt; sed hunc rabiei,  
 & indignationis eorum effectum eo modo Sanctis-  
 simus Doctor intuitus est, quo victores vulnera  
 sua post relaram de hostibus victoriam intuentur;  
 videlicet tamquam suæ virtutis insignia, & trium-  
 phorum suorum causas. Hoc præter propter in sen-  
 su illi S. Hieronymus scribit: *Catholicæ te condito-  
 rem ante rursus fidei venerantur, atque suspi-  
 ciant. Omnes hæretici detestantur;* qui gloriae tue  
 cumulus est. *Auctor Sermorum in omnia argu-  
 menta.*

Quantum  
 sibi aucto-  
 ritatem Au-  
 gustinus  
 scriptis,  
 probitate  
 aliique  
 virtutibus  
 comparaverat.

Legite opera S. Augustini, videbitis tantum ab-  
 esse ut hoc in loco res amplificentur, ut etiam  
 robori partem addant, & superent quidquid a  
 nobis dictum est; etenim specialis dubi inveniatis  
 in admirabilibus operibus ejus, unde laurea (ut  
 enim vocibus S. Ambrosii) donec spiritum hunc,  
 lauream, inquam, quæ illum super quicquid in  
 mundo maximum, atque salutare invenitur, extol-  
 lit: *Lauream Spiritus scripti coronatur suis.* Au-  
 thoritatis prodigium. Loquebatur Augustinus, &  
 audiebatur. Augustino decedenti subscribebatur.  
 Augustinus imperabat; & imperata fiebant: Augu-  
 stinus minitabatur; & repidabatur; & nihilomi-  
 nus Augustinus alia non erant jura, nisi quæ ul-  
 tra Hypponem minime extendebantur. Quomodo-  
 nam igitur adeo late patentem habere poterat au-  
 thoritatem, qualem in ipso suspicimus, & admi-  
 ramur? Quia homo erat sæculo suo doctissimus, in-  
 regeimus, summo zelo succensus, & maxima lu-  
 ce perfusus. Quia videbatur in illo humilitas ad-  
 huc major cæteris qualitatibus, quas in illo ad-  
 mirabantur omnes; & quia universus terrarum or-  
 bis laudibus tantum illum effere non poterat,  
 quantum ille se ipsum sua deprimebat humilitate.  
*Sermo M. S.*

Zelus il-  
 lus tanta  
 cum suavi-  
 tate, & af-  
 febili-  
 tate erat  
 con-  
 junctus, ut  
 mundum  
 universon  
 sibi concil-  
 iaret.

S. Augustini suavitas zeli ipsius ardorem mode-  
 rabatur; efficebaturque ut cum visceribus miserationis,  
 sceleratissimum quemque peccatorem exciperet;  
 sive insensissimis inimicis suis veniam dando, seu  
 lucrando omnes illos Deo, cum quibus versaba-  
 tur, per affabilitatem, ac indulgentiam, qua erga  
 omnes utebatur: ita ut zelus, & suavitas in san-  
 cto hoc admirabili consensu ita temperarentur, ut  
 alterius ardor alterius non offenderet lenitati. Utrius-  
 que hujus virtutis commixtio omnia corda attrahe-  
 bat, mentesque omnes conciliabat; experti enim  
 sciunt omnes zelum facile accerere; auram a Spiritu  
 Sancto agitatum nonnumquam in turbines, nu-  
 besque mutari: & ignem huic absumere, & devo-  
 rare, cum fovere tantum deberet. Sancti Episcopi  
 zelus procul dubio aberat a mollibus id genus af-  
 fenatiunculis, quæ favent morum laxitati, vacuus  
 erat impavens illis terroribus, qui animum, vocem-  
 que impediunt, & inimicus turpium cautelarum,  
 quæ efficiunt, ut non audeas Dei partes suscipere,  
 & iniquitatibus te insensum hostem proficere. *Au-  
 ctor Sermorum in omnia argumenta.*

Labores  
 ejus pro  
 universali  
 Ecclesia  
 agenda ni-  
 hil proprii  
 gregis cu-  
 ram immi-  
 nuunt.

Donec Augustinus tanto cum fructu Ecclesiæ uni-  
 versalis hostes debellat, non obliviscitur gregis sui;  
 in suis laboribus indefessus æquè ac in zelo suo,  
 totum se Ecclesiæ gloriae devoverat; dies integros ab-  
 sumit in libris componendis ad evertendum erro-  
 rem, & confundendum mendacium; noctes autem  
 traducit, rectè Diceas suæ ordini consulendo;  
 & gregem suum institucendo. Similis militibus, de

quibus in Scripturis sermo est, extrinsecus quidem  
 impugnat, & profligat hæresim, cum intrinsecus  
 fidelium curæ suæ creatorum mores informat, vir-  
 tutum suarum exemplo populos omnes edificat, il-  
 los suis prædicationibus erudit, & nihil eorum  
 prætermittit, quæ illorum sanctificationi aliquid  
 possunt conferre. Post tot pugnas, atque trium-  
 phos, quæ non meretur elogium hic Religionis, &  
 Ecclesiæ doctor, & heros? Apertè dicam: hic ter-  
 ræ salus est, oculus doctorum, flos Christianæ elo-  
 quentia, Episcoporum exemplar, fidei clypeus, ter-  
 ritor hereticorum, Prædicatorum lumen, legis an-  
 tique reparator; novæ legis magister; verbo, Eccle-  
 siæ Jesu Christi columna. *Sermo M. S.*

Insignis quidam sanctitate vir, non extremum  
 inter præcipua vota sua fuisse dicebat videre S. Pau-  
 lum in cathedra, eundemque concionantem audi-  
 re. Mihi autem æquissimum etiam videretur desi-  
 derium concernere S. Augustinum cum hæreticis ma-  
 num conferentem, & audire subtiles, validasque  
 argumentationes, quibus in Carthaginiensium, & Mi-  
 levitano Concilio utebatur, ut de mendaciis om-  
 nibus, omnibusque hæreticorum erroribus trium-  
 pharet Ecclesia. Hæc tamen felicitate quodammodo  
 fruimur; quandoquidem dicere possumus singulis  
 adhuc diebus in Catholicorum persona disputare,  
 atque præliari. Prædicat per os Prædicatorum om-  
 ninium; docet in Doctorum omnium Cathedris,  
 quoniam nobis in suis scriptis reliquit inexhaus-  
 tum luminis, & doctrinæ fontem, qui æternum  
 ad gratia patrociniū profuturus est. Ex hac inte-  
 gra Bibliotheca, quam sapiens ille calamus con-  
 scripsit, hauserunt Summi Pontifices oracula sua,  
 Concilia suos Canones, Theologi lumina sua, &  
 Concionatores solidam doctrinam, quam suis au-  
 ditoribus tradunt. Hinc conjicite, utrum Cardina-  
 lis Petrus Damiani jure illum appellaverit *Eccle-  
 siæ linguam;* & utrum Concilia jure illi commu-  
 nicaverint nomen, quod Sancto Paulo tribuunt,  
 quem *Magnificum gratia defensorem appellant.*  
*P. Texier.*

Ex Episcopo, ut sit vere servus ille fidelis, quem  
 constituit Dominus super familiam suam, tria ex-  
 pectat Deus. 1. Teneram pietatem, quæ illum cum  
 Deo conjungens illi medium tribuat, non confer-  
 vandi solum, verum etiam augendi, & confirman-  
 di optimas qualitates, quibus ornavit illum Deus,  
 ut rite omnibus Apostolicis muneribus perfungeretur.  
 2. Sollicitam charitatem, ardentemque zelum  
 pro grege sibi divinitus credito. 3. Profundam hu-  
 militatem, per quam Deo referat acceptum, quid-  
 quid bene cesserit; nihil inde sibi gloria vindicans.  
 At omnes ista virtutes in S. Augustino repertæ  
 sunt, ut omnibus suis muneribus perfungeretur.  
 Adeo tenera fuit ejus pietas, ut pictores ut pluri-  
 mum nobis exhibeant illum manu tenentem cor  
 amore accensum, & inflammatum. Sufficit legere  
 opera illius, ut liqueat, singula ejus verba toti-  
 dem esse scintillas, ac flammam ex ardenti illo in-  
 cendio profectas quod charitas in illius corde suc-  
 cendit. Audite illum loquentem: *O Domine, in-  
 quit in Manuali, anima mea amori tuo profusa  
 devota non respicit nisi pro te, & non adsiprat  
 nisi ad te. Nihil sapit illi, nisi de te loquatur,  
 vel audiat loquentes de te. Unicum votorum il-  
 lius argumentum est gloriam tuam procurare.*  
 Quod ad illius pertinet humilitatem, & sollicitas  
 curas, quibus gregi suo semper consuluit, satis  
 locuti sumus variis in locis elogii sui. *P. Texier.*

Omnes Ecclesiæ historias legite, omnia percur-  
 rite sæcula, ad examen insigniora facta revocate,  
 nullibi reperieris hominem, in quem natura plures  
 dotes contulerit ad divinum Episcopatus officium  
 majori cum laude sustinendum, & qui illas ma-  
 gnificentius in rebus præclarè gestis protulerit. Sci-  
 mus ea quæ ornatissima, & maxima Athanasius,  
 Chrysostomus, Ambrosius, Gregorius, Cyrillus, aliis-  
 que plurimis Christianæ Religionis luminibus ac-  
 ciderunt; & absit, quod hoc in loco quidquam  
 diminuire audeamus de benedictionibus, laudibus  
 que

S. Augusti-  
 nus adhuc  
 docet &  
 prædicat li-  
 bris suis.

S. Augusti-  
 nus præ-  
 clare om-  
 nia Episco-  
 patus officia  
 obit.

In Eccle-  
 siastica Hi-  
 storia non  
 videmus,  
 quin  
 pulcherrime  
 habuerit  
 hæc omnia  
 non solum  
 sed & labores  
 quibus  
 S. Augu-  
 stinus.

que immortalibus, quae incomparabilibus id genus viris debentur; verum dicere possumus, hos omnes simul non profugisse tot haereses; non tot sustulisse mala, non tot labores, ac molestias pro fidei integritate, & puritate morum Christianae Religionis passos fuisse, quot magnus Augustinus. Verius.

Scio equidem non omnes, ut S. Augustinus, posse in aciem descendere cum Haereticis, haeresesque profigere, non omnes fortitos ingenium fuisse, & affectos magni hujus Doctoris Scientiam, ut doctrinae luminibus Ecclesiam aequè valeant illustrare: verum licet omnibus hoc facere, virtutum suarum luminibus, sanctitate, necnon victoria vitiorum suorum; quantoquidem ex D. Ambrosii sententia Ecclesia nullum habet illustrius, & aequius triumphum argumentum, quam in peccatorum conversione: De me in caelo, de me in terris triumphus agitur. Profecto nullus est peccator, qui gratiae potentiam intuitus in S. Augustini conversione debeat de suis cupiditatibus desperare victoriam; Si enim hic homo in impudicitiis procacissimae juvenutis immersus potuit pravorum habituum suorum arctissimos nexu infringere; vitam, naturamque mutare, & in insignem sanctitatem virum converteri: quam ipsi praetere poterimus causam, nisi pro virili parte omnes aetatis, industriaeque nervos contenderimus, ut de misero, in quo versamur saeculo, emergamus? Esto; sumus infirmi, violentiae sunt cupiditates nostrae, fortibus vinculis prohibemur; verum nonne cum gratiae subsidio possumus aequè, ac ille vincula ipsa percurrere, ac de ipsis infirmitatibus triumphare? Esto; Deus non semper eadem cum omnibus utitur misericordia; sed ne quaeso amittamus momenta gratiae, quae nobis offertur; neque enim illius misericordia fatigatur usquam, neque nos justitiae suae rigoribus derelinquit. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Quandoquidem testatur Scriptura futurum ut qui multos erudierint, enitescant in gloria tamquam sidera in perpetuas aeternitates: si minus hoc nobis facere licebit, ut magnus iste Sanctus operatus est, scientia, & voluminibus suis, hoc tamen facere possumus alio modo, qui non est minus efficax, videlicet bono exemplo, & actionibus nostris. Hoc pacto esse possumus Doctores, Praedicatorum, Apostoli; imo & Evangelia viventia, ac totidem filii Dei Procuratores. Hoc faciunt Sanctimonialia, quae Sancti hujus Ordinem, Regulamque sequuntur; quae per vitae innocentiam, unionem cum Deo, & charitatis opera, quae ab illis quotidie exerceri videmus, sublimem Caeli scientiam nos docent, & quemadmodum perfecte hac

in re Sancti Institutoris sui imitantur exemplum; sunt exemplaria, quae Sanctus hic generavit omnibus, & cuique singillatim in suo statu proposuit, ut imitari sanctarum harum Virginum virtutes simul, & S. Augustini virtutes imitaremur, & meritum illius fieremus participes. Idem.

Ecclesiastica nos docet Historia, sicut S. Basilii a Deo fuit delectus pro instituendo Religio statu in Asia, & S. Benedictus in Europa, ita S. Augustinum delectum fuisse veluti primum Patriarcham, & Religiosorum institutorem in Africa. Condidit simul in Hyponensi civitate duo Monasteria, alterum Canonicorum Regularium, Eremitarum alterum, ac deinceps Quadragesima, & ultra Religiosorum ordines sub hac regula militarunt. Deus enim adeo mirabilem tribuit Ordini S. Augustini fecunditatem, ut eo adhuc vivente in Africam sese effuderit universam. In Aegypto, atque in Aethiopia adeo crevit, ut infinitum propemodum Monasteriorum numerum possideret; & S. Augustinus ipse testatur, se hoc habuisse solatium videntem Africam totam ita repletam Religiosis suis, ut nulla ferre civitas esset, vel oppidum, ubi non esset aliquod Coenobium, in quo non centum, aut ducenti Religiosi orationi vacarent. Anno post illius mortem primo ejus Ordo in Italiam, & Angliam navigavit, non secus ac in alia Regna quamplurima. Eo tempore omnes ferre, qui ad Sacerdotium vocabantur, & evehebantur ad Episcopatum, ex Religiosis S. Augustini domibus assumebantur. Illud verò Sancto huic longè honorificentius est, & magis ostendit illum sanctitatem perennasse in subsequencia post mortem suam saecula, hoc est, quod juxta Eruditorem hominum fidem ex Ordine censentur sexdecim mille, ducentique Beati, qui Ecclesiae auctoritate in Sanctorum albo descripti sunt. Neque est, quod hic numerus nobis cieat stuporem, quandoquidem Ecclesiastica nos docet Historia post annos circiter quinquaginta ab obitu S. Augustini, cum Vandali, & Gothi, qui erant Ariani, totam Africam inundassent, bis mille, & quingentos Religiosos ex S. Augustini familia martyrium subisse pro fidei defensione, atque ex horum numero septem illustres Martyres, qui crucifixi fuerunt, quorum meminit Romanum Martyrologium. Generosus iste gratiae propugnator moriens tamquam in hereditatem filiis suis legavit hanc constantiam, & fidem, qua haereticorum conatibus resisterent; quemadmodum ejusdem ordinis Religiosi testantur, qui postquam Ariavismum in Africa profigerunt, S. Gregorio teste, in Italiam ad plures impugnandos haereticos accesserunt. P. Texier.

Ornamentum & benedictum, quod S. Augustinus quatenus instituit pro procuravit Ecclesiae.

Sermon 27<sup>o</sup> ad Fratres in Eremo.

Qua in re S. Augustinum illustrari valeamus.

In quo potissime S. Augustinus hunc Imperium.

PRO S. FRANCISCI ASSISINATIS

ORDINIS FRATRUM MINORUM INSTITUTORIS

P A N E G Y R I C O .

M O N I T U M .



Utdquid in Seraphici S. Francisca laudem dici potest, redigendum videtur ad tres eximias virtutes, quae constituunt primi Ordinis Sanctos, quae quia cum illi, tum aliis plurimis communes sunt, possunt tamen peculiare ejusdem elogium efficere; quia in illis praereliquis omnibus excellunt. Haec autem virtutes sunt, Evangelicae Paupertatis amor, quam nemo majori cum perfectione secutus est; Amor contemptus, & humilitationis, cuius nemo fuit amantior; tandem amor passionum, & crucis, quae, quiaquid singuli animo potest, superavit.

Ad haec tria referenda sunt omnia ejus consilia, cogitationes, desideria, actus, verbo dicam, quidquid illum constituit inter praecipuos Sanctitate viros, quos veneretur Ecclesia. Profecto virtutes has ad eum perfectionis apicem coeexit, ut earum singula quemlibet ad supremum gloriae gradum possint atollere; Sed simul collectae, atque cum fide viva, ardenti charitate, & zelo gloriae Dei prorsus inflammato conjunctae, illum tamquam sanctitatis Prodigium fecerunt; ita ut citra hyperbolum, quae appellari videns Evangelium, quod in praxi difficillima, eaque maxime admirabilia ejusdem praecepta nobis proponit. Quod

Quod Concionatoribus, qui incompatibilis Sancti Francisca Panegyricum exornant, varia suppeditat argumenta, ubiqueque rerum discendarum copiam, ut latius sese extendant, & excitent auditores ad imitationem illius.

P A R A G R A P H U S P R I M U S .

Multiplex Concionum hujus argumenti Synopsis.

Confiteor tibi, Pater, Domine caeli, & terra, quia abscondisti haec a sapientibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 11.



Utdquid Deus facit, quidquid dicit producturus praecipua opera sua in rerum natura, hoc facit, hoc dicit saepe etiam, ut praecipua gratiae suae opera producat. Quid egit mirificus iste Opifex, ubi caelos, & sidera effinxit; insignia illa opificia, quae tenebras fugarunt, effeceruntque ut adeo pulchri dies succederent terribi nocti, quae orbi universo incuberat? Nequaquam inquisivit illa nobilium materiam: nihilo tantum usus est, & ex eodumtaxat omnes eduxit Creaturas, quae sunt hodie ornamentum, atque miraculum Universorum. Quid fecit Deus ubi creare voluit Caelos, & sidera in ordine gratiae; videlicet Apostolos, homines illos luminum, & flammatum, quemadmodum a Sanctis Patribus appellatur? Fecit, ut beatissima haec Evangelii lumina succederent funestae nocti peccati, quae in omnes terras se effuderat. Non ideo tamen ille confugit ad magnas animas, & ingenia sublimia, quae terra admiratur: pauperes tantum piscatores elegit, homines, qui sibi nihil in oculis & suis, & mortalium omnium videbantur. Sed quod faciet hic Deus idem ut efformet unum ex istis hominibus, vel potius unum ex his fulgentibus astris in saeculi undecimi nocte, quod semper habitum, fuit saeculum tenebrosissimum, quo terribi peccatorum colluvies universam Ecclesiae faciem inundaverat? Mundi Sapientes, Spiritus fortes, non ille confugiet ad vos, tantum abest, quod aliquid in oculis ejus videamini, non aliud estis, quam nihila rebellis, aptiora ad illius fulmina, quam beneficia promerenda. Quis igitur erit felix hic vir, super quem Deus oculos conjiciet? Confiteor tibi Pater, &c. Hic est Sanctus Franciscus anima illa adeo humilis, & exigua in oculis suis, ut sese ad nihilum redegerit; haec illa est anima, quam elegit, ut illi secreta sua revelaret, & ut per hanc Ecclesiae ministraret eadem lumina, eademque subsidia, quae olim acceperat ab Apostolis. Verum nostrae magna haec secreta, quae revelata fuere humili Francisco, & quae abscondita sunt superbis saeculi? Haec sunt: supremam sapientiam, virtutem, & gloriam suam esse in Cruce Jesu Christi; supremam sapientiam in eo esse positam, ut quateratur Crux, quae in tot Christianorum oculis stultitia videatur, supremam sapientiam in eo consistere, ut huic adhaeremus cruci, quam tot animae superbae infirmitatem, ac turpitudinem putant; supremam gloriam in eo esse constitutam, ut praedicetur haec crux, quae ludibrium est, & contumelia in oculis tot pseudo sapientum saeculi. Ecce quid sunt magna haec arcana humili Francisco revelata; arcana, ex quibus tantum profecit, ut dicere fas sit, neminem ardentius crucem hanc quaesivisse; neminem constantius illam gestasse; neminem efficientius illam praedicasse. Quae cum ita sint, in honorem illius dicamus, illum unum esse e sapientissimis, fortissimis, & maximis inter omnes homines.

- 1. Franciscus unus est ex sapientissimis, quia nemo unquam ardentius Magistri sui crucem quaesivit.
2. Franciscus unus est ex fortissimis, quia nemo unquam generosius crucem Domini sui gestavit.
3. Franciscus tandem unus est ex maximis, quia

nemo unquam efficientius crucem Domini sui praedicavit. Haec tres sunt veritates, quae hodie confiteor gloriae ipsius: faciat Deus ut magni hujus viri proficiamus exemplo, & veritates haec in nostram confusionem non cedant.

Mihi mundus Crucifixus est, & ego Mundo. Ad Galat. 6. Nemo est, qui nesciat vel statim non videat, Mundum, quem profiteor Apostolus se omnino contemnere, & tamquam crucifixum respicere, mundum esse mortalem, cuius leges omnino legibus aeternae sapientiae adversantur. Hic autem mundus tribus constat placitis, quae concupiscentias dilectus discipulus vocat: Quidquid est in mundo, concupiscentia est oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitae. Desiderium bonorum fortunae est concupiscentia oculorum, quia sicut oculus numquam fatigatur videndo, ut sapiens ait, pariter cor numquam terrenorum bonorum possessione saturatur. Desiderium, & perquisitio voluptatum per carnis concupiscentiam exprimitur, haec enim naturalis propensio est corpori sua procurare commoda, & oblectamenta. Demum amor gloriae, & famae, vitae superbia vocatur; hoc enim idolum est, cui omnes curae laboresque devoventur, & quod satis frequenter ipsi etiam vitae praeferrunt. Sed per prodigium divinae liberalitatis in remunerandis fidelibus servus Franciscus ita mortuus, & crucifixus mundo est

- 1. Magis contentus ac beatus sua paupertate, quam divites saeculi in bonorum suorum affluentia.
2. In deliciis habet gravissimas austeritates.
3. Gloriam suam nanciscitur in humiliationibus, contumeliis, quibus a mundo proscinditur. Haec omnia videbimus in triplici parte hujus Elogii. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ad Galat. 6. Quam aperte hoc in loco Apostolus aperit sensus suos, & contemnit quidquid ardentissime homines concupiscunt. Verum simul quomodo opes, gloriam, & mundi voluptates condemnat? Profecto obligatio, quam Jesu Christi lex omnibus illam proferentibus irrogat, ineluctabilis est, videlicet abrenuntiandi animo saltem, & affectu pompis, & honoribus, atque voluptatibus saeculi; sed perfecti tantum Christiani, & primi Ordinis Sancti contemptum adjiciunt huic abdicationi, nec non tandem eandem Mundi concipiunt ideam, (videlicet earum rerum omnium, quae mundus sibi in idola convertit, & in quibus suam constituit felicitatem) quae habebatur olim de homine cruci suffixo, quem Judaei respiciebant tamquam maledictum, & obiectum a reliquis hominibus execrabile, ac detestandum. Hic Apostolus longius provehit Evangelii placita: ad innuendum enim contemptum earum rerum omnium, quae nos allicere possunt, cupit, ut hic idem mundus vicissim eandem habeat ipsius ideam, sensum, atque contemptum: Mihi Mundus crucifixus est, & ego mundo. Ita ut sicuti nullos habet in pretio nisi divites, principesque viros, ipse tamquam mortalium novissimus habeatur; & sicuti alibi Apostolus loquitur, stercus, & sordes; & loco gloriae quae sita est in exultatione, & favorabili opinione, quae illi excipiuntur, qui observari, & coli merentur, ipse obruatur confusionem, opprobriis, & maledictis.

II.

Joan. 2.

III.

ais, quibus peteretur crucifixus; ac demum pro gaudiis, deliciis, & voluptatibus, quas fructu praeberet sectatoribus suis, ipse crucibus, amaritudinibus, & suppliciis saturatur. Si autem ex hac imagine, & his humilibus sensibus, quos S. Paulus Apostolus de se ipso fovebat, iudicium seramus de excelsa sanctitatis, & perfectionis gradu, ad quem ille pervenerat; hodierna die uti volo eadem regula, ut vobis ostendam illum, ad quem magnus, & Seraphicus S. Franciscus pervenit; quandoquidem Sanctus hic iisdem luminibus illustratus, & sapientia prorsus divina ductus, quam idem Apostolus, secundum mundi sensum stultitiam crucis appellat, pariter fuit Mundo crucifixus, & mundus vicissim illi crucifixus fuit; videlicet

1. Illum ex diametro mundi placitis fuisse adversatum.
2. Illum contempsisse, ac perhorruisse quidquid Mundus habet in pretio, & quidquid mundus ardentius concupiscit.
3. Illum, nullo in discrimine habuisse, quid de se mundus cogitaret, & in deliciis habuisse, cum se ab illo contemni videret. Ex hac parte fert animus vobis aequissimum characterem magni huius Sancti proponere, qui perfectus mortuus fuit, & crucifixus mundo in altissimo perfectionis gradu crucis sapientiam exercens. *Idem.*

IV.

Principium est solidè in Scripturis constitutum, & fortiter a S. Augustino, aliisque Patribus probatum, totam christianam vitam secundum Evangelii spiritum actam iuge martyrium esse, & ad J. C. Crucem referendum: *Vita Christiani, si secundum Evangelium vivat, crux, & martyrium est.* Perfecto quod Judaeorum crudelitas in Salvatore exercuit; hoc quodammodo Evangelicæ disciplinæ severitas in Christianos instaurat, & quo studiosiores sunt Religionis Filii Dei sectatores, eo magis fideles sunt imitatores amoris ejusdem erga crucem, atque passiones. Character hic in Sanctis omnibus emicuit; sed adeo palam in S. Francisco refulsit, ut nequam illum sub alia imagine vobis proponere, ex qua illum facilius cognoscere valeatis. Si fidelis iste discipulus Salvatoris affici potest honoribus, qui sibi deseruntur in terris; id tunc potissimum accidit, cum illum tamquam cum J. C. crucifixum intuemur. Et sanè Evangelicæ virtutes in uno id præstiterunt, quod milites, Sacerdotes, & populus operati sunt in altero & discipulum adduxerunt in crucem, non secus ac carnifices illic Magistrum pettraxerunt.

1. Paupertas exiit Sanctum Franciscum, ut Jesum Christum.
2. Pœnitentia tradidit S. Franciscum contemptui, & irrisionibus, ut Jesum Christum.
3. Charitas crucifixit S. Franciscum ut Jesum Christum.

V.

*Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversari sumus in hoc Mundo.* 2. ad Cor. 12. Magnus Apostolus affrens mundi sapientiam non aliud esse coram Deo nisi stultitiam, nos monet: ea quæ sublimia sunt prudentiæ divinæque sapientiæ opera, in oculis, & iudicio Mundi haberi stultitiam; cum enim alter sit alterius inimicus, necesse est, ut eorum placita, sensusque sibi adversentur. Hoc unum queritur uter decipiatur, vel uter sanius de terrenis hiæce rebus iudicium ferat. Mundi sapientia, Deo iudice mera est infania; conquirit enim ea tantum, quæ inania sunt, & peritura; aut brevi duratura; tota enim est in consecrandis lucellis, quæ mundus offert, & pro tempore tantum laborat. Sapientia verò Dei e contra, quæ Mundo stultitia videtur, æternis dumtaxat rebus vacat, & si quando iis mentem appellit, quæ fluxa sunt, semper tamen spectat eam, quæ subsequitur, æternitatem, ad quam suas spes extendit, & vota. Satis procul dubio esset comparare simul duas hæc sapientias, ut liqueret: utra vera est, & ut celeberrimum illud institui posset dilemma S. Bernardi: *Aut Christus fallitur, aut mundus errat. Impossibile est divinam falli sapientiam &c.* Ergo facilis pa-

retillatio. Ergo Mundus errat, ergo sapientia mundi vera infania est; & e contra quidquid hominibus stultitia videtur, effectus est prorsus divinæ sapientiæ. *Quod stultum est Dei, sapientius est omnibus hominibus.* Quamvis autem perspicua sit hæc argumentatio, & satis sit lumine rationis illustrata, ut huic victæ dentur manus; nihil tamen est, quod magis in dubium vocetur, & quod in praxi plures objices nanciscatur; quandoquidem tot mortales mundi partes sequuntur, & ut loquitur Salvianus, vita plurimorum fidelium est bellum apertum adversus Evangelii præcepta. Numquid frustra Dei Filius damnationis sententiam protulit adversus mundum? numquid frustra illius placita reprobavit, ut alia prorsus opposita statueret? Quantum constet, veram Sapientiam in Christiana tantum professione inveniri, tantum verum est, illam raris inter Christianos inveniri, & Sanctos dumtaxat hæc veritates cognoscere; quia illi solum eas tamquam inviolabilem vitæ suæ normam accipiunt. Sed dicere possum inter Sanctos, qui maxime studuit sequi divinæ huius Sapientiæ regulas, S. Franciscum fuisse; quandoquidem

1. Semper mundi æstimationem, & honores horruit, quos Mundi Principes summa cum aviditate, & sine modo concupiscunt.
2. Semper fugiit voluptates; quæ divitum idola sunt.
3. Semper quæsit cruce, quas Mundus stultitiam putat.

VI.

In S. Francisci vita omnia sunt admirabilia; omnia singularia sunt; initium, progressus, finis vitæ illius, omnia admirabilem nobis proponunt Sanctum, quem paupertas fecit, ut amitteret omnia; gloria, ut omnia timeret, pœnitentia, ut omnia pateretur. Hic mihi videtur genuinus ejusdem character, dummodo adjicias, paupertatem illum excedendo locupletasse; gloriam illum evadendo, humiliasse, pœnitentiam illum mortificando, eum coronasse.

1. Paupertas fecit, ut S. Franciscus amitteret omnia, omnia postmodum lucraturus, idque trifariam. 1. Paupertas fecit, ut amitteret patrem, matrem, consanguineos, & patriam; mox autem fecit, ut alios inveniret amicos, alias terras, Deum, Cælum, Angelos, & Sanctos. 2. Paupertas fecit, ut suas perderet hæreditates, & quidquid in mando possidere, & acquirere poterat; sed fecit, ut in hac, alteraque vita centuplum lucraretur. 3. Paupertas illi præscripsit, ut nihil, neque in communi possideret; sed hæc illi omnium acquisivit bona; charitas enim possidet omnia in aliis, & quo magis semet expoliat, eò magis spiritualiter locupletatur.

2. Ostendi potest, gloriam fecisse, ut S. Franciscus omnia timeret; & hæc de causa illum trifariam dilexisse humiliaciones. 1. Nullo in discrimine habendo omnes injurias: Hic primus est gradus humilitatis. 2. Gaudendo ubi conviciis afficeretur, quin succenseret; qui secundus est gradus humilitatis. 3. Occurrendo injuriis, & contumeliis, eos deplorando, a quibus lædebatur, pro illis orando, eosque tamquam de se bene merentes habendo. Qui tertius gradus est humilitatis.

3. Ostendi potest, pœnitentiam effecisse, ut S. Franciscus omnia pateretur bifariam. 1. Efficiendo, ut amplecteretur, quidquid durissimum, atque molestissimum erat, ut novo homini se conformaret. 2. Efficiendo ut amplecteretur quidquid durissimum est in labore, acerbissimum in mortificatione, amarissimum in tribulationibus. Unus ex pœnitentiæ gradibus est, excipere, quidquid molestum nobis offert Providentia, cum sensu subjectionis, dicendo cum David: *Propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras.* Gradus hic quidem non est perfectissimus, itaque S. Franciscus longius processit amplectens quidquid erat amarissimum in pœnitentia, qui gradus est perfectorum. *Elogia historica.*

Exemplum Seraphici S. Francisci ostendit in omnibus vitæ illius actionibus

1. Rerum omnium copiam in extrema paupertate posse inveniri.

2. Contemni posse honores, & quidquid mundi plus facit, & nihilominus in pretio esse apud Principes Mundi viros, & acquirere majorem nominis celebritatem, quam per amplissima facinora.

3. Posse cruce gestari, & austerissimam exerceri pœnitentiam, atque in ea lætitiâ percipi, & suavitatem.

VIII.

Idem argumentum aliter offerri potest, atque ostendi.

1. S. Franciscum thesaurum suum collocasse in paupertate, omniumque rerum expoliacione.
2. Gloriam omnem suam constituisse in humilitatione, & in repulsis, contemptibus, conviciis, & contumeliis perferendis.
3. Delicias suas posuisse in eo, quod in pœnitentia durissimum est, & naturæ corruptæ maxime oppositum.

IX.

Cælum mereri non possumus nisi per vias illis oppositas, per quas illud amissimus, quæ sunt abundantia, superbia, & voluptas. Abundantia, quia cum homo positus esset in terrestri Paradiso, in loco illo deliciarum cum absoluto in creaturas omnes imperio, & in integra rerum omnium copia ita ut nihil ultra illi esset cupiendum; ultimum finem suum in eo posuit, quod medium erat, ad illum consequendum. Superbia causa fuit interitus huius miseri; pauper enim hic cæcus, nimis credulus verbis Serpentis putavit, se fieri posse immortalem. *Eritis sicut Dii*, quod in causa fuit, ut se supra suam conditionem attollens conciperet sensus vanæ, superbaque oblectationis, quæ illum impulit in scelus, eique omnia abstulit jura, quæ in Cælum obtinuerat. Denique voluptas comedendi ex verito fructu, fuit illi fatale virus; & pro momentanea voluptate seipsum, secumque omnem perdidit posteritatem. Hoc nos docent Scripturæ, Fides, & Patres. Unde sequitur, si Deus in mundi creatione egit in oppositum, nos nunquam posse possidere: Cælum nisi per actus illis oppositos, per quos illud amissimus. Dicamus ergo, sicuti copia, superbia, & voluptas nos de eo jure dejecit, quod habebamus ad Paradisum; nos ad eundem aspirare non posse, nisi per virtutes oppositas, quæ sunt paupertas, humilitas, & passiones. Verum si quis unquam Sanctus Cælum promeritus est, hic profectò fuit S. Franciscus. Illum promeritus est per paupertatem, per humilitatem, per passiones; & licet hoc de pluribus Sanctis dici queat, in eam sanè spem adductus sum; me vobis sermone hoc ostensurum, hoc peculiariter de Sancto hoc Patriarcha dici posse. Verum ut elogio huic aliquem tribuamus ordinem, in Sancto hoc viro considerabimus.

1. Pauperem, sed bonis omnibus affluentem.

2. Humilem, sed honoribus cumulatum.

3. Pœnitentem, sed consolationibus repletum: quæ tres erunt partes hujus Sermonis. *Sermo ADS.*

X.

Peccatum postquam mentem nostram excecavit, & cor nostrum corruptit, corpori mortem procuravit, Dei Filius, qui per infinitam bonitatem suam hominem saluum facere cupiebat, descendit in terram tria reparaturus mala triplici sacrificio, quod Patri suo obtulit spiritus, cordis, & corporis sui. Spiritus quidem per humilitatem, & obedientiam, cordis per extremam charitatem erga nos, quæ voluit peccatoris figuram suscipere; & corporis sui per passionem, & mortem. S. Franciscus, qui Jesum Christum sequi, & imitari cupiebat, eadem voluit offerre Deo sacrificia. Cum superbia Angelos de Cælo ejecisset, & homines de Paradiso terrestri, volens magnus hic Sanctus in se pœnam adeo funesti facinoris suscipere,

1. Sacrificat spiritum suum ita profunda humilitate, ut se ipsum annihilare velle videretur, hæc de causa abjectissimas, humillimasque actiones exercens; sustinens omnes injurias, & contumelias Angelica constantia, ita ut Assisi haberetur tamquam insipiens, non secus ac olim Mundi Salva-

tor in Jerusalem. S. Franciscus nimio zelo correptus hic non subsistit.

2. Alterum quoque facit Deo cordis sui sacrificium, ejiciens procul inde amorem proprium, & omnes cupiditates, quæ illud hatenus fortasse possederant. Denique amor, & humilitas illius adeo bene consentiebant, ut

3. Tertium quoque faceret Deo sui corporis sacrificium. Profecto illud torquebat, & affligebat tot jejuniis, & austeritatibus, ut scelerato potius, quam corpori viventi similis videretur. Sed hoc mirum esse non debet; corpus hoc non amplius erat in terra, nisi per usus, atque functiones, quæ simpliciter erant necessariæ ad alendam, absumendamque vitam in corpore, quod animabat, & quod ille quotidie sacrificare volebat, & cuius supplicium quodammodo perennare cupiebat. Sed Franciscus nondum erat contentus omnibus Sacrificiis, quæ fecerat Deo bonorum, affectionum, spiritus, cordis, & corporis sui, volebat etiam sanguinem vitamque suam sacrificare secundum divini sui Præceptoris exemplum. Sed gratia, quæ quotidie in Sancto hoc nostro inaudita, & nova operatura erat, voluit perficere, quod adeo feliciter inchoaverat. Fecit igitur ut ille in se deserret simul amoris, & justitiæ suæ monumenta; impressit illi dolores, & stigmata Filii Dei, & corpus ejus penitus cum Jesu Christo crucifixit. Hæc extrema fuit manus Omnipotentis in Francisco, ut ex eo perfectam Salvatoris imaginem faceret, utque palam impriimeret memoriam in hominibus, in quorum mente, & corde ferme deleta erat. *Sermo Manuscriptus.*

Assumendo pro themate verba illa: *Christo confixus sum cruce.*

Primo S. Franciscus particeps fuit opprobriorum crucis in summo perfectionis gradu; quia eximie exercuit

1. Rerum omnium abnegationem ea paupertate, qua nulla excogitari potest arctior.
2. Profundissimam humilitationem, sustinens alacriter convicia, irrisiones, contemptus, confusiones, eo usque, ut insipientes haberetur.
3. Corporis mortificationem, ut imitaretur passiones Filii Dei, ita ut asperrimas exequaverit.

Secundo vicissim particeps fuit gloriae crucis;

1. Quemadmodum Salvator habitus fuit in illa pro vero Deo, S. Franciscus adhuc vivens habitus est pro Sancto.
2. Quemadmodum Ecclesia manavit ex vulneribus Salvatoris, S. Franciscus peperit Ordinem suum, qui Ecclesiæ qualitates obtinuit, Sanctitatem, extensionem, perennitatem.
3. Sicuti Salvator per Crucem meritus est gloriam Cœlestem, S. Franciscus meritus est gloriam Confessorum, Apostolorum, & Martyrum suis laboribus, atque passionibus.

*Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Christi manifestetur in nobis.* 2. ad Cor. 4. Si cælum non nisi vi, ac violentia rapitur, haud equidem obstupescit illud hodierna die videns apertum Sancto, cujus delicta non aliud spectabant, quam crucem; cujus studium, non aliud erat, quam pœnitentiæ; cujus rota denique vita non erat aliud, quam jugis mortificatio. Sed Ecclesia Sancto Spiritu inspirata, quæ illum cultui, & venerationi Fidelium exposuit, poterat ne illis proponere pulchrius exemplar ad imitandum, S. Francisco Assimilare qui absolutissima est imago mortificationis Filii Dei? Equidem scio Sanctos omnes, qui in Cælo sunt totidem imagines esse gestantes vestigium aliquod Sanctitatis Filii Dei; Sed S. Franciscus illum in omni varietate vitæ mortalis representat; quamobrem jure dicere possum: *Mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Christi manifestetur in nobis.*

1. Representavit absconditam Salvatoris vitam, quoniam mortificatio effecit, ut ille pauperem & incognitam toti Mundo vitam duceret, amore humilitationum, quas in rebus omnibus quæsit.

2. Re-

XI.

XII.



2. Repraesentavit illam in vita actuosa, laboriosa; & in hominum conversatione, populorum conversionem procurans, & vitam ducens Apostolicam, praedicans verbo, & exemplo, ut olim Dei Filius: Cepit facere, & docere.

3. Initatus est vitam ejus patientem admirabili mortificatione, quam in suo corpore exercuit, & quam ipse Dei Filius procuravit, imprimens illi vulnerum suorum Stigmata, quae gravissimis illum doloribus affecerunt, Haec erit Sermonis Partitio,

In S. Francisci Stigmata.

XIII. Q. Uae sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Zach. 13.

1. Plagae istae efformant in Francisco perfectam crucifixi Salvatoris imaginem; & sicuti Sanctus iste totam vitam suam traducebat in impetu purissimi amoris Filii Dei, aequum erat ut fieret viva imago rei amatae, videlicet J. C. crucifixi: Totum Christum in Francisco videbis si vulnera ejus inspicies.

2. Quae sunt plaga ista &c. In hoc Sancto sunt imago virtutum ipsius Salvatoris, quem Franciscus perfecte imitatus est paupertate, quam semper tanquam Sponsam dilexit; charitate, quae illum ad ordinem Seraphin evexit, profunda humilitate, quae illum in propria suum ipsius asstimatione infra nequissimos peccatores deprimebat.

3. Quae sunt plaga ista &c. Sunt quaedam invitatio, qua S. Franciscus nos excitat ad vitam ducendam poenitentem, mortificationem, pauperem, ut perfecte imitemur Salvatorem in hac rerum omnium abnegatione, & nuditate, in qua mori voluit in Cruce propter amorem nostri. Pudeat nos perhorrescere hanc pauperem, quam Salvator, S. Franciscus, omnesque Sancti exercuerunt, ut se dignos praebent mercedis, quam ipsi per molliam nostram speramus assecuturos.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri potest Copia ad proposita themata adornanda, & Auctores qui de hoc agunt Argumento.

Sanctus Bonaventura in Opusculis parte 4. Sancti hujus Patriarchae vitam scripsit.

S. Thomas Tom. 16. Sermonum de Sanctis, Sermonem edidit in Sancti hujus laudem, ubi pro themate illud sumpsit: Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.

S. Bernardus Tom. 4. Serm. 16. Dionysius Carthusianus in Propr. Sanctorum Sermonem habet de Sancto hoc Patriarcha.

Guillelmus Parisiensis in Sancti hujus Elogio, fufius loquitur de illius humilitate, & gloria, quam sua illi peperit humilitas in terra, & in Coelo.

In Chronicis S. Francisci l. 1. 2. & 3. fufè habetur sermo de actionibus, & virtutibus ejus.

Surius in Festo Sancti hujus die collegit quidquid alii dixerunt ante ipsum, & quidquid post ipsum dixerunt recentiores.

Franciscus Gonzaga librum edidit de Origine, & progressu Ordinis S. Francisci.

Beuchier scripsit historiam Martyrum hujus Ordinis.

Ribadeneira in libro cui titulus: Flos Vitarum Sanctorum.

S. Francisci Regula, & testamentum cum declaratione per Clementem V.

Granatensis in Tractatu Orationis §. 1. loquitur de Sancto Francisco, tanquam perfectissimo pauperis J. C. imitatore, & §. 9. ejusdem Tractatus loquitur de magnis favoribus, quibus Sanctus hic in Oratione cumulabatur, & quomodo sepe de terra in aera attollebatur.

P. Haincuve in Meditationibus pro singulis an-

ni diebus, ad finem partis quartae Meditationis habet de Seraphico P. S. Francisco.

P. Növet in Meditationibus Sanctorum, unam habet de Stigmatibus S. Francisci die 17. Septembris.

Idem quarta Octobris die pro Festo Sancti hujus habet Meditationem de Paupertate.

P. d' Argentano de Capucinatorum familia, Tomo de Magnalibus Jesu collatione 25. habet elogium Paupertatis S. Francisci; & collatione 26. loquitur de tenero hujus Sancti amore erga Salvatoris passionem.

Biroat Tomo tertio Panegyricorum.

P. Senault Oratorii Presbyter T. 2. de Stigmatibus; & Tomo 3. Panegyricum habet in laudem Sancti hujus.

Pater le Jeune Oratorii Tomo 4. Sermonum.

In Elogiis Historicis Tomo 3.

In Collectione Sermonum in Evangelia.

In Specimine Panegyricorum, tria sunt compendia Sermonum.

Formentier Tomo 3.

P. Duncan Tomo 2. Panegyricorum.

Auctor Sermonum in omnia Argumenta. Tomo 3. Panegyricorum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, Figura, & Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui applicari possunt ad amorem paupertatis.

Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me. Psal. 16.

Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adjutor. Psal. 10.

Etiame proximo sub pauper odiosus eris. Prov. verb. 14.

Inventa pretiosissima margarita, vendidit omnia, & emit eam. Matth. 13.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non perem in via, neque duas tunicas, neque calcamenta, neque virgam. Matth. 10.

Qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse Discipulus. Luc. 4.

Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. 1. ad Cor. 9.

Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercorea, ut Christum lucrificarem. Ad Philip. 3.

Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. 1. ad Timoth. 6.

Scio abundare, & penuriam pati. Ad Philip. 4.

Loci ad humilitatem spectantes.

Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Psal. 21.

Vilior sum plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. c. 6.

Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti hac a sapientibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 11.

Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium perisphema. 1. ad Corinth. 4.

Amen dico vobis, nisi conversi fueritis sicut parvuli, non intrabitis in Regnum Caelorum. Matth. 18.

Quicumque se humiliaverit sicut parvulus iste, hic major est in regno Caelorum. Ibidem.

Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. 1. Corinth. 4.

Ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habitis sunt pro nomine Jesu consumeliam pati. Act. 5.

Omnes humilitatem invicem infirmate, quia Deus super-

Conclonatores Reconciliatores.

Superbis restitit & humilibus autem dat gratiam. 1. Petri 5.

Loci austeritatis S. Francisci applicabiles.

Cum malediceretur, non maledicebat, cum patebatur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se injuste. 1. Petri 2.

Mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo. Ad Galat. 6.

Christo confixus sum cruci. Ad Galat. 2.

Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus. Ibidem.

Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea. Ad Coloss. 1.

Ego enim stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto. Ad Galat. 6.

Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi. Ibidem.

Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Ad Galat. 5.

Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Matth. 16.

Qui odit animam suam in hoc Mundo, in vitam aeternam custodit eam. Joan. 12.

Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ibidem.

Semper mortificationem Jesu in corpore circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Corinth. 4.

Hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati. Ad Rom. 6.

Loci S. Francisco applicabiles tamquam Ordinis Magni Institutori.

Qui contra spem in spem credidit, ut fieret Pater multarum gentium secundum quod dictum est est ei, sic erit semen tuum. Ibidem.

Si decem millia Pedagogorum habeatis, sed non multos Patres; nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. 1. Corinth. 4.

Filii, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Ad Gal. 4.

Altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum. 2. Corinth. 8.

Nolite conformari huic saeculo. Ad Rom. 12.

In omnibus exhibeamus nosmetipsos tamquam Dei Ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus. 2. Corinth. 6.

Ego recipiam vos, & ero vobis in Patrem, & vos eritis mihi in Filios. Ibidem.

Charitas mea cum omnibus vobis. 1. Cor. 16.

Exempla, & figure Biblicae hujus Argumenti.

In libris sanctis legimus, cum repente Job nil tale suspicanti ex diversis partibus nuntiarentur tristitia, modo abacta pecora, eorumque pastores caesi, modò mors Filiorum suorum ruina domus, ubi versabantur, obrutorum; illum se se humili prostrasse, dicentem: Nudus egressus sum de utero matris meae, & illuc nudus revertar. Hujusmodi actus impatentiae, vel immodici furoris nomine dammandi videntur. Sed proflus aliud est Originis iudicium. Hic Pater probat hanc plenam esse, & omnimodam Deo submissionem, sanctamque perfectionem, ac perfectam abnegationem eorum omnium, quae sanctus ille vir possidere poterat, ne quid relinqueret, quò ab humani generis inimico superaretur. Dæmon illi exierat quidquid possidebat, & veritus, ne inimicus ille adhuc sui voti esset compos, velles ipsas Job illi tradit, ne quid in se reliquum esset, per quod Satanas eum posset apprehendere. Hac eadem mente Franciscus Assinas generatim se se rebus omnibus exiit, ipsi et-

Hyndry, Paneg. Tom. II.

iam indumentis, se se humili prosternit cum iisdem sensibus. Nudus egressus sum, de ventre Matris meae, nudus in terram sinum revertar; ea quaecumque accepi dimitto: & ex meo pauperitatis amore relinquo ea, quae ex necessitate mihi essent allquando relinquenda.

In Actis Apostolorum legimus, primos Hierosolymae Fideles marcentes ob funus viduae cuiusdam virtutibus praedictae, cui nomen Thabita, quam abtulerat mors, precibus fatigasse S. Petrum, ut illam vitam restitueret, & ut hunc ad gratiam hanc illis tribuendam hortarentur, alios quidem eisdem ostentasse vestimenta, quae sancta haec vidua illis fuerat largita, alios vero tunicas, quas illa manibus suis contexerat. Hoc erat quidem intra elogia funebria magnificentissimum. Simillimum huic fieri potest Assinatus Francisco, & ob oculos hominum, & Angelorum exponi possunt vestes, quas generose abiecit, ut ipsum cooperiret Jesum Christum, ut loquitur Apostolus, in persona pauperum. Quot enim miserorum nuditatem protexit illis sua tribuens vestimenta? Nonne ipse Dei Filius iisdem ornavit se, ut olim se ornaverit parte pallii, quam S. Martinus dono dedit pauperi cum adhuc inter Cathecumenos haberetur? Non ne credere licet has fuisse Sancti nostri Eleemosynas, cum adhuc in saeculo versaretur, & quae fuerunt fons gratiarum omnium, quibus a Deo fuit cumularus; quoniam eleemosynae effectus est illas promereri, & Deum, qui liberalitate vinci non patitur, in caelis peculiati gloriae integumento eum decorasse? Induit illum Dominus stolam gloriae, ut canit Ecclesia.

Saeculis omnibus produxit Deus illustres poenitentes, qui non vulgari modo excitant omnes de sopore suo ad leniendam iracundiam suam laboribus poenitentiae. Ita in ipsi Ecclesiae primordiis excitavit Joannem Baptistam, Filii sui Praecursoris, qui ut filiorum corda cum patrum cordibus conciliaret, ut plebem perfectam praepararet Domino, poenitentiam praedicavit secus oras Jordanis ita ut vox sua in Judaea tota personaret. Ecce novum Joannem Baptistam in S. Francisci persona, a Deo suscitatum, ut praediceret poenitentiam, & praepararet Domino populum perfectum, qui in viis justitiae ambulet. Quid similitudinis interest inter duos hosce publicos poenitentes? Alter quidem a Propheta praedictus tanquam vox clamantis in deserto; alter quidem natus in stabulo, oriens praedicit poenitentiam, & hoc praefatio portendit illum non minimum poenitentiae praecorem futurum. Joannes Baptistam aegre melle, & locustis victitavit, & aequo parum cibi capit, ut illum neque bibisse, neque manducasse, asserant Biblia. Franciscus pane tantum, & aqua utitur, idque tam ratò, & tam modicè, ut dici possit nequaquam bibisse, aut manducasse. Itaque corpori suo dicebat: Fame te conficiam, & larva nudis ossibus cohaerens videbatur. Joannes Baptistam non nisi pannosa veste induebatur, ex cameli pilis contexta, quam corpori zona quadam aprabat. Imago haec aequè est Francisci, ac Sancti Praecursoris; Sanctus quippe noster sacco induebatur, & fune praecingebatur. Omnes populi qui secus Jordanem incolabant, confluebant ad audiendum hunc poenitentiae praecorem, non quidem prodigiis illecti, sed inauditis illius austeritatibus, quae certè prodigium erant. Non ne Franciscus eundem habuit eventum? Catevatim ad illum audiendum confluebant populi; contenti, & contriti eo quod hunc divinum hominem intuitu consilium inibant relinquendi peccata, ut sequerentur viam, quae adducit ad Deum, & hujus misericordiam lacrymis, ac poenitentis sibi promererentur.

S. Franciscus poenitenti vita sua perfectam exhibet nobis imaginem vitae Jesu Christi. Sicuti Dei Filius voluit, ut annihilatio sui esset totius operis fundamentum, & initium reparationis generis humani: ita Franciscus per magnam hanc sui ipsius annihilationem, Franciscus incipit se se praeparare ad vitam, & saeculi sui corruptionem reformandam. Salvator incipit facere, antequam docturus prodeat

L in lu-

ostendi postquam vestimenta, quibus sanctus hic se expoliavit, & illa, quibus sicut J. C. in pauperibus suis, ut illa, quae Thabita vidua dederat pauperibus, & quae S. Petrus ostendebatur.

S. Franciscus Jo. Baptistam cooperiret Jesum Christum, qui ut filiorum corda cum patrum cordibus conciliaret, ut plebem perfectam praepararet Domino, poenitentiam praedicavit secus oras Jordanis ita ut vox sua in Judaea tota personaret.

Quidam sc. Patres, aliique.

Qui S. Francisci vitam scripserunt.

S. Franciscus se se vestibus exuens ut nihil sibi referret de bonis Patris sui compararetur Job, qui scidit vestimenta sua quia se vidit bonis omnibus spoliatum sequitiam Damouls.

S. Franciscus comparatus Filio Dei.

in lucem; Franciscus plures annos se exercet omni bonorum operum genere; & praxi virtutum eximiarum, antequam prædicationis mihus aggrediat. Dei Filius egreditur de deserto post quadragesimale jejunium, antequam prædicet; de profunda solitudine, ac de saltibus, nemoribusque prodit Franciscus magnus ille penitentiae præco, quem summus ipse Pontifex virtutis hujus prædicatorem appellat. Salvator prodit primum in Judæa non sine duodecim Apostolorum comitatu; S. Franciscus autem in Italia duodecim stipatus Discipulis. Jesus Christus Evangelium suum prædicat, quod est damnatio legum corruptarum Mundi, vitiorum extinctio, & omnium virtutum reparatio. Franciscus Sanctam Regulam suam proponit, quæ purus Christianismi Spiritus, & Ecclesiasticæ Sanctitatis expressio potest appellari. Magnum Salvatoris munus triennio vitæ publicæ fuit prædicare tota die, nocte vero vacare Orationibus: *Erât pernoctans in oratione*; & tota Francisci occupatio erat sublimitate contemplationis in Dei sinum atollit, per orationem illi adhærere, & deinceps ad homines egredi coruscantem lumine, & succensum amore Dei, claritate sua ignorantiae tenebras dissipantem, & zelo suo in vitia sævientem. Si Dei Filius verbi sui sanctitatem innumera miraculorum multitudine probat: S. Franciscus nonne cum Sancto Paulo dicere poterat: *An experimentum queritis ejus, qui in me loquitur Christus*? Manifesta præbet indicia, & argumenta, Spiritum, & omnipotentem Salvatoris virtutem in illo operari, eumque animare.

246.6

Ad Cor. 2. 13.

S. Franciscus conparatus est Propheta.

*Quid Elias pauperius*, exclamabat olim S. Chrysostomus? Abdito in quoddam Specu, omnia deerant, nihil omnino ei suppetebat; sed in illius paupertate, quid potentius? Cum hac infirmitatis specie non ne fortior erat, quam omnes homines simul? *Omnia vincebat, quia pauper erat*. Liceret mihi quoque hoc in loco exclamare: quid Francisco pauperius, sed quid illo potentius? Duo isti pauperes in ipsa paupertate potentiam suam manifestant, longè aliter tamen. Elias potens est tantum, ut destituar, ut terreat, ut absumat, ut timorem, tremoremque cieat; Franciscus e contra ut consoletur, ut leniat, ut conciliet. Elias omnes Iustrat urbes Samariae; ut ibi falsam Regum sapientiam confundat, & Pseudo Prophetas jugulet; quocumque formidinem, terroremque infert; videtur Cælestis ignis circum illum versari, ac præsto esse, ut voci ejus obediat omnia vorando; & absumendo. Franciscus omnes Italia civitates percurrit, ut populos omnes consoletur, & circa illum non nisi candor, atque simplicitas videtur, & quocumque ille pergit, pacem affert, & abundantiam. Omnia fugiunt a facie Eliæ, quia pompa, & nitor illum comitantur, & terror illum præcedit, atque omnia corda pervadit. Omnes obviam currunt Francisco ramiis, in pacis indicium, onusto, ut se se ad illius pedes prosternant; quoniam plenus est lenitate, ac benevolentia. Eliæ severitas hunc terribilem efficit coram Principibus terræ, & Francisci suavitas inobstantium omnium amore, & confidentiam conciliat. Videtur in ejus oculis modestia; charitas in manibus; in toto corporis habitu simplicitas, in spiritu humilitas, & in corde benevolentia, & consolatio. Verbo, Elias omnia vincebat, quia Deus reddebat illum imperterritum, & a nullo ex hominibus pendentem; sed omnia vincebat Franciscus, quia Deus efficiebat illum Dominum cordium, & voluntatis mortalium: *Omnia vincebat, quoniam pauper erat*.

S. Franciscus in se figurat: hic conparatus est Propheta.

Cum Aurifex aurum factum immittit in formam, aurum informe illuc illabitur, sed recipit imaginem, quæ in forma expressa fuit; & licet utrumque sint diversæ naturæ, sunt tamen similia figura, & magnitudine æqualia, sine, & usu conformia, & si quem vitæ actum haberent, omnino essent paria; verbo, duo essent in omnimoda generatim rerum omnium conformitate. Talis est operatio gratiæ in anima S. Francisci. Ignis, quo cor tamquam aurum liquefit, est amor divinus; forma, in quam

immittitur, Crux est; imago, quam recipit est Jesus Christi illi vulnera sua imprimentis. Alter forma est, alter imago; alter autographus, alter exemplum. Differunt persona, non qualitate. Non in superficie tantum conjuncti sunt, sed intimè alter est in altero. J. C. est in corde S. Francisci, & S. Franciscus in corde Jesu Christi: Hæc reciproca est voluntatum communicatio, sympathia tanta, ut in corpus etiam resiliat, & hoc pretiosa ejusdem referat monumenta. Magnus hic Dei famulus videns in Seraphin fulgente, quod sibi in Alvernæ monte apparuit, Jesu Christi crucifixi imaginem, sentit animam suam ab objecti hujus intuitum colliquecere, ut ita dicam compassionis, & amoris causa. Imaginatio illius ita vehementer intenditur, ad representanda Salvatoris vulnera, ut oculi ea perfectè expressa intueantur; intellectus adeo vividus illius recipiat imagines, voluntas taliter penetratur, ut impressio in ipsum quoque transfiliat corpus, in quod ardens hoc Seraphin immittit adeo vividæ claritatis radios, ut in carne imprimat verum, ac realem huiusmodi vulnerum, quæ intrinsecus jam sunt in anima impressa.

Applicatio quorundam Scripturæ locorum.

*Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus*. 2. ad Cor. 12. S. Paulus Apostolus ita profiteretur se nunquam vitam instituisse secundum placita Sapientiæ carnalis, & Mundi; sed unice pro norma vivendi secutum esse Evangelicæ veritates, & gratiæ lumina, quæ effecit, ut ipse illas & aliis prædicaret, & ipse primus omnium exerceret. Verum si quis in Cælo Sanctus hoc ipsum profiteri potest, fatebimur sane hunc esse admirabilem S. Franciscum, Seraphin illum incarnatum, qui in terris vivens, cum illorum ardore, quæ in cælo sunt, hauserat etiam lumina sua ab eodem fonte, videlicet Verbo Eterno, eademque Sapientia, quæ illa nobis revelavit, sed quam homines adeo parum sequuntur, ut iure dicere possim ea, quæ peculiare Magni Sancti hujus elogium efficiunt, simul etiam efficere censuram, & Fidei, qui hodierna die vivunt, & condemnationem. Verum quidem est Sanctum hunc plurimis ex locis illustrem fuisse; nobis illi tot reliquit actiones ad imitandum, ut quæcumque ex parte spectentur, & quomodocumque offerantur semper futura sint perfectioribus exemplo. Sed postquam singula rite inspecta sunt, reor æquissimum characterem, & imaginem, quæ illum magis ad vivum representat, esse illum vobis prædicare tamquam hominem, qui in mundo vixit, ut mundo bellum indiceret, ut mundi placita prorsus cælesti prudentia everteret, ut pedibus quidquid ab illo in pretio haberetur, & ardentius amaret conculeret, & ut illa, quæ mundus perhorrescit, amplecteretur, Arbitror ex primis hisce coloribus, qui prima sunt operis deformatio, vos jam verum Sancti hujus characterem cognoscere.

S. Franciscus profiteri potest æquè ac S. Paulus; se nunquam pro vitæ seculi sapientiam assumpsisse.

*Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Cælorum*. Matth. 5. Quam beati sunt illi, qui animo non adhærent divitiis, quas possident, neque ullo caruta, quæ nihil possident, tenentur desiderio! Sed illi longè beatiores, qui ut se devoteant Deo, ex corde nuntium mittunt illis, quæ & habent, & possunt habere. Voluntaria ista pauperas eos ditiores facit, quam omnia terræ bona; illa enim pretium est, de quo Deum inter & illos convenit; ejus regni, cuius pretium omnium hujus mundi bona æquæ non possunt; ex quo regno fluunt in hac quoque vitâ quædam delicia, quæ in antecessum illis quædam Paradisi speciem in terris propinat. Fili mi, dicebat Tobias Pater, vitam pauperem ducimus, satis locupletes futuri, si nobiscum erit Dei Timor. Beatus populus, qui Deum possidet adeo divitem, & liberalem. Nonne ad contemptum voluntariæ pauperatæ promissum illud quoque referendum est; ut qui fideliter Filio Dei serviunt, a sublimioribus Mundi

potestatibus in honore habeantur, & licet illi omnem hominum gloriam fugiant, tamen inter ipsas persecutiones colantur. Ex quo Dei servituti se se manciparunt, venerabiles illis sunt, a quibus spretri, atque contempti fuissent in mundo; & nemo audeat amplius illis exprobrare genus, aut conditionis eorum pauperatæ; vel saltem illi sibi honori vertunt ea probra, quæ aliis pudorem Inocuerent. Quot vixi sunt a Monarchis tamquam Oracula consulti; quos omnes verebantur, atque existimabant tamquam salutis suæ apud Deum mediatores? Ita est, S. Bernardus ait; titulus pauperatæ nos efficit Nobilitate, quam omnes Regum thesauri. Hæc eadem illa est Evangelicæ paupertas, & ultronea abnegatio omnium Mundi hujus bonorum, quæ Patriarcham S. Franciscum ad hunc Sanctitatis exultit gradum, cum antea in terris quoque accepisset illud contemptum, quod veritas eadem illis promiserat, qui omnibus rebus mitterent nuntium Deum secuturi.

S. Franciscus velocius quam Salomon pauperatæ desiderat.

*Mendacitatem, & divitias ne dederis mihi*. Prov. 30. Quantumvis esset magna Salomonis sapientia, distabat nihilominus procul a Sapientia Divina, quam hominibus traditurus Salvator in terram descendit. Rex iste petebat quid medium a Deo, divitias inter, & pauperatæ; & Dei Filius adolescentulo ex eo querenti viam ad perfectionem respondit illi omnia, quæ habebat, vendenda esse, & pauperibus eroganda. Medium, quod Salomon quærebat, nonnihil sapit carnis prudentiam. Evangelii Sapientia non vult a Discipulis suis modum in pauperatæ amore servari. Quæ miserima est, magis est conformis prudentiæ Salutis, magis enim ad Filii Dei pauperatæ accedit. Hæc Paupertas, ante Verbi Incarnationem turpis, gloriosa facta est, S. Bernardus ait; postquam illum in persona sua conservavit, & deificavit: *Sacram in suo corpore dedicat pauperatæ*. Discipuli conditio, S. Hieronymus inquit, melior esse non debet, quam Magistri. Salvator factus est pauper, ut salvet nos; nos pauperes fieri debemus, ut salvi simus: *Nudus Christum nudus sequar*. Nemo unus ignorat qua cura S. Franciscus exercuerit hæc placita adorabilia prorsus opposita spiritui Mundi: cum adductus ad Episcopum a Patre, qui propter immoedicas illius elemosynas filio succensuerat, ut hæreditati patriæ abrenunciaret, non hæsit, quominus eidem ipsum etiam indumentum, quo lectus erat, & quod a patre acceperat, relinqueret. Semetipsum exuendo palam ostendit, Salvatoris nuditatem in posterum partem ipsius futuram, restaturque gaudium cordis sui; nunc ait æquius, quam ante dicere potero: Pater noster qui es in cælis, in te universam confidentiam meam colloco.

Pauperatæ amor natus est cum S. Francisco; sicut infirmitas nata erat cum Job.

*Crevis tecum miseria*. Job 31. Sicuti S. Job olim dicebat, secum natam esse misericordiam, & secum illam crevisse, dici potest, pauperatæ cum S. Francisco ortam fuisse; non quod ea natus fuerit in egestate, quæ turpis esset, atque hæreditaria, & quæ nullius est meriti ad Cælum promerendum, nisi propter Deum, & cum perfecta animi submissione perseverat; sed quia paupertas S. Franciscum illexit, ita ut illam adamaverit, simul ac illius pretium cognovit, & illam maximo cum rigore exercuerit, dici potest, illum quodammodo pauperatæ vexillum exulisse Ordinem instituyendo, qui illam perfectissime observat.

sanctus hic pauperatem in se, & in aliis dilexit.

*Etiã proximo suo pauper odiosus erit*. Prov. 14. Jugis experientia hoc Spiritus Sancti effectum confirmat; sed in hoc paupere Evangelico, videlicet S. Francisco Assisinate illud pulcherrimum est, quod videlicet pauperatæ in se ipso, & in aliis amaverit. Hinc ille, ut plurimum, cum pauperibus verabatur. Pauperatæ tamquam pretiosam considerabat, quæ in Salvatoris persona consecrata ab omnibus illius Discipulis erat colenda. In impetu amoris sui erga virtutem hanc, quæ in mundi oculis adeo turpis, ac molesta videtur, eam sibi dilectam sociam vocabat, & nunquam profanus amor adeo teneros in quoquam excivit affectus, quales

in se expertus est S. Franciscus pro paupertate. Quamobrem illam constituit tamquam peculiarem Ordinis sui characterem credens se filiiis suis majora legare bona minime posse, nisi arctam nullius rei possidendæ necessitatem.

S. Franciscus pauperatæ perfectioni gradu exercuit.

*Nonne Deus elegit pauperes in hoc Mundo, divites in Fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se*? Jac. 2. Ad quem usque apicem Apostoli Evangelicæ virtutes omnes non perduxerunt? Nonne illi omnium primi viam aliis straverunt? Nonne inde primas abstulere spinas; quandoquidem ostendunt omnes virtutes illas, adjuvante Dei gratia, posse redigi in praxim? Veri pauperes spiritu humilitatem amaverunt, simulque pauperatæ, quæ illos in oculis quidem hominum abjectos, & contemptibiles, sed in oculis Dei mundissimos, & jucundissimos efficiebant. Hanc perfectionis apicem assecutus est S. Franciscus, qui Evangelicam pauperatæ ad extremum usque promovit. Non vulgaribus opus esset vocabulis, ut quanto illius amore conflavere exprimeremus; & sicuti ad explicandam divinæ naturæ excellentiam, novos tenemur dicendi modos inquirere, ac dicere, Deum non solum bonum esse, sed ipsam bonitatem; non sapientem solum, sed ipsam sapientiam, non potentem modo, sed ipsam potentiam: S. Franciscus in re hac nonnihil habet divinitatis. Ipse enim virtutes omnes, & potissimum pauperatæ sibi quodammodo congenitas reddidit, ut ad exprimentum gloriosum contestissem rerum terrenarum non sufficere illum pauperem vocare per antonomasiam, neque dicere, pauperatæ ab illo amaram fuisse, sed dicendum sit ipsum esse pauperatæ eandem. Hoc illud nomen est, quo divinitus appellatus fuit: *Bene veneris, Domina paupertas*. Profectò si virtutes essent humana præditæ forma, quemadmodum Platonici commenti sunt: non ne paupertas haberet corpus, spiritum, nativitatem, vitam, & mortem S. Francisci? Nativitatem quidem, quoniam in stabulo ortus est; mortem vero, quia mori voluit in cinere, in veste foefa, quæ ipsi elemosynæ titulo tradita fuerat; vitam, quia nihil unquam possedit in terra, & in ipso statim suæ conversionis initio, se se omni exitu indumentorum genere, quoniam esse voluit ex numero pauperum, quos Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, hæredes Regni, quod repromisit Deus diligentibus se.

Regul. S. Francisci 8. 16.

*Nudus egressus sum de ventre Matris mee, nudus revertar illuc*. Job 1. Falsò antiquus quidam Philosophus neminem dixit vixisse se pauperiore. Ignorabat Philosophus iste, naturam suos habere pauperes: quosdam pauperes esse ex vitæ suæ conditione, & alios ex prodigalitate; sed multo magis ignorabat, Evangelium suos habere Sanctos, qui nati pauperes, suum eligunt statum, & per electionem vivunt in sua paupertate. Hi ex utero Matris nudi egressi, illuc prorsus nudi revertuntur: quod in causa fuit, ut S. Ambrosius diceret; Christianam Religionem velle nos in suum sinum recipere aequè nudos, atque rebus omnibus expoliatos, ac de utero Matrum nostrarum egressi sumus. Quisnam potiori jure potest affirmare, se nudum ex terra sine egressum fuisse, & prorsus nudum in Ecclesiæ sinum ingressum esse; se prorsus nudum, rebusque omnibus spoliatum vixisse, ac tandem nudum iterum ingressum esse in terram sinum, quam S. Franciscus ab Assisio? *Nudus egressus sum de utero Matris mee: nudus revertar illuc*. Simulac audit Dei Filium sibi dicentem: *Vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, sine mora universa reliquit*. Quis ex fidelissimis Jesu Christi imitatoribus, melius hoc usus consilio est? Quoniam in Apostolo, vel Discipulo paupertas majorem habuit cum Filii Dei paupertate conformitatem, quam S. Francisci paupertas? Ut Salvatori quàm simillimus fieret, natus est in stabulo non secus ac ille; opus ne illi fuit pugillo paleæ, & recessu quodam mutuo? hæc in re Discipulus Magistro compar est: perinde ac Franciscus licet puer eruditus, Henry, Paneg. Tom. II.

Extremus pauperatæ amor in S. Francisco.

habeat, si commodius, secum quam cum Magistro ageretur: quasi ex Evangelio didicisset, Beatos esse pauperes, quoniam ipsorum est regnum Caelorum: perinde ac Evangelium in corde illius scriptum illi inspirasset, oculos Dei non nisi super pauperes acquiescere. Prima hæc specimina Francisci adhuc ab utero rubentis non ne ostendunt, quantum ille percipitur sit oblectationem ex paupertate? cum in hæc lucem prodians se se prorsus nudum, & rebus omnibus expoliatum projecit inter ulnas illius, ut ibi in perfecta vivat, simulque moriatur nuditate. Avara corda vos hoc moveat, & confundat exemplum. Vestra nativitas pares vos facit reliquis vulgo hominibus, etiam pauperimis, quoniam nudi estis egressi ex utero matrum vestrarum; mors vestra ad eundem statum vos rediget, quoniam adhuc nudi in sinum matris vestre revertimini. Abrenuntiate ergo inanibus distinctionibus, quas ex opibus vestris desumitis, ut per Religionem ceteris hominibus exaequemini.

*Invenietis infantem in praesepe pannis involutum.*  
 Luc. 1. Quodnam amplius magnitudinis S. Francisci præjudicium invenire potest, quam sortiri principia adeo similia primis momentis vitæ Filii Dei! Adorabilis hæc victima mundum ingrediens offert se Patri futura victima justitiæ ipsius; ex quo in lucem prodit, se in eo statu immolandi constituit, requiescens in stabulo, ubi palam proficitur humilitatem, paupertatem, atque passionem. Pastores non invenietis quidem novum Regem hunc natum in palatio, sed in stabulo lanis vilibus involutum, quales egena Mater illi poterat comparare: *Invenietis infantem pannis involutum.* Franciscus fidelis J. C. imitator jamjam se offert Salvatori suo. Ingressus in Mundum dicit illi: *Ecce me: effinxisti mihi corpus aptum passionibus, humilitati, paupertati: ecce venio, Deus, ut offeram tibi in eodem loco, in eadem ara, in stabulo, in præsepiti, in paleis, & feno, & eadem offero intentione, qua tener obtulisti: Ingressus Mundum, dixi, ecce venio.* Ne queratis ergo Franciscum in domo patris, tutum ab omnibus temporis incommodis; querite illum, ut olim Salvatorem, in stabulo; ibi invenietis infantem hanc victimam, consecratam vitæ suæ primitiis illi, a quo ipsam recipit. Quem putatis igitur aliquando futurum esse hunc puerum? Non ne manus Dei cum ipso est? *Quis puerus puer iste erit? Etenim manus ejus cum ipso est.* Si eo tempore, quo passionum iypressio adeo acriter sentitur, Franciscus ultro se objecit per effectum cælestis consilii, quomodonam fingere nobis non liceat mortificationes, quibus aliquando corpus suum torquebit; & credere nos propediem visuros illum constantiter perferre indignationem Patris ob pium vivendi genus in iras erumpentis? Quamprimum audiemus ex ejusdem Francisci ore generosam & fortasse celebrissimam, quæ in historiis legatur, abrenuntiationem. Ut repleat ingentia consilia, quæ Deus de hoc puero moliebatur, nonnisi in stabulo nasci potest: *Invenietis infantem in praesepe pannis involutum.*

Hbr. 10.

Lut. 2.

S. Franciscus ad perfectissimam paupertatem pervenit, quæ est verum omnium expoliatio.

*Si vis perfectus esse, vende omnia, que habes, & da pauperibus &c.* Matth. 19. Ad hunc perfectionis apicem Salomon cum tota sapientia sua non pervenerat cum petebat a Deo medium aliquod inter divitias & paupertatem. Ad Evangelium pertinet longius ire, & præcipere, ut quis perfectus sit, nihil huic retinendum esse eorum, quæ vel civitatis jure consecutus est, vel industria sua comparavit. Ex quo Deum colimus spoliatum, & nudum, mortuum in cruce propter nostram salutem, honori tribuendum est, si quis nudus post illum incedat. Querant alii, S. Hieronymus ait, causas alienationis honorum suorum, qua videntur affecti; amplectantur alii paupertatem vel virtutum omnium asylum; alii tamquam scientiarum animam, alii tamquam quietis occasionem; ego vero non aliam volo meæ abnegationis causam, quam quæ fuit Jesu Christi. In præsepiti natus est, expiravit in cruce nudus, expoliatusque, Fieri qui-

dem non potest, ut homo seipsum pauperem facturus relinquat quicquid Deus relinquere potuit; sed si ut talis credatur, satis est ea omnia relinquere quæ possidentur, & quicquid potest optari? Quisnam qualitatem hanc negaret S. Franciscum, ubi videtur non solum distribuere quod habet, sed abrenuntiare iis etiam, ad quæ jus potest prætere? Cum Deum unum in suis necessitatibus intueret, cum renuit omne terreni patris subsidium & secundum eximia illa verba, quæ assidue in illius ore versabantur, omnia Deo suo vult reservare: *Deus meus, & omnia.* Mundi sectatores, qui in cordibus alitis inexplebilia servandorum, & augendorum bonorum desideria, quam injusti, & cæci estis etiam in consiliis vestris! Copia, quam deperitis, in uno Deo invenitur, & nisi illum, ut Franciscus sumpseritis in unicam hereditatem vestram, toto vitæ vestre spatio in turpi, noxiaque indigentia versabimini. Quis tamen vestrum ita affectus est? Quam rarum est, S. Ambrosius inquit, invenire homines, qui nihil habent commune cum Mundo, & qui dicere possint Deo: *Domine tu solus pater meus es!* *Quam rarus, qui possit dicere: portio mea, Domine, tu es.* Sed si hæc vera sunt, quomodo interpretandum erit illud verbum Domini dicentis, neminem esse posse illius Discipulum, nisi prius abrenuntiaverit omnibus, quæ possidet? *De la Verpillière.*

*Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus.* Matth. 10. Spectaculum facti sumus Deo, & Angelis, S. Paulus inquit; Cælestes hi spiritus inter nos admixti sunt; sua interesse putant, quicquid pertinet ad nos, quoniam letantur ob penitentiam peccatoris, in sinceritate cordis sui reverentis ad Deum. Quodnam igitur fuit cælestis Spiritus gaudium, cum vidistis Franciscum Assinatem traductum ad tribunal Episcopi sui, ut omnibus terræ bonis, consanguineis, & hereditatibus, quæ illi poterant legari, abrenuntiaret? Quinam fuerit lætitiæ vestre impetus, ubi hinc quidem vidistis Patrem tabescentem conqueri de rerum suarum jactura, quam pepererant largitates Filii, qui prodigus existimabatur; inde vero filium observantissimum patris sui humiliter testantem se videre non posse pauperes pati, nisi patiatur cum illis; se tributentem vel vestes suas ad eos operiendos, vel cibum ad famem eorum sedandam, credere a se Jesum Christum indui, & alii. Quinam erit finis hujus contentiois inter patrem conquerentem, accusantem, minitantem, & Filium se se excusantem, & facti causam afferentem? Verba Jesu Christi insculpta in Francisci corde finem injicient disceptationi; omnibus est abrenuntiandum, ipsis etiam parentibus, & consanguineis, & his omnibus, quæ charissima habentur, ut simul Salvatoris Discipuli. S. Franciscus non hæret malens Deum unicum Patrem suum appellare, quam hoc nomen illi deferre, qui vocationis suæ Sanctitati adversabatur. Franciscus igitur solemnem instituit abrenuntiationem, ore suo confirmans, quod susceptores pro illo ad Baptismi fontem sponderrant. Episcopus Assinas publicè receptum actum Francisci omnia sua, imo etiam patrem suum carnalem abrenuntians; sed alius Pater potentior, atque Sapientior Franciscum sibi in Filium adoptat, Ecclesia hanc abrenuntiationem cum ingenti gaudio admirata tendit Francisco brachia illum sinu suo exceptura, & ad litteram explectura Bibliorum oracula, quibus jubemur veterum hominem exure; Franciscus abjicit omnia vestimenta sua, ut nihil hominibus debeat. Quam paucos imitatores habet perfecta hæc abrenuntiatio! generositas hæc quam raro invenitur! *Auctor Recens.*

*Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut agros, centuplum accipiet.* Matth. 19. Si homines simul negotia sua agentes, & transigentes, fidem habent promissioni, quæ alieno vel suo chirographo notata est, licet passim perquisam sit, omnem hominem esse mendacem; num minus fides erit habenda Deo, qui ipsa, & necessaria veritas est, promittenti, ac

S. Ambrosius in Ps. 118.

S. Franciscus palam omnibus abrenuntiat. Filius ejus limitatores sunt abnegationis ejusdem.

Sanctus Franciscus recepti centuplum se ultra eorum quæ in hac vita reliquit.

pro-

promissionem suam proprio sanguine signanti? Vultis ne videre præstitam hujus promissionis fidem? S. Franciscum, totamque illius familiam licet frequentissimam intueamini. Nonne luce clariùs innotescit, loco patris, atque matris, quam reliquerunt, Deum illis non centum, sed sexcentos suscitare patres, & matres, qui curam gerunt vitæ illorum ea benevolentia, & largitate, quæ longissimè superant eorum parentum curas, a quibus in lucem editi sunt? Nonne palam videtis hoc centuplum a Filio Dei promissum, cum pro una, vel & altera domo, quas reliquerunt, sexcentas sibi parentes inveniunt, ut illic multò melius recipiantur, quam si domos proprias ingrederentur? Unus Salvator hæc illis omnia præstat: cum enim illi propter Dei amorem omnia reliquerint, ita propter amorem illius ministrantur eis, quæcumque illis sunt ad vitam necessaria. Ille tota est eorum possessio, atque thesaurus: & iste thesaurus sufficit omnibus. Ejusdem Salvatoris spiritus paterna providentia hominibus hanc mentem mittit alendi eos, qui omnia reliquerunt, ut eum sequerentur, post perfectam rerum omnium abdicacionem. Propter amorem J. C. nihil in hoc mundo possidere voluerunt, & J. C. illos quodammodo Mundi hujus dominos facit. Itaque S. Francisci verbum verissimum invenitur non solum in illo, verum etiam in filiis ejus. *Deus meus & omnia.*

*Christo dedicat, non terrena, sed celestia regna desiderat.* S. Cyprian. de Orat. Dominica.  
*Non laudabile est possidere divitias, sed eas pro Christo contemnere.* S. Hieron. Ep. 17.

*Loci, qui applicari possunt Sancti hujus humilitati, & mortificationi.*

*V*erus humilis non vult humilis predicari, sed vilis reputari; nec reputat salum quam sit vilis in presenti, sed quam vilis esse possit; imo quam vilis esset, ac fieret, nisi Deus violenter a peccato eum retraxisset, & nisi ei tentationes subtraheret. S. Bernardus Serm. 6. super Cantica.  
*In cunctis se despicit, qui in suis oculis esse humilem proficitur.* S. Gregor. in Moral.  
*Magnus unusquisque esse studeat; sed tamen aliquo modo esse nesciat.* Idem ibidem.  
*Ille humilis censendus est, qui pro nihilo se reputat, & ab aliis reputari vult.* S. Thomas a Villa nova Conc. 1. de S. Martino.  
*In infirmitate humilitatis perficitur virtus charitatis.* S. Augustinus lib. 4. de Trinit.  
*Tota, & vera Christiane Sapientie disciplina in vera, & voluntaria humilitate consistit.* Idem serm. 8. de Epiphani.  
*Tutam veramque ad cælum viam molitur humilitas, sursum cor levans ad Dominum.* Idem de Civit. l. 18. c. 14.  
*Prus tibi displiceat quod es, ut possis esse, quod non es.* Idem serm. 2. ser. 5. Pasch.  
*Humilitas charitatis est meritum, charitas humilitatis est premium.* Idem Tract. in Joann.  
*Fundamentum Sanctitatis semper fuit humilitas.* S. Cyprianus de Nativ. Domini.  
*Qui verè magnus est, nihil de se magni sentit, aut loquitur: sed omnium se ultimum judicat.* S. Chrysostomus l. 2. de Compunctione cordis.  
*Qui sibi vilis est, Deo charus est.* S. Bernardus Tract. de intern. domo c. 28.  
*Humilitas est virtus, qua homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit.* Idem de 12. Grad. humil. Caro, id est corpus sic crucifigitur, si desideria ejus calcantur. S. Ambrosius l. 1. Offic.  
*Hunc hostem ( corpus ) habemus perpetuum, & fœderis nescium.* S. Chrysost. hom. 60. in Genes.  
*Christus non ex parte, sed integer est crucifixus, ut nos ex toto moriamur peccato.* S. Anselmus.  
*Hostem nostrum ( corpus ) ipsi cogimur sustentare, perimere eum non licet.* S. Bernardus Epistol. ad Eugen.  
*Quanto magis corpus oneratur, tanto amplius animus exoneratur.* Idem in sentent.  
*Non solum mortuum mundo fuit, sed & crucifixus, quod est ignominiosum genus mortis.* S. Bernardus serm. 3. in Quadrag.  
*Mundus ei crucifixus fuerat; quia hunc cordi suo jam mortuum non amabat, sed & semetipsum mundo crucifixerat, quia ealem se exhibere studuit, ut ab eo, quasi mortuus concupiscere non posset.* S. Gregorius l. 8. Moral. c. 26.  
*Christo confixus sum cruce . . . . Declarat Apostolus per hæc verba duplex miraculum: alterum quod crucifixus est; alterum quod vivit; & quod vivens, & spirans simul crucifixus est.* S. Chrysost. in hæc verba Apost.  
*Christianus perdit animam suam, sive ponit eam, ut martyr, sive affligendo, ut penitens.* S. Bernardus serm. 30. in Cant.  
*Inerat juvenis Francisci precordiis divinitus inditata quadam ad pauperes miseratio.* S. Bonaventura in vita S. Francisci.  
*Franciscus pauper, & humilis cælum dives ingreditur.* Ecclesia in Officio hujus Sancti.  
*Totum Christum in Francisco videbis, si vulnera ejus inspicias.* Feltri Mariani 3. Octobr.  
*Ordo minorum Religio vera pauperum crucifixi.* Testimonium magni Præfulis qui his temporibus vixit.

PARAGRAPHUS IV.

*Loci, & sententiæ quorundam Sanctorum Patrum, aliorumque summorum virorum hujus argumenti.*

*Loci Sancti hujus paupertati applicabiles.*

*R*evera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere, contemnit. Sed in eo, quod cupiebatur, oculi Dei vestes sunt; in eo, quod habebatur, & hominum. Augustin. in 9. Epist. 34. ad Paulinum.  
*Felicitas magna Christianorum, quibus datum est, ut paupertatem faciant premium regni cælorum.* Idem Sermone 2. de vocatione Apost.  
*Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit; multum reliquit, qui quantumvis parum, totum deseruit.* S. Gregorius Homil. 5. in Evang.  
*Affatim dives est, qui cum Christo pauper est.* Hieronym. Ep. ad Heliodor.  
*Sic abundat, ut universum mundum parvè pendat.* Idem homil. 48. in Matth.  
*Nudum Christum, nudus sequere. Durum hoc, grande, difficile, sed magna sunt premia.* Idem Epist. ad Rusticum.  
*Verè dives est, qui in conspectu Dei potest dives videri, in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est; sed solum Deus divitem novit, qui sit dives aternitatis; qui non opum, sed virtutum fructus recondat.* S. Ambrosius l. 2. Epist. Epistol. 4.  
*Paupertas inopia mentis est, non in quantitate possessionis; nam cui in paupertate bene convenit, dives est.* S. Gregorius in 6. Ezech.  
*Felices, qui vos, & vestra sine omni exceptione relicqueritis.* S. Bernardus sermone de Quadr. debet.  
*Paupertas est abdicatio sollicitudinum sæculi, iter ad Deum sine impedimento, expulsio omnis tristitiæ, fundamentum pacis, munditia vite, que nos liberat curis omnibus vite transeuntis, & facit, ut Dei mandata perfecte exequamur.* Joannes Climacus.  
*Sic meinebat paupertatis sue securitatem perdere, ut avari solent perituras divitias custodire.* S. Gregorius 3. Dialog. c. 14.  
*Paupertatem forte, & inopiam exprobrabant; at iste sunt divitiæ meæ; hæc me non solum gloriantem, sed & arrogantem facit.* Gregorius Nazianz. in Apolog.  
*Qui renuntiavit jam sæculo, major jam est honoribus ejus, & regno; & ideo qui se Deo, & Honori, Paneg. Tom. II.*



PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologicis fontibus ad hoc afferri possit argumentum.

Vita, quam S. Franciscus dicit vocari potest expressio, vel explicatio veritatum Evangelicarum.

Paupertas spiritus est sapientia Evangelicæ fundamentum.

Duo sunt paupertatis generi: alterum factum & improbum, alterum factum & improprium factum, & verum.

Præclara quidem S. Gregorii sententia est, Sanctorum vitam Evangelii explicationem & vivens. Commentarium vocantis, quod nobis virtutum suarum praxi Evangelicæ placita interpretatur. Sed dicere possumus vitam Patriarchæ S. Francisci vere vivens esse Commentarium Evangelii austeri, & illarum legum, quas præ cæteris horret natura. Quoniam eas quæ magis severæ sunt, & ad hominem mortificandum aptissimæ, eo, provexit, ut non ultra humanæ vires progredi valeant; quomobrem dicere possumus eas usque in cælum extulisse; videlicet ad tam sublimem gradum promovisse, ut communem hominum captum, ac vires excedant. Porro gravissimæ Evangelii austeritates ad duo potissimum capita redigi posse mihi videntur. Primum ad illius placita, quæ iis adversantur studiis, quibus ultro mundi hujus bonâ concupiscimus, & quæ Christiano necessitatem injiciunt omnia relinquendi, ut sequatur Salvatorem: 2. Ad leges illius, quæ sensus universos mortificant, & jubent hominem sibi met abrenuntiare, ac sui ipsius partem impendere, ut aliam gloriæ crucis sacrificet.

Paupertas spiritus, & cordis abrenuntiatio bonis terræ primum est Evangelicæ Sapientiæ, & Christianæ perfectionis fundamentum: Hac prima veritas est, quam Dei Filius haurinibus prædicavit, primum exemplum, quod illis præbuit assensens in stabulo; postremo ultima lectio est, quam nudus in cruce expirans reliquit. Liquet præcipuum inter secularis sapientiæ placita esse; nullum non movere lapidem, ut in mundo fortunæ bona tibi compares, quæ sunt tamquam ceterorum præsidium, & fundamentum. Itaque terræ bonis abrenuntiare, & paupertatem amplecti, hoc propriè vocari potest esse mortuum, & crucifixum mundo; quia hoc est nullum in mundo gradum obtinere, haberi nauci, imparem esse, ut magnum quid aggrediaris, ac tandem ab omnibus sperni, atque contemni. Hac ratio est, quapropter mortales ita divitias deperunt, ut has vocitent bonum suum, quasi in illis omnem felicitatem suam collocassent; & hac de causa Scriptura illas eorum substantiam appellat, quoniam illis inhærent, perinde ac aliquam ipsorum partem constituerent. Ut igitur perfectè Mundo moreretur, atque ut Apostolus loquitur, illi penitus crucifigeretur; Franciscus initium duxit insurgendo adversus hoc potissimum mundi placitum per amorem paupertatis, & publicam Evangelicæ perfectionis professionem, quæ sita est in universali abrenuntiatione eorum omnium, quæ in vita hac possidentur; quæ etiam re videtur ille ab omnibus Sanctis dignosci, qui a primis usque primordiis Ecclesiæ prodierunt. Pauper & humilis Franciscus, quemadmodum illum vocat devotus Thomas a Kempis; & invenio hoc nomen fuisse illi re adhuc integræ inditum, non secus ac illud Seraphici, quasi ille eadem fuisset paupertas per universalem bonorum hujus mundi abrenuntiationem, eorumque constantem, strenuamque contemptum.

Duplex nobis distinguendum est paupertatis genus, quod in homine reperiri potest, alterum factum est, & improbum, alterum factum & improprium factum, & sanctum. Paupertas facta, & improba in ipsa etiam affluentia invenitur propter sordidum, turpemque amorem, quo homo appetit opes, quibus consequi excrucatur, ut propriis privetur commodis, & iis etiam, quæ ad vitam sunt necessaria. Sancta, & vera paupertas propriè est interior, exteriorque abalienatio ab omnibus terrenis bonis, quæ Christianus penitus negligit, aut libenter abijcit, ut omnes suas curas ad æternas opes sibi comparandas transferat. Facta, & criminosa paupertas Deo contumeliosa est, rationi contraria, &

civilis societatis, & charitatis inimica. Deo contumeliosa, qui bona erogat nobis, ut illis utamur, & pauperibus opitemur; rationi contraria, quæ eorum nobis pro civili societate usum præscribit; charitatis denique inimica; charitas enim miserationis sensus nobis inspirat, ut fratribus nostris egentibus opem feramus. Sancta verò paupertas e contra Deo gloriosa est, rationi maximè conformis, & plena charitatis. Hac illa sancta paupertas est, cui Franciscus Assisinas se penitus devovit. Bonis, quæ illi concesserat Deus, usus est, ut egenis ferret opem; & adeo præclare usus est, ut non solum ea, quæ sibi supererant, sed ex illis etiam, quibus maximè indigebat, erogaret; denegans sibi ea, quæ sunt maximè ad vitam necessaria, ut aliorum subveniret necessitati; quandoquidem pluribus suis se vestibus exuit, ut nudos cooperiret; rarus se perfectè Salvatorem imitari non posse nisi; ut ille; hanc omnimodam exerceret rerum omnium abrenuntiationem, & nihil omnino proprium haberet; quod simul ad proximum suam non pertineret.

Externis rebus abrenuntiare, quin tibi metipsi abrenunties; bona relinquere, quin te ipsam relinquant; divitias abijcere, quin tuas affectiones mortifices; ad paupertatis statum sese redigere, non habere autem paupertatem spiritus, & cordis, hæc ethnica solum virtus est, quam falso sibi merito tribuunt, cum interea intra se alunt secretam vanitatem; insensibilissimi virtutum omnium inimicam. Huic innixi principio frustra de Francisci Assisinas paupertate verba faceremus, nisi ostenderemus hanc ipsam servasse, hanc delegisse, hanc adamasse, tamquam magnam ad humilitatem Evangelicam dispositionem. Ex quo aliquis pauper est; quis eum laudat amicus, vel quis hanc illi egestatem gratulatur? Immo irridetur, ut olim Sanctus Job; lapides conjiciuntur in illum, ut olim in Eliseum; negotium illi facessitur, ut Tobias; de illo dicitur, quod de ipso Dei Filio: cujus est, quis est hic? nonne fabri Filius? Nihil ultra opus fuit S. Francisci, ut vitam statum eligeret. Pauperes contemnuntur, idcirco vult esse pauper. Exultantur indigni honoribus, & dignitatibus, ideo hæc illi aridet conditio. Repelluntur, male habentur, opprimuntur; hoc ille querit; hæc votorum suorum summa.

Amor pauperum, & paupertatis, duo sunt amores satis diversi. Ad amandos pauperes satis est cor humanum, quod misereri possit. Sed paupertatem amare hic effectus est summæ perfectionis Christianismi, summæque virtutis. Amare pauperes est, illorum tangi miseris, eisque opem in necessitatibus ferre; sed amare paupertatem hoc est fieri vellem miserum in terra, cum ibi felix esse possis. Franciscus amori pauperum addit paupertatis amorem; parum illi est excitare pauperes ad statum suum, suæque conditionis amorem, se infelicem crederet, nisi fieret illis inferior. Parum est illi sese exere, ut illos induat; opus est, ut & ipse eorum tegumentum assumat, ut suam tegat nuditatem.

Paupertas quidem in se nullum habet meritum, sed ratio, propter quam suscipitur, vel usus, in quem illa convertitur, meritum habent. Sunt divites, qui inter divitiarum affluentiam sunt pauperes spiritu, & corde a divitiis absunt. Sunt pauperes, qui in rerum omnium egestate ardenti animo divitias concupiscunt; & affectu divites sunt; sed nihil tam rarum est, quam amant divites, & pauperes invenire paupertatem amantes, eamque amplectentes, cum eadem carent; vel eam aequi bonique facientes, cum in eadem versantur. Nihil infrequentius, quam invenire fideles ita expeditos, ut nihil expectent nisi ab illo, qui cæli aviculas alit; & flores, atque arbores veitit. Hoc vidit, & admirata est Ecclesia in glorioso S. Francisko, cui applicari possunt hæc verba, quæ de genitum Salvatore dicit D. Chrysostomus: In præcepto nascitur, pauperibus stipatur; nudus in cruce moritur. Longè difficilius est collatis laudibus revertere, quam

Num facta est abrenuntiare bonis, nisi tibi met abrenunties.

Non satis est amare pauperes, nisi paupertas ametur.

Paupertas per se meritum non habet, sed causa, propter quam illam amplectimur, & usus illius omnino ejusdem pretium constituit.

De S. Francisci humilitate.

quàm patenter contemptum, & contumelias ferre. Ne intumescas contra injurias, quibus afficeris, philosophica virtus ferè satis est: stoica patientia illas jugulare frigido conatur silentio, vel eas hypocritæ quadam modestiâ contemnere. Qui meliori fide sunt, sibi met quandoque gratulantur, quia tales non sunt, quales traduntur videntes errorem incidere in vitia, quæ jure vituperantur, non in personam, quæ nihil egit vituperandum. Quodcumque vestrum sit de me iudicium, Apostolus quidem ait, non moveor. Deus, qui penitiores animæ meæ sinus rimatur, solus Juxda est, quem reformido. At non idem accidit laudibus, quibus celebratur; hoc novissimum est rete, quod diaboli tendat magnis animabus. Hoc etiam Assisinati Francisco tenent: videri quid in hoc perit adeo delicata tentatio? Num illis similis fuit, qui magna perhorrescentibus peccata, facile sinunt se falli blando assentationum, laudumque veneno, & secretâ salmet ipsorum existimatione trahi? Eo quod se laudari, & in pretio haberi cognoscit, putat ne, ut illi, se quidquam mereri, & jam summet cultor, aliorum idolum fieri æquo animo patitur? Nequaquam. Franciscus se falli non sinit; & laudes omnes quæ illi deferuntur, & obsequia, quibus excipitur, illi in dies majori humilitatis sensus injiciunt.

Vita hæc crucibus, ac passionibus referta, quam Dei Filius proposuit tamquam unum ex præcipuis, ac maximè necessariis Evangelii sui principiis, a S. Paulo vocatur Crucis sapientia, quasi ut opponatur huic carnali sapientiæ, quam mundus in omnibus præferret, requirens ubique sua commoda; ac omnia ferme sua consilia, vota, atque conatus transferens ad voluptates corporis, & sensuum, cum secundum Divini Filii principium, cuius interpretes est Apostolus, facere debeamus ex corpore nostro hostiam viventem, ut vitam illius in nobismetipsis representemus. Mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes; ut & vita Christi manifestetur in nobis. Ita ut hac in re, mundo crucifixum esse, & Domini crucem gestare sit unum, & idem: quoniam quod mortificatio via est, quam ducimus, eo magis opponitur huic concupiscentiæ carnis, quæ regnat in mundo; & similior est vitæ Jesu Christi, quæ, ut ita dicam, nihil aliud fuit, quam perperua crucifixio. Talis autem fuit S. Francisci vita, crucifixa per rigidam, ac voluntariam mortificationem, crucifixa per vim summam in contumeliis, quas passus est, & per desiderium martyrii, quod inter infideles ipsos conquisivit; crucifixa denique per admirabilem Dei ipsius in illius corpore operationem. Audite, mundi sectatores, audite voluptatum mancipia, quos S. Paulus appellat inimicos crucis Jesu: Nunc autem, & flens dico, inimicos crucis Christi. Tota Francisci vita, vita fuit crucis, opposita vitæ mundi per jugem mortificationem, quam ille in semetipso exercuit, cum ea severitate, quam imitem appellare non vereor; nam licet in mundo duxerit vitam longè abhorrentem a flagitiis, atque criminibus, quibus alii se trahi sinunt: nescio tamen utrum multi inveniantur, qui penitentiam egerint austeriorem.

De admittibili ejus morte licetatione, & austeritate.

2. Cor. 4.

ad Phil. 3.

Omnis Evangelii placita ad hoc duo potissimum referuntur: ut vere nuntium mittas terrenis bonis, & sensum voluptatibus.

Matth. 13.

De S. Francisci humilitate.

illi præcepit, ac statim tamquam Cælesti paruit edicto. Sed quoniam S. Francisco persuasum erat, hunc non nisi primum esse perfectionis gradum, omnia relinquere, & sibi metipso quoque abrenuntiantum esse, ut Salvatorem sequatur: Qui vult vivere post me, abneget semetipsum: præcepto huic se subjicit, illud exequitur, ac sibi met indefinitè bellum indicit. Hi duo sensus occupaverunt cor illius. In hac quoque via mercedem nactus est, qua fruitur, quoniam strenuè pugnavit.

Theologica veritas est, quæ licet sit mysticâ, non ideo tamen est minus solidâ, in ordine naturæ vivendum esse primum, quam moriendum sit, & vitam esse gradum quendam ad mortem. De una ad alteram proceditur; sed terminus, qui relinquitur, vita est, & ille ad quem pervenitur, est mors. Quid est vita, nisi cursus ad mortem? teste Augustino. Sed gratiæ ordo ordini naturæ adversatur; gradus sit enim de morte ad vitam; præcedit mors; & vita morte posterior est: Si moritui sumus cum Christo; credimus quia simul etiam vivemus cum Christo. Namque vivificat mortuos. Regius Propheta iisdem luminibus illustratus multo prius hanc viderat veritatem: Dominus mortificat, & vivificat. Ubi S. Gregorius animadvertit duplicis hujus verbi ordinem. Mortificat, & vivificat. Primo dicit, Deum mortificare, quoniam primum moriendum est; secundo dicit, Deum vivificare, quia vitam tribuit post mortem: In his etiam verbis ordo servandus est: prius quidem mortificare dicitur; deinde vivificare: quia nisi faculo moriamur, Deo per amorem vivere non valeamus. Facile est tanti hujus discriminis rationem asserere, & sane pulchra est. Eo momento, quo nos natura producit, nobisque & esse, & vivere tribuit, sumus, & mox esse cessamus, vivimus, & postea vitam amittimus. Sed primum illud quod in mortali essentia recipimus non vita, sed mors est: ipso enim nostræ generationis momento in mundo morimur per peccatum originale; & in ipso nostræ regenerationis articulo in Christiana Religione per Baptismi gratiam morimur; conspuitur sumus cum Christo per baptismum in mortem. Momentum igitur, quod nos homines facit, facit homines mortuos gratiæ, & momentum, quod nos Christianos facit, facit homines mundo mortuos. Verum igitur est ad hoc ut in ordine gratiæ vivamus, primum esse moriendum. Facile est intellectu, Sanctum quoque Franciscum, ut alios, expertum esse primam hanc mortem, quæ nobis aditum aperuit in mundum, verum etiam dicere possumus illum per ardens desiderium in omnibus imitandi Salvatorem Mundi, & vitam in æternum duraturam acquiritendi, non solum expertum fuisse primam hanc mortem, sed subire voluisse omnia mortis genera, quæ possunt excogitari, mundo, peccato, carni, creaturis omnibus, ut se perfectius similem redderet divino huic Salvatori, qui penitus mortis imperium evertit.

Matth. 12.

ad Rom. 6.

ad Rom. 4.

In primis Reg. 6. 2.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceis, & recentibus Concionatoribus loci hujus argumenti.

Providentia fecit, ut S. Franciscus ex genitoribus ederetur satis commodis, & fortunæ bonis quadam cum mediocritate præditis, quæ insignium divitiarum scopulum, & miseræ paupertatis sordes interjaceret, & quæ satis est, ut honestè in mundo vita ducatur. Tamen ex primo nativitatis ejus articulo cognitum est, paupertatem, quæ tot mortalium vulgò scopulus est, fuisse portum tutissimum, in quem Deus illum vocavit, ut ibi salutem suam operaretur. Assisit natus est in stabulo; & non solum ibi natus est; sed mater sua illum eniti minimè potuit, nisi consilium personæ divinitus afflata secuta, illum paritura elegeret locum illi simillimum, ubi ante ipsum voluit oriri totius Orbis Salvator. Videtur voluisse Deus

S. Francisci nativitas.

pueri hujus differre narivitate, donec illi invenirentur incunabula illis similia, quibus magister, & Dominus usus erat, qui de matris alvo in ipsius paupertatis sinum descenderet. Ita ex quo in mundum prodire cepit, rationis usu donatus, tantum animo suo imbibit amorem erga pauperes, ut deinceps, quacumque se offerret occasio, propria cum illis bona partiri vellent; ita ut quodcumque ex propriis bonis inveniret in paternam domo, ipsi commone videretur, & ad illud pauperes tantum juris haberent, quantum ipse. Ita ille novissimis hinc temporibus antiquum primorum fidelium fervorem, & felicitum eorum seculorum integritatem instauravit, ubi non solum omnia erant communia, verum etiam omnibus unum & idem erat patriimonium; sed ubi simul omnes non erant nisi cor unum, & anima una. *Erant illis omnia communia.* Necessarium, ac superfluum; inanis, & vana distinctio perfecta charitati penitus ignota. *Ex collectione Sermonum.*

Argumentum idem aliter tractatum.

Historici vite S. Francisci Assisinas factum quoddam peculiare narrant ita gloriosum, ut minime deceat praetermitti in ipso Orationis in laudem ejus exordio, quemadmodum vite illius admirabilis est initium. Providentia quae in hoc Sancto cupiebat imprimere nitidissima, & apertissima similitudinis cum Salvarore lineamenta, permisit, ut in lucem prodiret in stabulo, & ut praesepe praeberet Francisco incunabula, non secus ac filio Dei, quasi mundo quoddam praeberere vellent praesagium, futurum ut hic puer, qui in extrema oriente batur egestate, & qui, cum coeli aves nidum, & ferae habeant lustra sua, ne locum quidem haberet ubi reclinarer caput suum non secus ac Filius hominis, ut hic puer, inquam, esset pauper per antonomasiam, quandoquidem characteres paupertatis ab ipso ortu ferebat: *Franciscus pauper*, quo nomine ab Ecclesia vocatur. Tamen natus est ea in vita conditione, in qua ut plurimum divitiarum amor vehementior est, quam in aliis, & quae cum posita sit in periturorum bonorum commercio, nimis crebro cupiditatis, & avaritiae labe pollutur. Sed Franciscus procul avertit contagiosum aerem, & prava sui status exempla, vivendi genere, ac studiis, profus opposuit. Charitatis suae fructus, & integritatis indicia non diu laecerunt; manus, & cor ejus semper aperta erant pauperi, cumque re ipsa illis opem afferre non poterat, tamen illis miserationem, questusque suos impendebat. Nutavit tamen semel in Domini via, ut olim Propheta; sed ut magis magisque in eadem consummaretur; cumque pauperi in nomine Jesu Christi obolum petenti, stipem negasset, celeri commotus poenitentia, repulsam copiosa reparavit elemosyna, & statim vovit se elemosynam erogaturum omnibus, qui hoc adorabile nomen praetererent postulatis suis; votumque deinceps summo cum zelo, ac diligentia incomparabili, explevit.

Undenam oritur S. Francisci studium pauperibus subveniendi.

Homines natura ita constituti sunt, ut in lucis hujus usuram prodeuntes secum afferant hoc animi studium colligendi opes eandem ob causa, qua beati esse cupiunt; opinantur quidem hanc iustissimam, certissimamque viam esse ad felicitatem; sed profus oppositum studium videtur gratia Franciscus tribuisse. In lucem editus fuit in stabulo, ejusque mater, quae illum alvo gerebat, post acerbissimos dolores eundem eniti non potuit, donec se deferri iussit in locum illi similem, ubi Aeterni Patris filius nasci voluerat, sese pauperem faciendo propter amorem nostrum: ita ut paupertas fuerit amicum illud astrum, quod praesuit nativitati hominis hujus, qui hac in re propius imitatus est Dei filium, & poterat aliis benevolentiae momentum, quam praeserebat erga virtutem hanc eandem Prophetae confessionem; *In te projectus sum ex utero matris meae.* Ita est, amata paupertas, de ventre matris in sinum tuum projectus sum, & tu prima fuit, quae inter ulnas tuas adhuc rubentem ab utero excepisti. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Psalm. 21.

Quomocumque se habeat studium hoc S. Francisci erga pauperes, sive naturae opus fuerit, seu praeter naturam accidisse putandum sit, constat illum toto vitae suae tempore habuisse tenerum amorem erga illos, & viscera ejus ad adspicium miserorum hujusmodi objectorum, quae vel necessitas, vel mortalium iniquitas ad miserum hunc turpin redegerant, ita commoveri consuevisse, ut S. Bonaventura teste, ille in misericordiam metamorphosi quadam transformatus videretur. *Inerat juvenis Francisci praecordis, dicitur quidam ad pauperes miseratio.* Illos tanquam filios amplectebatur; nihil ipse habebat, quod illis non distribueret, vel quod cum illis non partiret; ita ut cum aliquando rusticus pauperem stipem flagrantem repulisset, non sine aliquo verbo, quod imprudens elapsus erat, statim sese collegit, & cucurrit post pauperem, ut illi daret elemosynam ductus facti poenitentia, seque voto obligavit, ne quid unquam negaret quod sibi in Salvatoris nomine peteretur, dummodo quod petebatur in sua positum esset facultate; ita ut nihil haberet, nisi ut largiretur; & perinde ac illos omnes gestaret in corde suo, vel cor suum per charitatem effusum esset in omnes pauperes, eos sibi amicos adflescebat, eorum consuetudine fruebatur, eorum egestatem exploratam habere quarebat, & quod simpatia, vel similitudo in mundi necessitatibus esset; paupertas vinculum erat, quo Franciscus pauperibus omnibus adhaerebat. Illorum pauperimus idem ejus erat & amicissimus; & qui praeter ceteris miseria praestabat, hic quoque praeter ceteris impensius ab illo diligebatur. *Idem.*

Hec in pauperes liberalitas cantata fuit, ut a confanguineis suis contemneretur, & haberetur tanquam familiae suae dissimulatio.

Quem, putas, effectum pepererit haec extrema abdicatio Francisci pauperis in animis mortalium avi illius? Eundem profecto, quem hodie etiam in nostris pareret. Iratus fuit, & contemptus; habitus fuit tanquam opprobrium familiae, & domus excidium. Ad loci Anisifrem raptus fuit, ut actu solemniter juxta eorum temporum consuetudinem omnibus abrenuntiaret bonis, patrimonio, ac universae futurorum spei; ac tandem tanquam imbecillus homo, & impos sui traductus fuit. Quantum dedecus, quinam dolor animae, quae mundi aucupatur estimationem! Illum autem crederes ne quietum atque contentum fuisse? Crederesne illum in tot contumeliis suam constituisset laetitiam, atque delicias? Hoc videtur quidem vix credi posse; veruntamen hoc facili negotio probatur. Et sane status hic adeo rigidus, quem deinceps voluit amplecti; nonne semper fuit effectus omnium votorum suorum, & propriae fructus electionis? Hanc paupertatem, & hanc universalem rerum omnium abdicacionem nonne ille ullo amplexus est? Nonne illam dilexit, & ne momento quidem ab eadem recessit? Credendum sane est ille in ea nactus fuisse aliquam voluptatem, gaudium, atque delicias. Hic enim de pauperibus licet arguere, non secus ac de Martyribus; qui nisi aliquam voluptatem, vel solatium in cruciatibus natum essent, nae illi quidem tanto animo, fortitudine, & constantia acutissimos dolores pertulissent. *Ex collectione Sermonum.*

Quemadmodum S. Franciscus vitam naturalem in stabulo acceperat, & Evangelicum paupertatis Dei crucifixi tanquam astrum temporali ejusdem natali praesuerat, hoc idem verbum Dei illius praesuit conversioni, ejusque spiritualium vitam in Religione inchoavit. Cum die quadam sacris interesset, audiit haec verba, quibus omnibus bonis suis vale dicere jubebatur: *Nolite possidere aurum, neque argentum;* cum interea feceretur, atque intrinsecum Evangelium cor ejus percussit; & gratia potens, & victrix haec eadem verba iteravit voce altiori, & magis imperiosa, & rursum praecipit hoc iteravit, Praecepto huic auctero paruit, ac primam bonorum suorum sacrificium fuit, illa in elemosynas erogare. Hoc quidem magnum factum est simplici Christiano, sed Sancto, qui divinitus electus est in exemplum maximum austeritatum

Evangelica quae audita, verba, immiserunt illi desiderium, & omnino abrenuntiandi.

Matth. 10.

ratum Evangelicarum hoc praedictum est majoris alicujus triumpho; & quemadmodum Tertullianus olim dicebat, impressiones, quas in illo fecere mundi commoda, & voluptates, fuisse mundi, & carnis tyrocinia, ita prima bonorum suorum in pauperes effusio, non nisi preparatio fuit ad magnum hoc Sacrificium; cum coactus a Patre, qui tunc illi Tyrannum se praebat, & qui praeter mentem dupliciter erat pater ejus, quandoquidem causa fuit salutis ejusdem, solemniter nuntium misit bonis omnibus, quae possidebat praesentibus, & futuris coram Episcopo Assisinate. Qui factum hoc extrinsecus tantum spectat, & secundum leges vel politicas, vel civiles, dicit hanc cessionem esse bonorum suorum, vel donationem inter vivos, vel aliam quamlibet id genus dispositionem juris, qua iis omnibus quae habebat, exiit. Verum si caeremoniae hujus spiritum intuemur, si respicimus actum hunc secundum Evangelii leges elicitum, si cogitamus amorem Jesu Christi in corde Francisci solemniter omnibus abrenunciati bonis, quae possidet, & quae deinceps possidere potest in mundo? Potestne ulterius procedi? Non ita quidem in communi Fidelium virtute; sed aliter accidit in Sancto, quem Deus proposuit tanquam Evangelicae suae paupertatis exemplum. *Idem.*

Pauci omnia expectant ab eo, ut S. Franciscus.

Psalm. 10.

Quam rarum esse invenire Fideles, qui in terris nihil expectant, nisi ab illo, qui in agris lilia vestit & in aere aviculas alit, quin vel serant, vel metant! S. Augustinus illa Prophetae verba explicans: *tibi derelictus est pauper; orphanus tu eris adjuvator;* asserit vix, & ne vix quidem in terris inveniri pauperem, qui in Deo tantum speret, & pupillum, qui in eo dumtaxat omnem spem suam collocet. Sed S. Franciscus ostendit, quod a S. Augustino quarebatur; hic ille fuit pauper Evangelicus, qui in Deo omnem thesaurum suum, spemque omnem locavit; & postquam invenit pretiosam hanc Regni caelestis margaritam, vendidit omnia, quae habuit, & comparavit eam. Ejus abrenuntiatio ita perfecta fuit, ut oportuerit quod Episcopus illi vestem daret in elemosynam. Se hoc in statu locupletiore invenit, quam ante cum omni spe domus paternae; quia propius accedebat ad Salvatoris sui nuditatem in Cruce. Protulit ille cum gaudio praecara illa verba, quae semper in illius ore versabantur: *Deus meus, & omnia.* Inventine fuerunt unquam avari, qui tanto ardore, & aviditate divitias concupierint, quanto Franciscus paupertatem? S. Hieronymus Sanctae Paulae scribens elogium testatur, ipsam tanto amore persecutam fuisse paupertatem Salvatoris, ut saepe vota nuncuparet obtinendi causa gratiam in mendicitate moriendi. Non satis fuit S. Francisco votum hoc nuncupare, illud implevit, omnesque illius divitiae non aliud fuerunt, quam fucus, & funis. Sapientes quidam Ethnici ultra suas abjungere divitias, & gloriari sunt secum omnia sua bona gestare: Sed affectatio superbae singularitatis solita erat hujus abdicacionis causa; eo superbia eorum crescebat magis, quo paupertas agebatur; testis ille sit, cui obiciebatur per vestium ejus foramina, illius detegi vanitatem. *Specimen Orationum Panegyricarum.*

Ille pauperem esse, & in suis amabat.

Franciscus expertus est; quamobrem illum constituit tanquam peculiarem Ordinis sui characterem, ratus se neque plura neque majora filiis suis relinquere bona posse, quam si illis necessitatem nullius rei possidenda relinqueret. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Pauperes propter Deum amabat eisque tanquam C. beneficiis.

Vulgo dicunt ad hoc ut veri amici periculum facias, te vel pauperem, vel miserum esse oportere: sed satis erat esse pauperem, ut Franciscum haberet amicum. Cum enim ille pauperes diligeret propter Deum, in eorum persona Deum unice considerabat, & secundum Evangelicum axioma, quod plerique fideles ignorare videntur, quidquid opis conferebat illis, hoc eidem Salvatori se conferre dicebat. Salvator quoque saepe hanc in propria recipiebat persona, quemadmodum accidit die quadam, cum peramantem amplexatus fuisset leprosum; eique operam suam fuisset pollicitus non sine perfecta charitatis significatione, pauper ex brachiis ejus evanuit, & in Francisci corde sanctum reliquit timorem gaudium, & vera consolatione permixtum, quem ante illam diem nondum fuerat expertus. Hoc tantum illi ardorem injectis pauperibus, & calamitatis hominibus subveniendi, ut tota die illos conveniret in xenodochiis, & summum in eorum famulatu solatium nancisceretur. *Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.*

S. Franciscus austerissimum paupertatem exercuit.

Parum fuisset Francisco ita paupertatem diligere, nisi illam austerissimè exercuisset: quam verò id exequendi occasionem illi obrulerit Providentia, paucis dicam. Cum charitas, qua pauperes complectebatur, qui sunt membra, & viventes Salvatoris imagines, illum impulisset, ut indiscriminatim, inconsultaque mundi prudentia, pauperibus donaret; pater illius qui rei familiaris cura deditus erat, neque pati poterat, bona sua, quae tot sudoribus, laboribusque comparaverat, prodigi, statim egit cum filio tanquam nepote, ac patrimonio sui obligatore: sed Patris exprobraciones non mutarunt filium, qui pauperem vitam vivere constituerat. Pater plus aequo successit, eoque tandem pervenit, ut hac ipsa de causa illum exheredare decreverit; quo facto Franciscus nihilum permovevi visus, juridica, & solemniter abdicacione cessit iuribus, quae praeterece poterat ad paternam hereditatem, & familia bona universa; idque tanta animi alacritate, atque constantia, ut suis se vestibus exuerit avaro, inhumanoque parenti reddendis, cui eadem libertate, quam inspiravit Deus omnia pro ipsius amore abrenuntiantibus; nulla re impoherum se prohiberi posse inquit quominus Patrem suum illum vocaret, qui in caelis est, quippe derelictus fuerat ab eo, quem habebat in terris. *Idem.*

Idem sequitur argumentum.

Licet vetus quidam affirmaverit, neminem posse aequè pauperem vivere, ac natus erat; Oraculi hujus mendacium S. Franciscus ostendit, quoniam in stabulo natus; elemosynis vixit, & mori voluit in cinere, & in lectulo, quem commodatum acceperat, cum rebus caeteris, quibus se carere posse arbitratus est, sibi abrenuntiandum esse duxit, ut paupertatem austerissimam exerceret, utque moreretur, & penitus mundo esset crucifixus. Ideo extulit, ut ita dicam, paupertatis vexillum indituens Ordinem Religiosum, unum omnium spiritui, placidius, consuetudinibus mundi prorsus oppositum; neque enim aliud quidpiam aptius invenit, quam illum in hoc omnis Evangelicae perfectionis fundamento statuere, videlicet in hanc paupertatem, quam observari voluit secundum exemplum, quod illi Dei filius dederat, & quod ipse etiam in praesens redigit. Haec enim profecto maxima paupertas est, atque austerissima, quae valeat excogitari, verbo talis, ut frater sui minimè, re adhuc integra, crediderint, se ad altiorem perfectionis gradum venire posse, nisi vox de caelo audita eos confirmasset, & Supremus Pontifex eandem in sententiam ingessit, hujusmodi vitam ultra humanas vires esse positam, omnino regulam adeo severam probare detrectasset, nisi Franciscus illi praesens

ostendisset, quidquid ipse hac in re præceperat, a Deo sibi fuisse inspiratum. Sed quam vobis fuisse videtur ista paupertas, ut ad probandum illius praxim, & observantiam nequaquam impossibiles esse, opus esset miraculis? Tails erat, ut Franciscus palam ostensurus hominibus illius possibilitatem, & facilitatem, ipse primus omnium illam exercereit. Idem.

Admirabilis S. Francisci abditio.

Cum S. Franciscus, quem Salvator trahebat ad se, ut illum exhiberet oculis Mundi tamquam visibile Evangelium suum, initio suæ conversionis exagitaretur a Patre illum prohibere adnitente, ne vocationis suæ gratiam sequeretur, cum, inquam generosè abrenuntiavit omnibus, quæ ab eodem repetere poterat, coram Assinate Antistite, & ipsas etiam vestes, quibus indutus erat, parenti restituit, cum magno spiritus fervore dixit: Nullum amplius habeo patrem in terris, nullam cognationem, nullum patrimonium, nullam domum, nulla indumenta, & nihil creaturarum rerum. Tu solus, Salvator amabilis pater meus es, mea cognatio, hæreditas mea, domus mea, atque omne bonum meum: te unum habere volo, tu mihi es omnia: Deus meus, & omnia. Qui de rebus judicasset secandum sensus, & solum naturale lumen, dixissent, illum omnia amisisse, ac illum quam primum ad incitas redactum iri, ita ut illi videntem esset sine honore, sine bonis, sine aliquo humana vitæ solatio. Adeo verum est illum omnia reliquisse; sed habebat Jesum Christum, quem patris faciebat, quam universum terrarum orbem, & toto cælo ultra centuplum. P. de Argentano Caputinus de Jesu Christi magnalibus Collatione 25.

Quomodo hic sanctus pauperem amabat.

Affirmare possumus sanctam paupertatem virtutem fuisse D. Franciscum jucundissimam; hanc ut plurimum Reginam suam, Matronam, ac Dominam appellabat, usus hac in re vocibus, quibus mundi sectatores idola sua, & impudici amoris objecta vocare consueverunt; nesciebat enim quomodo aliis verbis exprimeret tenetam affectionem, qua virtutem ab aliis adeo parum amaram, seu potius contemptam, invivamque proferebat. Benevolentis Domina mea, exclamabat ille, cum ab egego aliquo invitaretur, vel cum se in beata necessitate videret ejusdem effecta sentiendi. Heu! veni votorum, ac desideriorum meorum objectum; toto corde te excipio atque complector! Affectio hac adeo teneta, & ardens erat, ut dici possit, hanc illius thesaurum fuisse: ita ut quemadmodum in Evangelio, qui thesaurum invenit in agro defossam vendit omnia, quæ habet illum agrum empturus, ita Franciscus nihil unquam vehementius optavit, quam virtutem hanc possidere, quam suam putabat thesaurum, & rationem perveniret qua posset in dies fieri pauperior, & magis magisque omnibus rebus carere; cum e contra secundum mundi placita, mortales nihil ardentius concupiscant, quam indefinenter acquirere, undequaque congerere, ac in dies fieri ditiores, & locupletiores. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Cum realiter emulitum abdicatone relinquere etiam desiderium possiderent.

S. Francisci paupertas eò est admirabilior, quod illi non satis fuit omnia bona sua præsentia, & futura relinquere, sed cor proprium reliquit, & homines, Angelosque testatus professus est se ex omnibus mundi hujus rebus non aliud possidere velle, quam unum Deum: Deus meus, & omnia. Duo sunt in divitiarum contemptu, S. Augustinus ait; alterum quidem visibile, quod possidetur, & relinquitur, & abdicatone hujus homines testes esse possunt; alterum verò absconditum; cor videlicet, quod hæc poterat optare bona, cujus testes Deus tantum, & Angeli esse possunt. Cor Francisci per immensitatem votorum suorum mundum universum poterat concupiscere, & licet re ipsa brevem tantum terræ particulam possideret, spe tamen terram omnem poterat possidere. Bironat.

Humilitas, & contemptus semper consistunt in paupertate.

Quemadmodum spiritus paupertas vera esse non potest, nisi sit cum cordis humilitate conjuncta; S. Franciscus nequit ad eò perfecte alteram virtutem hanc exercere, nisi simul & alteram exer-

ceat, quæ alterius comes est individua. Factus est æquè humilis, ac pauper. Franciscus pauper, & humilis. Sciens paupertatem ut plurimum obnoxiam esse contemptui, & abjectioni, omnium bonorum suorum abdicatorem respexit tamquam viam, quæ illum adducere poterat ad humiliatones, & dejectiones. Ex quo se in hoc adeo misero statu conspexit; in quo videbatur totius mundi ludibrium, statim irrisus fuit, despectus, contemptus. Opus esset, ut Sancti numquam essent Salvatoris discipuli, ut plurimi fierent a mundo irreconciliabili Filii Dei inimico: non potest divinum illius caracterem in membris eorum agnoscere, quin nihil inausum, ac intentatum relinquat, ut eos persequatur. Vitam eorum suis placitis oppositam, infaniam vocat, & Crucis prædicationem, quæ illius fundamentum est, scandalum, atque multitiarum. Id autem palam testatur S. Paulus, cum ait, Dei servos haberi tamquam sordes, & hujus mundi purgamenta. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

tem: quæ ob rem S. Franciscus utramque requisivit.

Fideles in ipsis Ecclesiæ incunabulis, ut ostenderent, se unam dumtaxat animam & cor unum habere, bona quoque sua in communi habebat; postquam ultra ad Apostolorum pedes attulerunt pretium agrorum, atque hæreditatum, quas vendiderant; ex quo, tamquam publico erario, erogabatur, quidquid necesse erat in cujuscumque privati necessitates. Hic ille typus est, secundum quem omnes Religiosi Ordines coaluerunt. Sed videtur Franciscus Ordinis sui paupertatem longius provehere. Nullos sibi reservat agros, nullos redditus, nulla prædia, vel possessiones, ut omnino pendere teneatur ab ope, & providentia illius, qui cæli aviculas alit. Hac de causa vult, ut filii sui æque ac ipse mundo mortui sint, & crucifixi, ita quovis destituti jure in terræ bona, ut ne voluerit quidem illos dominos esse domorum, ubi incolunt, vestes, quibus induuntur suas esse, panem, quo vescuntur, ad eos pertinere non secus ac sacra Vasa, & Tempia, ubi sacra celebrant mysteria, ita ut dici queat, illos nihil nisi communitatem habere. Hinc nonnulli Sanctum hunc Pauperum Patriarcham appellant, quoniam suum Ordinem in ipsa instituit paupertate, quemadmodum S. Bonaventura animadvertit: Hanc sui dicebat Ordinis fundamentum. Hanc ille moriens etiam atque etiam filiis suis commendavit, tamquam illam, per quam futuri erant beati, & potentes, donec sub imperii ejusdem suavitate vitam traducerent; cumque a fratribus suis quæreretur, quam virtus illos Deo chariores efficeret, paupertatem, respondit, quæ via erat illis potissimum indignitatis, ut ad Sanctitatis perfectionem pervenirent. Verè igitur de S. hoc Patriarcha dici potest, hunc simillimum fuisse imaginem illius, qui cum locupletissimus esset, factus est pauper propter amorem nostrum, & qui nullum habuit perfectiorem suæ paupertatis non secus ac passionum suarum imitatorum, quam S. Franciscum. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

S. Francisci Ordo archiepiscopus observat paupertatem, quam alius quilibet Ordo, & in quo.

Extrema paupertas quam S. Franciscus Ordo profectetur.

Quantum insignis sit S. Patriarchæ Francisci Ordo, jam nostis. Uberrimus ager, qui frequentissimam hanc alit familiam, est paupertas. Discipuli ejus non aliam ab institutore suo hæreditatem acceperunt, nisi hanc paupertatem. Illorum vestimentum non aliud est, nisi poenitentia, & Evangelicæ paupertatis symbolum; Sacri limbi tunicæ Salvatoris sunt pretiosissima eorum ornamenta. Quoties servata illa pretiosa commutata sunt in Summorum Pontificum, Cardinalium, & Præsulum purpuram, qui ex magno hoc ordine assumpti sunt? Quot sanctitate præstantes Religiosi pauperes, & contemptibili hoc indumenti genere sibi compararunt immortale vestimentum gloriæ, quo coruscant, & triumphi sui deferunt insignia, postquam cum S. Francisco signa paupertatis, & passionum suarum pertulerunt? Ex Specimine Panegyricarum Orationum.

Statim ac aliquis christianam se vitam ducere pro-

Paupertas obiectum sanctum hunc etiam que dilectior irrisoribus mundi.

Throno.

Profunda humilitas S. Francisci.

proficitur, scopus sit irrisoribus, atque contraditionibus peccatorum: verum fatendum est nihil aptius esse ad contemptum, odiumque mundi promerendum, quam paupertatem. S. Francisci paupertas illum quamprimum reddidit populi abjectionem, & opprobrium. Populus videns placita sua adeo palam conculcata per adeo infuendam abdicatorem, conatus est ex eo ultionem poposcere per omnes contumelias, quibus Sanctum nostrum obruit. Tamquam fatuus traducitur; in compitis, plateisque conviciis oneratur; ejusque discipuli plagis, injuriisque mulctantur. Dicendum sanè est mundum sancto huic pauperi generale bellum indixisse, quoniam conatus est illum ipsi etiam summo Pontifici contemptibilem reddere. Vestium austeritas, & exterioris speciei paupertas Filii Dei Vicarium averterunt; & nisi in somnis vidisset collabentem Ecclesiam S. Francisci humeris fulciri, hunc non sine dedecore repulisset. Sed magnus ille vir se beatum, non secus ac Apostoli, arbitrabatur, cum dignus haberetur, ut propter paupertatis amorem contumeliam pateretur. Voluit ipse, Salvatoris instar, opprobriis saturari: saturatus est opprobriis. Etenim nonne hæc abjectionum sitis effectus, ut voluptate perfrunderetur, cum factus fuit irrisoribus spectaculum hominibus, ubi voluit, ut quidam ex Religiosis suis tunc ad collum alligato tamquam nocentem, & sceleratum peibus conculcasset, ac tanta cum indignitate in ipsum deserviret, quanta in Salvatorem Judæi, atque Carnifices serviant? Ibidem.

Humilitas hæc Christiana Ethnicis ignota, ubi perfecta est, vim habet efficiendi, ut homo penitus sibi moriatur; illum a proprio substantiæ suæ fundo revellendis, atque cum ab omnibus natura, & gratiæ donis separandi, ut uni illi tantum vivat, qui principium est omnium bonorum suorum, & auctor omnium beneficiorum. Humilitas hæc hominem desperato vacuum facit, efficitque ut tota ipsius essentia fiat, & ad primam redeat originem, a qua manat, qui Deus est. Præclara hæc virtus singulariter est S. Francisci propria, qui ab Ecclesiæ antonomastice pauper, & humilis appellatur; Franciscus pauper, & humilis. Nonne ille incepit, profectus est, atque absolvit opus Sanctitatis suæ per profundam, & minime vulgaris humilitatis praxim? Statim omnino moritur mortalium exultationi, famamque suam Deo sacrificat, vitæ genus adeo mirum amplectens, ut mundum ferre non valens tanta virtutis nitorem, de more, damnavit, quod assequi mente non poterat, & hunc verè sapientem, insipientem esse putavit. Populus Assinas, ubi ille originem duxerat, cum ita defotumatum intuitus, ac rudi sacro indurum, per vias insequitur, lapides in illum conficit; luto confureat, ac post illum quasi contra faenum clamat. Pater suus illum in carcerem conjicit ferreis onustum vinculis, quasi de sana mente dejectum. Quid humilis, quam prima illius exercitia? inservit lepra infectis in Augubine civitatis xenodochio, illis pedes abluere, & osculari; eorumque detergere vulnera? Quamvis mox Deus hominem hunc ad altissimum Sanctitatis fastigium elevarer; quamvis illum omni bonorum genere locupletaret, quamvis factus esset seculi sui miraculum propter insignia, quæ per illum Deus operabatur miracula; Franciscus semper in oculis suis minimus fuit, semper coram Deo exinanitus. Nihil sibi vindicavit eorum, quæ in ipso erant, professus hæc omnia nequaquam ab ipso profecta fuisse. Cum laudatur, a Fratre, qui comes adest, sibi convicia, & contumelias fieri jubet. Humilitatis causa noluit Sacerdotio insigniri, & in Diaconatus ordine sublevari. Ut illi mosgeretur, permillum fuit, ut Ordini sui supremo se magistratu abdicaret, ut simplici Superiori sublevari. Humilitatis amor coegit illum, ut abjiceret nomen quod ab Innocentio III. sibi fratribusque oblatum fuerat, scilicet Prædicatoris poenitentia, ut illud Fratri acciperet, id cupiens, ut quidquid ad Ordinem suum pertinebat,

faperet humilitatem, eamque prædicaret. Verum satis nondum erat illius humilitati ipsum exinanire, sed multo infra nihilum illum deprimere conabatur efficiens, ut se maximum, & nequissimum omnium diceret peccatorem. Toto cælo distans a superbæ spiritu, qui semet propriis excæcans luminibus, non aliud quam propriam spectabat excellentiam; ob oculos Francisci propria tantum infirmitas versabatur. Quam diligentissime cavebat ne quid sibi præsumeret ex gratiis, quibus ornabatur a Deo; & contra credebat neminem esse, qui non isdem melius præ se usus fuisset. P. Texier.

Divina Providentia, quæ in his etiam terris oblectatur veris humilibus illum honorem impendere, quem ipsorum promeretur humilitas, illam Francisci insignem, atque venerabilem effecere maturavit. Quò magis hoc in mundi oculis latere voluit, eò magis virtutes suæ ipsum prodiderunt. Cum se respiceret tamquam opprobrium hominum, & abjectionem plebis, in honore fuit habitus tamquam vir insignium meritorum; nihil prætermittens, ut despiceretur, gloriam, invidus licet, nactus est, quæ aptissima erat ad alterius cujuscumque palpandam vanitatem, & dicere poterat: Exaltatus autem, humiliatus sum. Vultusque, ut a me vobis distinctus Sancti hujus humilitas significetur? Tres sunt veluti gradus, qui virtutum hanc plus, minusve perfectam efficiunt, quorum primus est, nullo in discrimine habere ea omnia, quæ pertinent ad nos. De nobis alii obloquuntur? Nos petunt contumelias? Si verè humiles sumus, non solum non indignabimur, verum etiam Providentiæ gratias habebimus. Ita affectus erat S. Franciscus. Nos de qualibet injuria quærimus, ille gravissimis conviciis non afficiebatur; irascimur, cum lacessimur, ille miratur, quod non deturitur excipitur, succensimus, si quid jure nobis vitio vituperat; ille contumeliam, si qui eidem obreccant; si honos noster vel levissimè perfringitur, insane in impatentiam ecumpimus; Franciscus lapidum ictibus ejectus, & tamquam nocentissimus malè mulctatus; vel tamquam demens habitus, silet. Secundum humilitatis gradus, quem Sanctus hic vir exercuit, fuit non solum non irasci, ubi laderetur, sed etiam letari; non solum primos non ambire recubitus, sed etiam novissimos optare; non solum se coram Dei Majestate annihilare, sed sese exinanire, & infra mundi totius pedes submittere. Electus, ut fratribus præficeret, illis deservire voluit; Sacerdotali caractere dignus, vix animum appulit, ut inter Diaconos recenseretur; propter heroicæ virtutes commendabilis, non nisi adolescentiæ suæ errores animo volvit. Quid de hujusmodi humilitate vobis videatur? Hoc non est solum sese in abjectione, & contemptu continere, sed cupere illa, usque oblectari. Verum cum accidat aliquando, ut quo magis Sanctus aliquis se ipsum contemnit, & deprimat, eò magis gloria, quam fugit, eum comitetur; ecce extremam humilitatis Sancti nostri conatum. Maximus illius dolor fuit videre se conquisitum, in pretio, & in honore habitum, cum ille nihil haberet antiquius quam ut ab omnibus despiceretur. De se met omnia mala dicebat, cum totus terrarum orbis omnia diceret bona, studebat se omnibus ignotum præbere, cum populi ab benedictionem ab illo expectandam concurrerent. Sævuli Principes ad pedes illius se prosternebant; & illi ipsi qui primos in Ecclesiæ gradibus obtinebant, beatos se predicabant, quod illius amicitia dignarentur. Sed S. Franciscus eò magis humiliabat se, & rubore suffusus, mortificatus, turbatus immodicis laudibus, quibus a mundo cumulabatur, tamquam in nihili sui profunda humilitate se continebat. Elogia historica.

Deus Franciscum magis exultat, quo ille humilior fuit.

Psalm. 87.

Quid vobis de Francisci videatur humilitate? hoc non solum est se met in magna abjectione continere, sed illam cupere, sibi que in ea complacere. Hoc non solum est contumeliosam pari confusione cum tranquilla patientia; hoc illam prevenire est, illam summa cum aviditate consecrari. Hoc non

Humilitas est solummodo S. Francisci rovebat.



non solum est dicere Deo : fac de me quodcumque tibi placuerit; attolle me, me deprime; præcipe, ut jubeam, præcipe, ut serviam; hoc est dicere illi, ne me extollas, deice me; ne feceris, ut existimer cælestibus tuis donis ornatus; fac ut ostendar digito tamquam miser, qui illis abusus est. O nimium molles devoti, post hæc cessabitine affirmare, existimationis propriæ curam habendam; propter Dei gloriam in terris relinquendum esse oprimum sui nominis odorem; & nonnihil hac in re quibusdam in occasionibus cedere, ignaviam esse culpa minime vacuum. Esto, nominis vestri famam tueamini; nihil unquam aggrediamini, quod æquissima probra vestra promereri valeat: verum mementote, ubi non lædatur Deus, humiliaciones, & contemptum amare, virtutem eximiam esse. Mementote egregii effati, quod olim insignis sanctitate vir protulit: si Deus vobis optionem relinqueret in duplici statu, altero quidem obscuro, altero autem nitenti, & utrobique ille ex æquo glorificari posset, verum imitandi Jesu Christi desiderium debet efficere, ut abjectionem dignitatis, contemptum laudibus, confusionem, & ignominiam gloriæ antefereatis. *Abidem.*

Nonne oportebat, ut humilis Franciscus penitus in se ipso ardens illud suffocasset desiderium, quod a dilecto discipulo superbia vitæ vocatur, quandoquidem eò profundæ humilitatis, atque contemptus fuisset ipsius processerat, ut humiliacionem amaret, & se ab omnibus despicere; & contumini concupisceret? Hoc tamen illud est, quod non minus in Sancti hujus vita enituit, quam amor humiliacionum, atque passionum, quas ad altissimum usque gradum provexit. Hoc cuidam ex fratribus suis respondit, cui Deus magnificum in Cælis thronum ostenderat, atque interroganti; quidnam inter homines adeo felix futurus fuisset, ut tantæ majestatis solium possideret, dixerat: hic humilis est Franciscus; hoc premium est altissimæ illius humilitati debitum. Vix evanuit visio, cum Sanctus hic gaudio exultabundus ad Patrem S. Franciscum cucurrit, cumque obtestatus est, ut sibi aperiret, quem de se ipso conceptum haberet, & quid de propriis meritis cogitaret. Nihil aliud cogitare possum, eximius Sanctus iste respondit, nisi quod verissimum esse puto: me scilicet peccatorum mundi nequissimum esse. O Deus! alter addidit, & quomodo tibi hoc de te sentire licet, quin ex æquo & veritatem, & rationem offendas? ita est, subdidit Franciscus, si enim Deus mortalium nequissimo eandem contulisset gratias, quas mihi largitus est, ille grator, & toto cælo fidelior existisset Deo, quam ego. Profecto si nostræ gloriæ, & beatitudinis in cælo mensura pender a profunditate nostrarum dejectionum in terra, juxta Oraculum Evangelicum; conjicite, unum locum, quem Sanctus inter Seraphim occupat secundum authenticam revelationem, quæ facta fuit, æque debeatur profundæ illius humilitati, ac ardori charitatis, quo cor illius toto vitæ spatio æstuavit. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

S. Franciscus secundum obitum humilitatis gradum, secundum S. Bernardi sententiam; qui in eo positus est ut hic mentis nostræ sensus in cor usque nostrum migret, ibique ciet desiderium humiliacionis, atque contemptus, nec non votum, ut omnes eandem sententiam de nobis concipiant, quam ipsi concepimus: usquamne homo fuit, qui hac in re habuerit desideria magis opposita desiderii mundi, quam S. hic Patriarcha? Videmus quippe mundum hunc nonnisi elationis desiderium immittente: non extremum ex placitis illius esse, quacumque ratione sese proferre, celebritatem nominis sibi comparare, plausibus oblectari, & reliquorum hominum oblatas sibi laudes æquo animo accipere. Nonne hoc primum est mundi hujus rudimentum. *Secundum elementa hujus mundi,* ut loquitur S. Paulus; sed factus est S. Franciscum Asti-

sinatem vocare, ut simul representetur hostis; qui non solum inani hac non afficitur gloria; sed amator contemptus, qui non aliam habet voluptatem, quam semet humiliatum atque depressum intuenti; qui etiam modum inquiri, quo sibi confusionem conciliet, nonnumquam etiam per actiones, quæ in alio quolibet accepta fuissent tamquam certissima indicia hominis, qui de sana mente dejectus esset. Sed in Francisco hæc indicia fuerunt sublimis Sapientiæ, vehementisque desiderii, quo flagrabat in partem veniendi opprobriorum, & contumeliarum illius, qui eadem erat sapientia; ac tandem certissima argumenta, illum perfectè mundo crucifixum fuisse, quoniam nullatenus afficiebatur rebus illis, quas inmundus plurimi facit: ita ut dici queat, neminem usquam magis amasse contemptum, & humiliacionem ardentius quævisisse, neque suas confusiones majori cum cordis sui leticia excepisse.

Profunda S. Francisci humilitas in hoc etiam deprehenditur, quod cum se laudari sentiebat ab illis, qui illum observabant, & admirabantur propter virtutem suam, imperabat alicui ex fratribus suis, ut in ipsum complura ingereret convicia, & contumeliosa evomeret verba, quæ mundus atrocissimas appellasset injurias, sed quæ Sanctus hic vitæ summò cum gaudio excipiebat, ac si plausus reciperet, & locupletissima officia. Itaque quod Propheta dixit de Mundi Salvatore, illum opprobriis saturatum iri; *Saturabitur opprobriis,* dici potest de hoc Sancto, qui ut ita dicam contumeliis, irisionibus, opprobriis saturari non poterat: & si de superbis dicitur vulgò, illos laudibus suis incubrari; dicendum est Franciscum saturari non potuisse abjectionibus, & humiliacionibus, quas delicias suas arbitrabatur. Ubi autem inveniri poterit homo magis & mundo, & sibimetipsi mortuus?

Nullus unquam tyrannus licet crudelis, & inexorabilis Sancto Francisco durum adeo, violentumque martyrium attulisset, quam illud, quod amor divinus conjunctus cum odio sancto sibi ipsius in ejus corpus exercuit. Stratura ejus nuda erat humus; cervical, lapis; indumentum, fæccus penitentis; potus aqua. Ut plurimum nullis coctis dapibus vescabatur, cum cibus illius plerumque panis esset aridus, & nonnumquam cinere adpersus. Non loquor de cruentis illius disciplinis, de quadragesimali jejunio sæpe quotannis instaurato, de assiduis vigiliis, de recentibus austeritatibus, quas quotidie excogitabat, ut carnem suam affligeret, & mortificaret. In ejus vita videmus ipsum pluries dum rigida sævirer hiems, seræ in gelidas aquas immerfisse; sese proflus nudum in nive voluisse, & bis super ardentes prunas cubasse. Quamvis gratiæ subsidio caro sua ita esset spiritui subiecta, & angelica puritate ita ornata, ut Deus cuidam ex sociis ipsius revelaverit, sanctum hunc hominem in Cælis recenseri in numero eorum, qui casti erant anima, & corpore; ille tamen nihil ex hac innocua crudelitate laxaverit, semperque corpus suum, ut ille ipse nonnumquam dicebat, veluti jumentum tractabat, cujus vulgò officium, & pars est, ponderibus onerari, plagis affici, & modicè vesci. Quamobrem non sine quadam justitiæ specie paulo antequam efflaret animam videns miserum corpus suum morbis affectum, & exquisitissimis doloribus exercitatum & ad cutem, & ossa redactum, ex eo veniam petiit, quod illud tam austerè tractaverat. *P. Texier.*

Tota Francisci vita fuit vita crucis opposita vitæ Mundi per jugem mortificationem quam in semet ipsum exercuit, cum rigore, quem crudelem appellare non vereor. Nam licet in mundo vitam duxisset satis alienam a vitis, & flagitiis, quibus alii se trahi sinunt, nescio, an multi invenierunt, qui penitentiam egerint austeriorem. Satis illi non fuit sibi omnia vitæ commoda interdicare, quod vos callere puto; suumque corpus eo rigore multavit, cujus morti proximo quidam obortus serpulus est, rarus enim est, sibi ab illo veniam ef-

Humilitas apparere in gaudio, quo perfundebatur, cum se contemptum videret.

De S. Francisci mortificatione.

Causa mortificationis, & austeritatis ejus.

Mortificationes, quæ ab extra illi seculis abant.

1. ad Cor.

Varia penitentia generatque sanctus hinc excogitabat, ut corpus suum affligeret.

se petendam, quod illum pane tantum arcto, & aqua brevi aluisset, ut prodigii loco sit, illud vigilem producere potuisse; quod illud duris, assiduisque laboribus oppressisset; quod toto vitæ spatio nullum eidem temporis momentum permisisset; quod illum semper sacco, & cilicio operuisset; quod cinere semper quidquid illi erat pro alimento conspersisset, ne ullam unquam in eo voluptatem gustaret; quod tandem in illud exercuisset omnes austeritates, quas in antiquissimis penitentibus legimus, quarum sola narratio delicatis hominibus qui sua commoda querunt, & sunt corporum suorum vel minimum idololatraz, negotium faceffit. *Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Austeritates, quas jure in S. Francisco miramur, a Sancto hoc viro nonnisi in penitentia spiritus exercebantur: etenim quoad illas, quas eidem suafic timor peccati, ac metus ne in grave aliquod crimen incideret, illæ prudenter suaderi nequeunt, easque nonnisi sanctus fervor, & extremus criminis horror potest excusare. Sæpe ille summa hyeme in nivibus se volubatur, ut nudus etiam sese inter spinas, ut S. Benedictus, versabat, & quotidie similia excogitabat mortificationum genera, ut domaret corpus suum, cum quo tamquam cum hoste infestissimo sese gerebat, cum quo numquam in gratiam redire voluit nisi ad mortem, quo tempore non erat, cur illud ultra vereretur. Quam pauci hodierna die hujusmodi scrupulis aguntur in hoc orbe corrupto, ubi primum, ac potissimum hominis negotium videtur esse omnia corporis incommoda evitare; & præcipua ejusdem cura omnia vitæ commoda, & voluptates illi procurare? Ubi ipsa mortificationis, crucis, & penitentia nomina ignota sunt, & horrorem cient; ubi denique illi qui hac in re verecundiores videntur, vitam ducunt mollem, & delicatam, nullumque non movent lapidem, ut hanc tueantur ignaviam, quam Evangelium damnat, licet illi in eadem suam constituant felicitatem, ut olim faciebant insipientes idololatraz, qui nihilominus honori sibi verebant nomen Sapientis. Quam procul abest, ut id genus mortales mortui sunt, & crucifixi mundo, cum ita crucem perhorrescant! *Idem.*

Sancti Francisci sensus sensibus mundi omnino erant oppositi, cum non contentus passionibus, & mortificationibus voluntariis, illis etiam occurrebat, quæ ab externa vi proficiscerentur, quas ardentè concupiscerebat, & quas summa cura inquirebat, cum interim omnes sedulam navent operam, ut illas evitent, & fugiant. Et profecto quam patientia pertulit durissimam captivitatem cum in bello, quod inter Assassinas, & Verulinos exarsit, captus fuit, & summa cum indignitate ab hostibus exceptus? Nonne cum eadem patientia passus est graviolem contumeliam, cum incidit in latrones, qui cum nihil pecuniæ invenissent in illo, plagis illum affecerunt, & faucium conjece- runt in foveam atra nive repleram, ex qua illum nequaquam evasurum esse arbitrabantur? Silentio prætereo persecutiones, quas a proprio patre pertulit, & nonnumquam etiam a plebe contra ipsum commota, quæ illum lapidum jactu non semel persecuta est? Hæc omnia Sanctus ille habebat inter præcipua beneficia, quibus cœlitus donatus fuerat, & tamquam alter S. Paulus: gaudio exultabat: *Consolatione plenus sum; superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Non immemor singulis arumnis, quas Providentia disponebat ut Sancti nostri patientiam exercerent: nihil nisi Crucis optabat; & ardens Martyrii desiderium effecit ut bis vel ter viam generosi consilii hujus adimpleret. *Idem.*

Inter omnes penitentes, qui diversas in semet seviendi rationes excogitarunt, nemo hoc majori cum severitate executus est, quam S. Franciscus. Si enim illum intuemini primis conversionis suæ annis, videbitis hominem contra se ipsum iratum, nihil sibi condonantem, sibi negantem non dico, quæ supervacua sunt, sed quæ necessaria, bel-

lum indicentem corpori suo, quasi hosti infestissimo: quotidie jejunantem, noctesque omnes in vigiliis traducens; sacco indurum, ac fure præinductum, & in omnibus actionibus suis sanctam in corpus suum vindictam exercentem. Alius Sanctus terribilibus id genus austeritatibus acquievisset; Sed quoniam Sanctus hic Patriarcha novit, penitentem addere debere mortem dolori, ubicumque ejus occasiones requirit; cumque illum nequeat in martyrio invenire, confugit ad mortificationem, quæ non aliud est, quam mors diuturna, & rigorosa. Ut enim inquit S. Bernardus, si hoc supplicii genus non est aequè crudele, ac illud, quod Martyrum virtutem exercebat, saltem majus affert tedium. Sed quisnam didicit melius rigorem cum supplicii diuturnitate conjungere quam S. Franciscus, quoniam quotidie novam aliquam inveniebat austeritatem, ut spiritum, & corpus suum mortificaret; quoniam sese volubatur nudum inter spinas, ut olim S. Benedictus ad carnis suæ rebellionem puniendam; nudus cubabat in nive, donec naturalis calor deseruisset, & in mancipium hoc adeo crudeliter animadvertebat, ut morti proximus censuerit, sibi ab illo veniam esse petendam. *Bivar.*

Quamvis S. Franciscus semetipsum crucifixit, ita, ut nulla pars corporis sui careat vestigis indignationis suæ; quamvis curis tantummodo offensus hæreat; quamvis non aliud sit quam larva non sine miraculo vivens; quamvis mundus illum persecutus fuerit, & crudelis ille inimicus injuriis, & vulneribus affecerit, eique nominis honorem ademerit, neque enim ei vitam auferre poterat, nondum voti sui compos est, & ubique terrarum carnifices querit, a quibus crucifigatur. Trans mare migrat; Africam petit sperans se illic inventurum infideles, a quibus cruci suffigatur. Ibi sancta cum libertate altiora Christianæ Religionis prædicat mysteria, non loquitur nisi præsepe, & Calvarium, suavissima sui amoris objecta; & quasi illis scandalo esse magis cuperet, quam documento, agit solum de Salvatore passionibus, & humiliacionibus. Sed quam longè spes sua illum sefellit? Etenim quin hos barbaros irritet in se, doctrinam ejus admittantur, quamvis non intellegant illam; illius reverentur personam, quamvis improbant disciplinam. Rationibus ejus se persuaderi non sinunt, exempla tamen admittantur, neque possunt assequi quamnam sint mortis illecebraz, ut hunc penitentem ad illam inquirendam perduxerint in Africam. Videns autem Franciscus tyrannos illos admiratores sui, & ibi se gloriam invenire, quò ad infamiam, doloreque perquirendum processerat, redit in Italiam conquestus cum creaturis omnibus, quod nullam inter ipsas inveniret, quæ ipsum cruci suffigere velit. Quam distant a nostris vota tua, Sancte! Ipsi voluptates, & honores consecramur; occasiones inquirimus, in quibus ambitioni, vel avaritiæ nostræ servientes vel attolli, vel locupletari valeamus. Tu verò, Fidelis Calvarii discipule, nonnisi contumelias, & supplicia petis, ac in eo tua vota coarctas, ut cum Filio Dei crucifigaris. Ne hoc tibi negotium faceffat: Exaudiet Deus vota tua; mittet unum ex Angelis suis, qui Minister erit Sancti furoris tui, atque sancto huic desiderio tuo satisfactorus te affiget cruci, quam tantopere desperis. Et sanè postquam Sanctus hic plura emitit suspicia in deserto, quò se receperat Seraphim, descendit de Cælo, eique Domini sui vulnera impressit, quæ illi pedes, manusque ambos & laus, & cor transverberarunt, & simillimam Jesu Christi, viventemque imaginem effecerunt. *Idem.*

Omnes cogitationes, omnia vota, omnes Francisci actiones ad Crucem tendunt, & ubique requirit, a quo crucifigatur. Egretere, Francisce, extra Mundum hunc Christianum, extra Salvatore imperium, quoniam hic nonnisi sanctitatis amator invenire vales. Quævis mundi contemptum, & odium; & mundus licet corruptus, atque depravatus, te tamen observat, & colit, ac hono-

S. Franciscus pro J. C. pati cupiens, quæ sit inter infidelis occasio, nonnisi mortis.

Sanctus spiritus noster, qui offert nobis, ut non ab eis.

honore prosequitur virtutem tuam, quae ad sublimem perfectionis gradum assurgit. Alias pete terras, exoticas regiones, populos feroces-adi. Non desunt apud infideles barbari, qui satis pro votis crudeliter excipiant; non desunt apud Barbaros persecutores inexorabiles. Illic festinus properat Franciscus, ut sibi mortem, atque cruciatus sollicitet; eo currit martyrii coronam emendicaturus. Traducit maria, horrentibus sese periculis offert, per confertas barbarorum turbas viam sibi facit, & Crucifixum manu gestans infidelem ad Imperatorem, ut vel illum ad Christianam Religionem amplectendam cogat, vel ut per mortem, ad quam perferendam paratus erat, illius furorem exprobrat, & crudelitatem. Cum cruce ipsa illi praedicat crucem: Arma quidem infirma contra barbarum Principem, contra Mahometem victoriam instatum, qui post annos centum & quinquaginta vidit Regum aliorum copias simul collectas suis frangi, ac debilitari, & fortissimum quemque hostium domitorem, coram se cedere, & ad pedes illius se prosternere. Princeps hic tot triumphis superbus videns ex alia mundi plaga hominem pallidum, aridum, macie confectum, poenitentiae austeritatibus deformatum, qui phantasma potius, quam vivens homo videbatur, loco armorum, Crucifixi imagine distincta accedentem, ut Mahometismum totius terrarum orbis victorem oppugnet, infideles populos convertat, ad accessum hunc adeo audacem, quid iudicare poterat Mahometes? Sed etiam ex altera parte quid sperare poterat Franciscus, & quam aliam praestolari fortem, quam tot Martyrum, quibus hic ausus steterat vita? vel saltem cum contemptu, & confusione dimitti, quemadmodum ab Herode dimissus fuerat Salvator, vel ad summum in aliam remittit die, ut olim Paulus, ut rationibus illius aures praerentur. Nihil tamen horum repulit Franciscum, & nullus ex illis obstaculis, quae illius menti occurrebant, illum deterruit, quominus cum sola cruce barbaris praedicaret. Princeps ille vidit se laceratum ab uno homine, qui sustinet paupertatem ipsa paupertate, christianae Religionis sanctitatem sanctitate, ab homine, qui propter avaritiam non celat veritates, quas praedicat. Amplissimis muneribus Franciscum delinire quaerit, & hujus repulsa ipsius auget gloriam, honores huic deferuntur, ille vero contemnit. Revertitur tandem in Europam onustus quidem gloria, sed quae res illum maxime affligit, sine palma Martyrii, ad quam conquirendam adeo procul processerat, & quam pluris faciebat, quam mundum universum cum omnibus bonis illius. Suppliciorum loco apud barbaros nihil invenit nisi officia humanitatis, & urbanitatis. Tandem in Europam unus ille revertitur majori cum gloria, pluribusque victoriis decorus, quam tot Duces, qui cum decies centenis militum millibus illuc erant profecti. *Ex collectione Sermonum.*

Alla ejusdem facti descriptio.

Franciscus flagrans desiderio acquirendi coronam Martyrii hoc consilio navigat in Syriam, quod statim ac appulit, capitur, & coram Sultano Babylonis adducitur, apud quem cum eo loquitur zelo, qui decet Apostolum, & ea licentia, quae decet Sanctum. Explicat illi fidei nostrae Mysteria, ei caecitatem, in qua versatur, repraesentat, contra Mahometis cultum invenitur, cumque in eo est, ut se ad equuleum duci, & a carnificibus in frustra concedi in audacia poenam, & ad sedandum Principis hujus furorem, expectet, hic illum reverentur, honoribus cumulat, muneribus etiam illum oneraturum pollicetur, quorum tamen repulsa a Francisco facta huic mortalium omnium venerationem conciliat. Quid ager Sanctus vie videns se in honore apud Tyrannum, a quo mortem sevisissimam praestolabatur? & benigne exceptum ibi, ubi cruce, & cruciatus se inventurum esse sperabat? Ceterum nullam sibi reliquam esse videns spem populos illos convertendi, in Italiam revertitur, ut semet subtrahat novae huic persecutionis formae, quam minime expectabat, & quae ipsi erup-

delior ea videbatur, quam se inventurum sperabat. Ita sua spe frustratus nullum admittere potest solatium eo quod sibi desint carnifices, qui vitam eripiant. Martyrum invideri felicitati, neque magis dolere nisi quod dignus habitus non est, qui propter Deum contumeliam patitur, quod tamquam votorum suorum cumulus erat. Deficientibus sibi mortalibus confugit ad Angelos, ipsumque Dei Filium, ut aliquam Crucis ejusdem partem obtineat, & ut ad mortem usque torqueatur si minus censetur indignus, qui propter ejus athenem moriatur. *Auctor. Sermonum in omnia argumenta.*

Voti damnaberis, Sancte vir, atque preces tuae exaudientur. Calvarii discipulus particeps fieri cruciatum Domini sui: homo crucifixus mundo, crucifixus erit etiam cum Jesu Christo & Dei Filius, qui saepe miraculis usus est, ut Sanctos ab iis liberaret suppliciis, quae illis parabantur, insigne parat miraculum, ut te vocet in partem passionum suarum. Secesserat Sanctus iste in Montem Alverniae, quem ille Calvarium sibi fingebat: Cum illi estatica quadam contemplatione correpto apparuit Seraphim Salvatoris crucifixi imaginem referens. Ad hoc spectaculum cor ejus quodammodo ardentis charitatis igne liquefactum est. Ejus imaginatio fortiter ad se applicuit imagini vulnerum, quae ad vivum expressas intuebatur, ejusque anima acriter ad se penetrata fuit, ut eorum impressio ad cor usque pervaserit, super quo hoc Seraphim telum inflammatum radiis luminis nitidissimi extrinsecus efficit in Francisci carne hiatum carumque plagarum, quas intus in corde imprimebat. Mitum profecto portentum! Deficientibus tortoribus Angeli ministerio crucifigitur, vivens adhuc suffert martyrium, recipit vulnera, quae simul & vitam afferunt, & mortem, & quae per admirabilem passionis, & voluptatis commixtionem praegaudium aequae praedolore mortem inferrent, juxta illud Sancti Job: *Mirabiliter me crucias. Idem.*

Modus quo S. Franciscus recepit stigmata.

Ejusdem argumenti continuatio ad Gal. 62

Hoc pacto pro Cruce materiali, cui S. Franciscus optabat configi, factus ipse fuit Crucifixus vivens, & dicere poterat aequae ac S. Paulus: *Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Factus sum imago Redemptoris mei crucifixi deferens stigmata vulnerum ejus crucis in me caracteribus expressas. Clavi non introierunt in manus, & pedes ejus, & nihilo fecius eandem in illis impressionem efficiunt. Inde sanguis manat, & eundem sentit dolorem, ac si pedes, & manus transfoderentur. Lancea latus ejus non scindit, eundem tamen illic relinquit hiatum, quem si altius pervassisset; quod S. Bonaventura, qui & ipse mirum in modum prodigium istud describit, explicat usus comparatione ardentis sigilli, quod applicitum eadem relinquit lineamentum, quae in ipso insculpta sunt. Ita per cruciatum, qui miraculo vacuum non fuit, facta est in Francisco transfusio dolorum, & vulnerum, quae olim Salvator passus est. Hujus prodigii testes fuerunt plures Cardinales, & Alexander Papa IV. se propriis oculis illud accepisse testatus est. Hoc pacto satisfactum fuit ardenti desiderio, quo Sanctus iste cupiebat pati, ac ferre crucem, quam tantopere mundus perhorrescit. Paterat ne ille melius ostendere se mortuum esse, & crucifixum cum mundo, quam tanto ardore cum Jesu Christo crucifigi desiderans? Desiderium illius adeo acceptum Salvatori fuit, ut quin hominum praeeretur ministerio, e re censuerit eum voti dampnare. *Idem.*

Quenam S. Francisci gloria, deficiente sibi Martyrii palma, quam obtinere non potuit, honoribus cumularum fuisse a barbaris, a quorum sevitia optatam se gloriam sperabat consecuturum? Nonne poterat dici, Deum illi coronam, praeterrurum corona gloriosiore destinasse? Nulli pro illo erant in terris carnifices: sed non defuerunt eidem in Caelo. Noluit Deus illum hic per Tyrannorum manum, sed per illam caelestium Angelorum pati. Mystica jacula, quae ab alis Seraphim in Crucis formam egressa sunt in ejus corpore gloriosa im-

S. Franciscus qui in illis manu martyrii coronari non potuit, id affectus est manu caelesti.

preferant stigmata vulnerum, quae clavi, & lancea in Salvatoris corpore impresserant. Quodnam gloriae prodigium Francisco? Andreas crucem concupiscit; S. Petrus beatum se putat si capite in terram demisso cruci affigatur; S. Paulus scribebat, se Cruci confixum esse: *Christo confixus sum cruci;* sed ipse Salvator sacra vulnera sua imprimit corpori, manibus, pedibusque servi sui Francisci: *Christo confixus sum cruci.* Post haec paulatim defecit, ac lapsus est in tantam oppressionem, quae illum ad mortem usque subsecuta est; verum haec illi oppressio erat per jucunda propter unionem, quam habebat cum Deo, propter extases, visiones, dulces impetus, qui efficiebant, ut in antecessum aliqua perfrueretur oblectatione, quae a Beatorum statu non procul abesset. *Collectio Sermonum.*

Deus miraculis utitur, effectus ut ille patitur.

Satis non est, Franciscum communes pati mortificationes; Deus ipsis utitur miraculis ut ille magis, magisque mortificetur; & in se ipso perennes habeat occasiones patiendi, & permanendi usque ad vitam exitum in hoc statu passionum, ut in aeternum repraesentet oculis suis aeternum hoc gratiarum Evangelium sanguineis caracteribus in suorum vulnerum hiatu. Profecto duas quodammodo invenio impressiones dolorum, quae factae fuerunt in hoc Sancto, ut ex eo fieret sacrificium, alteram quidem in corpore per vulnera, alteram in corde per internum dolorem, quem tunc temporis expertus est. Nam praeter naturalem dolorem illum, quem in vulneribus sensit, alium etiam dolorem percepit ex vulneribus istis per extraordinariam compassionem vulnerum Salvatoris. Vidit extra se Deum crucifixum apparere in eodem corporis situ, in quo erat in Cruce; per dolorum suorum experientiam cognovit quales illi Domini sui fuerint. O Deus! quam violentam impressionem fecit tunc hoc objectum sensibile in corde Sancti hujus, jam praeparato! S. Bonaventura id explicat admirabili similitudine: *Tamquam si ad ignem liquefactus, virtutum praesensibilium sigillatim una quadam esset impressio.* Duae, inquit, erant diversae qualitates in Crucifixo, qui apparuit Francisco, altera signi, ignis altera. Si hoc signum ardens cera applicas, duo existunt effectus, quorum alter erit ad alterum dispositio: molliet ceram tamquam ignis; eamque disponet ad impressiones recipiendas, & mox tamquam signum suos caracteres insculpet. Quid est hic Crucifixus, qui applicatur corpori, & cordi S. Francisci? Signum est, in quo clavi sunt insculpti, & vulnera; signum est amoris igne candens; suo ardore molliet ut caracteres suos imprimat; & sub hac impressione egregie dicere potest cum Job in sterquilino suo: *Mirabiliter me crucias.* Deus meus, tormenta tua sunt miracula. *Biroat.*

161.

Gloriosum fuit S. Franciscus gere re stigmata, eaque et ipso I. C. recipere.

Quenam Francisci fuit gloria pati pro Jesu Christo, per Jesu Christi manus, & sicuti passus est Jesus Christus? S. Paulus gloriatur, quod Salvatoris gesserit stigmata: *Tamquam aliquis de prophetis, signisque regalibus gloriatur.* D. Chrysostrum inquit. Neque dicit solum se habere ille, sed portare, tamquam trophaea, & Regni signa. Haec autem flagellorum cicatrices erant, & vestigia catenarum. Sed quoniam illas propter Jesum Christum recepit, utque illius Evangelium praedicaret, sunt honoris monumenta, ex quibus major illi cedit gloria, quam ex eo, quod in tertium usque caelum fuerit sublatum. In hoc praestat S. Franciscus, quod propter Deum has sustinens plagas, illas recipit de manu Salvatoris, Omnia aliorum Martyrum tormenta per carnificum manus applicantur; haec imprimunt flagellorum cicatriculas, & compedum, qui membris eorum fuerunt appliciti: sed illa Francisci descendunt de caelo, & Dei Filii unicum est eorum & instrumentum, & causa. Verum est omnes patiendi occasiones esse a Deo illas permittere, vel illis utente per providentiam suam, ut Sanctis suis honorem conferat; sed non satis facile est ibi Dei manum cognoscere supplicia haec disponentis. Unus Franciscus a Salvato-

re fauciatur. Videt ejus oculos, amabilemque manus ipsum verberantes, & dicere potest melius, quam Job: *Manus Domini tetigit me.* Denique sustinet quodammodo Salvatoris tormenta, recipit enim in membris suis stigmata vulnerum, quae Salvator in suo corpore acceperat: *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus.* Vestrum cor percutitur, ut in illo imprimantur stigmata, sancti non estis, ut miracula recipiatis; nimis molles estis, & delicati, ut haec sustineatis tormenta; sed quomodonam poteritis vosmet ab Apostoli praeecepto exolvere, quo omnes fideles jubentur ferre Jesu Christi mortificationem in corporibus ejus: nempe ferre innocuam imaginem vulnerum ejus abrenuntiantes illegitimis sensuum voluptatibus, vim aliquant noxiae huic legi inferentes. Gestat Franciscus cicatrices suas in oculis Dei, tamquam sacrificium, quod illi honorificum est, & in oculis hominum tamquam exemplum quo erudiantur. Haec ille miracula postulat a nobis, & nos muneribus nostris satisfacere possumus, quin nobismet vel levissimum vulnus inferamus: sed omnes participes esse possunt per ardorem amoris, & omnium est aliquid conferre per bonum odorem vitae sanctae. *Idem.*

Quam gloriosa fuerunt haec stigmata.

Quomocumque se habeat res, gloriosa S. Francisci stigmata, augusta haec amoris, & mortis Filii Dei monumenta in maximum illius honorem ceciderunt, cum torquendo, cumque impressiones illae factae fuerint in corpore ejus, simul fuerunt & doloris instrumenta, & ornamenta triumphi. Quenam martyrii species? Martyrium aliorum breve est; Francisci prolixum; illud barbarorum sacrilegis manibus perficitur; hoc Angeli ministerio adimpletur; illud apparuit, hoc regitur tamquam fauciati ulcera sua contegentis. Sed etiam quae gloria? Si Moysen intueor in Monte Sinai intentum, video Franciscum in Alvernia montem divino adductum consilio. Si Moyses Tabernaculo egressus nitentes emittebat ex facie radios, quos semper velamine tegebat, cum ad populum alloquebatur: Franciscus stigmatibus honoratus jucundissimis fructibus altissimae suae meditationis vulnerum Domini, diligentissimè cavet, ne illa ab hominibus videantur, humilitati suae consulturus. Si Moysis corpus post obitum fuit invisibile, ne Judaei illud tamquam numen aliquid venerarentur, Francisci corpus cum stigmatibus videtur, ut ipsi ad ipsam passionem illius imitationem impellamur. *Elogia historica.*

Franciscus in scientia Sanctorum eruditus non hominum ministerio, sed unione gratiae, quae sese prodit illis qui humili, rectoque sunt corde, didicerat, Christianum suo modo corpus suum tractare debere, quo arger tractatur, cui negantur ea, quae desiderat, quia illius obfutura sunt valetudini, & curationi, & qui multa haurire jubetur, quae perhorrescit. *Sic habere corpus suum sicut agrotum, cui etiam multum volenti, inutilia sunt negantur; nihil vero etiam volenti sunt ingerenda.* Franciscus corpori suo negabat & superfluum, & saepe etiam necessarium, ita ut crediderit jamjam moriturus sibi a corpore veniam esse petendam, quod cum illo hostiliter se gesserit. Verebatur enim, ne quod illi sub necessitatis praetextu concederet, esset superfluum; & fieret rebelli carni defectionis causa. Propterea bellum quod eidem indixit nullas habuit inducias; animae enim Deo per Religionem consecratae est semper arma deferre, & ad extremum usque spiritum praestari, donec in Dei sinu quiescat, qui asilus est, ubi nihil superest metuendum; ibi enim tuto vita ducitur procul a tentationibus, & Sathanae insultibus. Bellum militum breve; sed Monachi pugna quoad usque migrat ad Dominum durat. O vos qui corpora vestra saginatis; tamquam victimas ignibus aeternis! Vos hoc moveat exemplum, quod Ecclesia vobis non proponit tamquam inane spectaculum, sed tamquam prototypum, quod vos imitari opus est, nisi aeternum vultis interire. Corpus hoc, cujus tantam geritis curam, victima est, quam Deus a vobis requirit; intra vos est, quiddid ad sacrificium requiritur.

Franciscus imitatur corpus suum tamquam victimam. Quid Deus a nobis requirit.

Bernard. Praed. Ego. de monte Dei.

S. Epiphanius Exhortat. ad piet.

Super.

Origen. in  
e. 12. Ep. ad  
Rom.

Superbia vestra, Origenes inquit, una ex vicium est, quas Dominus expetit; avaritia, invidia, ira pecudes sunt in illius Sanctuario mactandae. Effunde, ut olim Franciscus harum victimarum cruorem, & oblatio tua accepta erit Altissimo in odorem suavitatis. *Has pecudes occide, & vellè iustis Deo. P. Chambemer serm. M.S.*

Sanctus hic  
jugulavit in  
se omnes  
sensu su-  
perbiae &  
praevalenti-  
ae.

Franciscus jam id consecutus erat, ut in se omnes superbiae sensus extingueret, qui in hominum animis facile suboriuntur, quippe mundo, omnibusque naturae sensibus erat crucifixus. Hinc in illo oriebatur hoc obediendi desiderium, & cupiditas semet illis submitterendi, quibus imperandi jus dignitas sua conferebat; cumque homines reliqui non aliud suapte natura studium vehementius fortiantur, quam dominandi caeterisque emicendi, Franciscus id unum optabat ut sese omnibus subiceret. Hinc pertinax illa repulsa, qua ad Sacrum Sacerdotii Ordinem numquam passus est promoveri, quo indignum se dicebat, optans magis imitari abjectiones Dei, descendens ad homines, humiliari, & exinaniti, quam cum appetere characterem, quo elevabatur, & propius accedebat ad Deum. Verum securi Deus liberalitate vinci non potest, & quo plura illi tribuimus, eo majora nobis retribuit, & quo plura propter amorem ejus relinquitur, eo uberius jacturam nobis refarcit: ita sicut magis Franciscus suae paupertatis contentus erat, quam si omnes terrarum orbis divitias possideret, Deus illi coelestes propinabat delicias, eo usque ut gaudium, ac lætitiā inspiraret omnibus, qui illum intuebantur. Pariter in profundis illius humilitationibus, ac dejectionibus Deus illum gloria, & honore cumulabat efficiens, ut omnia creata etiam sensu, & ratione carentia illum revererentur, quippe ipsa etiam elementa naturam mutare visa sunt, ut illi obediant; belluæ naturalis feritatis suae obliviscuntur, ut illi blandiantur, aves intermittunt cantum suum, ne illius orationem interpellent; pisces ad illum accedunt, ut verbum audiant, perinde ac omnia hæc reverentiae testimonio nihil, aut parum essent, nisi ipsi mundi hujus Principes, Praefules, Cardinales, Summi etiam Pontifices, dum viverent, multo vero magis post mortem venerati fuissent, Populi confluebant ad illum, ac ad pedes illius sese prosternebant, quacumque transiret. Principes, ac primorum subselliorum viri in illius ordinem ingressi sunt; & honori sibi tribuendum esse censuerunt, quod fuerunt admitti; & nemo unquam ignorat quanta in veneratione magnus iste Sanctus hodierna die in Ecclesia habeatur, quin loquamur de gloria qua Deus in caelo ejus humiliactiones sit remuneratus: ibi enim potissimum adimpletur oraculum Evangelicum; homines ad majorem gloriae amplitudinem in caelis sublatum iri, quo magis illi sese in terris humiliaverint. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Zelus S.  
Francisci  
pro domo  
Dei.

Namquam vehementius, aut periculosius Ecclesia oppugnata fuit, quam miserrimis illi temporibus, quibus S. Franciscus vivebat, quæ ab erudito quodam Authore tempus noctis, ac tenebrarum vocantur; dies infames propter enormitatem omnigenorum visorum, propter crudeles, & cruentasque discordias, propter horribiles, & abominabiles hæreses. Saraceni omnes Orientis plagas inundabant, & Salvatori eripiebant eas provincias, quas primitus Apostoli subjecerant; Occidens ingenti hæreticorum numero agitabatur, qui in varios, detestabilesque errores distracti, omnes in hoc consentiebant, ut ad Romanam Ecclesiam funditus convellendam conjurarent. S. Petri solum tunc vehementius oppugnabatur, & quætebatur Federici II. Imperatoris persecutionibus: Sed malorum omnium extremum erat, quod Christianus populus alibi demerlus in vitium, nullo horum malorum sensu afficiebatur, & tantum aberat, ut remedium per poenitentiam quaereret, ut imo magis magisque Deum omni scelere genere ad iracundiam provocaret; atheismo, impietate, Sacramentorum contemp-  
tu.

simonia, scenore, impudicitia aliisque id genus criminibus, quæ in mundo grassabantur, & illi, qui se adhuc appellabant Catholicos, nomine tenus tales erant, ceterum noxæ. Tunc Franciscus de voluntatibus Dei, deque providentiæ consilio certior factus, penitus mandatis ejusdem obsequens, tamquam Elias alter igne zeli sui succensus assurgit, & inimicis Dei simul, & Ecclesiae se ipsum toridem flammæ sunt, quibus glacies cordium obduratissimorum liquecit: *Surrexit Elias tamquam ignis & verbum ejus, quasi flamma ardebat. P. Textier.*

Ecl. 41.

Videns Franciscus anemas sanguine Filii Dei demptas omnibus in locis interire, cum unus illis opem ferre minime posset, Ordinem instituit, cujus zelus non alios agnoscit terminos, quam longitudinem, latitudinemque orbis terrarum, & qui cum adhuc Sanctus viveret Patriarcha, jam in toto orbe Christiano late patebat. Hoc eodem zelo actus iter in Africam instituit, bis in Ægyptum profectus est Evangelium Saracenis, eorumque Principi annuntiaturus. Hic idem zelus docuit filios Sancti hujus cicures facere Cannibales, & Trogloditas, omnemque populos antropophagos Evangelii prædicatione. Hic idem invexit filios ejus in remotissimas terras, quod mercatorum non perversaret avaritia. Hic idem Patriarchæ illorum zelus effecit, ut quotidie maria traducant, omnia provocent pericula, ut ab una Oceani ora ad aliam pergant securi ardentem Francisci spiritum, & longius prolaturi fines imperii Domini, & sublati crucis vexillum super rudera delubrorum, ac idolorum cineres. *Idem.*

S. Francisci  
zelus in  
templorum  
reparatione.

Franciscus orans in Ecclesia S. Damiani Martyris vocem audit ex ore Crucifixi emanantem, qua jubetur facere opus, quod ultra vires illius possum omnino videretur; videlicet reparare templum illud jamjam collabens, & aras prostratas extruere. Quot divites tunc in superba illa civitate prima tenebant subsellia! Quot nobiles ibi suam magnificentiam, & luxum ostentabant! Quot mercatores superbas sibi ades condere moliebantur, quin de Ecclesia, arisque reparandis essent solliciti! Omnibus hisce potius divitiis, quam pauperi Francisco dirigi debuisset videretur Dei vox propter opus eorum opulentia dignissimum. Verum non merentur illi eligi a Deo propter munus adhuc egræ ob divitias, & opes quibus abutuntur, & in insanos sumptus disperdunt. Deus neque illorum bona vult, neque indiget eorum potentia, atque auctoritate. Sese convertit ad Franciscum pauperem, omnium egenum, ab omnibus, ipso etiam Patre suo derelictum. Mandat hoc Francisco, cui nulla sunt bona, estimatio nulla, nullum præsidium, auxiliumque; huic pauperi dicit Deus; repara templum meum, aras mihi restitue. Quis hoc loco non admirabitur Sancti hujus viri zelum! ad conspectum operis, quod alteri cuiquam visum fuisset impossibile, non hæret, neque aliud quaerit, nisi quomodo mandata faceat. Quærit quomodo imperata faciat; sed undenam initium sumat, quibus utetur subsidiis? Pauper, & solus neque conducere potest opifices ad ædificium hoc extruendum necessarios, neque camenta invenire, ac materiam ingenti huic operi necessariam, neque amicorum nomen, opemque prætexere, neque enim facile audiebatur. Sed habet, ille corpus, & brachia ad laborem idonea; ipse lapides movet, ipse incomparabili animo camenta trahit; unus ipse tanto huic operi totus vacat. Videtur pauper omnino solus circa magnum hoc ædificium; illum admirantur omnes, omnes illum animum considerant, & ad aspectum objecti ad animos commovendos aptissimi, quisque Sanctæ amulationis aculeis agitatur. Honesti viri se illi socios addunt, eique offerunt opem: divites non audent amplius citra verecundiam non excitari ad tantum Dei opus; qui omnium durissimi videntur, a bonis animabus trahuntur ad subsidium Francisco præ-

standum: Paulo post opus progreditur; templum omnino restituitur, & pauper unus virtute sua plus efficit, quam omnes regionis illius simul collectæ opes efficere potuissent. Tunc Franciscus novo ardore repletus, & adeo insperato ac admirabili eventu confirmatus, credens etiam se a divina Providentia vocatum ad alia complura ædificia sacra reparanda, omnes curas suas in id genus opera impendit. Invenit templum S. Petro dicatum omnino dirutum; tantam adhibet sedulam celeritatem, ut illud brevi curis ejusdem fuerit restitutum. Hoc ipsum præstitit in alio Templo, quod Reginae Angelorum sacrum erat, temporum injuria collapsum, & mox pietate, & zelo ipsius instauratum. *Ex collectione Sermorum.*

Materialium templorum ædificatio non poterat immensum Francisci zelum circumscribere; illius triumphus intra hos fines minimè terminabantur. Ecclesia Filii Dei, tot templis viventibus divinitatis repleta, ingens erat campus ad omnes curas illius occupandas. De templis hujusmodi reparandis agebatur, postquam tot materialia extulerat templa; quapropter ad illa S. Franciscus curas omnes impendit. Dirigit mores, & conscientias horum spiritualium Templorum; nempe Fidelium, quomodo autem: suscitando in Ecclesia populum novum ab omni avaritia, & ambitione expurgatum; novum instituendo Ordinem, per quem humilitas, charitas, & austeritates resplendere debebant; Ordinem, qui in tres diversos perfectionis status divisus decere potest omne foronarum genus, cuiuscumque sexus, ætatis, conditionis fuerit; virgines quin a mundi commercio recedant, nuptas, quin connubii vincula infringant; Ordinem, qui militem decet, magistrum, quin suas abdicet curas, Reges, & Principes, quin solis, subselliiisque suis dedecus inferant. *Collectio Sermorum.*

Solus S.  
Francisci  
zelus par-  
tuit mori-  
bus omni-  
bus reformandis.

Potentis terræ cum omni auctoritate sua divitibus avaris prædicent, relinquenda illis esse ea, quæ possident, atque iis omnibus nuntium mittendum esse; ne illi quidem oleum, operamque perdent dicentes ambitiosus, ut suos honores relinquunt, & sese exinaniant, impudicus ut suam carnem mortificent, & omne cum creaturis commercium infringant; nequequam pollicebuntur, excitabunt, blandientur, nihil proficient, hoc enim ad ipsos non pertinet. Franciscus autem mundi totius reformationem aggredditur, ad se plurimos attrahere conatur, quin illis alia pollicetur bona, quam paupertatem, & penitentiam, quin illis aliam mercedem proponat, nisi futuri sæculi; & tamen undequaque sub ejusdem vexillum mortales concurrunt, & cedit illi e sententia opus hoc, quod nequaquam fieri posse videbatur. Ad hoc autem quid agit? illustratus gratia luminibus manu sumit librum Evangeliorum, aperit illum, legit, explicat; atque tres hic loci occurrunt legenti: 1. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes. 2. nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calcemata, neque virgam. 3. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: quæ satis sunt Francisco ad illos pertrahendos, quos lucrari vult Salvatori. Nonne hæc erant e contra sitis superque ad illos deterrandos, qui sub illius disciplina vitam instituere cogitarent? Hos tamen per hæc ipsa conciliat sibi, & per hanc vitam austeritatem passim plurimi sese illi socios addicunt, ut cum illo poenitentiam exerceant, & deserant crucem Salvatoris. *Idem.*

Zelo suo  
sustulit  
Ecclesiam  
& Christi-  
anissimi spi-  
ritum semi-  
sopiti si-  
navit.

Quisnam post Apostolos fuit Verbi incarnati vidior imago, quam S. Franciscus Patriarcha, tot filiorum Pater, ac tot populorum Salvator? Nonne illum æterna Dei Providentia delegit, ut collabentem Ecclesiam sustineret, ut hæresum vim cohiberet, ut torrenti impietatis, & corruptionis morum adversaretur? Nonne hic accessit ad suscitandum Christianissimi spiritum ferme extrinctum in illis, qui nomine tenus Catholicici erant, atque Fideles? dicere possumus cum S. Bonaventura, gratia-  
*Isidori, Paneg. Tom. II.*

tiam benignitatis Salvatoris iterum in terris apparuisse in humilis Francisci persona, ut iterum mundum primi adventus oblitum erudiret ad impietatem fugiendam, peccatum execrandum, & inordinatis sæculi desideriis abrenuntiandum. Quod si iudicium ferre vultis de magnitudine, atque præstantia zeli Sancti hujus ex fructibus, quos tulit, recensete si vobis lubet innumeros martyres, Sanctarum Virginum millia, illustres, ac celeberrimos Doctores, Episcopos, Cardinales, Pontifices, quos Ordo hic florentissimus peperit Ecclesia Dei, & quin verba fiant de meritis, eximique virtute Antoniorum Patavinorum, Bonaventurarum, Ludovicorum Tolosatum, Bernardinorum Senensium, nonne dicere possumus, perpaucos visos fuisse Sanctos viros, qui adeo similes fuerint Filio Dei, quatenus Salvatori, & quibus hæc Apostoli verba possint convenire: *Vidit verò in me Christus? P. Textier.*

Instituto  
Ordinis S.  
Francisci.

Mirum profecto est hominem pauperem, omnium egenum, sine ullo præsidio, ope, protectione; qui videbatur mundi rejectanea, qui non nisi paupertatem, ac miseriam exemplis, verbisque suis præferebat, tot filios congregare potuerit, quos S. Franciscus. Nihil fecit plurimi undique ad illum confluebant, & illum confertim sequebantur. Verum quor ærunæ illi superandæ fuerunt in Ordinis sui institutione! Quot prælia! quot adversitates! quot undique oppositiones! Unus ex Summis Pontificibus, qui præ cæteris Sanctitatis laude floruerunt, præsto est, ut momento progressum adeo gloriosum exisset; sed vox cœlitus demissa illum deterreret. Renuit ille S. Francisci Regulam approbare; canque approbare vox altera de cœlo audita cogit. Ubi verò hæc superata fuerunt, Francisco victoria referente, tunc maxime opus suum cepit florescere. Discipulorum, filiorumque, numerus eo usque crevit, ut ad prima generalia comitia, quæ habita sunt, quinque Fratrum millia, quæ celaverant turbæ, inventa fuerint congregata sub Regula, & disciplina patris sui; universi humilis, pauperisque Francisci Filii. *Ex collectione Sermorum.*

Ordo Fran-  
cisci pluri-  
mos San-  
ctos viros  
peperit Ec-  
clesiæ.

Dici potest de S. Francisco, non secus ac de Salvatore, per sacrificium sui ipsius, quod obtulit Deo sine ulla exceptione, a divina Providentia tantam obtinuisse fecunditatem, ut Ecclesia meritis illius adscripserit, quidquid magnum, & præclarum Ordo ejus in terris operatus est. Per illius merita sex summos Pontifices Ecclesia consecuta est, qui eisdem leges scripserit; vidit quinquaginta septem Cardinales, quindecim Patriarchas, Episcopos vero, & Archiepiscopos numero carentes. Sanctus hic ordo refugium fuit plurimum Imperatorum, Regum, Reginarum, Principum virorum, atque mulierum, quos singillatim referre longum esset, & auditoribus etiam permolestum. Neque meminero centum, ac octuaginta Doctorum, qui Ordinem hunc ornarunt, neque Sanctorum hujus Religionis, qui sine intermissione prædicationibus suis ad peccatorum, & Infidelium conversionem adlaborarunt, & qui vitam Sanctitatem, ac miraculis claraverunt. Nonne igitur dicere fas est, hæc esse miracula, quæ S. Franciscus Patriarcha sudoribus, laboribusque suis operatus est; & hos præstantissimos esse fructus, quibus ille replevit Ecclesiam? *P. le Jeune Presbyteri Oratorii.*

Cum S. Francisci anima sensu doloris ob Salvatoris Passionem mirum in modum esset affecta, in singulas ferme horas erumpere tenebatur in questus, & clamores emittere, quos nullo pacto poterat coecere. Ideo cogebatur ille hominum evitare conspectum ac profundas adire solitudines, ubi laxare posset habenas piis sensibus, atque dolori. Verum est, quod tigrides, rupeque ipse ad querulas ejusdem voces, & lacrymas commoveri debuissent. Modò alloquebatur Jesum Christum, quasi illum corporeis oculis intueretur. Modò per Apostropham ad illum orationem convertebat. Heu! dicebat, tu pro me pateris, non ne melius erat, me nunquam ex nihilo eductum fuisse. Modò mi-  
raba-



rabatur quod creata sensu carentia eisdem non forent sensus, & non solverentur in lacrymas propter mortem Creatoris sui. Modò aviculas, arbores, rupeque alloquebantur; & videns aquarum rivulos de proximis rupibus dilabentes; vos igitur ad lacrymas usque commovemini fratres mei? Heu! quam mihi placet gemitus vester. Simul ploremus, numquam satis plorare licet! Hic sensus, ac dolor vester quam mihi suavissimus, & jucundus est! P. De Argentano ex Capucinarum familia: collatione 26. de Magnalibus Jesu Christi facti hominis.

S. Francisci miracula.

Potestas, quam placuit Deo S. Francisco communicare, tanta fuit, ut super omnes naturae partes se se extendisse dici queat. Sedavit tempestates, procellas lenivit, ac pluries eos liberavit, a quibus in manifesto naufragio invocabatur, illos de imis aquis eripiens. Potestatem habuit in terram illam ex sterili fecundam, uberemque efficiendo, quod praestitit in Hispania, eliciendo non sine miraculo fontes ad solum levandam eorum, a quibus orabatur. In aeternum dominium exercuit, tenebras noctis in lumen convertendo, cum prope erat ut ille, & comes illius in praecipit ruerent. Igne quoque imperavit prohibens, ne sibi dolorem inferret tunc etiam cum ab illo urebatur. Animantibus etiam imperabat avibus praecipiens, ut ad se venirent, canerent, aut silerent. Morbis omnibus, licet inveteratis medebatur, modò per solum Crucis signum, modò per aquae modium, in quam infusa fuisset pars extrema funis, quò praecinctus erat. Fecit, ut claudi incederent recti, ut audirent surdi, caeci viderent, muti loquerentur. Denique miraculorum ab ipso patratorum numerus tantus est, ut verè affirmari possit omnes terrarum partes virtuti illius testimonium perhibuisse. P. Texier.

Potestas & gloria quae gaudebat S. Franciscus per crucis virtutem.

Facile est ostendere Crucem non minus potestatis, quam gloriae S. Francisco procurasse. Perfectò imperabat elementis, & omnes universorum partes, quae Deo uni parent, Sancti nostri voluntatibus obediunt. Praedicat piscibus, & haec animantibus quae non furda minus, quam muta sunt, attente verbum Domini audiunt ex ore Francisci procedens. Silentium imperat avibus, quae occinentes incommodat Officium recitanti; caeque adeo religiosè imperata facessunt, ut non nisi obtenta facultate ad innocuum concentum suum revertantur. Simpliciter iussu morbos eiecit, & hi filii peccati Francisci innocentiam reveriti deserunt aegros, quos vexant, statim ac ille verba facit. Dæmones ipsi voluntates ejus reverentur, & quin oblucentur, deserunt corpora, quae ab illis obsidentur. Carcerum fores ad illius verbum referantur; & captivi liberatem recipiunt, simul ac open ejus implorant. Ad Sancti minas mare conquiescit, & parci nautis, qui procellis agitati illum ex nomine appellant. Denique nihil creatum illius non reveretur imperia, & hujus Sancti hominis innocentiae honorem adhibere detrectat. P. Senault Oratorii Prefayer.

Idem sequitur argumentum.

Ex Scripturis didicimus nihil in Filii Dei persona exitisse, quod aegris salubre non esset: ita nihil est in Sancto hoc, quod non operetur miracula, & potentia. Sed perinde ac voluisset se ipsum exprimere in Francisci persona, & efficere, ut in illo potentiam suam adorarem, quemadmodum effecerat, ut dolores suos in ipso admiraremur, vult, ut quidquid ab illo procedit, miracula operetur. Panis, cui benedixit, morbis omnibus antidotum est, frustra indumentorum ejus eiciunt dæmones, & arcent tempestates. Aqua ipsa, qua suos pedes abluerat admirabilium curarum effectrix est; & quasi virtus ipsius esset effusa in res omnes, a quibus tangebatur, ne una quidem erat, quae insigni aliquo prodigio non insigniretur. Iussa illius, etiam in ore Discipulorum ejus, crant dæmonibus terribilia, & cum illis per filios suos imperabat, ut vel obsessum relinquerent, vel ex aliqua domo egredierentur, potestati ejus obtemperare tenebantur. Denique Sanctus hic Patriarcha fuit adeo potens operibus aequè ac verbis, ut ad vitam suscita-

verit mortuos octo; neque mirum est, si Sanctus ille, qui ad vivum expresserat imaginem illius, qui antonomastice vita est, & resurrectio, participes fieret summæ potestatis divini hujus Magistri, qui fidelibus Discipulis suis pollicitus fuerat futurum, ut ad nutum suum montes ipsos de loco in locum transferrent. Idem.

Mors S. Francisci.

Cum mori proximum se S. Franciscus intelligeret, iussit in Templum deferri, ubi in elemosinam pannum, quo tegeatur, postulans in ipso vitae exitu bonum suae paupertatis odorem cupit effundere; & postquam sine bonis vixerat, morti pauperiorem. Arcessit ille filios suos; omnes pro beato parente suo preces emittunt. Sibi recitari jubet Passionem Domini, qua audita, exilem attollens vocem, ut Psalmum centesimum quadagesimum primum pronuntiaret, satis habuit virum, ut hæc Deo verba dirigeret, quæ in postremo Psalmi versiculo sunt: Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me expectant justi donec retribuas mihi. Quæ mors! Quænam in eo terribili momento confidentia! Hic Sanctus est ardentissimo Dei amore correptus; numquid licet ambigere? Numquid non præclara nobis suppetunt, magnitudinis, celsitudinis, & puritatis amoris ejus argumenta in sanctis extralibus, suavissimis raptibus & impetu illo, quibus dum viveret, a Deo fuit donatus? Purissima flagrat charitate, tamen extremum ejus suspirium refertur ad spem. Præstolarur, sperat, mercede illectus, quam promisit Deus diligentibus se, exclamat: Ne expectant justi donec retribuas mihi. Post hæc postemum ne adhuc ignorare, quo animo Franciscus spem hanc Christianam foveret? Quæ mors? & quæ in morte confidentia? Mortem expectat, sed postquam se se humiliavit, mortificavit, ciliciis uncinulisque laniavit, jejuniis, & austeritatibus ad maciem redegit; sed postquam indefinenter toto vitæ spatio petulit Crucem. Nos verò in morte adeo præfidentes erimus, ut mercedem expectemus? Quomodo vero? in honoribus, in voluptatibus, in divitiis, in molliæ. Non expavescimus, ne, quia Dei munera, ac mercedem recipiamus, potius justis miserorum suppliciiis damnemur? Et dicere audemus, ad Francisci remunerationes recipiendas, nequaquam opus esse mori, ut ipse mortuus est, & ut sicut ille moriamur, nequaquam, ut ille vixit, nobis esse vivendum? Opus est, ut sicut ille nobiliter præparemus thesaurum in Cælo per humilitatem, paupertatem, mortificationem; atque ut cum hac Francisci confidentia moriamur, opus est, ut vitam similem vitæ ejusdem duxerimus. Ex Collectioe Sermonum.

Quomodo S. Franciscus Abbatem imitari valeamus.

Hoc vobis Sanctitatis exemplar hodie propono, & si locus, ex quo vobis spectandum proposui, non est cæterorum celeberrimus, credidi tamen hunc illum esse, qui præ cæteris aptissimè ad imitandum proponeretur. Hic homo fuit perfectè mortuus, & crucifixus Mundo per extremam paupertatem, per integram mortificationem, & per profundam humilitatem, quæ effecit, ut ille semper quereretur humiliaciones, & Crucis ignominiam in deliciis haberet. Per hæc evitit, ac diruit, Salvatoris exemplo, præcipua Mundi inimici Deo placita, & in his illum imitari pro viribus debemus. Pauca vobis attingi de sublimibus illius contemplationibus, de ardenti charitate, quæ illi Seraphici Nomen promeruit, deque Apostolico zelo, quo infinitas animas lucratus est Deo; hæc enim sunt vel dona celestia, ad quæ nobis nullum jus est, vel virtutes non sunt statuum omnium, aut personarum. Sed opus est ut moriamur, & crucifigamur Mundo victuri Deo, & veri Fideles futuri. Hæc solemniter profitemur in Baptismo, sub Crucis vexillo cælesti militiæ nomina dantes. Verum non ne publicam hanc mentis fumus professionem fecuti Mundi hujus elementa, factique nostrarum cupiditatum mancipia? Nos autem, si minus Deo nos ad ita sublimem perfectionis gradum fuimus evocati, re nulla dispensari possumus, quominus crucifigamur Mundo secundum statum, & conditionem.

tionem, in qua nos Providentia constituit. Si minus Evangelium abfolutum vobis injicit necessitatem abrenuntiandi bonis omnibus terræ, ut sequamini adeo arctam paupertatem, qualem S. Franciscus amplexus est; quomodo hoc ipsum Evangelium vos obligare non potest tot præceptis, tot minis, tot etiam maledictis, quæ contra divitiarum jactulatur, ut saltem nexum illum infingatis, quohis bonorum generibus inhæretis? Si minus a vobis exigit, ut gaudium vestrum in Crucibus collocetis, & mortificationem in deliciis habeatis: co-

gitate saltem, Cælum non nisi per vim rapi: Crucem viam esse, per quam illud acquiritur; præsentiam, & mortificationem esse media ad illius acquisitionem. Si minus vos obligat, ut humiliaciones confectemini, & gloriemini in opprobriis, quod fecit S. Franciscus, nihil tamen vos eximere potest quo minus patienter sustineatis, & ex corde parcatis illis, a quibus vobis infertur contumelia. Pro virili imitantes Sancti hujus virtutes, cambidem mercedem, quam ille recepit, assequimur. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

PRO SANCTÆ THERESIÆ SANCTIMONIALIUM CARMELITARUM INSTITUTRICIS PANEGYRICO. MONITUM.



Ovissimis hisce seculis suscitavit Deus Sanctam Theresiam ad reformatum Carmelitarum Ordinem, qui a primo spiritu, & veteri Regularum suarum austeritate descenderant. Hoc autem magnam opus tanto zelo susceptum, ac tam felici eventu abfolutum, licet saeculares, & Ecclesiastica Potestates, & severi obices alii, qui superari nequaquam posse videbantur, adversarentur; hoc opus, inquam, in quo Dei Dignitas palam visus est, æquissimo jure Sancta Virgini gloriosam promeruit sedem inter Institutores Ordinum Regularium sexus utriusque.

Adde his præter Fundatricis titulum, qui illi cum aliquot aliis communis est, præstantiam Spiritus Sancti hujus, animum heroicum, sublimem scientiam, scripta unitione, ac doctrina profusæ celestis manantia, revelationes, & singularia beneficia, quibus divinitus cumulata fuit, virgines, & supernaturales gratias, quæ animam locupletare possunt, & quibus anima ejus orata fuit, ac tandem labores illius pro Dei gloria, susceptos efficere, ut Ecclesia hodierna die illam veneretur tamquam unum ex præcipuis luminibus suis, & ut Concionatores numero carentes hodierna die laudes ejus concelebrant. Sed reor ad hoc ut habeatur Panegyrica Oratio de præclaris dotibus, quæ in Sancta Theresia emittuntur, de donis, quibus cælestis aucta est, & singularibus prerogativis, quibus adeo nobilitate, & illustri effulgeta est, non aliam inquirendam esse rerum copiam præter illam, quam ipsa nobis in vitæ sue historia suppeditat, quam Confessorum jussu conscripsi, & quadam solum admisceada esse ornamenta narrationum suarum, quas summa cum modestia neque satis unquam admirabili humilitate describit.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

Multa filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Prov. 33.



Sancta virgo, de qua vobis hodierna die verba vobis facturus sum, opus non habet, ut in laudem ipsius utar illis comparationibus, quas non satis prudens devotio, & zelus eliciunt quandoque ex ipso etiam ore Concionatorum. Abste quod insignem sanctitatem virginem aliarum detrimento audeam extollere: integrum Salvatori, cuius gratia sanctificatae sunt, relinquendum est iudicium de Sanctitatis earum mensura: mihi verò sufficit S. Theresiam nominare, ut sublimem vobis adstruam conceptum virtutis, & Evangelicæ perfectionis: sive illam intuear in hac orationum, & cognitionum elevatione, ad quam Deus illam vocaverat; sive illam spectem novo præpositam populis, cuius regimini Deus illam præfecerat, sive illam considerem in illis amoris, & charitatis excessibus, quibus anima ejus passim rapiebatur; mihi videor illam semper aliis eminentem videre. Communes, tristesque virtutis vias illa deseruit, ut per recentes, ignotasque pergeret ad Deum. Satis mihi non est hodierna die aliquas actionum ejus tradere cognitiones: sed ferè animus, si valuo, aperite vobis mentis, animaque illius pene-

tralia, ac vobis ostendere, quid cognovit, quid optavit, quid promisit, videlicet  
1. Sublimes cognitiones illius, quæ mentis ejus magnitudinem detegunt.  
2. Heroica illius desideria, quæ magnitudinem cordis ejusdem aperiant.  
3. Non communes illius promissiones, quæ profundam imprimunt venerationem erga dona, quæ cælestis recepit. Tria hæc proculdubio Argumento meo venerationem conciliabunt. Faxit Dei Spiritus, qui magnos hosce motus peperit in corde Theresie, ut virtutum ejus narratio non sterilem in nobis ciat admirationem, sed sinceram patriarum Sanctitatis ejusdem imitationem. Flechier.  
Omnis gloria ejus Filie Regis ab intus. Psal. 14.  
Frustra Sanctæ Theresie vita solam oculis nostris offerret miraculorum, virtutumque congeriem: omnisque harum nitor suspicione nequaquam careeret, nisi admirabilis hæc Virgo præcipuum fulgorem suum ex interiori parte, ab intus, mutuaretur. Tota interioris vitæ perfectio sita est in usu cordis perfectio, & perfectus hic usus a tribus rebus proficiscitur, videlicet ex interiori cordis puritate, ex jugi cordis exercitatione; & ex ea cordis exercita-

IL

ione, quae semper ad maximam tendit perfectionem. Cor habere debet omnimodam intentionis puritatem, ut Deum unice queat; debet jugiter in motu, & exercitatione versari, & hac exercitatio, atque motus hic semper, quoad fieri potest, esse debet perfectissimus. Hoc pacto corde usa suo est Theresia.

1. Deum quaesivit sine exceptione, aut divisione. 2. Deum quaesivit sine tepore, ac intermissione. 3. Ad illum quaerendum omnes impedit cogitationes, actiones, quantum fieri potuit perfectissime. Ex Panegyricarum Orationum Specimine.

III.

Obsecro, ut fiat in me duplex Spiritus tuus. 4. Reg. Sicuti admirabilis Sancta Theresia quodammodo ad vetus, novumque pertinet testamentum, atque in se utriusque Sanctitatem amplexa est, quemadmodum alibi dictum est de glorioso Filii Dei Praecursore, mirum esse non debet, si dico spiritum quoque illius fuisse divisum: nam quatenus Carmeli, & Eliae Magni filia, duplicem illius spiritum hereditario veluti jure consecuta est, videlicet lumina Prophetiae hujus divinitus illustrati, & ardore zeli ejus prorsus igniti; quatenus vero Ecclesiae Filia, quo nomine semet ipsam appellavit, hereditavit spiritum crucis, & passionum, quem hominum Salvator legavit omnibus filiis suis, sed peculiariter dono dedit Virgini huic, quatenus Sponsa sua, quae illum in dotem accepit, & ejus characterem gestare voluit tamquam rei, qua nulla eidem esse antiquior. Ecce quam in re hodie constituere fert animus admirabilis Sanctae hujus elogium, quod longè omnia excedit elogia: ita ut non solum duplicem spiritum obtinuerit, quem Eliseus petebat, sed triplicem, qui eidem necessarius erat ad ea exequenda consilia, quae Deus per illam complecturus erat, & qui peculiariter ejusdem characterem constituit; quoniam simul conjunxit.

1. Penitentiae, & Crucis Spiritum cum vita innocentia. 2. Altissima contemplationis lumina cum pueri obedientia, ac simplicitate, finens se divino Spiritu duci, qui per directores suos illam moderatus est. 3. Eliae zelum cum suavitate charitatis, quae legis antiquae spiritum moderatur, ut universum terrarum orbem Jesu Christo lucretur. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

IV.

Certamen forte dedit illi, ut vinceret. Sap. 1. Sancti magna propter Deum operati sunt; verum si hoc de omnibus generatim affirmari potest, hoc potissimum tenendum est de incomparabili Sancta Theresia, cujus constantia invicta fuit, & amor erga Deum sine fine, & mensura. Diu paruit prolixis gravibusque tentationibus, & diu molestis jurgibusque morbis afflictata. Mortales languores, inexcogitabiles ariditates, haud intermissa mortificationes eam diu mortem inter & vitam ancipitem tenuerunt. Saepe se a Deo suo credidit derelictam, quin illo vel coelesti, vel terreno solatio afficeretur. Omnia consiliis suis adversari, & ad excidium illius conjurare videbantur; tamen Theresia semper firma, constans, & fidelis adhæsit Deo suo. Viginti, & duo tentationum anni fidelitatem ejus concutere, zelumque laxare non valuerunt; & quantumvis gravissima illi sustinenda fuerint certamina adversus homines, demonesque; Jesus Christus, cujus intentio sancta, & adorabilis est, eam illis non implicuit, nisi ut inde gloriosior, atque triumphis auctior evaderet; Certamen forte dedit illi, ut vinceret. Victrix in praelio suae humilitatis contra sublimem scientiam suam: victrix in praelio amoris sui contra siccitates, & ariditates suas: victrix per virtutem constantiae suae contra impedimenta, quae obtulerunt, ne Ordinem suum reformaret. Videbitis igitur in hac admirabili Sancta

1. Humilitatem eò profundiorē, quò lumina illius altiora erant, & niidiora. 2. Amorem Dei eo ardentiorē, quò magis ariditates ejus illam mortificabant.

3. Animum magis invictum, ac ferventem, quò magis insuperabiles videbantur obices, quos superavit. Sermo M.S.

V.

Dominus mortificat, & vivificat. Dominus pauperem facit, & ditat. 1. Reg. 2. In Sancta Theresia elogio considerare possumus divitas gratiae Jesu Christi cum hac admirabili Virgine. Quia conjunxit

1. In corde suo dulcedis amoris sui, cum austeritatibus passionum suarum. Dominus mortificat, & vivificat.

2. In mente sua maximas elationes gratiae cum profundae humilitatis suae submissionibus. Humiliat, & sublevat.

2. In virginali corpore sterilitatem, & paupertatem cum opibus, & fecunditate in Ordinis sui institutione; Dominus pauperem facit, & ditat.

Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, & faciens misericordiam his, qui diligunt me. Exodi 20. Satis significari non potest quam sit Dei bonitas, & indulgentia erga animas, quas ad se studet pertrahere.

VI.

1. Ille primus est ad illas amandas; amor praeviciens adducit illum.

2. Nullam vult divisionem in corde, quod ipsi donatur; amor zelotypus illum sollicitat.

3. Bonis, ac favoribus cumulatur illos, qui cum semel adhererint illi; fidem inviolabilem servant; hic prodigus amor est, qui bona eadem effundit.

Hoc apparuit in Sancta Theresia; caque erit e-logii ejusdem divisio. Ex collectione Sermonum.

Verè affirmare licet S. Theresiam fuisse miraculum sexus sui, & eorum, qui saeculo suo ardentissime Mundi Salvatorem amaverunt. Nanique in hac admirabili Virgine observare possumus

1. Quid fecit pro Jesu Christo. 2. Quid passa est propter amorem illius.

3. Quid dixerit, & scripserit de illo, & propter illum. Haec tria nobis certissima praebent ceteri amoris ejusdem erga Salvatorem monumenta. P. Saint Jure, in tractatu de cognitione, & amore Domini nostri.

VII.

Venite, & videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram. Psalm. 45. Si quis dubitaret, Deum esse admirabilem in operibus suis, hoc meridiana luce clarior est, & natura tota, omnesque universorum partes facile hunc ergorem possunt auferre. Verum si Deus unquam in veteri, novoque testamento prodigia operatus est, pro certo affirmare possumus, ab eo unum paratum fuisse in persona admirabilis Virginis illius, cujus elogium facturi sumus; quod in tribus potissimum rebus possumus intueri.

VIII.

1. Ex hac Sancta Virgine fecit prodigium amoris divini, quem illa ad altissimum perfectionis gradum provexit, quod liquet ex omnibus vitae illius partibus.

2. Deus in hac incomparabili Virgine fecit prodigium constantiae, & fortitudinis, quod innoscit ex frequentibus arumnis, & oppositionibus, quas superavit in consiliis, in quibus Deus opera illius uti voluit.

3. Deus in Sancta hac Virgine fecit admirabile scientiae, & cognitionis prodigium, quod facile intelligitur ex incomparabilibus operibus, quae nobis reliquit. Vetus auctor.

IX.

Ordinavit in me charitatem; Vel secundum aliam versionem: Vulnerata charitate ego sum. Cantic. 2.

In S. Theresiae vita narratur cor illius transverberatum fuisse jaculo ardenti, quem in illam Seraphin contorsit: ubi possumus videre, charitatem ut plurimum tria inferre vulnera, quae Sancta hac nostra passa est.

Primum est dolor peccatorum, quae licet levissima, tamen contritionem amarissimam pepererunt.

Secundum est amor ardens erga Deum suum, cujus ardore dicere possumus illam fere semper inter mortem, & vitam redactam fuisse.

Tertium fervor zeli sui pro salute proximi, pro quo passa est quicquid humanitati ferri potest.

Attir.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, Figura Biblica huic argumento convenientes.

Loci, qui generatim convenire possunt S. Theresiae.

X. Affirmari potest citra ullam dubitationem, Sanctam Theresiam praeditam fuisse adeo excellenti virtute, Sanctitate adeo sublimes, ut dicere valeamus. 1. Initia illius fuisse virtutes eximiae perfectionis.

2. Progressus ejus fuisse prodigia, ut liquet ex actionibus illis, quas propter Dei amorem operata est.

3. Perfectionem ejus quodammodo fuisse participem status gloriae, & perfectionis Beatorum, quod cognoscere est ex sublimitate contemplationum ejus.

Misericordias Domini in aeternum cantabo. Psalm. 88. S. Theresiae vita prodigiis ita fecunda est, ut in ea facile tria miracula connotare valeamus.

1. In electione, quae de illa facta fuit a Deo ab aeterno, ut mundum lumine doctrinae suae divinae potius, quam humanae illustraret.

3. In electione, quae de illa facta fuit a Deo, ut ostenderet hominibus, quem usque ad sublimitatis gradum nos possit adducere divini amoris ardor, ubi semel corda nostra pervasit. P. Novet in Meditationibus.

PARAGRAPHUS II.

Fuentes, unde hauriri copia potest ad has sermonum structuras exornandas, & Auctores, qui hoc argumentum pertrahant.

Scriptores Vitae Theresiae.

Cum S. Theresia per se jussu Confessariorum, ac Directorum suorum vitam suam scripserit, & fustis omnes actiones suas reculerit; quicquid de illius virtutibus, gratiis, ac favoribus, quibus castius donata fuit, homines sciunt; quicquid de incomparabili hac sancta dici potest, & quicquid ad Orationem panegyricam exornandam inservire potest, ex hoc fonte desumptum est.

Historia generalis Fratrum Excalceatorum eandem vitam adfert.

Inter flores de vitis Sanctorum Ribadeneirae addita fuit S. Theresiae vita cum aliis nonnullis.

Baillet in Vitis Sanctorum, historicè ac diligenter omnes attulit circumstantias actionum suarum, & ad calcem pulchrum addidit ejusdem elogium.

Hermant in historia de Ordine Regularium institutione habet compendium vitae Sanctae hujus. P. Croiset in Asceticis Exercitationibus in singulos anni dies.

P. Haincive sub finem meditationum Parte quarta unam habet pro die festo Sanctae Theresiae.

P. Novet in meditationibus de vita Jesu in Sanctis suis, die 15. Octobris tres habet hujus argumenti.

P. Saint Jure l. 4. de cognitione, & amore Domini nostri S. Theresiam recenset in albo eorum, qui ardentissime Dei filium amaverunt; & adfert argumenta; narrat etiam quomodo Seraphin cor illius telo ignito transverberaverit.

Flecher in Panegyricis. Bicoat Tomo 2. Panegyricorum.

P. Senault ex Oratorio tomo 4. sermonum.

P. Duncan in Panegyricis praecipuorum Institutuum Ordinum religiosorum. Auctor Sermonum in omnia argumenta tomo 3. Panegyricorum.

In Collectione sermonum in Evangelia Quadragesimae, & alia plura argumenta, unum invenies hujus argumenti.

In Specimine Panegyricarum Orationum Tomo 2. tria sunt Sermonum hujus argumenti compendia.

P. Texier Sermonem unum habet de hac Sancta Tomo 2. Panegyricorum.

Harary, Paneg. Tom. II.

Omnia gloria filiae Regis ab inuis. Psalm. 44. Confitebor tibi Domine Deus meus, & glorificabo nomen tuum in aeternum, quia misericordia tua magna est super me, & crucisti animam meam ex inferno inferiori. Psalm. 8.

Misericordias Domini in aeternum cantabo. Psalm. 81. Mulierem fortem quis inveniet? Prov. 32.

Multa filia congregaverunt delicias, tu supergressus es universas. Ibidem.

Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in justitia, & iudicia, & in misericordia, & miserationibus. Osee 2.

Quis coronat te in misericordia, & miserationibus. Psalm. 102.

Vivo ego jam non ego, vivis vero in me Christus. Ad Galat. 2.

Defiderium habens dissolvi, & esse cum Christo. Ad Philipp. 1.

Venite, videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram. Psalm. 45.

Loci, qui applicari possunt passionibus, & mortificationibus ejus, & amoris Crucis.

Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Psalm. 43.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato. Roman. 6.

Qui Christi sunt canem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentiis suis. Ad Galat. 5.

Semper Mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Corinth. c. 4.

Dominus mortificat, & vivificat. 2. Reg. c. 2.

Fidelis sermo; nam si commortui sumus, & convivemus; si sustinebimus, & conregnabimus. 2. Ad Timoth. 2.

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ad Coloss. 3.

Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11.

Loci ad humilitatem, paupertatem, Charitatem ejus spectantes.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ne inhabitet in me virtus Christi. 2. Ad Cor. 11.

Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Ibidem.

Non judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. 1. Cor. 2.

Exempla, & Figura ex Scripturis desumpta.

Jucundissimae consolationes, quibus Deus olim S. Theresiam cumulavit, & rigores, quibus ejusdem periculum fecit, eam similem praebent Aetate veteris testamenti, in qua continebatur Mana symbolum suavitatis, & Virga Aaronis symbolum severitatis. Cum in Cruce contrahat Jesus Christus aetam cum sanctis animabus affinitatem, primum adducit illas in Calvarium, mox traducturus in Thabor. Non sine acerbissimis hisce conditionibus, in partem accedis, o incomparabilis Theresia, bonorum, quae ad dilectum pertinent sponsum. Gavisus es plurimis privilegiis in amoris ejusdem deliciis; plurima etiam in passionibus ejus assequeris. Sinet ille, te longis, saevisque morbis afflicti; sinet te humanis persecutionibus exerce-ri, & rabici demonum objici. Ita patietur dilectus tuus, ut plurima, & a natura, & a proximo tuo, & a

S. Theresia comparata arce mana, & Aaronis virgam capient.





Ius contumelias. Quoties defecit illa cum Prophe-  
ta ad intuitum immanis multitudinis peccatorum  
legem Dei perfringentium? Quis describere posset  
gemitus amarissimos castæ hujus columbæ, consi-  
derantis clades, quas inferebat hæresis miserimo  
eo sæculo, quo Deus hæreditatem suam inimicis  
dereliquisse videbatur! Quem lacrymarum torren-  
tem illa non effundebat, sibi fingens ingentem nu-  
merum Templorum ab Hæreticis everforum, qui  
turpiter Salvatorem de propria domo ejiciebant,  
absit verbo invidia, & qui ne locum quidem illi  
relinquere velle videbantur, ubi caput reclinet!  
Quinam sanctæ indignationis motus in corde il-  
lius suboriebantur cogitantis indignitatem, qua ho-  
minum ingratitude excipiebat dilectum Sponsum  
suum in ipso etiam throno misericordiarum sua-  
rum, & in adorabili Sacramento, in quo omnes  
amoris sui divitias exhaustis, Nonne poterat illa  
dicere cum S. Paulo. *Libenter impendam, & su-  
perimpendam pro animabus vestris?* Quoniam arden-  
ti zelo flagrabat, ut animas Jesu Christo lucrare-  
tur! Quotidie ob hunc effectum preces suas offe-  
rebat Deo. Excitabat Evangelicos præcones; &  
formabat ministros, & operarios vineæ cœlestis.  
Voluisset illa quocumque ferre fidei lumen, si se-  
xus sui decor id permisisset; & sæculi sui mala re-  
cogitans exclamabat, heu! Domine, mundus, &  
Sathanas quotidie tibi eripiunt animas, ego vero  
ne unam quidem lucrati potero tibi?

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiæ Sanctorum Patrum, aliorumque  
auctororum; huic argumento applicabiles.

**N**on est satis rectè facere, nisi etiam maturare  
adjicias, quod facis; Uberiores fructus habet  
celerata devotio. S. Ambros. l. 1. de Cain.

Sicut ignis quo plus accipit nutrimenti, eo major  
rem accipit remunerationem; ea enim accessione ma-  
teris augetur, non obtunditur; ita Dei dilectio ac-  
cenditur divinorum rerum contemplatione. Theodo-  
retus Orat. de Charitate.

Magnum quiddam est generosus, & ingens ani-  
mus, & propterea promptitudine opus est, ardore  
multo, animo ad mortem expedito: alioquin non li-  
cet, nisi Crucis Confixum, regnum assequi, ne nos  
ipsos fallamus. S. Chrysost. homil. 31. ad Popul.

Invisibilia tua conspexi, Deus meus, sed aciem  
figere non valui, & repercussa infirmitate ad solita  
reversus, non mecum ferebam nisi amantem memo-  
riam, & quasi olfacta desiderantem, que comedere  
nonnam posses. S. Aug. l. 7. Confess. c. 17.

Qua amat ardentius, currit celerius, & citius  
pervenit, perveniens non dico expulsiorem, sed nec  
conclationem patitur. Sine mora aperitur tamquam  
domestica, tamquam charissima, tamquam speciali-  
ter dilecta. S. Bernardus Serm. 3. in Cantico.

Da mihi ut amem te semper, quantum volo, &  
quantum debeo; ut tu sis solus tota intentio mea,  
& omnis meditatio mea. S. Aug. in Modis. c. 25.

Fac me in tuo conspectu cor contritum, & hu-  
miliatum semper habere cum lacrymarum abundan-  
tia. Idem ibidem.

Fac me ex toto desiderio tuo huic mundo penitus  
extingui, & transeuntium rerum oblivisci præ ma-  
gnitudine timoris, & amoris tui. Idem ibidem.

Quia tui valida est, ut mors, dilectio, absor-  
beat quasi mentem meam ab omnibus, que sub cœ-  
lo sunt ignita, & melliflua vis amoris tui: ut tibi  
soli inheream, solaque suavitate tue memoria pas-  
scar. Idem ibidem.

Dilectio vincere non potest, amor ipsam nomen dis-  
ficultatis erubescit. Idem.

Exit devotio supra etatem, virtus supra naturam.  
S. Ambros. de Sancta Agnete.

Præceptorem habuit Spiritum Sanctum. S. Basilius  
de quadam Martyre.

Virgo castitate, Mater est prole. S. Ambrosius.

Martyrium horrore quidem mitius, diuturnitate  
molestius. S. Bernardus de Religionis statu loquens.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologicæ penni deprimi potest in  
hoc argumento.

**D**uplex est via perveniendi ad cognitionem Dei,  
studium, & Oratio, Altera quidem per men-  
tis ratiocinationem illum detegit, altera per sensus  
cordis. Utraque idem considerant objectum, utra-  
que ad eundem finem tendunt; Cum hoc tamen  
discrimine: quod studium sæpe præsumptionem pa-  
rit, quia in communi spiritu nescio quod habet su-  
perbia fermentum, quod inflatur, ac scientia in-  
tumescit. Oratio parit charitatem, adest enim in  
orantis corde bonæ voluntatis principium, quod  
disponit ad veritatem audiendam, atque amplecten-  
dam. In studio acquirit homo; in oratione Deus  
largitur, & Dei liberalitas omnem hominis indu-  
striam exuperat. Per studium attollimur ad ea,  
quæ sunt invisibilia Dei, per eam, quæ sunt visibi-  
lia, & ad Creatoris excellentiam, per ea, quæ in  
creaturis excellunt. Per Orationem a Dei magni-  
tudine descendimus ad contemptum rerum omnium  
creatarum. S. Theresia non pervenit ad sublimes  
hæc cognitiones per ratiocinationem, sed per chari-  
tatem, & orationem. Quemadmodum credidit se  
omnia scire, si sciret Jesum Christum crucifixum; amor  
suis fuit sua ratiocinatio, oratio, & stu-  
dium. Divinus hic Salvator singulari gratia voluit  
esse illi libri loco.

Tria animam illuminant, collectio, humilitas,  
& charitas. Prima tenebras avertit, altera prome-  
retur lumina, tertia illa producit. Triplici hac via  
Theresia pervenit ad sublimes cognitiones suas.  
Undenam sit, quod in tenebris permanemus, ora-  
mus, & non ideo in divinis evadimus intelligenti-  
ores, & magis illuminati? Quia nimis nosmet  
effundimus in Mundum; quia quotidie congerimus  
nobismet rursam imaginum, quæ in mente nostra  
imprimuntur, singulique momenti illic instaurantur.  
Sensibus nostris, & cogitationibus omnia li-  
cere volumus, & quomodo credi potest, illas, ubi  
volucrimus ad Deum revocatum iri? Sinimus cor  
nostrum dilabi, & sexcenta mundana objecta con-  
sectari, & putamus nos illud inventuros esse, quo-  
tiscumque in oratione opus fuerit. Tota die,  
quanta est, obliviscimur Dei; numquid hic nobis  
pollicitus est futurum ut statim horis nobis occur-  
rat? Injuria id expectarem, quasi gratia introire  
posset in animam secularibus desideriis repletam,  
quasi vanitas cum veritate una stare possit, & æ-  
terna cum fluxis, & perituris; cœlestia cum ter-  
renis possent consociari! S. Theresia cautius se ges-  
sit; custodivit omnes aditus cordis sui, juxta Sapien-  
tis præceptum, omnesque actus suos secreta Dei  
præsentis cogitatione munivit: omnia objecta, qui-  
bus animus ejus afficiebatur, totidem erant oran-  
di, colendique Deum occasiones. Attente legem  
illius meditabatur, non secus ac artifex prototy-  
pum suum, ne ab illo ne latum quidem unguem  
secederet. Semper occupata, ut illi in actibus suis  
deserviret, vel illum in cæptis suis consuleret, vel  
in suis intentionibus inspiceret, vel ad eum in ne-  
cessitatibus confugeret, vel in operibus admiraretur,  
vel in beneficiis illum diligeret. Numquid  
mirum est, si nulla cupiditate perturbata reciperet  
Spiritus Sancti lumina, & si unice ad Deum co-  
gnoscendum intenta, Deus quoque sese eidem co-  
gnoscendum præbere querebat?

Animadvertendum est duo esse fervoris genera,  
alterum sensus, alterum consilii. Primum est cum  
anima sensibilibus gratiis illecta, & his benedictio-  
nibus dulcedinis præventa, de quibus loquitur Scri-  
ptura, currit in viis Domini in odorem unguen-  
torum illius, non secus ac sponsa canticorum.  
Lex illi non solum facilis evadit, verum etiam  
perjucunda; difficultates quæ virtutem comitantur,  
quo-

Per chari-  
tatem per-  
venitur ad  
Deum, & S.  
Theresia  
per hanc ad  
Deum nes-  
cogitationes  
pervenit.

Tria quæ S.  
Theresiam  
illuminan-  
t.

quodammodo ex semet ipsis sternuntur; & jugum  
Domini est illi suave, quoniam Dominus illum  
sustinet. Beatus ille, cui dignatur Deus ita cor di-  
larare, & veritatis, justitiæque suæ gustum tribue-  
re. Verum periculum est, ne sibi nimis in spiri-  
tualibus id genus prosperitatibus sibi complacat;  
ne fidelitas non satis integra ab omni cupiditatis  
specie habeatur; ne Dei donum tam diligatur,  
quàm ipse Deus, & ne voluptas, quæ in bono ef-  
ficiendo percipitur, sit pars remunerationis, quæ  
inde sperari potest. Adest etiam fervor consilii om-  
nino spiritualis, quo fit, ut accedamus ad Deum  
etiam ab illo recedere videamur. Sentitur totum  
pondus crucis, & nihilo secius patienter sustine-  
tur. Occurrunt in singula momenta obices, sed in  
imo corde possidet constantia sine præsumptione,  
& secreta vis, qua illi superantur. Non adest to-  
tus devotionis affectus, firmitas tamen illius non  
desideratur. Status durior quidem, sed perfectior  
fidelibus animabus, quia sunt magis Jesu Christo  
conformes, quia hoc pacto ingrediuntur in pro-  
fundiores nihil sui, & calamitatis cognitionem;  
& quia amor numquam major est, quàm cum om-  
ni carens alimento, quodammodo semetipso nutri-  
tur, atque in corde imo subsistit, inter frigus, &  
tenebras, quibus est involutum. Novit Theresia  
inter duo hæc fervoris genera se se conservare.  
Quem progressum affectu non est, cum Deus illi  
gustandas præbuit has dulcedines, ac supernatura-  
les delicias, quæ sunt effectus bonitatis & amoris  
sui! Nullus labor sufficere poterat zelo illius; nul-  
lus dolor poterat patientiam ejus fatigare.

Cum petit a nobis Deus, ut sancti simus, vult  
solum nos omnes conatus nostros exerere ut ac-  
quiramus perfectissimam Sanctitatem, cui cum opè  
gratiæ suæ pares sumus. Potissimum hoc munus  
Sancta Theresia perfectissime adimplevit. Duo vir-  
tutis scopuli, & duo fontes corruptionis, qui in  
omnem anteriorem, ac spirituales vitam se effun-  
dunt, sunt perquisitio, atque æstimatio nostrum met  
ipsorum. Duo præsentissima antidota, quæ illis  
opponit Religio sunt obedientia, & humilitas.  
Harum duarum fundamentalium virtutum subsidio  
Theresia semet sanctificavit. Obedientia perfecta il-  
lam præservavit ab oculis amoris proprii præsti-  
giis, quæ animæ, quæ non sunt omnino dociles,  
ac obedientes, vel intelligere, vel amovere non pos-  
sunt. Profunda ejus humilitas toto vitæ spatio eam  
præservavit ab erroribus, & illusionibus deplora-  
bilibus, quibus Deus sæpe superbas animas dere-  
linquit.

Neque confundenda est vis corporalis, cum vi spi-  
ritus. Sunt, qui in corpore forti, & robusto spi-  
ritum habent infirmum, & qui vicissim in infirmo  
corpore spiritum habent fortem. Vis spiritus, de  
qua verba facimus, in hoc sita est, ut quis magna  
aggrediatur propter bonum, & honestum finem,  
& ut cum firmitate sustineat oppositiones, & dif-  
ficultates, quæ in boni perquisitione inveniuntur.  
Hæc duo sunt hujus virtutis officia, pro priori  
magno opus est animo, pro posteriori, magna pa-  
tientia. Secundum Philosophi placita: fortius est  
sustinere, quàm aggredi. Et profectò videmus non-  
nullos qui magno quidem corde quasdam res ag-  
grediuntur; quæ sunt difficiles, & qui mox inte-  
pescunt; superati iis, quæ ipsi occurrunt, impe-  
dimentis. Hoc mea quidem sententia innuere vo-  
luit Sapiens. *Melior est patientis, viro forti*, fortem  
appellando qui aliquid aggreditur, patientem ve-  
rò, qui sustinet. Hac de causa patientia Martyri-  
bus potissimum tribuitur, quæ præcipua pars est  
fortitudinis, & quæ nobis maxime est necessaria;  
quapropter dictum fuit ab Apostolo: *Patientia vo-  
bis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes re-  
porteris promissionem*. Verum non dixit ille alte-  
ram fortitudinis partem esse nobis necessariam: &  
Ecclesiasticus inquit: *Fa eis, qui perdidissent sub-  
sistentiam*; non dixit autem va eis, qui magnum  
aliquid opus aggredi cessaverunt. Tota Christiani  
obligatio huc redit, ut tentationibus resistat: si re-

Quid exi-  
gat a nobis  
Deus ut  
Sancti eva-  
damus ut S.  
Theresia.

In quo sita  
sit vis spi-  
ritus.

Ethic. 3.  
6.

ad Hebr. 10.

Duo fervo-  
ris; & de-  
vo-tionis ge-  
nera; que  
in vita, &  
actibus  
S. Theresiæ  
postius de-  
prehendi.

stist, numquam lædit Deum; si Deum non lædit,  
perfungitur munere suo. Verum non desunt ani-  
mæ generosiores, quæ & aggrediuntur, & mox  
perferant in cæptis gloriosis, quod fecit Sancta  
Theresia.

Quamvis amor cognitionem supponat, & omni-  
no amari nequeat, quod omnino later; *ignotus mul-  
ta cupido*: Verum tamen est in Christiana Religio-  
ne amorem causam esse luminis, & ad Deum be-  
ne cognoscendum, sufficere illum rectè diligere.  
Amor ex D. Gregorio, cognitio est; neque cæcus  
est ut amor profanus: illuminat intellectum eor-  
um, quorum fovet voluntatem. *Amor ipse noti-  
tia est*. Hoc ita verum est, ut secundum S. Ber-  
nardi sententiam, non cognoscitur, nisi quantum  
amatur; & nemo in Beatorum scientia progres-  
sit, nisi quantum progreditur in scientia: *Quan-  
tum quisque diligit, tantum intelligit*. Veritas hæc  
nunquam magis refulsit, quàm in admirabilis The-  
resie persona. Nam licet illa omni studio care-  
rit, & nunquam Scholas frequentaverit, aut Theo-  
logorum legerit scripta; illa nihilominus docta fit,  
statim ac amari facta est Cherubin, statim ac facta  
fuit Ecclesiæ Seraphin, & simul ac amor cor ejus  
incendit, statim etiam lumina in ejus Spiritum im-  
misit. Ecclesiæ, quæ noverat Sanctam hanc divi-  
nitus illustratam fuisse, & non alium habuisse Ma-  
gistrum, nisi amorem, non matrem solum, sed  
magistram sui Ordinis vocat, & in oratione Offi-  
cii, ejus elogium brevi complectente eam non so-  
lum ex puritate, vel humilitate, non secus & alias  
Virgines celebrat; verum etiam ex ejus luminibus,  
& doctrina: *Cœlestis ejus doctrina pabulo nutria-  
mur*; Cœlestis scilicet, quia hoc nomine palam  
ostendit, doctrinam illi infusam fuisse in Sancti  
Amoris schola.

Quamvis in speciem nihil sit amore suavis,  
nihil tamen re ipsa illo est crudelius, & nisi im-  
perium ejus esset voluntarium, esset omnino tyran-  
nicum. Alitur ille suorum subditorum pœna, lac-  
rymis eorum inebriatur, eorum corore se abluit,  
& nunquam contentus est, nisi cum illi sunt mi-  
seri. Sacer amor, non minus austerus est,  
quam profanus, & sive ille in Calvario originem  
duxerit, sive hoc ingenium mutuatus fuerit a divi-  
na justitia, cui nostris sumptibus querit satisfacere:  
crucifigit Discipulos suos, & neminem in scho-  
lam suam admittit, quem simul ad martyrium sus-  
cundum non adigat. Illud vero mihi hæc in re vi-  
detur austerissimum, quod favores suos diluit ana-  
ritudine, & nullam concedit gratiam, quæ non  
sit cum dolore conjuncta. Si enim mentem cui in-  
jicit se se transformandi in Jesum Christum, qui  
altissimus honoris gradus est, ad quem valeat an-  
helare, hic numquam gloriosus Salvator est, sed  
patiens; & si divinus hic amor vult aliquem e se-  
clatoribus suis beatum efficere in hoc mundo, in  
hoc semper miserum facit, saltem juxta hominum  
opinionem. Principium hoc fidem constituit; faci-  
le est cuilibet amoris facultatem inesse transforman-  
di homines in id, quod amant; divinum autem  
semper fideles in Jesum Christum, & hunc crucifi-  
xum transformare.

Contemplatio, visiones, raptus, extases, oratio  
quietis plurimos, etiam inter doctos viros, censores  
inventiunt; hoc quippe orationis genus neque in  
Sacris Bibliis, neque in Ecclesiastica historia scri-  
ptum deprehenditur; neque satis constat hoc gene-  
re Orationis vel Sanctam Virginem, vel Aposto-  
los, vel primos fideles usos fuisse. Sed præterquam  
quod Scriptura non omnia refert, quæ hac in re,  
non secus ac in aliis plurimis, acciderunt, cum hoc  
argumentum non sit ex illis, quæ ad salutem sint  
necessaria, nequaquam opus fuit, ut in Scripturis  
hæc narrarentur. Illi, quibus non tribuit Deus  
hos sublimes orandi modos, non ideo semet im-  
perfectiores minusque Deo acceptos arbitrari de-  
bent, dummodo fideliter serviant illi pro virili par-  
te, & spiritus sui mensura; quoniam vera sancti-  
tas est virtutum exercere, & omnes actiones suas  
eorum

In Christia-  
na Religio-  
ne amor  
est præce-  
dit cogi-  
tationem, &  
quo chari-  
tas est ar-  
de-rior, et  
lumen est  
fulgidius.

Divinus a-  
mor licet  
suavis, est  
tamen au-  
sterus, quia  
nos fideles  
facit Deo  
crucifixo.

Quid les-  
tendum sit  
de factum  
genere ora-  
tionis S.  
Theresiæ.

coram Deo operari, quod amplius, ac præstantius est mera contemplatione. Vera devotio est pluris facere opera bona, quam sublime hoc opus orationis, quandoquidem effectus causæ ipsi præfertur, cum meritum magis in effectu situm est, quam in causa. Cum Dei potentia infinita sit, & providentia ejus admirabilis, cumulare potest bonis duos mortales, quos amabit, quamvis hæc bona sint gratiæ prorsus diversæ, & nobis etiam videantur oppositæ. Alter horum erit in elatione, alter vero in dejectione; alterius via floribus erit consita, alterius autem spinis conferta. Nonne hoc palam innotescit in diversis viis S. Marthæ, Sororisque illius? Non minus hæc Deo placebat, quam Magdalena, cur; hoc certum est, quod charitatis opera exercere saltem est ejusdem meriti, ac gaudere per avaritiam jucundissimo statu Beatorum solius contemplationis suavitate.

Via quæ nos adducit ad Deum per vias vite activæ, & Crucis, stratum est, a Salvatore ipso calcatum: hoc turissimum est, omnesque illius semitæ vulgo sunt cognitæ. Contemplationis iter obsecrum est, atque incertum, sexcentisque illusionibus obnoxium, quas demon serit vulgo in hac via, in qua plurimos sefellit. Admirabili Theresiæ ita persuasum erat, viam contemplationis non esse turissimam, ac plerumque illusioni patentem, ut quamvis maximam ætatis suæ partem in hoc orationis genere transierit, & eminentibus gratiis fuerit cumulata, filias tamen suas hortatur ad primum virtutum, quæ est vera via spiritualis, atque perfecta; & palam docet, per hanc viam incenditibus non esse cur invident aliis, qui sublimiores quidem vias calcant, sed minus certas, & periculo propiores. Et profectò non sequitur necessario, ut animæ, quas elevat Deus ad hunc orationis gradum, idcirco perfectiores illis sint, qui vias tenent communes. Cum anima ad sublimem hunc orationis statum sublata, est, debet magis, magisque humiliare se, peccata, ac infirmitates suas memoria repetere, & ea meminisse, quæ passus est Mundus Salvator, ut hoc pacto se se excitet ad peccatorum suorum poenitentiam.

Gradus per quos Deus elevat animam ad cognitionem divinitatis, & quomodo S. Theresiam elevaverit.

Considerandum est spirituum nostrorum elevationem fieri per cognitionem Dei, & luminum ejusdem communicationem; & ex mysticorum, & scholasticorum Theologorum sententia nos ad hanc cognitionem triplici via posse pervenire; videlicet per Orationem, contemplationem, & revelationem. Primus gradus, scilicet Oratio, quam Patres vocant ascensum mentis in Deum, homines attollit ultra sensus, imaginationem, & rationem ad Dei mysteria meditanda, ad illius veritates penetrandas, ad eliciendas illusiones ad doctrinam suam necessarias. Gradus alter est contemplatio, quæ actus est sublimior oratione simplici, magis pervadens in Dei consilia; in quo gradu spiritus minus agit; & Deus magis operatur imprimens per se sui cognitionem. Tertius gradus, quo utitur Deus ad animas elevandas super ea omnia, quæ creata sunt, revelatio est, reliquis præstantior, atque sublimior; quia Deus solus operatur, & non aperit solum animæ veritates, atque mysteria, verum etiam secreta, quæ a S. Paulo profunda Dei appellantur, quasi diceret Dei profunditatem; favor admirabilis, quem Deus largitur animabus, quæ illi sunt charissimæ; miraculosa communicatio gratiarum eminentium, quas effudit Deus in S. Theresiæ spiritum, cum peculiaribus privilegiis; ita ut dici queat; Virginem hanc admirabilem a Deo in Ecclesia positam fuisse, tamquam exemplum sanctitatis non communis cumulatae tribus præcipuis numeribus Orationis, ad quæ attolli possit anima, quæ est adhuc in via.

PARAGRAPHUS VI.

Loci delecti ex Asceticis, & recentibus Concionatoribus hujus Argumenti.

Dederat Deus S. Theresiæ spiritum acrem, perspicacem, attentum, suapte natura propensum ad ingentia objecta consecranda, idque propter magna principia; judicium solidum, quod non patiebatur se ullis imaginationibus præverti, neque speciebus ullis perstringi; quod semper fines optimos sequebatur, idque per media æquiora; & præstantiora; cor fidele, generosum, capax amandi multum, & minime capax amandi, quod non oportet; constantiam, quæ nullo pacto labefactari poterat cum hoc suæ salutis, vel gloriæ Jesu Christi interesset. Omnes hæc qualitates, quæ illam efficiebant aptissimam ad amandam veritatem, ad illam querendam, sequendamque, fuerunt quasi fundamenta rotæ luminum, atque virtutum, quæ Ecclesiam universam edificaverunt, & illuminaverunt. Ubi primum intellexit cognitionem Dei totam esse perfectionem sapientiæ, emundare cepit quidquid crassum, atque terrenis sensibus inest, veritate sine ulla dissipatione mentis perfrui. Volavit, ac per intervalla sicut aquila pulvis extulit se, ut lumen in ipso suo fonte intueri conaretur, & per communicationes, quas habuit cum Deo, repleta est ea doctrina quam Ecclesia divinam, & celestem appellat. *Flechar.*

Luminis, & sensus pietatis, quæ naturalis ejus ingenium pervenerunt.

Magna hæc Sancta edocuit, quid pro ipsa fecerat Deus, & quid ipsi pro Deo esset faciendum, de Religione, officiique suis se se erudiebat. Contemplata Incarnationis mysterium, se excitabat ad semer exinanendam cum Filio Dei, ad nascendum, moriendum, & resurgendum cum illo. Ex Salvatoris vita didicerat in Misericordiam ejus sperare, justitiam ejus vereri, beneficium illius gratias habere, & gratias ab illo repetere. Frequentibus communicationibus cum Filio Dei perfecit spiritum suum; etenim, si omnino fieri non potest, ut cum Deo summa sit charitas, anima, quæ ad illum accedit non inflammetur, quomodo nam fieri posset, ut cum sit summa veritas, illi, qui cum illo familiariter communicant, non obtineant, data ratione, majus lumen, & perfectiorem veritatem, & mysteriorum ejus perfectionem? Hoc S. Theresia adeo affluenter experta est, ut confessa sit plurimos dies confusam fuisse, atque perterritam. Libri æternitatis eidem aperti fuisse videbantur. Perspicuam habuit cognitionem magnalium adorabilium Verbi hominis facti, inexhaustarum divitiarum Sapientiæ, mirabilium thesaurorum gratiæ, discriminis providentiæ, & impressionis, quam efficit Dei spiritus in animas, quæ illi parent, & obsequuntur. Terra itaque illi facta erat tamquam locus exilii; ejus conversatio erat in cælo. Illic se se super omnia, quæ sensibus subiecta sunt, se attollens Deum quaerit tamquam fontem omnium perfectionis, & pulchritudinis; illum considerat tamquam boni totius originem, illum amplectitur velut veritatis, & bonitatis principium; se se immergit in contemplatione immensitatis, & majestatis illius, modo per raptus, impetus, extases; in quibus corpus ejus suspensum, & immotum permanebat; modo per animadyersiones, in quibus mens se Deo conjungens nullum ferme sensibus suis usum relinquebat. *Idem.*

Alius S. Theresiæ caracter.

Sancta Theresia sortita erat cor, quod quin communibus sexus sui imperfectionibus esset obnoxium, erat quodammodo expertis imperfectionum naturæ nostræ. Erat illi bonitas generosa, alienis compatiens arumnis; cor invictum ad magna quæque ingredienda, & exequenda paratum; sed præsertim capax erat amoris nobilis, & heroici, qui etiam antequam gratia emundaretur, erat quodammodo spiritualis, & nihil habens turpium infirmitatum, quæ sepe nobilitatem hujus affectus corrumpunt. In Theresiæ corde non erat, nisi valida, & potens pro,

propensio; qua par erat, ut se se integram devoveret ei rei, quam amabat. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Magna illius fides, cæcæque virtutes Chr. filia.

Nulla nobis reliqua est magis ad vivum expressa Theresiæ admirabilis imago, quam quæ ab eadem nobis tradita fuit. Ibi enim certissima nobis reliquit pulchritudinis animæ suæ documenta; ibi quin aliud quidpiam nobis exhibere studeat, quam imperfectiones suas, & Dei erga se ipsam beneficia, nobis ostendit fidem æque vivam, & puram, quæ semper minimam Scripturæ voculam, ac Ecclesiæ decisionem prætulit omnibus luminibus suis; spern contra humanas rationes inconcussam, quæ nunquam in irritum cessit; charitatem qualem S. Paulus descripsit, amorem veritatis, propter quam falsum putavit, quidquid vel Deus non erat, vel non erat Dei, & mendacium, quidquid Deo non placebat; humilitatem, quæ decebat magnitudinem, ad quam Deus illam proyeerat, & quæ mixta erat cum aliis naturalibus qualitatibus mentis, & virtutibus animæ suæ; puritatem conscientia, quæ illam ad levissimam criminis umbram religiosissimam faciebat, ut nonnumquam vitii colorem veris virtutibus allinens, negotium facebat oculatissimis Confessariis, atque ad omnia celeriter enucleanda paratissimis; zelum pro Dei gloria, & Ecclesiæ utilitate ex quo palam liquebat, non deesse illi Spiritum Eliæ, ardentem pauperatis amorem, in qua omnes mundi divitias se invenire putabat; inimitabilem animi abalienationem a quibuscumque creatis, perinde quasi jam esset in Cælo; heroicam magnanimitatem; virilem firmitatem, quæ longe supra sexum suum atrollebat, ut difficillima quæque aggredere, patientiam in morbis corporis, iniquorum persecutionibus, bonorum contradictionibus probatissimam; summam in Deo sine ulla exceptione confidentiam; unionem cum illo, quam neque ipsa illa nobis significare non valuit, & cujus ne ideam quidem atsequi fortasse potuissent profundissimi rerum Mysticarum Doctores. Hæc est Theresiæ tabula manu ejusdem delineata. Hanc imaginem eo cultu prosequi debemus, quo Sanctos omnes veneramus, in quibus Deus propria dona sua coronavit. *Ballet in vitis Sanctularum.*

Magna Dei de S. Theresiæ consilia, & in quæ qualitates, quibus illam emoverat Deus, ut eadem exequeretur.

Quemadmodum Deus ingentia conceperat de S. Theresia consilia, & ab æterno delegerat eam, non solum ut unam ex primis seditibus occuparet inter delectas animas divino amore flagrantes, verum etiam ut aliquando in Ecclesia sua sublimem Charitatis scientiam traderet, & claustra Seraphin carne amictis replet, dedit illi in tempore qualitates omnes, quæ ad hunc finem maximè conferre possunt; dedit illi locuples ingenium; spiritum sublimem, & elevatum, cor magnum, & par multum amando. Neque defuit Sanctus hic amor in exequendis consiliis suis, quominus Theresiam singularibus benedictionibus prosequeretur. Ab ipsa pueritia in mente ejus vehementer æternitatis cogitationem impressit, ita ut parvula sapiens magna hæc repeteret verba, *Æternitas, Æternitas; Æternum beata, vel æternum misera! Elige Theresia, Immenstæ hujus æternitatis adspæctus detexit illi primum creaturarum vanitatem, pro quibus ex eo tempore tantum contemptum, atque tedium concepit, ut tota illius voluptas esset seorsim vivere cum Deo in solitudine. Sancta hæc puella paterina in domo sepe eremos sibi concinnabat, ubi dies integros traducebat, Dei sui gratiam concupiscens. Lectio de præliis, & passionibus Martyrum in corde illius tam validas impressiones fecerunt, ut desiderium ad illorum exemplum proprii sanguinis effundendi, & vitam propter Deum suam consecrandi, fecerit, ut fratri suo natu minori persuaderet, ut simul clam ex domo patria dilaberentur, simul in Africam se se conferrent questum Martyrium inter Mauros, & infideles. Duodecimum dumtaxat agebat annum, cum amissa matre, ad imaginem gloriosæ Virginis obvoluta, illam multis cum lacrymis obtrectata est, ut parentis loco sibi*

esse veller, quod tanto ardore, tanta devotione; tenerritudine, ac sensibus adeo Matri Sanctæ dilectionis acceptis præstitit, ut deinceps hæc illam sibi adoptaret in filiam. Hæc sunt illæ gratiæ, quibus Deus Sanctam hanc animam præveniebat; hæc benedictiones quibus puerile, ac tenerum cor istud, futurum aliquando Sanctuarium suum locupletabat. *P. Texier.*

Quandoquidem Ecclesia Sanctos aliquot super alios extollit tribuens prelationem virtutum, & laudam illis, quam his minimè tribuit, & nos docet in domo Patris Familias plures esse mansuetos, quia diversi sunt gradus meritorum; neque stellas omnes æque emitescere, Sanctos quosdam nullos habuisse pares in quibusdam virtutum speciebus, in quibus floruerunt, nequaquam hyperbolicum hoc in S. Theresiæ laudem censendum elogium est; *Adulæ filia congregaverunt divitias; tu supergressa es universas.* Meritum illius profectò tantum aliorum vulgo Virginum merita excedit, ut hæc non ægrè illi primam sedem concedant. Ecclesia ita admiratur non communia lumina huic Sanctæ Virgini concessa, & gratias; quibus divinius cumulata fuit, ut nomen Theresiæ ipsum sit instar maxime laudis; Sentitur enim potius quam virtute statuere; & sibi vindicare velle jura Salvatoris, qui illas per gratiam suam sanctificavit, asserere S. Theresiam illam esse Virginem, de qua in libro Canticoorum sermo est; Virginem illam adeo perfectam, quam insignis aliarum Virginum numerus sequitur, oblatam Jesu Christo sub his vocibus: *Veni, columba mea; nua est perfecta mea. Viderunt eam filia Sion, & beatissimam prædicaverunt. Auctor Recens.*

Præsentavit S. Theresiæ qua reliquis vulgo virginibus.

Prov. 31.

Cant. 2.

Eminentia virtutis S. Theresiæ.

Quam venerationem universa concepit Ecclesia, pro insignibus meritis Sanctæ Theresiæ? Sive spectetur hæc Virgo se se devovens Deo per castitatis, obedientiæ, & pauperatis vota, nihil occurrit in Sanctis Virginibus primorum seculorum, quod in hac non videatur: Sive ratio habeatur magnitudinis amoris sui, qui multiplicans desideria, cor illius dilatabat, ut illam ad magis, magisque amandum redderet aptiorem: sive immoremur in illius extasibus, prophetiis visionibus, luminibus non vulgaribus, & mentis elevatione, quæ cognovit omnia, quæ de Deo erant cognoscenda; non ne liquet ex his omnibus locis, Virginem hanc esse primi ordinis Sanctam; hanc nequaquam secutam esse communem viam, quæ ducit ad Deum; illam sibi novum iter stravisse prorsus peculiare; illam tandem reliquis vulgo præstare propter inauditas gratias, quas Deus non nisi raro, & paucis concedit? Deus etiam elegerat eam, ut ex illa faceret caput populi recentis. Debebat illa, secundum vocationem suam, nobis ostendere viam communis Orationis, & gradus, quibus ad sublimiorem contemplationem pervenitur. Debebat illa docere nos, quo pacto Angelum lucis ab illusionibus demonis feceremus, qui sæpe alienam induit personam, ut fallat simplices animas, vel curiosas, vel superbas in viis Orationis, & contemplationis. Debebat efficere, ut admiraremur excessum bonitatum Dei, qui sine ulla personarum, ætatis, vel sexus acceptione gratias largitur illis, qui sunt infirmiores, ut erudiant illos ipsos, quibus alii tamquam ducibus utuntur. *Idem.*

Non ne ipsa Ecclesia S. Theresiæ elogium exornat, cum doctrinam illius approbat, eam divinam, atque Cælestem vocando? *Cælestis ejus doctrina pabulo.* Quanam intima communicatione cum Domino gavisâ non est hæc Sancta Virgo? familiariter cum illo colloquebatur, & ita crebrò ut jam videretur esse ex numero illarum animarum, quæ sunt per illius adspæctum beata. Non ne tamquam S. Joannes Evangelista, velut aquila volat, usque in Divinitatis sinum ascensura? Illic hoc fructus sine ulla distractione, quoniam sensus suos ita instruit,

Elevatio spiritus S. Theresiæ.

Nituit, ut semper obediunt, nihilque audeant, ratione inconsulta. Illinc hanc haurit sapientiam, & has cogniciones, quæ Ecclesiam illuminant, & ædificant. Illic se se replet ardenti amore, quo auctore omnia pro J. C. gloria, & pro sua salute aggressa est. In hoc divino fonte vidit Jesum Christum unum amabilem esse; & hunc unum ab eadem semper amatum fuisse. Hinc didicit præsentia contemneret, invisibilia tantum æstimare; & se tantum vivere, neque pati ut Mundi fulgor illius aciem perstringat: sibi iudicium solidum comparare, quod non nisi divinos sibi fines proponat, & quod non nisi legitimis utatur medijs, ut illuc perveniat. Tu Domine, sublimem hunc gustum inmissisti illi, quo duce terrena respuebat omnia, & solo Cælestium amore astuabat. Tu illi hunc spiritum acrem, rarum, perspicacem, tribuisti, & in hoc scibili vasculo, & in sexu adeo infimo hos collocasti thesauros, quibus in singulos dies locupletemur. Quam admirabilis es in Sanctis tuis! Tibi uni sit honor, & gloria; etenim de plenitudine tua virgo hæc admirabilis recepit omnia hæc dona, & gloriam qua coronatur in Cælis. *Auctor recens.*

Primi illius gressus in virtute perfectissimorum Sanditatem exequantur.

Ut reperamus tenerrimos annos vitæ S. Theresiæ, primosque pueritiæ dies, ratio, & charitas simul in ipsa maturuerunt. Fervorem habuit, statim ac habuit cognitionem: Specimen quod tribuit orientis suæ libertatis, fuit sacrificium voluntarium summe ipsius; primi gressus, quos in viis Dei fecit, illam ad Jesu Christi crucem pertulerunt, qui illarum terminus est, & ut omnia verbo complectar, primum illius desiderium fuit desiderium Martyrii. Primus actus illius, fuit heroicus Religionis actus. Illam pertæsum est vitæ, ex quo cognovit, se posse propter Jesum Christum vitam effundere; & ex consummationis charitate cepit in illa Christianitatis exordium. Excitata gloria, & fortitudine Martyrum, quorum legebat historias; illos sibi imitandos proposuit, ut mercedem illorum consequeretur; & inconsultis ætatis infirmitate, itinerum difficultate, & operis magnitudine, domoegreditur paterna vix septimumagens annum, ut strenuè peregrè proficiscatur in alienam terram, ac Regnum infidele fatalem inventura gladium, quo erat Jesu Christo immolanda. Angelus, cui Carmeli cura, atque totius Ecclesiæ gloria credita est, innocentem hanc victimam requirit. Acceptavit Deus ejus intentiones, sacrificium autem noluit accipere: quippe ad alia eam destinabat prælia, aliaque illi coronas nectebat. Licet tamen Deus illi reddiderit hanc vitam, & sanguinem, quem ipsa illi offerebat, nihilo fecius Martyr erat futura. Persecutiones, passionis, ipse etiam amor J. C. erant aliquando factura, quod Tyranni non fecerant; & experientia ostendit, ipsam ex eorum esse numero, qui per juges mortificationes, & Martyrium si minus cruentum, saltem prolixius per propriæ carnis laniam semet ipsos sanctificant, & non hoc semel, sed millies moriuntur. Paternam reducta domum; suum lacrymis profecuta est infortunium, & nullum noctæ solatium, nisi in Eremitis, quas ipsa sibi manibus suis construebat, ut tranquillius oraret, & hominum oculos fugeret, semet assuefaciebat vitæ huic orationis, & solitudinis, ad quam secreto instinctu se appellari sentiebat, in hac tenella ætate per ea, quæ propter Deum operabatur, ostendens quid in illa Deos operaretur; ac demonstrans quamcumque ætatem coram illo perfectam esse, cum illam virtute sua confirmare, gratiaque sua prævenire dignatur. *Flechiæ.*

Natura desiderii libere mundi Martyrium narratio aliter expleta.

Natura, quæ cum gratia conspiraverat, ut Theresiam faceret Sanctitatis, & amoris divini miraculum, dederat illi cor tenerum, & ardens, quod munum constantia ultra ætatem, & sexum, aptum erat ad omnia suscipienda, & ad eam in maximis charitatis excessata agendam, dummodo ultus esse possit in hac, non teneat atque in reliquis virtutibus, excessus; & si, ut S. Augustinus loqui-

tur, unica Deum amandi mensura non esset illum sine mensura diligere, & quantum cor illum diligere potest. Profecit vix septimum annum nata erat, cum violento hoc amore rapta, rem ausa est, quæ fortissimo cuique stupore injicit. Illa cum fratre natu minimo simul legebat Martyrum historiam, legentesque ea, quæ generosi illi Athletæ sustinuerant, ignescere incæperunt eorum corda, & velle imitari, quod admirabantur. Theresia prior sensus aperuit suos. Quid, mi frater, inquit, nihil ipsi pro Deo, qui tanta pro nobis passus est, patiemur? Magna hæc exempla nostræ tantum curiositati satisfaciunt, quin nostram constantiam inflamment? Cur iis temporibus, in hac lucis usuram non prodiit, quibus persecutio tot Martyribus replebat Hispaniam! Verum si pace fruatur Ecclesiæ, non procul abest Africa; & illud eundem est questum coronas, quas inter Fideles nullibi reperimus. Ne pueritia, & corporum nostrorum imbecillitas nos deterreat; Non desunt Martyres adhuc juniores nobis, & imbecilliores. Furtim igitur dilabuntur domo, iter corripunt, non alium habentes comitem nisi zelum suum, non ducem alium, nisi amorem; non alium comitatum, nisi spem, & in Domino confidentiam. Illos sui infectati sunt, atque a votis suis deterruerunt. Non sine plurimis lacrymis Theresia debuit reverti; verum Deus, a quo ad prolixius, acerbisque martyrium reservabatur, tunc temporis optimam illius voluntatem æqui, bonique fecit, quæ ex eo tempore jam plane porrendebat, quid deinceps illa esset factura: quoniam nescienti adhuc, quid sit vivere, amor, quo ferebatur in Deum, illi suadebat, ut propter ipsam mortem subiret. Puella erat, non diffiteor; sed jam par erat explendo consilio, quod Sancti Romualdus, & Franciscus non inierunt, nisi postquam diutius vires suas experti sunt. Puerile quidem hoc erat desiderium, sed heroicam præseferat fortitudinem, quæ incipit indeprogredi, ubi alii curriculum suum absolvunt; & licet desiderium hoc effectu caruerit, exitum tamen obtinuit felicissimum. Cum enim ex hoc mundo per Martyrii ostium egredi non poterit, inde tamen egressa est per solitudinis amorem. Ex viridario domus illius, in qua habitabat, parvulam sibi exiit eremum, cubiculum suum in templum convertit, cor suum aram posuit; & corpus, animamque in duas mutavit innocentes victimas, quas insensuenter offerebat in holocaustum; alteram quidem abstinentiæ suæ austeritate, alteram vero ardore charitatis, quæ quotidie magis, magisque crescebat, prout ætate progrediebatur. Ibi non nisi Æternitatem cogitabat; neque proferebat nisi hoc verbum, quod incessanter in ore suo versabatur, & quod ita animum suum pervasit, ut illius nunquam fuerit oblita. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Humana fragilitas latere nequit. Theresia id experta est; quapropter nunquam desinit quo minus semper lacrymis profeceretur hoc malum, quod esse deberet omnibus seculi puellis exemplum efficacæ ad illas, a scopulo removendas, in quo non multum absuit quo minus hæc anima magna naufragium faceret. Quamvis illa ex nobili familia, ex qua prodiit, nonnisi pietatis documenta recepisset, tamen domestico illecta exemplo sese abdidit lectioni eorum librorum, ubi affectus adeo vividis coloribus sunt expressi, & qui eò sunt perniciosiores, quò magis vitium sub iis integumentis latet, quæ omnem illius obsecrationem dissimulant, citius in animas innocentes se insinuat, quæ illud perhorrescerent, si se citra hanc personam offerret. Theresia, quæ in tenera ætate eo pollebat ingenio, ut omnes id genus opertum veneres, leporesque deprehenderet, & quæ, ut alibi dictum est, nata erat cum ea animi propensione, cujus effectus sunt commune infelicium horum librorum argumentum, ita illis oblectata est, ut eorum lectio, non solatium aliquod, sed occupatio videtur. Societas Consanguineæ suæ, quæ spiritu, ac

Periculis S. Theresiæ in seculo.

placitis mundi repleta erat, accedens lectioni adeo funesta illam eo perdidit, ut ipsa teste, duobus tantum digitis abesseret a precipitio; & forte, nisi manus tua omnipotens illam a lubrico averteret, illa, cujus hodie laudes celebramus, & quam tanta gloria coronasti, facta fuisset æterna furoris tui victima. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum.*

Ejisdem argumenti continuatio.

Vanitas, quæ cum summo conjuncta est periculo, potiri capit Theresiæ Spiritu, cum jam esset in mundo. Ex lectione librorum, qui fabulosas continent narrationes, hausit hoc mortale virus, quod nihilominus jucundissimum illis videtur, qui minus sibi cavent. Ullane res blandius se insinuat, & citius mentem corrumpit? Ibi invenitur, unde quilibet sibi satisfacere possit. Ibi ut inanem expleat curiositatem, venenum deglutit, quin gustet. Patres, ac Matres, qui tanta cura domos vestras obstruunt sibi placitis, qui aditum intercludunt procacium sodalium libidini; & pijs correctionibus filios vestros arcetis a sæculi flagitijs, credite, per unum libellum, quem apud vos sitis ingredi, vanitatem sibi viam facere, ut ibi suum constituat imperium, & possessionem adeat hujus adolescentule, quæ hæctenus se ab omni noxa immunem servavit sibi interdicens periculosas lecturas, quæ auferunt vero Deo cultum debitum, illum ad creatura translatare. Huc usque Theresiæ vanitas non processit; & ejus lectura effectus adeo crudeliter in ipsa non peperit. Ex libris, quos legit, simplicem mundi gustum hausit. Verum quidem est, illam in Mundum oculorum suorum aciem intendisse, spectaculis incertis, societibus sese immisuisse; fallacia earum colloquia auribus bibulis excepisse, ratam, Sermones eleganter ornatos ad summum animos elegantiores effecere, & non posse amari illa objecta, quæ cum reverentia spectantur. Verum divina Misericordia oculos conjecit in hanc adolescentulam, neque passa est, ut Theresia diu in adeo lubrico, ac precipiti loco pugnet. *Ex collectione Sermorum.*

Ejisdem argumenti.

Fabulosarum narrationum scriptura, prope fuit, ut Ecclesiæ suriperet unam ex Sanctis Virginibus, qua vix aliquam sanctiorem pepererat. Hoc prope fuit, ut Sanctam Theresiam perderet, nobisque simul duorum insignium ordinum institutionem auferret, qui terram tot Sanctis Virginibus, cælumque tot Martyribus locupletarunt. Heu! quantum res præverteat potest corda nostra, vel saltem illis tempore injicere! Quam delicata sunt opera gratiæ! Quam brevi, ac facile incipientis virtutis flores flaccescunt! Nondum hæc puella suam expleverat curiositatem librorum id genus lecturæ, cum lumen gratiæ in ejus mente extinguitur, sanctus ardor intercepit, devotio cessat, acillam tædet fervire Deo. Quæ mutatio! Patvula hæc Theresia, quæ Paternam domum in Clastrum converterat, & quæ ibi Eremos posuerat; jam sæculi focietates deperit; se se mundo commiserat, atque æternitatis oblita, non aliud querit, nisi temporis facere jacturam. Verbo Theresia innocens, devota, sancta, facta est Mundana. Quæ antea nonnisi invictum Martyrum robur crepabat; quæ ob oculos nonnisi heroica Sanctorum facta gerebat, non aliud crepat nisi fabulosos Errantium equitum casus, aliaque id genus infanias, quibus Mundus mentem ejus replevit. *P. Texier.*

Alia ejusdem facti descriptio.

Verum est, parum absuit quo minus exemplum, & colloquium sobrina Theresiam in præceptis adduceret, & necesse fuit, ut illam divina misericordia ex hoc periculo erueret insigni gratia, quam deinceps eidem connotavit, ostendens ei locum in inferno, in quem sine ipsius ope fuisset prolapsa. Heu! quam contagiosus est aer Mundi! & quam difficile est evitare scopulos occurrentes, si desit gratia, ac peculiare subsidium illi S. Theresiæ simillimum, cui vitio tributum fuit periculum, cui sese obrulerat, & quod tale re ipsa fuisset, si illud cognovisset, sicuti se ignorasse fatetur; quod satis fuit ut apud Deum excusaretur, non autem apud semet ipsam, quæ deinceps considerans ma-

gnitudinem mali, quod evitaverat, ac per omniam subinde illud ad examen revocans timoris, & terrores causas ibi deprehenderat, quæ, cum periculum instaret, illam fallabant. Hinc illa ex malo, quod fugerat, unicum hoc hausit solatium, quod videlicet exemplo suo alias erudire possit, iisque occasionem præbere sibi consulendi salutaris hinc merito; periculosas conversationes primum esse scopolum, qui in vita invenitur, & in quo naufragium facere consuevit innocentia; colloquia nimis libera illecebram esse, propter quam hauritur primum virus noxiæ amicitie; & neminem fere ex his privatis allocutionibus, quas Tertullianus appellat *privatum confessorium libidinis*, esse pedem, quin in Dei, & conscientie suæ iudicio nocens egrediat. Neque mihi id dixeritis, quod re adhuc integra Theresia quoque arbitrabatur; voluit satis vobis cognitos esse, ut imenda vobis non sint impressiones, quas in vobis efficere possunt ea, quæ vos alliciunt, objecta: malle vos mori, quam ab officio vestro desciscere; quoniam minime potestis pro vobismet ipsis spondere, neque scire quotusque vos vestra cupiditas feret; & quoniam hæc cæcitas efficit, ut jam certissimum interitum vestrum portendam, eo quod vos magnitudinem periculi veluti non intelligitis. *Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Quam difficile est animam experientia vacuam tot evitare pericula, & laqueos, quos mundus necit illi; & generosissima quæque consilia non aliqua infirmitate impediri! Fateamur, neque distimulemus erratum, quod ipsa Theresia tantopere exageravit. Mundanum aliquod desiderium in illius corde subortum est, ibique pristinae charitatis ardorem laxavit: Exemplum matris, virtute quidem prædite, sed inhærentis nimium fabulosarum narrationum lectioni, consuetudo cum sobrina sua, quæ vanitates, ac infanias sæculi consuebat, vaga quædam desideria alijs placendi, alios quidem videndi, & videndi ab alijs; quædam oblectamenta, quæ mundus facile puellis permittit, habentibus, unde alant suam vanitatem; adlectata quædam venere, sine alia mente, quam amori proprio satisfacendi; lecturæ quædam cor impediens nexu quodam affectionum elegantem enarratarum, & alentes in animo vanam, inanemque curiositatem, hæc sunt crimina, super quæ hodierna die ne conscientiam quidem nostram interpellamus, & quæ nihilominus S. Theresia amarissimis lacrymis profecuta est toto vitæ suæ curriculo; quamvis cognoverit, se in adeo lubrico situ, neque Dei timorem amisisse, neque a Dei gratia excessisse. *Flechiæ.*

Alia ejusdem periculi narratio, quod excipit per se imbecillitatem.

Quomodo edicuntur de hoc puella Christiana.

Jubet S. Joannes Chrysostomus parentes a puellis arceat quidquid eorum pudicitia possit offere, & cum illis ea exercere omnia, quæ ad illas ab igni præservandas facerent. Cavete, illis ait, ne consuecant cum puellis, quæ in vestimentorum ornatu sunt immodeste, leves in actionibus, & nimium libere in verbis. Ne domi vestra impudentes ancillas habeatis, & pedissequas plus æquo omnia sibi licere existimantes, ne parvula scintilla decidens in animam filia vestra, ingens in ea pariat incendium. Semovete illas a cœtu, a necessitudine eorum mulierum, quibus mundi spiritus inest, quæ in jocum traducunt eas, quæ pietatem excolunt, & digito ostendunt, & jocos proficiunt eas, quæ devotionem profitentur, ne filia vestra audiens pietatem improbari, omnem illius gustum amittat. Attendite ne virgines vestras consuecant cum adolescentibus in privatis colloquijs; quibus plerumque tertius superadditæ Sathanas. Verum quidem est ab alio cavendum excessus, illas semper vincetas, captivæque tenendo; hoc enim esset eas mancipi loco habere iisque ingerere desiderium gustandi Mundum, a cujus aspectu severe adeo prohibentur; etenim natura ita constitutum est, ut cupiamus possidere bonum, quod nobis interdicitur. Illius privatio nostra irritat desideria, eaque in dies auget, non minuit. Quapropter prof-



sunt quidem matres filibus suis mundum ostende-  
re, sed christianum, urbanum, & bene moratum,  
ut discant hunc morem, hanc morum elegantiam,  
hanc honestam libertatem, quæ distinguit illas,  
quæ Mundum vident ab illis, qui illum nunquam  
viderunt. Necessitudinem quidem inire possunt cum  
virginibus Sapientibus, & optime excoltis, & quæ  
sub genitricis suæ cura sitæ sunt; possunt etiam  
videre, & consuecere cum mulieribus, quibus  
solida pietas est, & dulcis, honesta, & jucunda  
conversatio; quarum domus est celebris virtutum  
academia, quemadmodum S. Hieronymus de S.  
Paula verba facit; videmus enim apud S. Petrum,  
bonam, & commendabilem Matronarum conver-  
sationem ad Evangelii progressum fuisse perutilem.  
Sed nefas est, puellas domo pedem efferre quin il-  
las matres, vel saltem matronæ ex propiori con-  
sanguinitate accitæ, modò sapientes, atque pru-  
dentes sint, illas comitentur; a quarum oculis  
numquam recedant. Hoc pacto Virgo Christiana  
educanda est; alioquin periculum adest, ut pereat,  
quod liquidò patet ex periculo, quod subiit Theresia,  
eo quod oculos in mundum paulò curiosius  
intenderat: quod causa fuit, ut in reliquum vitæ  
spatium lacrymis prosequeretur jacturam, quam  
prope erat, ut faceret inter eas sæculi nugas, &  
deliramenta. De la Motte Fenelon in Educatione  
Christiana puellarum.

S. Theresia  
desiderat am-  
plius pe-  
riculum cui  
sele obje-  
cerat.

Ad peccati metum altius in corde vestro infi-  
gendum, de hoc loquitur S. Theresia, illudque  
execratur, perinde quasi reipsa cecidisset; & amor  
illius erga Deum efficit, ut maxime perhorrescat.  
Hac de causa contritionis spiritus incipit cor ejus  
vulnerare: sed quæ lacrymæ, quæ suspiria! Hoc  
ne ipsa quidem valet exprimere, & utinam nos  
saltem sentire possimus, nos inquam, qui fortasse  
roto cælo majorem illius sentiendi causam habemus.  
Satis illi non fuit sterilis dolor; vulnus,  
quod contritio intulit cordi ejus, elicuit cruorem  
æque ac lacrymas, eamque impulit ad expianda  
peccata. licet levia, gravissimis cruciatibus, atque  
austerioribus severissimis. Primum illius conatus  
fuit mundum relinquere, cui multiplici vinculo al-  
ligata adhererat; cumque nihil melius aquarepos-  
set desiderium, quo olim flagrabat, sanguinem  
suum pro fide effundendi, quàm Religionis statum  
amplecti, quem Sancti Patres Martyrium voca-  
runt; ibi Theresia vult suam penitentiam ordi-  
ri, quia nemo unquam magis perhorruit clau-  
strum. Ipsa enim de se scribit, cum illuc conce-  
deret, incredibilem sibi vim fecisse, ac ita trepidasse,  
ut omnia ossa sua luxari, & extra locum  
prostrare viderentur. Verum cum Religionis am-  
plectenda consilium inisset, ut expiaret peccata,  
quibus se infernum meritam fuisse putabat: Dei fili-  
us abstulit illi omnes delicias, & gaudia, quæ  
in hujusmodi occasionibus impartiri consuevit bo-  
nis animabus; & dicere possumus, illum effecisse,  
ut Theresia omnes penitentiaæ rigores experiretur,  
antequam eandem inciperet. Auctor Sermonum in  
omnia argumenta.

Theresia  
primum  
recepit fer-  
vorem path-  
quam se-  
Den in Re-  
ligione de-  
vivit.

Nubes omnes, quæ hæcenus Theresiæ menti ca-  
lignem offuderant, brevi evanuerunt. Deus qui  
deducebat illam, ostendit eidem, Mundum esse  
prociliosum mare, ubi tenebras inter, ac tempe-  
states naves fragiles sibi invicem sunt tamquam  
scopuli, ut sese mutuo illidant, & communi pe-  
reant naufragio; regionem esse miseriam, ubi  
corruptio ita generalis est, ut corrupti, & cor-  
rumpere, (ut verus quidam auctor aiebat) sit mu-  
tuum mortaliū officium; naturam felicissimam  
sepe præverti ea impressione, quam pravum in-  
fert exemplum; quemadmodum uberrimus ager, se-  
pe fortuito grandine divexatur. De his veritatibus  
persuasa, & tot deterrita periculis, iterum primum  
fervorem, ac desiderium, instauravit, cumque ne-  
gatam illi fuerit propter Deum vitam effundere,  
decrevit saltem eidem suam libertatem impendere,  
eidem adherens, ac sese in sancta, & religiosa  
professione jungens. Tunc videns se decoratam

sponsalibus cum filio Dei, ac se in perfectionis  
via reperiens, quod tantopere concupierat, suam,  
quoad potuit, extendit charitatem. Omnes illius  
curæ, cogitationes, preces, gloria erant inservire  
Deo, eique placere; Modò sese colligens post ali-  
quam receptam gratiam, omnibus animæ suæ vi-  
ribus utitur, ut benefactori suo aliquod dignum  
gratiarum tributum retribuat. Modò ad conspe-  
ctum imaginis J. C. crucifixi, pietate commota,  
grati animi sensu excitata, amore incensa, & o-  
mnes hos animi motus conjungens desiderio pla-  
cendi Domino, solvitur in lacrymas, & coram  
Salvatore suo senet ipsam annihilat. Modò ab  
eodem opem implorans, ut eidem in omni suæ  
vitæ ratione placere possit, sentiens in animam  
suam influere secretam ab omnibus creatis rebus  
alienationem, & apertam confidentiam fore ut vota  
sua exaudiantur, egreditur quodammodo extra se  
ipsam, & corporis sui imbecillitas vix animæ suæ  
gaudium potest sustinere. Fidelitas ejus fuit sem-  
per inconcussa; consolationibus illius virtus ejus  
mollior effecta non est, neque animus tribulatio-  
nibus labefactus, ac diversis temporibus semper  
æque fervens fuit, ac submissa. Flechier.

Officium S. Theresiæ testatur, simulac audite Je-  
su Christi vocem sibi dicentis deinceps, ut vera  
sponsa meum zelabis honorem, propter sacras hæc  
nuptias Theresiam non amplius sui juris fuisse, sed  
Sponsi sui, & non creaturas, neque proprium amo-  
rem, aliquam vel minimam illius particulam pos-  
sedit. Itaque ipsa quoque ingressa est in bono-  
rum communitatem cum filio suo; nullam am-  
plius habuit familiaritatem cum hominibus, sed  
tantum tum filio Dei, & cum Angelis. Particeps  
facta fuit divinæ ejusdem Sapientia per eximium  
prophetia donum, per sublimes cognitiones suas,  
quæ toto cælo Theologiae nostræ lumina excedunt.  
Plurimi Doctores, & Rotæ Auditores ex-  
cellentiam, & præstantiam Doctrinae illius medi-  
tantes, inquirunt, Theresiam a Deo Ecclesiæ da-  
tam, ut scientia Sanctorum, mysticæque Theolo-  
giae esset Magistra; eamque destinatum fuisse, ut  
mundum illuminaret, & pietatem augeter. Eccle-  
sia vult, ut ad illam confugiamus in oratione,  
quam in die ejusdem festo recitamus, quasi ad ali-  
quem Doctorem parentes, ali' pabulo solida illius  
doctrinae, quam cœlestem appellat. Hoc inauditum  
est, & admirabile in Virgine, neque aliter  
verba fierent de Ambrosio, Hieronymo, & Augu-  
stinis. Quoties, cum illa sacros libros suos con-  
ficeret, qui tantam in Ecclesia celebritatem ob-  
tinerunt, visa est facies ejus miraculoso lumine  
coruscare? Quoties per lumen, & claritatem,  
quas effundebat Deus in animam ejus, abundan-  
tiam, visa est in extasim raptâ? Quoties etiam vi-  
sa fuit tamquam absorpta in Deum, & in ante-  
cessum gloria Beatorum gavisâ? Quoties de extasi  
reversa inveniebat opus suum productius, & plura  
propria manu scripta, sed alterius characteris? Quæ  
omnia probant Scientiam illius infusam fuisse, &  
admirabilem hæc Virginem a Spiritu Sancto fuisse  
directam. P. Texier.

Statim ac  
Dei filius  
illam sibi  
desponsa-  
vit, ingres-  
sa est in  
bonorum  
partem cui  
hoc Spon-  
so divino.

Cum Theresiæ desiderium, quo martyrium subi-  
re cupiebat, illi non cesserit e sententia, Religio-  
nem ingressa est, ut suo satisfaceret amori per diu-  
tius Martyrium, quia nihil austerius, aut acerbius  
poterat invenire. Paulatim effundit cruentis flagel-  
lis sanguinem, quem euleo dicaverat; lento gra-  
du per mortificationes, & assidua jejunia vitam  
impendit, quam uno ictu sub carnificis gladio sa-  
crificare volebat. Torrenti similis, qui aggere, ac  
vallo coercitus nec valens omnem momento aqua-  
rum suarum copiam fundere, sexcentos sibi aperit  
hiatus, per quos sensim aque illius effluant. Ita  
amor, quo ardet cor Theresiæ, efficit, ut paulatim  
effundat vitam, & sanguinem, quem simul totum  
in martyrio effundere decreverat. Biron.

Quos progressus non fecit S. Theresia statim ac  
Religionem ingressa est? Nullus labor sufficere po-  
terat zelo ejus, nullus dolor ejus patientiam pote-  
rat

S. Theresia  
ingrediens  
in religio-  
nem mar-  
tyrii desi-  
derium quod  
plevit.

rat exhaustire: ejusque obedientia in austerissimis  
mandatis renidebat. Abjectissima quæque Religio-  
nis ministeria eidem amplissima videbantur; Gra-  
tiæ, quibus præter morem augebatur, humilitatem  
ejus cumulabant. Menebat ne ingrata esset, non  
misera. Pœnæ quibus a Deo afficiebatur eidem sua-  
ves erant, quia per eas divinæ justitiæ satisfacie-  
bat; favores autem, quibus donabatur, erant illi  
species quadam supplicii, metuebat enim, ne di-  
vinis abuteretur miserationibus, quibus se indi-  
gnam arbitrabatur. Itaque numquam Deum ora-  
vit, ut ille sibi faveret; cumque aliquando in sum-  
ma ariditate verbum ipsi excidisset, quo unicam  
ros guttam, & breve solatium petierat; illam suam  
pœnituit imbecillitatis, tamquam humilitati, &  
Christianæ constantiæ parum conformis. Flechier.

Theresia  
viginti an-  
nos omni  
caruit quæ  
suo oratio-  
nis; quæ  
durissima  
fuit illi  
pœnitentia.

Utrum aliquis graviorem sustinuerit pœnitentiam,  
idque majori cum patientia, quam S. Theresia,  
nullus scio. Etenim, credetne, loco blanditiarum,  
quibus proficitur Deus animas, quæ sese  
illi devote, loco interiorum dulcedinum, & con-  
solationum, quibus perfundit infervientes sibi, San-  
ctam nostram ultra annos viginti exegisse in pœ-  
nis, & terribilibus animi angustiis, ac passam fuisse  
desolationes, mœrores, tentationes omnium gen-  
nerum, & nullum fuisse tormenti genus, quo Deus  
illius constantiam, amoremque probaverit? Ejus  
imaginatio perturbata fuit phantasmatibus, horribi-  
libusque spectris; appetitus ejus timoribus, ac hor-  
roribus læscitus, ratio dubitationibus obscurata.  
Permittit, ut undequaque exagitetur, ut in assiduo  
timore versetur, ne favores, quibus a Deo cumu-  
latur, totidem sint illusiones, ne directores sui in  
judicio ferendo dissentiant, ne Doctores, ac Theo-  
logi illam erroris, & vanitatis redarguant. Nulla  
tentatio est, qua illam non exerceat, eodem tem-  
pore, quo illi maxime blanditur; & quasi homi-  
nes, demoneque conjuratione facta satis fortes  
non fuissent, ut virginem hanc torquerent, Salva-  
tor quoque illam cruciare voluit huic eo in statu  
apparens, qui eandem maxime affligebat. Modò  
illi cruentum brachium ostendit, ut erratum ali-  
quod ab eadem patratum exproberet; modò illi vi-  
dendum præbet locum, quem illa in inferno erat  
habitura, nisi conversa fuisset; modò illi cum cruce  
apparet, quod spectaculum eam solvere in lacry-  
mas consueverat, eamque animat ad sua peccata  
expianda, addendo interioribus ejusdem crucia-  
tibus severissimas austeritates, quibus illa suum corpus  
affligebat. Auctor Sermonum in omnia argu-  
menta.

Desiderium  
ejus patie-  
dit & mi-  
ri dolores,  
quos pati-  
tur.

Desiderium pro Deo patendi fuit quodammodo  
affectus Dominans Sanctæ nostræ. Sciebat Crucem  
esse signum fœderis, quod Virgines ineunt. cum  
Salvatore, ad quem earum corpora pertinent per  
status sui puritatem; sed passiones verè sunt Sa-  
crificii hujus consummatio. Quadraginta morbo-  
rum anni, adeo acutorum, & generalium, ut nul-  
la unquam fuerit pars corporis in hac admirabili  
virgine, quæ non tribueret Deo particulare ali-  
quod patientiæ tributum: viginti duo ariditatis an-  
ni; jejunia, mortificationes, atque tot immodicæ  
austeritates vix desiderii ipsius aviditatem explerunt.  
Industria in excogitandis proportionibus inter pœ-  
nas, quibus illam affligebat Deus, & crimina pro-  
pter quæ se puniri existimabat; referens præfentes  
cruciatu ad vitam præteritam; minima quævis er-  
rata perhorrescens, quibus magis afficiebatur, quàm  
malis propriis, adorat manum Dei, qua plecteba-  
tur, quasi ab eadem coronaretur. Venia, quam  
asquebatur, erat illi recens veluti vinculum, quo  
Cruci affigebatur. Postquam passa erat per justi-  
tiam, volebat quoque pati per animi grati sen-  
sum. Non satis erat illi Dei placasse iracundiam,  
mereri quoque volebat misericordiam. Cum illi  
opus non fuit ultra Jesu Christo satisfacere, voluit  
eundem imitari, & per charitatem pati, cum mi-  
nimè debuisset pati ex necessitate. Hac mente fa-  
cipissime sibi ea repetebat verba, aut pati, aut mo-  
ri, ut innueret, mortem unam posse cunctum mor-

tificationum, & passionum suarum interrompere.  
Flechier.

Quenam Sanctorum Carmelitarum vita sit  
nostis; nulla est in Ecclesia quæ duriores, & au-  
strioriorem vitam vivat: atamen hæc Theresia non  
sufficit; pannofo, & gravi integumento quod ge-  
runt, addit cilicia, & pungentes aculeos, & alia-  
rum mortificationibus addit flagella arte sua elabo-  
rata; hoc est, adeo crudelia, ut citra horrorem  
animus illis nequeat adverti. Corpus illius morbis  
infirmatum gravi catena ferrea adhuc oneratur, &  
cum ita dilaniatum erat, ut pus, & cruor e vul-  
neribus distulerent, Theresia illud utricis conficabat;  
ut detergeret vulnera, eaque rursus aperiebant  
versans se super spinas, ut illis afferret medicinam.  
Præterea assidua ejus jejunia, diurnas vigilias,  
cilicium undique suis membris assatum, habituales  
ægritudines quibus incessanter exercebatur. Om-  
nes ista passiones & cruces, superant quidem quid-  
quid dici potest, non tamen illius desiderium exa-  
quant. Quo plus patitur, eo plura pati vult per  
inexplebile passionum desiderium, quas anima il-  
lius pœnitens, & contrita in omnibus rebus in-  
quirat ad expianda peccata sua, de quibus pœni-  
tentes alii ne cogitent quidem: & quamvis certior  
facta de impetrata illorum venia per os ipsius  
Filii Dei, tamen illorum memoriam altè repositam  
servat, & plaga doloris, & contritionis, quam in  
corde ipsius Charitas fecit, nunquam ad cicatricem  
vocatur. Ita est, ejus noxæ jugiter versabantur  
ob oculos ejus tamquam alterius David, ut  
representent illi necessitatem semper præsentem, ac  
semper urgentem illa novis doloribus expiandi.  
Peccata mea, aiebat, merebantur, ut integram æ-  
ternitatem pateret; meum verò desiderium est tan-  
tum patiendi, quantum Salvator meus passus est.  
Bonitas ejus non permisit, ut præcepit ruerem in  
infernum; imbecillitas mea me prohibet, ne pœ-  
nas ejus exequem, justum igitur est, ut toto vitæ  
meæ spatio faciam, quod mihi per totam æterni-  
tatem esset faciendum. Aut pati, aut mori. Hoc  
illius erat stemma. Verum quid ultra vis pati Theresia?  
supplicia tua plures martyres efficere potuis-  
sent. Nondum satis passa sum; neque enim dolores  
mei mihi vitam eripuerunt. Auctor Sermonum  
in omnia argumenta &c.

Admirabi-  
les illius  
mortifica-  
tiones.

Præstantia  
hujus stem-  
matis: aut  
pati, aut  
mori.

Quam pulchrum est admirabilis hujus Virginis  
Stemma? Quam præclarum est! quam heroicum?  
Animæ voluptuose inquit mori potius, quàm  
pati. Qui aguntur gloriæ desiderio, dicunt cum vi-  
ro forti, aut vincere, aut mori. Sunt, qui affe-  
ctionum suarum vehementiam significaturi, cum  
insipienti amasio, aut amare, aut mori. Sed Theresia,  
ut innuat omnem voluptatem, gloriam, &  
amorem suum stum esse in dolore, quem illi patit  
peccatorum suorum recordatio, non alia in ore  
verba habet, nisi hæc: aut pati, aut mori. Tobias  
in captivitate positus suspirans dicebat, expediat mi-  
hi mori magis quam vivere. Elias nostræ hujus  
Sanctæ Virginis Patriarcha fugiens persecutionem  
Reginæ Jezabel dicebat Deo: Sufficit mihi, Domi-  
ne, tolle animam meam. Et Apollolus dicebat: De-  
siderium habens dissolvi, & esse cum Christo. Ani-  
mi ægritudo ex Tobia, & Elia verba hæc expri-  
mebat; beatitudinis desiderium ita loquentem S.  
Paulum inducebat; sed pœnitentia, & desiderium  
imitandi Salvatorem ex ore S. Theresiæ hæc verba  
eliciebat: Aut pati, aut mori. Idem.

Tab. 3.

3. Reg. 19. 4.

Nemo unus ignorat quid referat Bulla Canoni-  
zationis S. Theresiæ. Voluisse quondam Dei filium  
insigni gratia, cui omnes Beati poterant invidere,  
solemni ritu sponsalia cum ea celebrare, & omnes  
adhibere ceremonias, quæ in mortaliū nuptiis  
servari consueverunt. Verum ne putetis, Dei fi-  
lium ut olim S. Catharina, ita & S. Theresiæ an-  
nululum digito inserere; Etenim Theresiæ non nisi  
dolorosi amoris arthas voluit tribuere; manum  
quidem huic dedit, sed cum manu clavum, a quo  
suerat perforatus: Quasi veller innuere, passiones  
futuras esse fructum nuptiarum, quarum contra-  
ctum

Salvator  
sibi desip-  
lat S. Theresiam  
sponsalia  
nuptiarum.

cum signaverat; manu faucia, & clavo proprio sanguine diffuente; atque tunc admirabilem fieri affinitatem deliciarum amoris Dei cum amaritudinibus crucis, ad mortem usque duraturam, quæ non aliud fuit nisi effectus amoris dolorosi, & pœnitentis, ut fieret conformis Salvatori, qui illi communicaverat spiritum dolorum, atque passionum, antequam illam attolleret ad quietem altissimæ contemplationis, in qua tamquam Eliæ filia supernis fuit illustrata luminibus, & divini amoris igne succensa. Idem.

S. Theresiæ spiritus super creatura omnia sublatum.

S. Theresia Deum modo adeo intimo, & sublimi possidebat, ut nonnumquam sibi essentia illius repleta, & penetrata videretur. Nemo ignorat, Deum illi die quadam ostendisse pulchritudinem animæ in gratia; ut inde cognosceret statum animæ suæ, & gustaret voluptatem, qua perfunditur, qui tantam agnoscat, & experitur suavitatem; voluptatem inquam eo majorem, quod majoribus conjuncta est actualibus gratiis, luminibus, & inspirationibus, quas incessanter illi conferebat Deus tantquam fructum nuptiarum suarum, & assignatum loco patrimonii usumfructum. Gratia ad diversos fines, ususque varios destinatur: Quædam constantiam inspirant, quædam amorem; sunt gratiæ pœnitentium, quæ mœrorem suadent: sed hæc nonnumquam effundunt vitrices oblectationes, quemadmodum illas S. Augustinus appellat, quarum est consolatio, & exhilarare animas. Sub hisce amabilibus effectibus gratia præfens erat cordi nostræ admirabilis Virginis, ut pœnas illius mulceret, & illi sponsi sui passionem gustandam præberet. Hæc autem gratia mirum in modum sacre communionis usu agebantur, & hac ipsa Salvatoris præsentia in Eucharistia. Verum est hunc proprium esse hujus Sacramenti effectum in communicantium cor spiritualem immittere dulcedinem, quæ quædam est status beatorum prægustatio; sive oriatur ex actualibus gratiis, quas largitur, seu ex considerationibus, quas efficere possumus de præsentia Salvatoris, quem tunc intra nosmet possidemus. Sed hoc Sacramentum vehementius agit in corde Sanctorum; quia melius sunt ad illud recipiendum dispositi, & impensius, atque ardentius ad cognoscendam, & gustandam illius præsentiam incumbunt. Bivout.

Ex quo Deus Theresiam de paterna domo in Religionem adduxit, eam cœlestibus his favoribus cumulavit, qui vitam illius adeo celebrem effecerunt. Nulla unquam anima adeo singularibus affecta fuit gratiis, sed nemo unquam magis extimuit, ne illuderetur, quàm Theresia. Profectio horum raptuum, visionum, & extasium tempore, Dei Spiritus intra cor illius adeo validum, aptumque ad probandum, se auctore fieri, quiddam in illa fiebat, perhibuit testimonium, ut hæc illi veritas sole clarior videretur: sed statim ac magna revelationis lux evanuerat, Deus illam tradebat in sensum humilitatis, qui alte animum ejus pervaserat; & illa revocabat timores, ac diffidentiam suam, & frustra experiebatur intra se omnia illa manifesta signa, quibus affectici Doctores, post S. Thomam, utuntur ad veras visiones a falsis secernendas. Humilitas, quæ omnes illi virtutes suas abscondens, non permittebat illi videre, nisi leves imperfectiones, quæ a natura ipsa separari non possunt, fecit, ut eruditissimorum Doctorum consilium adhiberet semper confirmatura. Sed in re adeo delicata admirabile inuit consilium. Si demon, inquit, me illusionibus suis fallere conatur, ego quoque illum fallere aditæ humilitatem meam ingeminando, & me incipiam a me divellendo: & infelix hic spiritus, qui omnibus suis præstigiis efficere quærit, ut a virtute desiccam, & incipiam vitis implicem, cohibebit cursum persecutionis, quæ e regione adversatur finis sibi proposito, ubi intelliget dolos, & fraudes ejus me officiis meis attentionem efficere. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Theresiæ lumina infusa, & su-

in hominibus nitent. Nostrâ quidem obscurissima sunt; illius autem fulgidissima; nostra sunt longæ meditationis, ac multarum vigiliarum fructus; illius vero erant infusa: nostra non nisi imperfectè vident cœlestia; illius verò prope ad beatorum lumina accedebant, & sublimia mysteria, quæ nobis proponit fides, quin tamen illa nobis præbeat intelligenda, illi erant sine nubibus, & sine caligine. Apertus quidem mihi late pateret campus loquendi de tot admirabilibus cognitionibus, quas illi communicavit Deus. Loquerer de hoc dono Orationis adeo eminentis, atque sublimis, cujus tempore videbatur illius anima a corpore suo sensibusque divelli, ut cum Deo, more spirituum conversaretur. Loquerer de omni genere colloquiorum, suspensionum, imaginum sensibilibus, visionum intellectualium, luminosæ infusionis, & volatus extatici, per quæ, ut olim S. Paulus, audiebat ea, quæ homini per suam infirmitatem loqui non licet. Loquerer de incomparabili gratia, qua donata fuit, explanandi quiddam in Theologia mystica impeditum est, omnia cognoscendi amoris divini secreta, explicandi diversas impressiones, variosque motus, quos ille parit in anima, & quiddam ferret in corde æque ardenti, ac suo; quod semper conjunctum erat cum Deo per amorem actualem, quin illum sopor interpelleret: quod non nisi de Sanctissima Virgine legimus ex peculiari privilegio, quo illi fas erat id dicere, quod Sponsæ Cantico- rum: *Ego dormio; cor autem meum vigilat.* Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Quis nostrum accedere posset ad hanc luminum abyssum, quibus Deus Theresiam cumulavit? Eam primum sublimi scientia illustravit, mox raptibus, divinitatis ejusdem perfusione, ac tandem intima unione cordis sui cum corde Salvatoris, quæ omnia bona sunt, ad quæ nos attollere potest Oratione. Hinc Sanctæ considerationes, hinc extases, quæ efficiunt ut modò corporis, modò spiritualibus oculis videamus Sanctos in sublimi vertice gloriæ suæ, Cherubin in solis suis, omnesque cœlestes spiritus in Cœli gaudiis. Hinc Sancti impetus illi, qui efficiunt, ut admiremur in tetris Salvatorum resuscitantem mortuos, curantem infirmos, demones ejicientem. Hinc sacri raptus, qui illi cum Jesu Christo jucundissima colloquia procurabant. Modo illa sibi cum hoc colloqui videbatur; aliquando vocem illius secum loquentis sibi videbatur audire, quoniam illum contemplabatur tamquam inter creaturas versantem, & postmodum qualis in cœlo est. Fulgentia hæc lumina illam in Sanctuarium introducebant, efficiebantque, ut in Trinitate videret Deum unum in tribus personis; in Sancta Eucharistia corpus reale latens sub speciebus panis, quæ detegebant illi fidei evidentiam, Religionis veritatem, Deum in ipsa, & se ipsam in Deo suo. Quod gaudium, quæ consolatio huic admirabili Virgini videre se hoc dignam gradu familiaritatis cum Omnipotente? Sermonum Collectio.

Re adhuc integra Theresia ad Orationem vocata fuit: Recepit illa spiritum precum, & meditationis tunc etiam cum non erat penitus a mundo divisa. Sentiebat animam suam trahi, & elevati ad sublimes hæc occupationes, quæ erant veluti primæ sollicitationes amoris divini, qui ut illius cor diserneret, sese illi cognoscendum præbebat. Ita instar erat columbæ, Spiritus Sancti igne animata assurgebat supra creatura Creatorem suum contemplatura. Hinc ad gradum transit sublimiorem, sed tot cum privilegiis, & lumine adeo vivido, per quod cognosceret essentiam Dei & Salvatoris mysteria, ut ea quæ narrat eruditissimis etiam ingeniis stuporem injiciant. Videtur totum cœlum in intellectum ejus descendere, ut illum attollerat in cœlum, quo corpus eius illius creberentis raptibus, & extasibus illi communibus traheretur. Libros illius legere satis est, ut videatur cognitionum ejus sublimitas, & ut dicamus, jure Ecclesiam laudibus profecutam fuisse doctrinam illius.

per naturam diversa a luminibus hominum, qui sunt perspicacissimi.

Ejusdem argumenti.

Sublimam orationis quod recepit a Deo Theresia fuit conversationis initio.

lius, & mysticam hanc Theologiam, de qua ita solide, & egregie scripti, ut videatur velle certam inde artem, & scientiam regulam concinnare. Denique ut Sanctæ hujus Virginis in Deo elevatio magis pateat; Prophetiæ dono prædita fuit, quia vix aliquod vitæ ipsius tempus invenitur, quod aliqua non sit revelatione insignium. Bivout.

Profunda S. Theresiæ humilitas.

Magna Theresiæ humilitas plurimum contulit, ut in sublimibus cognitionibus suis progrediretur. Tantum aberat, quod crederet hanc esse virtutis suæ mercedem, ut postquam infirmitatis suæ indicium arbitraretur; quasi Deus cognovisset illam his indigere subsidiis, ut in officio contineretur. Fateatur perfectionem in his præclaris cognitionibus non esse positam, sed in unione voluntatis nostræ cum divina. Non erat illa ex numero earum animarum, quæ de se altè sentientes secreta quadam vanitate insigniri volunt pietatem suam; quæ quiddam in sua imaginatione transigitur, tamquam revelatas veritates traducunt; gaudent enim ostendere sibi favere Deum, & pietatem suam artem putant, in qua, non secus ac in reliquis student excellere. Quam procul abuit ab hac superbia labe hæc sancta Virgo! illa nihil magis expavit, quam fieri sæculi sui spectaculum. In suis vitis relegendis ingenio valens, non secus ac in celandis favoribus non vulgaribus, quibus illam dignabatur Deus, parata ad suppressenda coram hominibus lumina, quæ a Deo recipiebat; ad primum Confessarii sui nutum comburit explanationem a se compositam pulcherrimorum, ac difficillimorum Scripturæ locorum. Illis, quibus concessit suæ cura demandata erat, facultatem permittere peccata sua enarrandi; virtutes autem suas jubet regi. Idèò solum scribendi artem didicisse ei placebat, ut poster errata sua in vulgus proferret. Post hæc mirum ne debet esse, si Dei Spiritus, qui super humiles quiescere gaudet, illi lumina sua communicare oblectatur? Flechier.

Ejusdem argumenti. Magna Theresiæ lumina cum magis humiliaverunt.

Illud summopere in nostra Sancta Virgine laudabilis est; cum tot luminibus, & cognitionibus tantam humilitatem conciliasse. Etenim non profana tantum nos insant scientiæ. Arbor scientiæ erat in paradiso, & nihilominus fructus illius veneno oblitum fuit a serpente. Videlicet, nisi cavearis tibi quam diligenter, sanctissima etiam cogitationes te sensum ad superbiam adducunt, S. Paulo teste; cui fatalis extitisset revelationum suarum magnitudo, nisi Deus, quemadmodum de se ille fateatur, dedisset illi Angelum Sathanæ, a quo humiliaretur. At non opus est Theresiæ hoc subsidio, ut in nihili sui centrum vocetur. Oratione & contemplatio, quæ illum Deo conjungit, non confertur illi nisi ad intelligendas noxas, & labeles, quæ sunt in ipsa, atque ad illam humiliandam pro illis favoribus, quibus a Domino cumulatur. Ita de illis non loquitur nisi tamquam de gratiis, quibus erat indigna, neque melius unquam adimpletum est, quam in hac Sancta, quod de alio Sancto viro dictum fuit; ignis Charitatis proprium esse omnia quæ possidentur bona in profunda humilitatis cineres redigere; & quo magis ignis hic nos conjungit Deo, qui ipsa veritas est, eo magis nos a vanitate prohibere. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

Perfecta Sanctæ Theresiæ obedientia.

Sancta Virgo nequaquam secuta est vias, quæ illi magis aridebant, sed illas, quas ei designaverat Deus, & quas Superiores sui illi indigitabant. Vocatur ad Contemplationem! volatum arripit, & felicissime se immergit in abyssum magnum, & perfectionem Dei. Ab his elationibus revocatur? ad minima etiam communis pietatis officia descendit. Augenda sunt mortificationes? suam constantiam instaurat. Modus illis injiciendus est? Amorem proprium sacrificat. Jubetur agere? labori se preparat. Jubetur pati? se ad penitentiam determinat. Denique Theresia semper præsto est ad imperia capestenda; tranquilla in occupationibus, in recessu occupata, humilis in rebus magnis, magna in parvis, potissimum verò puritati suarum intentionum meritum adjiciens obedientiæ. Flechier.

Houdry, Paneg. Tom. II.

Novum prælii genus excitatum fuit in corde S. Theresiæ inter gratiam, qua sensibili dulcedine trahitur, & humilem obedientiam, quæ illam ab hac dulcedine, suspensione minime vacua, intercedit; inter Jesum Christum, quem fides illi detegit in suorum confessoriorum persona; prohibentium, ne his apparitionibus immoretur, & Jesum Christum præsentem, ac visibilem in istem apparitionibus, præcipientem, ut illa se ipsum credat esse, qui apparet illi: inter secretam persuasionem, quam Dei Spiritus relinquit in parte penitenti animæ; illius post visiones, quibus illam dignatur; & venerationem, qua excipit sententiam hominum eruditissimorum, a quibus damnatur. Tamen per humilitatem illa servat submissionem, quam debet suorum Superiorum imperiis, quin tamen ingratiam se præbeat gratiis amplissimis, quibus cœlitus replebatur. Coacta resistit operibus Spiritus Sancti, non prohibuit, quominus illam suis cumularet consolationibus; & hæc ipsæ consolationes, quibus afficiebatur, nihilum offecerunt merito suæ humilitatis, & obedientiæ. Denique cœlestium favorum, quibus Deum illam magis, magisque profecuta est, multiplicatio veritatem facti probavit; & abstulit errorem illis, qui illum illusum esse affirmabant. Ex Specimine orationum Panegyricarum.

Profunda humilitas virginis nostræ admirabilis efficiebat, ut cæcè obediret illis, qui conscientiam ejus moderabantur; & huic ipsi obedientiæ debeamus cognitionem gratiarum, quas præter ordinem recepit a Deo, cum illas ipsa describeret jussu Confessarii sui, licet ejus obniteretur modestia, quæ maluisset mundo universo peccata sua prodere: & quod longè admirabilius est, & paucissima habet exempla; videlicet quod semet subjecerit aliorum regimini, non dico in iis, quæ studiis suis adversabantur, & opposita erant sententiis, & luminibus naturalis prudentiæ, in quo nihilominus Sancti obedientiæ perfectionem constituunt; sed illis subjecta erat in iis etiam, audeo dicere, quæ Sapientiæ, & regimini Salvatoris erant adversantia. Præcipientes illi Deus, ut aliquid aggrediretur ad majorem sui nominis gloriam, & sæpe etiam singillatim ostendebat illi media, quibus esset utendum. Director illius, qui non erat istdem luminibus præditus, aliter sentiebat, & Sancta in hac confessorum, & sensuum oppositione, in hoc auctoritatis, & directio- nis conflictu, ut homini obsequeretur. Elucubrata fuerat explanationem in Cantica Cantico- rum; cumque illa in praxim redegerit quiddam divinum hic liber docet, ubi invenit admirabilem sensum, ad multa verba elucidanda, quæ non intelliguntur ab iis, qui amoris divini linguam ignorant. Hoc ipsa narrat Confessario, qui re ad examen minime vocata imperat, ut in ignem injiciat scripta. Nescio utrum succensendum mihi sit contra hujus hominis impotentiam, an admirari debeam divinam providentiam, quæ hoc uti volebat, ut Sancta virgo hæroicam submissionis actum exerceret. Si Confessarius non fuisset indiscretus, vel ignarus, haberemus præclarissimum opus in hac re; si minus, non haberemus tantum hoc exemplum humilitatis. Sine hoc errore, sciremus quo usque Sancta hæc illuminata fuisset; sed quantum obediens fuerit, nesciremus. Recens nobis esset argumentum admirandi spiritum ejus, sed nobis deesse insignis hoc exemplum ad virtutem ejus imitandam. Proh Deus! quæ generositas? quæ fortitudo? quæ virtus una in actione! perdere ad hominis nutum, quod ore Dei ipsius scribere jussa erat; sicut privare fructu meditationum suarum, animas sanctas documentis, quæ inde percipere poterant, Ecclesiam explanatione ejus libri, qui inter Canonicos difficillimus est; & ique ut morem gereret rudi, & imprudenti Confessario? Sed incomparabilis hæc virgo non ratiocinatur, ubi de obedientia sermo est. Scit Deum sibi imperasse, ut librum hunc scriberet; scit etiam Deum sibi præcepisse, ut obediat suorum Confessoriorum mandatis. Dei voluntatem executi est librum componens,

Obedientiam quam præstat Confessariis suis præcipientibus etiam opposita illis, quæ ipsa a jussu Dei facere jubetur.

Ejus sublimitati, & obedientiæ debeamus quiddam præter ordinem gratiis, & favoribus quibus a Deo fuit cumulata.

Comraditiones & sententiarum varietates in illustrata oratione Theresia.

ponens; exequetur etiam illum in flammis projectens. Auctor Sermonum in omnia argumenta. Magnis, crebrisque oppositionibus agitata fuit S. Theresia, propter suam orandi rationem, propter quam in extasim rapiebatur. Plures ascetici quidem, sed non illuminati, credentes sepe in hoc orandi genere illusionem minime deesse, ita illius Confessarium excusserunt, ut tandem illi frequentem Sanctae Communionis, & Orationis usum interdixerit. Grayissimo hinc dolore affecta fuit Theresia, & nihilominus paruit; & Deo placuit hanc obedientiam, ipsa ut illi promiserit, a se illam nunquam ita derelictum. Res exprocepit, ut ab exorcismis temperatum non fuerit, quasi esset obsessa. Quanti maioris hanc causa fuerit, facilius patet conjectura. Confessarius illusioni tribuens favores omnes, quibus Sancta Virgo hanc cumulabatur, omnesque visiones; in quibus Dei Filius se illi videntem praebebat, praecipit, ut illa se crucis signo muniret, cum apparebat, ad illum ejiciendum perinde ac Satanas esset. Quamvis Sancta longissimè aliter rem esse certissimè nosset, imprudenti huic parit imperio; & Salvator, quin secederet, magis intima, magisque familiari dulcedine se se illi communicabat. Deus qui post magnas desolationes, quas animae sanctae patiuntur, quae se se illi devovent, consuevit efficere, ut tranquillitas temptata, lumen tenebris, consolationes succedant turbis eorum, qui sui sunt, non passus est magnam Virginem hanc diutius frequentibus his procellis agitari, replevit eam illius laetitia, & serenitate; & tandem cognitum fuit, omnes S. Theresiae motus, non alium habuisse Auctorem, nisi Spiritum Sanctum. P. Dumeau.

Ardens S. Theresiae ardor in Deum.

Opus esset, ut Deus ardenti pruna, qua Cherubin Isaia: labia expiavit, linguam meam emundasset, ut scilicet loqui possem de violento hoc amore, quo S. Theresia erga Deum astuabat. Sed quomodo nam representare possem hos, languores, & spirituales defectus, in quos singulis horis praemoris vi incidere; teneras, suavesque querimonias, quibus apud Salvatorem dolebat eo quod in penitenti cordis sui parte non reperiret satis validos grati animi sensus, qui gratiarum affluentiam decerent; vividas ac juges impatientias videndi sine nubibus, atque integumentis divinum eam pulchritudinem, cujus radii persensorii, qui in oculis ipsius tempore raptuum suorum toties ejus praesentiam ostenderant; ejaculationes; & imperis animae in Deum, qui illam a creatis quibuscumque rebus femoyentes, eamque, ut ita dicam, usque ad Coeli januam adducentes efficiebant, ut rursus super flumina Babylonis fleret ad caelestis Ierosolymae conspectum: has vehementes agitationes, & has (absit invidia verbo) violentas animae convulsiones, quae jam penitus emundata, & confirmata in gratia, in mundo erat tamquam in violento statu, ubi sola divinae voluntati submissione retinebatur? Hae divini amoris lingua intelligeretur ne ab hominibus saeculi, de quibus dici potest cum propheta, quod sternerunt oculos suos declinare super terram, & in alio Pfalteris Regii loco: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Virgines Domini, virgines illustris hujus parentis filiae, hae sermonis mei pars ad vos dirigeretur, si putarem, me aliquid adjicere posse conceptui hujus Amicae flagrantis amore Salvatoris sui; sed vobis sufficit incessanter legere opera virginis hujus admirabilis, quorum singula paginae oculis vestris exhibent lectio- nes, & argumenta sacri hujus amoris; vobis sufficit propius legere vestigia matris vestrae, ut experte intelligatis quinam fuerit ardor amoris ejusdem erga Deum suum. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Amor Dei fuit via ad Deum, & brevis, quae adducit ad beatitudinem ad beatitudinem.

Nulla ad perfectionem via brevior est, quam fervor amoris. Nulla querit divitula, recta pergit ad Deum. Non eget rationibus, ut se persuadeat, non mercede, ut se inflammet; ille sibi merces est. Non eget tempore, ut agat, nec requie, ut reficiatur. Semper in motu est, & nihilo laetius

semper in quiete. Vox ista, Charitas verbum est abbreviatum, quod omnem virtutum scientiam, & omnem Sanctorum Theologiam complectitur. Denique multis non indiget, ut sibi satisfaciatur. Unum querit, quod continet omnia. Igitur mirum esse non debet si admirabilis Theresia unice quarens Deum, qui continet omnia, & in quo omnia continentur, viam arripuit, quae alteri cuiquam longior videretur, tempore adeo brevi; neque si adeo mirabilem fecit progressum in Sanctitate, cum amore ita ardenti fuerit consumpta. P. Nouet in Meditationibus.

Si Sancta Theresia adeo elevata fuit per lumina sublimia, quae calidius recepit; & si ad Beatorum statum videbatur accedere, non minus elevata fuit per ardorem Charitatis; & per amorem, quam illa transformantem appellat, & quem longè melius sentiebat, quam exprimat. Hoc unum de illo concipere potui, quemadmodum in caelo amor, quo flagrant beati, nequaquam illos in Deum transformat; eorum naturam immutans, sed moraliter, nihil aliud quarendo, quam illi placere; neque aliam habendo voluntatem, quam Dei, per quamdam desideriorum conformitatem, audeo dicere; admirabilem hanc Virginem in hac etiam vita altum hunc amoris divini gradum obtinuisse: quandoquidem postquam Directores suos in consilium adhibuit, & ab illis facultatem assecuta est, explicito voto se adiecit ad semper & omnibus in occasionibus ea faciendi, quae sciret Deum velle, & quod ipsa censere in majorem nominis ejusdem gloriam cessurum. Votum adeo excellens, sublime, & heroicum, ut antè illum nullibi legamus ab alio quopiam Sancto nuncupatum, immo neque cogitatum. Quodnam divini amoris prodigium? Ita est. Votum hoc denotat tantam fidelitatem, ac mentis attentionem, ut Seraphim dantaxat; & animae, quae imitantur illa, huic pares sint. Non immeritor in actibus vitae suae, quos secundum hanc regulam composuit: dicere mihi sufficit, satis esse hanc promissionem servasse, & hoc adimplevisse votum, ut pervenisse dicatur ad summum perfectissimae charitatis verticem; quoniam Beati ipsi melius nequeunt testari amorem, quo Deum prosequuntur, quam si unum cum illo spiritum habeant, eandemque voluntatem. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

Præstantia amoris, quo S. Theresia Deum suum prosequitur.

Quemadmodum fieri nequit, ut Deus ametur, quin simul & proximus diligatur, & charitas, quae pro uno habetur, simul etiam ad alium extendatur per ardentem zelum, qui efficit ut alienis condoleamus arumnis; mirum esse non debet, si amor S. Theresiae Deum, & homines simul eodem exceperit corde; ita ut videre nequeat Deum suum a peccatoribus lacestium, quin contumeliae divinae huic Majestati illatae totidem plagas efficiant in corde illius zelo gloriae ejusdem succenso, & salutem animarum quarenti. Etenim nonne prodigii loco est, quod sanctimonialis orationi dedita, & in claustris clausa ea inierit consilia, quae non nisi Apostolicorum virorum sunt propria? Nonne oportebat, illam a charitate vehementer impelli, & urgeri, ut S. Paulus inquit; Charitas Dei urget me; & cor illius maxime latitudinis esse, ut complecteretur non urbem unam, non provinciam, immo neque Hispaniam totam, sed universum terrarum orbem, ut illum, si potuisset, totum Jesu Christo subjeceret. Idem.

Ardens amor S. Theresiae erga proximum.

Desiderium, quod habebat S. Theresia placendi Deo, peperit in illa urgentissimum salutis animarum desiderium, Nil melius probat amorem, erga Jesum Christum, quam sollicitudo ad eam revocandi peccatores. Zelus hic duos parit effectus: hinc quidem nos agit ad Redemptoris honorem, & gloriam quarendam, & efficit, ut sentiamus quidquid adversatur successui, ac plenitudini Redemptionis; inde verò generosam nobis miserationem inspirat erga peccatores & facit, ut eorum optemur conversionem, & hoc pacto commiscens desiderium gloriae Dei & illud salutis mortalium efficit, ut adim-

Effectus zeli sanctae hujus.

adimpleamus; quemadmodum S. Augustinus animadvertit, duo simul praecipua, quae legis perfectionem complectuntur. Difficile autem est habere cor magis affectum sancta hac miseratione, quam semper illud habuerit haec Sancta virgo. Hinc illi obobierantur gemitus, & lachrymae, ubi simpliciter narraretur excidium, quod haeresis in Gallia, & in Germania suborients gignebat, hinc preces, quas singulis diebus fundebat Deo, ut muniret peccus Praedicatorum, & sibi efformaret ministros, & operarios Evangelicos; hinc tenera pietas, qua colebat Sanctos omnes, qui extenderant imperium Jesu Christi doctrina, laboribus, vel exemplis: hinc efficaces adhortationes ad eos, qui in otioso recessu ea negligebant talenta, quae pro salute fratrum suorum receperant, & dolor, quo conficiebatur, eo quod & sexus sui conditionibus, & professionis suae legibus prohibebatur per universum terrarum orbem Evangelicas veritates nuntiare. Quoties recogitans saeculi mala heu! Domine, clamabat, Mundus, & Sathanas tibi quotidie tot animas eripiunt; ego verò ne unam quidem tibi lucrabor? Quoties orata, ut pro terrenis alicujus prosperitatibus Deum precaretur, indignans respondit; cum Ecclesia tot necessitatibus urgeatur, aequum ne est Deum precibus inutilibus, abjectisque fatigare? Flebier.

Ardens zelus Theresiae pro salute proximi.

Quisnam majori zelo succensa est propter Dei gloriam, quam Sancta Theresia, quae explicito voto semet adstrinxit ad ea semper facienda, quae Deo gloriosiora esse viderentur? Post ipsum perfectae conversionis suae momentum, nonne se ipsam consumpsit propter salutem proximi sui? Hic animarum zelus fecit, ut quaedam in speciem quidem temeraria susciperet, atque ea exequeretur consilia, quae nunquam fieri posse existimabantur. Zelus hic fecit, ut sancta flagraret invidia erga Praecones Evangelicos, quorum ministerium tanti faciebat, ut se beatam putaret, si pedum eorum vestigia oscularetur. Sorores meae, agebat illa sanctimonialibus suis, prosteret; me ad conventus ire, ut per lachrymas, suspiria, & austeritates vestras obtineam a Domino Haereticorum victoriam, & peccatorum conversionem. Hac vocatio vestra, haec vestra maximi momenti negotia. Zelus illum quatenus Salvatoris Sponsam effecit fecundam matrem duorum Ordinum insignium, qui jam magnum recentent numerum Doctorum, Martyrum, & eorum, qui sanctitate, & miraculis floruerunt; Ordinum, ex sanctissimis, qui sint in Ecclesia Dei, cujus Filii dignissimi ostendunt, orationis donum, paenitentiae rigores, ardentem charitatem, verbo, praeclearas omnes admirabilis hujus Virginis virtutes subsistere, & vivere adhuc in eorum persona. P. Texier.

Fructus, & effectus magni hujus zeli.

Num aliquid admirabilius est, quam haereses exterminare, & efficere, ut fides de infidelitate triumphet? Quisnam magna haec opera conatus est? Sancta Theresia haec omnia tanta constantia, ac felicitate excurata est. Si mihi diceretur: hic summus fuit Pontifex, & Ecclesiae universalis Pastor, cui Dei Filii gregis sui curam committens, suam quoque auctoritatem, atque potentiam largitus est; si mihi diceretur Apostolos a Deo missos cum signis, atque prodigiis ad incredulos redarguendos; baud equidem obstupecerem; quod autem virgo sexus conditione imbecilla, corporis affecta valetudine infirma; qualitatibus ad hoc minus necessariis vacua, sine ope, sine praesidio tantum facinus aggressa fuerit, feceritque, ut e voto succederet; hoc fidem omnem excedit, & de hoc nobismet persuadere non possemus, nisi illud oculis nostris intueremur. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

Maximus effectus zeli S. Theresiae fuit Ordinis magni Reformatio, & alterius proles novae illustrioris.

Primum argumentum zeli igniti Sanctae Virginis nostrae fuit, non secus ac Prophetae, domus Dei: Zelus Domus tua comedit me. Videlicet non solum aggressa est Magni Ordinis reformationem, sed quod nunquam post Christianae Religionis ortum visum fuerat, Deus utitur illustri hac Virgine, ut protus novum utriusque sexus ordinem in-

stituatur, eumque ad summam perfectionis apicem; qui sit in Ecclesia, promoveat. Hoc mundo universo admirationi fuit. Tandem enim si duo, vel tria Virgines Asceteria fuissent reformanda, equidem video non admodum futurum fuisse difficile prudenti, & officiosa mulieri alias quidem rationibus persuadere; alias necessitudine allicere, illas bonis exemplis attrahere, has timore judiciorum Dei, deterere; omnes denique propriae salutis, & rationibus ad conscientiam spectantibus in partes suas perducere. Sed Sanctae Virginis nostrae zelus longius progreditur; viros reformare conatur; virgo illiterata eruditos viros, atque doctores; virguncula sanctimonialis, leges irrogare viis exercitissimis, & qui in primis Ordinis honoribus consueverant; sed cujus Ordinis? vetustissimi, & celeberrimi, qualis Ordo est de Monte Carmelo, ante ipsam Ecclesiam institutus, & nullum nisi cum eadem Ecclesia firmum habiturus; quandoquidem ejus institutor, & ultimi ejus discipuli postremi futuri sunt ejusdem Martyres. Idem.

Ordini huic adeo sanctitate, & antiquitate praecellenti id acciderat, quod videlicet rebus omnibus humanis: post diuturnum temporis spatium pristinus fervor, & Eliae Prophetae spiritus intepuerat. S. Theresia hunc aggreditur instaurare, ut cum primo ardore reviviscat, quo omnes orientes ordines animantur. Ut haec exequeretur consilium, opus erat profecto valido exemplo, heroica fortitudine, probata patientia, & plusquam humana virtute; potissimum verò ignito zelo, ne laboribus, aut contradictionibus, quae ab hoc ingenti opere fecerint minime poterant, frangeretur. Si enim Apostolicus requiritur zelus, ad peccatorum conversionem aggrediendam ne miremini, si dixerit, opus esse ardentissimo, ac maxime ferventi zelo, ut homines virtute praediti, & jam conversi spiritus suos usque ad altissimum perfectionis gradum attollant. Si unus Sanctus majorem Deo gloriam adfert, quam sexcenti communi virtute, & usitato vitae genere viri; quid dicendum erit de simplici Virgine, quae triginta, eaque magna instituit cenobia, & plura, quam totidem reparavit, plena personis, quae profitentur maximam austeritatem, & ad sublimem sese attollunt perfectionem, quae usquam visa fuerit in religioso statu; & quae potissima causa est multiplicationis, & extensionis horum ordinum in omnia Regna, & omnes fere Hispaniae, Galliae, Germaniae, & Italiae civitates. Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.

Labores, & contumelias, quas idem sustulit Theresia.

Nostrae huic incomparabili Virgini Ordinis sui reformationem suscipienti plurima subeunda fuerunt certamina. Nam licet amor, quo Salvatorem complectebatur, hanc illi mentem iniecit, nihilque spectaret, nisi Dei gloriam, & fratrum suorum salutem, vidit omnia mortalium genera, eorumque conditionis essent, apertum sibi bellum indicere, & publice condemnare praestantissimum opus charitatis: vidit Provinciarum Praesides omnem auctoritatem suam exercere, ut sibi resistant; vidit praecipuos Ecclesiae Ministros contra illam insurgere. Audiit palam contra honorem suum Concionatores de suggestu declamantes, & ipsam apud auditores traducentem tamquam mulierem & erroris, & vanitatis suspicione laborantem. Demum ipsi etiam directores sui eidem adversari sunt. Hi qui intimas illius conscientiae sinus exploratos habebant, & qui noverant, cor ejus esse viventem Spiritus Sancti thronum, vel excitatis, vel ignaviae causa illam in crudeli hac persecutione reliquerunt, & mutata sententia, ac sermone illam cum aliis damnaverunt. Quam crudeles tentationes! quae tantum constantiae, & charitatis, quantum erat in Theresia requirebant. Quam infesta persecutiones! Sed omnes id genus obices admirabilem hanc Virginem erudiebant, poenam ab amore separari non posse, & eos, qui ad majorem Salvatoris gloriam operantur, semet simul praeparare debere gravissimis tribulationibus, ut illius honorem sustineant. Omnes illae oppositiones, & obices cessant in op-



probrum filiorum rebellium, & cæcorum: etenim quæ gloria, quod gaudium, qui fructus nostræ huic Virgini redundavit? Brevi reformavit duo, & quinquaginta monasteria, licet remotissima, & in extremis plagis sita. Quis credere poterat hanc Sanctam solam, & ab hominibus derelictam opus adeo eximium felici eventu ad finem perducere potuisse? Perfecto affirmari potest hoc opus fuisse omnipotentia Dei, ac terras illas steriles, & infæcundas laboribus, sudoribusque Sanctæ Theresiæ: conversas fuisse in terram promissionis, ubi novum populum instituit, in quem precum suarum ardore omnes cæli benedictiones pertraxit. P. Senault Presbyter Oratorii.

Possent hoc loco vobis ostendere indefessum S. Theresiæ zelum pro salute proximi, cum jam intuiti sitis ardorem amoris ejusdem erga Deum. Sed quinam in adeo brevi spatio ea congerere possunt, quæ vitæ ejus historici vix ingentibus voluminibus complexi sunt? Laudabo heroicam istam constantiam, quæ incessanter illam ab uno ad alterum opus traducit, & quæ animari videtur his difficultatibus, quæ alteri cuiquam fuissent insuperabiles? Invictam patientiam, & generosam in Deo confidentiam, quæ illam in gravissimis periculis fulciebat, & efficiebat, ut cum tranquillitate expectaret, Dei promissiones adimpleri tunc cum omnia extingueret in speciem videbantur in irritum abitura? Has ignitas amoris divini conversationes ubique effundentes facti hujus ignis scintillas, quibus assidue tenerum illius cor urebatur, & quæ erant totidem veluti semina conversionum, quæ per gratiam ferrebant fructum suum in tempore suo? Activam æque, ac illustratam prudentiam, per quam suscipiebat, disponebat, exequabatur fere simul ea, quæ non videbantur fieri posse, nisi postquam jam erant facta? Hæc monita, & consilia ita prudentia, & sapientia referta, quæ hæc admirabilis Virgo reliquit superioribus pro regimine animarum, quibus regendis eos divina præferebat Providentia? Hæc exempla adeo præclara, has adhortationes adeo vividas, has preces adeo ferventes? Quomodo nam satis digne pertractare possum argumentum, ubi nihil præmittendum videtur, & ubi omnia completi posse, videtur impossibile? Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Nulla virtus est in hac admirabili virgine, quæ incomparabili cum fulgore conjuncta non sit: Paupertas Evangelica, quam ad apicem prostebatur, illam super omnia peritura bona extollit. Humilitas ejus omnes humanas laudes superavit, quas illa semper respexit tamquam omnium vitæ hujus suppliciorum sevisimum. Invicta ejus patientia excessit omnia hujus vitæ mala, ubi nihil amabile præter passiones invenit. Ejus in Deum confidentia superior fuit omnibus difficultatibus, & contradictionibus, quæ consiliis suis adverbantur. Fatendum est tamen divinum amorem primum, & potissimum illicium fuisse, quod pondus, pretiumque addidit tot incomparabilibus virtutibus, quibus erat ornata. Verum si cor illius penetrare liceret; quor ibi mirabilia intueremur? Quæ laudes, & quæ gratiarum actiones nobis conferendæ essent in Auctorem propter tot bona adeo brevi temporis spatio in Cor Sanctæ hujus Virginis congesta? P. Novet in Meditationibus.

Si passiones necessariae sunt ad Sanctorum virtutum consummandam, S. Theresiæ jejunia sunt perpetua; diuturnæ vigiliae, cilicium corpori assutum, cruentæ spinæ, quibus laniat carnem suam innoctant; lacrymarum torrentes, quos effundit, modò ad piculares flammam extinguendas, modò ad peccatores convertendos, morbi habituales, qui neque inducias permittunt, neque laxamentum; tentationes, languoresque interni, noctes obscuræ, cruce adeo graves, & crebrae superant quidquid dici potest, non tamen quod illa desiderat. Nihil illam potest exple; quo plura patitur, eo plura patitur. Passiones tantum, vel mors amoris suo potest satisfacere. Aut pati, aut mori. Idem.

Hæc Sancta Virgo solemniter voto se adstrinxit ad ea semper faciendâ, quæ sibi & perfectiora, & Deo jucundiora viderentur. Noverat quid nos doceat Salvator, communem justitiam non sufficere, sed requiri copiosorem. Noverat S. Paulum exhortari, ut amulemur charismata meliora, & ut certatim ea dona quaeramus, quæ sunt sublimiora. Hac mente sese adstrinxit non solum ad ea faciendâ, quæ in lege jubentur, verum etiam quidquid Charitas suggerit. Magnitudinem, & puritatem Dei venerata in cultu, quem illi adhibet, querit quidquid ad majorem illius gloriam conferre potest. Consilia sibi tamquam præcepta proponit. Evangelica praxis, quæ tantum captum nostrum excedunt, sunt ejus officia, & vulgatissimæ exercitationes. Ex virtutibus haurit quidquid in illis nobilissimum, est, & perfectius. Charitatem provehit usque ad intimam unionem cum Salvatore, humilitatem usque ad annihilationem sui; paupertatem usque ad alienationem bonorum, & desiderii eorumdem possidendorum; castitatem usque ad innocentiæ carnis suæ crucifixionem, obedientiam usque ad abnegationem suæ voluntatis, suorumque luminum. Cur istic nequeo talem exhibere vobis, qualis erat? Magna in actionibus, major in causis, dirigens fortitudinem suam non secundum humanas facultates, sed confidentiam in divino subsidio; in difficultatibus sese confirmans, sperans contra spem, fecernens a bono bonum, & virtutem a virtute, ut semper in perfectiori subsistat & quaerens in Dei servitute distingui ex magnis motibus cordis sui, & per actus charitatis omni mensura, & modo carentis. Satis illi non erat ad perfectionem contendere, voluit etiam alias ad id impellere, communicans illis zelum suum, & hac mente incubuit ad instituendam sui Ordinis reformationem, & reparanda detrimenta, quæ temporum injuria pepererat. Flechier.

Præter Orationis donum, quod in gradu summo possidebat Theresia, Deus illi scientiæ donum contulit, qua plures libros elucubrata est tanta perspicuitate, simulque sublimitate tanta, ut liquido innotescat, eam fuisse scientiam insulam, & illam omnia a Spiritu Sancto excepisse, quemadmodum S. Basilii de Gordio Martyre narrat: Preceptorem habuit Spiritum Sanctum. Quod eo certius est, quia in scriptis illius subiectis Censuræ Theologorum crudelitissimorum, & ad Inquisitionem perlatis, duodecim annorum intervallo iterum, & sæpius lectis a Doctoribus criticæ artis laude præstantibus, nihil omnino repertum fuit non dignum elogio, & admiratione; & per insignem potentiam, repertum est, autographum illius exaratum manu, quod in Escoriali aservatur una cum operibus S. Augustini, ita correctum esse, & mundum, ut ne una quidem litura videatur; unde colligitur, illud non esse humanæ mentis opus; sed Spiritus Dei, qui & ipsas etiam minimas voces illi dictabat, & motus omnes moderabatur manus ita edocet a Spiritu Sancto, qui dictavit illi mysticam Theologiam, eique tradidit cognitionem de pluribus rebus, præteritis, presentibus, & futuris, deque conscientiarum statu, & de cogitationibus hominum, nec non de conditione, & beatitudine animarum in gloria, & extrema reproborum miseria, Edocet, inquam, a Spiritu veritatis hæc admirabilis virgo quatuor composuit libros, qui in lucem editi sunt, non quod hoc illa cuperet; sed quod Confessarii, & Superiores illius id ei præceperunt ad populos erudiendos; & qui approbati fuerant a magno Doctorum hominum numero, quibus cura hæc fuerat demandata, libros admirabili unctione perfusus, qui legi non possunt, quin legentes commoveantur, & gustent delicias, quibus magna hæc anima repleta erat, & quin simul admirentur abundantes divitiæ dilectionis, qua Salvator incomparabilem Virginem hanc profuquebatur. P. Novet in Meditationibus.

Sed quomodo magnam hanc Virginem imitari possumus? neque enim dubio quo minus nostrum singu-

Ejusdem argumenti.


S. Theresia scientiam habuit sublimem, & insulam, quæ in ejus scriptis apparet celesti doctrinæ mandantibus.

Quomodo S. Theresiam imitari valeamus.

singuli dicant intra se, fieri non posse ut quis adeo sublimem perfectionis gradum perveniat. Verum est hoc nimis esse illis, quibus non satis animi, & consilii est, ut Sancti fiant. Sed componamus; partiamur vitam, & actiones S. Theresiæ: relinquamus dilectissimis filiabus illius, quod maximum, & difficillimum est; relinquamus illis severas penitentias, austeritates, vigiliis, cilicia, jejunia, silentium, & solitudinem, & omnem penitentia apparatus, quem sensus nostri perhorrescunt. Relinquamus etiam illis omnia hæc non vulgaria dona, quibus Sancta hæc virgo fuit cumulata; has uniones cum Salvatore, hæc tenera colloquia, quæ Orationis tempore habebat cum illo, has elationes, extases, impetus; demum quidquid abhorret a communi providentia, & quæ non

nisi delectis, & privilegio donatis animabus permittit. Nos autem cur non imitabimur ejus penitentiam, & desiderium satisfaciendi Deo propter peccata suis toto cælo majora? Cur non imitabimur zelum ejus, & reparabimus injuriam, quam intulimus Deo pravis exemplis, alios ad Dei cultum, amoremque trahentes? Cur non imitabimur hunc amorem passionum; quandoquidem hæc portio est, quam donat Deus Sanctis animabus, quas sibi eligit Sponsas, & quas ad altissimum usque Sanctitatis gradum vult promovere? Tradamus igitur nosmet ipsos voluntati Dei admirabilis hujus Virginis exemplum secuti; ita enim magis testatam facere possumus magnitudinem amoris, quo illum prosequimur. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

PRO S. FRANCISCI SALESII PANEGYRICO. MONITUM.



O magis nostra interesse arbitrandum est Sancti Francisci Salesii laudes celebrare, quod inter nos factus est Sanctus, & quod non multum distamus ab iis temporibus, quibus vivit, præterquam quod in vita, quæ in speciem quidem communis videbatur, ostendit heroicis virtutibus exerceri posse, & inter ceteros Christianos vulgo Sanctitatis eminentia elucescere. Quamobrem, quin amplificemus elogia, quæ tot homines summæ conculerunt illi, & quæ non ita pridem confirmavit Ecclesia, dicere sufficit, difficile esse invenire excellentius virtutum exemplar, & accommodatius Ecclesiastico statui, & seculari; & virum qui exemplo vitæ laboribus Apostolicis, exacte admirabilibus scriptis suis plus ad sanctificandas omnes condiciones, & omnia vitæ civilis contraheret.

Quod spectat ad formam, & materiam Panegyricæ orationis in laudem hujus Sancti viri, cum præsentari possit sub variis characteribus, ad replendum illum, qui delectus fuerit, ex hac rerum copia, quam accuratè collegimus ex Auctoribus vitæ illius, & ex Sermonibus, tam M. S. quam editis hujus argumenti, copiam large suppetere posse arbitramur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

In Fide, & lenitate ipsius, Sanctum fecit illum. Eccli. 45.



Iacet antiquitas sit laxitati obnoxia, novitas autem habeat erroris suspicionem, ubi agitur de Religione: nihilominus verum est in omnibus Sanctis, quos Deus sæculorum decursu suscitavit in Ecclesia sua, aliquid antiqui, & novi aliquid inventi; spiritum æternum, & immutabilem a quo sanctificantur; & characterem particularem, quo ab aliis distinguuntur. Videtur in illis puritas Religionis velut in origine sua, & vi progressuum illius, & ut electæ hæc formentur animæ, paterfamilias, qui invigilat perfectioni filiorum suorum, & gloria domus suæ, profert de thesauro suo nova, & vetera: Vetera quidem, ut ostendat, se esse omnium bonorum fontem, & se esse Deum patrum nostrorum: nova autem; ut liqueat, inexhaustas esse misericordias suas; & sicuti nulla datur acceptio personarum, ita apud eum nullum dari temporum discrimen. Hoc divina Providentia nostris hæc diebus nobis ostendere voluit in S. Francisci Salesii persona. Hic vivit quemadmodum primi vivebant Fideles, in sublimium virtutum exercitatione; docuit homines horum temporum in sublimiorum virtutum praxi exerceri; comparabilis illis, his imitabilis novit se se attollere ad virtutem illorum, & horum senet imbecillitati submittere, Houdry, Paneg. Tom. II.

& subsidio hujus spiritus, qui operabatur ab initio, & qui nunc etiam operatur, nobis reliquit imaginem vitæ veteris, & novæ, quod mihi locum præbet ostendendi: 1. Quid fides in illo operata fuerit cum primis Sanctis communc. 2. Quid lenitas fecerit in ipso novum, & singulare. Pro parte priori, videlicet in illo raras enituisse qualitates Ecclesiæ primitivæ: effullerunt. 1. Fides illuminata tempore tumultus, schismatis, & hærescos. 2. Magna innocentia sæculo corrupto, atque perverso. 3. Magni fervor in orationibus. 4. Eminens scientia, qua semper in studiis præ reliquis nituit. 5. Accessit ad hanc scientiam humilitas profunda, ne inde intumesceret, qui fere scientiæ effectus est. Itaque qui S. Franciscum Salesium vidisset, illum existimasset aliquem veteris Ecclesiæ Sacerdotem, nutritum, & educatum in meditatione Scripturæ Sanctæ, in praxi virtutum Evangelicarum; præparatum per solitudinem, & orationem; non suo, sed Dei spiritu actum in Ecclesiasticis ministeriis, & statum suum, tanquam laboribus additum, existimantem. Pro altera parte ostendere possumus, lenitatem in illo operatam fuisse aliquid novum, & singulare. N 3

re supra alios primæve Ecclesiæ Sanctos. 1. Quod inrer studia vixit tamquam poenitens; in Accademis, tamquam Anachoreta, & in commercio tamquam Religiosus. 2. Neminem adeo bellè vitæ civilis officia, cum officiis conscientie scivisse conciliare, & commercium, rectumque Mundi usum sanctificare, se se accommodando tempori, & personis, & omnia ad Dei, & proximi amorem redigendo. 3. Neminem assecutum fuisse, æque ac S. Franciscum Salesium hanc vitæ æqualitatem in omnibus actionibus suis. Modestia illius erat singularis, & uniformis; & quamvis ille se accommodabat, erat nihilominus, aliquo modo invariabilis. Frustra igitur illa audire querela, novissima hæc tempora nequaquam esse secunda Sanctitate, Sanctisque, qualia erant antiqua. Nostra infimulanda est infidelitas, non autem gratia; quoniam in Sancto Francisco, qui novissimis hæc temporibus vixit, Sanctitatis prodigium intuenur, *Fle-shier*.

II. Deus, qui S. Franciscum Salesium ad Episcopale solium extulerat, illum animarum curæ præfecerat, omnes eidem largitus fuit qualitates necessarias, ut illas dirigeret, & ad sublimem perfectionis gradum perduceret. Etenim 1. cum fecisset illum in Ecclesia id, quod primæ Intelligentiæ sunt in Empyreo, adeo sublimes cognitiones, & lumina adeo pura illi concessit, ut quin alios deciperet, vel ab aliis deciperetur, dissiparet errorem, & illusionem spirituum, quibus moderabatur. 2. Cum illi credidisset Deus curam lucæsanorum hominum, qui se se Creatori suo submitterent, tribuit illi victricem lenitatem, & ita facilem aditum in eorum corda, ut nullum ita esset inaccessum, quod non facile expugnaret. 3. Cum illum in perfectionis, consummataque Sanctitatis statu collocaisset, dedit illi perfectam charitatem & zelum nullo unquam labore labefactandum, qui ab animarum regimine divelli non possunt, utque omnia verbo uno complectar, fecit illum, 1. Directorem prudentem, & illuminatum, quin nulli obnoxius esset illusioni. 2. Mitem, & facilem, quin in aliquam incideret laxitatem. 3. Zelo, & charitate flagrantem, quin ulla cupiditati obsequeretur; quæ sunt qualitates ab eodem in perfecto directore requisitæ, & quas Ecclesia illi honori vertit in oratione, quam illi dicavit.

III. Si charitatem non habueris, nihil sum. 1. ad Cor. 13. Si mihi habendum esset S. Francisci Salesii elogium apud mundi sectatores, quos inanis fulgor perstringit, vobis in illo proponerem præclaras qualitates, quibus ornari debet Politicus. Nunc illum exhiberem in celeberrimis Europæ Accademiis conciliantem sibi doctissimorum virorum admirationem, ingenii pernicitate, cognitionum magnitudine, doctrinæ soliditate, decisionum suorum nitore: Modò illum vobis ostenderem in duorum summorum ævi sui Principum aula versatum, quorum alter fuit Amedeus dux Sabaudia, qui sapientia sua Consultissimos Politicos exæquavit; alter verò Henricus IV., in quo virtutes, quas in Heroibus suis læctat antiquitas, simul collectæ unum effecere ex maximis Regibus, qui unquam floruerunt. Illum, inquam, vobis in duorum horum Principum aula proponerem ab utroque maximis in rebus exercitum. Modò sexcentas alias virtutes vobis exhiberem, quarum congeries ita admirabilis, ut ratò simul in eadem persona respluerent, ita illi æstimationem, amoremque captabat, ut primo intuitu quisvis ejusdem moribus alliceretur. Sed quanti hæc propria bona ille ipse faciebat, ubi oculis fidei intuebatur? & quanti hodie etiam facit, cum illa cum luminibus gloriæ intueret; ad cuius nitorem eorum veritatem in se ipso cognoscit? Frustra inquit ille nobis cum Apostolo, possidisset ea, quæ ab hominibus maximi sunt in eis, qui sunt admirationis eorum objecta, si charitas mihi non esset: Si charitatem non habueris, nihil sum. Hæc una character est filiorum Dei. *Sola dilectio discernit inter filios Dei, & filios Diabolus*. Character, qui

untus efficere potest veram fidelium magnitudinem. At enim nunquid Sancti omnes Charitatem non habuerunt? ita sanè, nihil enim magis est de essentia Sanctitatis. Sed modò ita peculiari fulgore enituit in S. Antistite, cujus memoriam hodierna die celebramus, ut hæc nobis præbere debeat elogii ejusdem argumentum. At multine reperitur, in quibus hæc regnet virtus, summo cum seculi nostri dedecore, quo in singulos dies adimpleri videremus formidabile illud Filii Dei verbum: *Refrige- scet charitas multorum*; Cujus vaticinii complementum, quod ex oculis nostris elicere debet lætymas, ad temporis hujus plorandam calamitatem, simul adducere nos debet in admirationem Sancti, qui in tanto frigore flagravat igni sacro, quo oriens Ecclesia succensus intuebatur Pastores suos. Quid enim in illis Charitas operabatur?

1. Zelum ardentem, quo excitabantur, ut perfectè munere suo perfunderentur.

2. Lenitatem imputabilem, quæ zelum ipsum ab omni acrimonia tuebatur.

3. Perfectam integritatem, quæ lenitatem hanc distinguebat a turpi indulgentia, quæ in cupidis animabus sæpe invenitur. Characteres, quos illa perfectè delineavit in incomparabili viro S. Francisco Salesio; quod facile in ejus Panegyrico ostendam. *P. Marjineau*.

In fide, & lenitate Sanctum fecit illum. Eccles. 45. Considerari potest S. Franciscus Salesius, quo ad fidem ejus, & quo ad lenitatem ipsius; & in puncto primo ostendi, fidem reddidisse S. Franciscum Salesium acceptum Deo, & per hanc virtutem illum se elevasse ad sublimem perfectionis gradum. 1. Quia quidquid S. Paulus tribuit fidei summorum virorum veteris Testamenti efficit characterem heroicæ fidei S. Francisci. 2. Fides ejus plena fuit non vulgari amore in tentatione omnium acerbissima.

In altero puncto ostendere possumus illum lenitate sua maximas conversiones fuisse operatum. Ita alios sanctificans se ipsum sanctificavit. 1. Quia lenitas est magnus Episcopi character. Perfecto cum Propheta nobis promiserunt Messiam, qui est animarum nostrarum Episcopus, præ ceteris characteribus, quos illi affinxerunt, summa bonitas fuit, & lenitas inaudita; ajunt enim, vocem illius auditum non iri in publicis plateis, non esse concertaturum; nequè extincturum linum fumigans. Episcopi in partem accedere debent hujus privilegii cum filio Dei, ac illud ab eo mutuari. Esto suavis ad omnes, inquit Paulus Discipulo suo. Virtus hæc ita Sancto huic fuit ingeniata, ut Ecclesia hanc illi tribuat in officio. 2. Per lenitatem hanc hæreticos convertit. Sermones ejus ferebant lumen, & unctionem, sed hæc dominabatur; & si oppotum finem consequeretur, salutem videlicet ovium, quas illi crederat Dominus, hoc semper faciebat tegens semper vim suavitate, quæ, *Suaviter, & fortiter attingit a fine usque ad finem*. Hæc viæ sunt, quibus se ipsum sanctificavit, fides, & lenitas. *In fide, & lenitate Sanctum fecit illum, & per duas hæc virtutes Sancti Episcopi officii perfundus est. Elogia historica*.

In lenitate ipse Sanctum fecit illum, Ecclesiast. 45. Audiveram, cælum vim pati, & a violentis rapi; ecce autem Sanctus, qui illud acquirit, & eripit lenitate, & qui per virtutem hanc tranquillam, atque pacatam id assequitur, quod alii per audaciam, atque fortitudinem suam vix ausi sunt aggredi. Scio equidem gratiam non semper mortaliū ingenio, atque naturæ se se subintrare, eamque sapius efficere impressione Sanctitates profusus oppositas ingenio, ac menti eam recipientium; sed fatendum est etiam, divitem naturam, & nobilita studia, quæ ab ipsa navitate fortiri sumus, plurimum conferre, si minus ad promerendum bonarum actionum nostrarum principium, saltem ad illas juvandas; sive removendo obices, qui Spiritus Sancti motus remorantur, seu tribuendo actionibus nostris characterem Sanctitatis, qui eas peculiariter decet.

debet: Ita videntur virtutes, quæ sunt in spiritu vehementi, & qui cum impetu fertur, habere neficio quid audacia, & generositatis, veluti in S. Paulo, & in Apostolicis viris; in iis autem, qui severo sunt ingenio nonnihil habere austeri, atque severitatis, non secus in antiquis Anachoretis; cum e contra in spiritibus lenibus, & moderatis, secretam habeant illecebram, per quam in mortaliū corda se insinuant. His positis duas propositiones addo in honorem S. Francisci Salesii, quæ totum illum Panegyricum constituent.

1. Illum per lenitatem sanctificasse; quandoquidem per virtutem hanc ad sublimem, & eminentem perfectionem se extulit.

2. Illum hac ipsa lenitate usum esse, ut quamplurimos sanctificaret, quorum alios ab errore subduxit, alios ad Dei cultum pertraxit, alios ad praxim eximiarum virtutum impulit per devotionem æque suavem, ac solidam. Hæc erit Sermonis partitio. *Aucter Sermonum in omnia argumenta*.

VI.

S. Franciscus Salesius erudit impios, hypocritas, & hæreticos. Mundi sectatoribus inanes abstulit excusationes, quibus ad colorem aliquem allinendum flagitiis suis abutuntur. Abstulit virtuti speciem horrificam, sub qua exhibetur, ut fugæ illius horrores causam præterant. Abstulit errori fictos colores, quos mutatur, ut veritati sub ejusdem specie inferat bellum. Atque, ut omnia paucis complectar: 1. Confudit proterviam exemplis. 2. Hypocritis personam abstulit lenitate. 3. De hæresi triumphum egit laboribus suis. Ecce in quem usum Salvatoris gratia rara talenta usurpaverit, quibus magnus iste Episcopus ornatus erat. *Ex Specimine Orationum Panegyricarum*.

VII.

Fecit concordiam in sublimibus suis. Job 35. Verba hæc conveniunt Magno Antistiti, cujus elogium celebrandum aggredior. Pietas, inquit ille, mortificationibus aufert quidquid illis inest amari, consolationibus verò quidquid habent periculi. Hæc pauperum curas mulcet, divitum cupiditatibus moderatur; aufert animi dejectionem in oppressione, in elatione insolentiam, in solitudine tristitiam, in mundi conversatione evagationem. Scit nos hilariter regere in egestate, & copia; utilem nobis reddit honorem æque, atque contemptum; sine ullo discrimine recipit voluptatem æque ac dolorem, & quovis tempore nos replet pace admirabili. Omnes hi veræ virtutis characteres, quos S. Franciscus Salesius ad vivum representat in incomparabili opere, cui titulus: Introductio ad vitam devotam, admirabilis apparuerunt in vita ipsius, quoniam particularis ejusdem character est in se collegisse eas qualitates, quæ sibi met adversari videntur. *Fecit concordiam in sublimibus suis*. Sed generale hoc argumentum ad duplicem propositionem redigo.

1. Conjunxit vitam urbanam cum Christiana, palam ostendens in omnibus mundi statibus, iis etiam, qui præ ceteris eminent, perveniri posse ad sublimem perfectionem.

2. Conjunxit lenitatem cum Evangelica severitate usus modò severitate, modò indulgentia fecundum Evangelii spiritum, & animarum necessitatem.

VIII.

S. Franciscus de Sales tribus in statibus diversis considerari potest, ubi se præbuit perfectum pietatis, zeli, omniumque virtutum exemplar, quæ ornare possunt quemlibet ex his statibus singillatim.

1. In statu seculari, in quo aliquandiu permansit, habitus fuit tamquam innocentia, & puritatis miraculum, quamobrem suspiciebatur velut Sanctus ea in ætate, quæ prona est in voluptates, & pluribus vitiis obnoxia; eo præsertim sæculo, quo licentia in consuetudinem abiisse videbatur.

2. In statu Ecclesiastico, & merè presbyterali exercuit Apostoli ministerium; in quo maximum edidit fructum per conversionem hæreticorum, & improborum; quod merito illi gloriosum Apostoli novissimorum horum temporum nomen comparavit.

3. In Episcopatu, ad quem licet invitus assum-

ptus fuit, sapienter, diligenter, leniter omnia hujus dignitatis obiit officia; quæ res jure illi promerita est gloriam pulcherrimi ornamentis status illius, & unius ex maximis Sanctis, quos veneretur Ecclesia.

Ostendi potest elogium, quod Spiritus Sanctus tribuit Moyfi, *Dilectus Deo, & hominibus*, esse posse argumentum, & partitionem Panegyrici in Sancti nostri laudem, ostendendo

IX.

1. In priori puncto illum Deo fuisse dilectum, quia ille ipse præventus amore, quo diligebatur a Deo, vicissim dilexit Deum, 1. Ardenter a vitæ suæ primordiis usque ad finem nullam habens mentem nisi ostendendi illi amorem suum, cujus præclara reliquit argumenta. 2. Per purissimam, atque integerrimam Charitatem. 3. Per charitatem generosissimam, constantissimam, ac probatissimam.

2. In altero puncto facile est ostendere, ipsum dilectum fuisse hominibus. Inerant illi omnes perfectiones, & qualitates, quæ hominem amabilem reddunt: lenis suavitas, ad beneficiendum propensio, cordis rectitudo, animi candor, quo promerebatur affectum eorum omnium, quibus accidit cum illo versari, eumque cognoscere. Sed cum difficile sit amorem aliorum sibi conciliare, nisi amaveris eos, quorum affectum captas, nemo unquam magis ostendit se proximum amare propter Deum.

1. Quia nemo majorem testatus est zelum propter salutem hominum, cujus rei tor, & tam præclaræ res ab ipso gestæ fidem facere possunt. 2. Quia nemo majores perpessus est labores, vel majora subivit pericula, ut illis veram felicitatem procuraret.

3. Quia nemo proclivior fuit opem ferendo miseris, & de omnibus benemerendo, quam Sanctus hic, qui nullis ad id pepercit sumptibus, laboribusque.

X.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Matth. 5. Salvator Mundi, qui Beatos proficitur eos, qui christianam hanc lenitatem possident, cujus semet in exemplum proponit: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde*, Salvator, inquam, pro ratione adfert mercedem, quam in hac etiam vita consequuntur, & certitudinem illius, quam consequuntur in altera. *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram*, tamquam imperium, vel regnum illis quaesitum. Ubi Patres, & Interpretes quarunt, quamam hæc terra futura sit, ubi dominationem exercebunt.

1. Quidam cum S. Hieronymo dicunt, terram hanc illorum cor, & animam esse, quam in pace possidebunt perfecto imperio in omnes cupiditates suas, quarum obtinebunt arbitrium; quod apparet in S. Francisco Salesio, qui integram retulit victoriam de affectionibus suis vehementioribus, ambitione, avaritia, voluptate, quæ victoria illum constituit pacatum animæ suæ possessorem, videlicet partis hujus terrenæ, & animalis nostrum met ipsorum. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*.

2. Possessio terræ hujus, videlicet sui ipsius, cujus nos dominos facit lenitas, non videtur S. Chrysostomo sufficere volenti ad litteram intelligi; videlicet illos dominaturos esse cordibus omnium, super quæ per lenitatem suam quandam imperii speciem exercebunt; quoniam illi ipsi, qui vi, & violentiæ resistunt, cedunt, & victas dant manus lenitati, quod Salesius ostendit in omnibus suis gloriosis operibus.

3. At S. Augustinus, & vulgatio Interpres sententia, tenet terram promissam mitibus, non aliud esse quam terram viventium, & regnum Cælorum; regnum illud pacatum, ubi regnat concordia, cujus prægustatio est pax, & interior tranquillitas; quod facile potest probari exemplo S. Francisci.

In fide, & lenitate ipse Sanctum fecit illum. Eccles. 45. S. Franciscus Salesius a Deo fuit electus duplici, eaque maximi momenti de causa; quarum utraque vitam illius, gloriosioresque labores ejus partita est; primum, ut oppugnaret hæresim, eam-

XI.

que proſtigaret: Secundo, ut Chriſtianam pietatem ſerme labefactam inſtauraret. Pro utroque id fecit, quod ab Apoſtolico viro expectari poterat; & eos nactus eſt exitus, quos vix & ne vix quidem crederemus, niſi teſtes adhuc viventes cum publico mortaliſimo conſenſu indubiam fidem facerent. Ego vero ajo haſ Coeleſtes benedictiones acceptas eſſe referendas ſingulariter ejus lenitati. Ita igitur Sermonem pinguior.

1. Franciſcum vi lenitatis ſuae triumphum retulit de hereſi.  
2. Franciſcus unctioe lenitatis ſuae pietatem in Eccleſia reſtituit. P. Bourdaloue.

XII.

Epifcopi, S. Dionyſius inquit, ſunt Hierarchie Eccleſiaſticae Principes; ad illos igitur ſpectat perſicere ſucceſſores, quemadmodum in coeleſti Hierarchia Angeli ſibi inferiores ſpiritus perſiciunt. Hinc oritur, S. Thomas inquit, quod necesse eſt Epifcopos eſſe perfectos, neque enim, faltem in rerum naturalium ordine, poſſibile eſt illos communicare aliis per actionem ſuam, quod per ſe ipſos non habent. Haec veritas, quae exemplis privatis non ſemper comprobatur, omnino probata in noſtro illuſtri Praefule invenitur. Electus a Deo fuit, ut ſpiritus pietatis effunderet in totum corpus Eccleſiae, adque tribus praefantiffimis mediis praefitit.

- 1. Lenitate doctrinae.  
2. Lenitate regiminis.  
3. Lenitate exemplorum ſuorum, Haec illum ad tantum gloriae verticem ſuſtulerunt, & poſuerunt tamquam Agnum Dei in monte Sancto, Ex Patre Bourdaloue ibidem.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, unde hauriri poteſt copia ad propoſitas ſermonum ſtrukturas exornandas, & Auctores, qui hoc pertractant argumentum,

Vita Sancti hujus S. y. p. 100.

Carolus Aug. de Sales primus omnium S. Franciſci Saleſii vitam conſcripſit, & ſuppeditavit monumenta, juxta quae alii vitam elucubrati ſunt.

P. Joannes de S. Franciſco unus eſt ex primis, qui Gallicae Sancti hujus Antiquitatis vitam ediderit. P. Talon ex S. J. Sancti hujus vitam ante illius Beatificationem ſcripſit.

Henricus de Maupas de Tour Epifcopus Podienſis aliam typis edidit anno 1657.

Auctor Anonymus quartam in lucem protulit typis Barbin anno 1687.

Marſolier aliam duobus tomis in 12. dedit, ſuperioribus elegantius ſcriptam.

Baillet in primo Tomo de vitis Sanctorum die 29. Januarii.

Hermant in historia Institutionis Ordinum Regularium.

Afcelici.

Sunt & aliae plures Sancti hujus vitae Latine, Gallicae, atque Italicae ſcriptae.

P. Nover amplam, ac devotam proponit meditationem hujus argumenti pro die Feſto hujus Sancti. Godeau in Elogiis Epifcoporum diſerte illud S. Franciſci Saleſii concinnavit.

P. Croiset in Afcelicis exercitationibus pro Menſe Januario, refert vitam, & facta illuſtriora cum ſcitis animadverſionibus.

Conclonatorum.

P. Senault Oratorii Praeſbyter, Primo Tomo Panegyricorum.

Biroat. Tomo primo Panegyricorum.

P. Texter Tomo primo Panegyricorum.

Fromentier inter Panegyricos unum habet hujus argumenti.

Flechier in Panegyricis.

P. Duncau in Tomo primo de Panegyricis Sanctorum.

Auctor Elogiorum historicorum, Tomo primo.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Chriſtiane argumenta Tomo primo Panegyricorum.

In ſpecimine Panegyricorum tria ſunt Sermonum hujus argumenti compendia.

Addeſt Epitola Alexandri VII. ad Nepotem ſuum,

continens egregium S. Franciſci Saleſii elogium, adfertur a P. Nover poſt meditationem in feſtum diem Sancti.

Celebris Jo. Petrus Camus Epifcopus Bellicenſis poſt mortem S. Franciſci in lucem edidit opus, cui titulus: Spiritus S. Franciſci Saleſii, ubi collegit minimas etiam ſententias, & actiones illius, quae maxime communes videntur.

PARAGRAPHUS III.

Loca, Exempla, Figurae, Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loca lenitati illius applicabilia.

ERat autem Moyses mitissimus omnium hominum. Numer. 12.

Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam, & deducet te mirabiliter dextera sua, Psalm. 44.

Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram. Psalm. 148.

Deus deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Prov. 3.

Mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Psalm. 36.

Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furor, Proverb. 12.

Fili, in mansuetudine opera tua perſice, & super hominum gloriam diligere. Eccl. 3.

Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem? Isaie 42.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, Matth. 5.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, Ibidem.

Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Matth. 12.

Sapientia, & disciplina, timor Domini, & quod beneplacitum est illi, fides, & mansuetudo. Eccl. 1.

Charitas patiens est, benigna est, charitas non amulatur, non inflatur, non est ambitiosa, non querit, quae sua sunt, non irritatur &c. 1. Corinth. 13.

Servorum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docilem, patientem. 2. Timoth. 2.

Eravres si praecipitatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans, ne & in tentetis, Ibidem.

Loca applicabilia amori puritatis.

Epigi sedas cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. Jobi 31.

Sci vi, quoniam non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum scire erat Sapientia. Sapient. 8.

Beati Mundo corde, quoniam Deum videbunt, Matth. 5.

Sint lumbi vestri praecincti, & lucerna ardentes in manibus vestris. Luc. 12.

Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem. Proverb. 21.

Incorruptio facit proximum esse Deo. Sapient. 6.

Omnis ponderatio non est digna continentis anime.

Loca applicabilia illi, quatenus Episcopo.

Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, pudicum, hospitalem, domum suam bene praepositum &c. 1. ad Timoth. 3.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Corinth. 4.

Talis decebat, ut nobis esset Pontifex Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior caelis factus. Hebr. 7.

Labore

Labore sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. 2. ad Tim. 2.

Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum Dei. Ibidem.

Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Hebr. 5.

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis, Joan. 10.

Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. Eccl. 18.

Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oves non habentes pastorem. 3. Reg. 12.

Ego congregabo reliquias gregis mei, & convertam eos ad vira sua, crescent, & multiplicabuntur. Jerem. 23.

Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, Joan. 11.

Alii loci propius ad Sanctum huic pertinentes.

Dilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Eccl. 25.

Pertransiit benefacendo, & sanando omnes. Actuum 10.

In fide, & lenitate sanctum fecit illum. Eccl. 45.

Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. 1. Corinth. c. 9.

Zelus Domus tua comedit me. Psalm. 68.

Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum Filii Israel, altaria tua destruxerunt, 3. Reg. c. 19.

Exempla, & figurae ex Bibliis de prompte.

In quibus Moyses & S. Franciscus Saleſius sunt similes.

DE Moysse dictum est: Magnificavit eum, Deus, in timore inimicorum, & in verbis suis montem placavit. Aegyptii, Amalecitarum, Chanaanitarum, Iſraelitarum inimici timuerunt Moysen propter signa, & prodigia, quae operabatur, & quae ad nutum ejus cessabant, cum illi e re esse cenſebat. S. Franciscus Saleſius haereticorum quoque fuit terror, qui resistere non poterant vi sermonum illius, & spiritui, qui loquebatur in illo. Placavit quoque, hoc est abstulit monstra iniquitatis, cum convertebat peccatores, ita lupos convertens in agnos.

Ibidem.

De Moysse dictum quoque fuit; Glorificavit illum in conspectu Regum Pharaonis Regis Aegypti, & Agag Regis Amalecitarum. Saleſius quoque magnam adeptus est gloriam coram Regibus Galliae Henrico Magno, & Ludovico XIII. quorum prior illi hoc perhibuit testimonium, se non vidisse unquam praefulem eo digniorem, & sapientiorem: Alter vero illum singulari observantia coluit, & paulo antequam Sanctus Antistes moreretur, Avenione ejusdem visitationem accepit, tamquam Angeli de caelo dilapsi. De Moysse legitur a Deo illi datam fuisse legem, & praecpta populo suo irroganda, eique gloriam ipsius ostensam fuisse: Juste illi coram proximo suo, & ostendit illi gloriam suam; quod perinde intelligendum non est, quasi communicasset illi Deus visionem essentiae suae, sed de gloriosa apparitione, in qua se illi videndum praebuit in Monte Sinai. Saleſius aequae ac vetus hic legislator verbum Dei, legem, ejusque mandata annuntiavit, non solum populo Diocesis suae, sed in pluriſibus Galliae, Sabaudiae, Italiaeque locis; & quocumque pergeret, dici poterat Angelus, qui Dei nomine hominibus pacem nuntiaret, cui eum Deus peculiariter tradidisset gloriae suae cognitiones, nihil erat antiquius, quam illas praedicare, & evulgare quocumque seſe conferret, & quomodocumque posset. De Moysse dictum est, quod Deus in fide, & lenitate sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Cujus rei in libro Numerorum Dei ipſum testimonium habemus, qui de Moysse loquens servum fidelissimum eum vocat. Lenitas quoque il-

Ibidem.

lius in eodem Numerorum libro commendatur; Inter virtutes, quae praeter ceteris in Saleſio entigerunt, constat insigniores fuisse illius fidem, & lenitatem. Neque praetermittendum est, illum a Deo potissimum electum fuisse ex omnibus aevi sui viventibus, ut in peccatorum conversione, & propter animarum salutem plurima operaretur.

Ibidem.

Nemo inficias ibit Sancti Praefuli nostri lenitatem cum vi esse conjunctam; & haec fortasse abditata erat hujus aenigmatis ejus sententia, quod olim proposuit Samson de apum examine, quod alveate suam constituerant in gutture leonis, quem ipse interfecerat; & dulcedo egressa ex ore fortis nobis praefigurabat praefulem virtutem hanc, quae medium tenet inter mollem indulgentiam, & ferocem severitatem, quae sensum domina facta animae alicujus, nullum relinquit aditum acrimoniae, morositati, iracundiae; & cujus habitus etiam in illis efformatus ingeniis, quae ad illam procliviora videntur, certo esse non potest nisi fructus plurimorum certaminum, & victoriarum. Talis fuit dulcedo S. Franciſci Saleſii, quam ille cum Evangelica severitate conjungere novit; qui cum interitum mitissimus esset apud alios, secum inexorabili severitate utebatur. Quin severam morum doctrinam palam vendicaret, & clam sibi commodam concinnaret; quin saeculi abusus deploraret, eorumque numerum augeret, quin chimerica Reformationis consilia creparet, ut laxitates veras contegeret; quin Evangelii praecpta eluderet devitiis explanationibus, ut sibi temporalia commoda procuraret: rationes maxime legitime, & acquiruntur illam a recta via deflectere non poterant, neque tantillum ardoris sui zelum immorari.

Virtus, & lenitas S. Franciſci cum Samsonis aenigmatate comparata.

Saleſius veteri Jos. ph. & Moysi sub diversis rationibus comparatus.

S. Franciscus olim in Geneva haereticam flevit, ut Salvator olim super Jerusalem.

Luc. 19.

con-



conatus adorationibus suis reparare contumelias, quibus gloriosum Salvatoris vexillum afficiebatur ea in civitate, a qua exulabat. Visus est crebro, non quidem Episcopatus sui reditus, quibus cives illi fuerant potiti, reposcere: sed animas, quae Jesu Christi Sanguine fuerant redemptae quin ullo in discrimine haberet temporalem utilitatem, quae ex urbe illa ipsi cedere poterat.

Alla Comparatio S. Francisci Salesii cum Moyse.

Dei Spiritus, qui nobis descripsit in Scripturis characteres, & imagines virorum qui primis saeculis florere, divites virtutibus, & potentes operibus, qui constituerunt Ecclesiam Sanctorum, pietatem, & Domini cultum super terram; his vocibus illam effinxit Moyses Ductor, & legislatoris populi sui. *Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu Regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In Fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum & elegit eum ex omni carne... & dedit illi coram praecipua, & legem vitae, & discipline docere Jacob testamentum, & iudicia sua Israel.* Animae Religiosae, quae nostris de virtutibus Sanctorum ferre iudicium, quoniam illas exercetis; aliis ne verbis uteremini exornatae elogium beati Institutoris vestri a Deo benedicti, a Regibus in honore habiti, a populis amati, & ab ipsis etiam peccatoribus celebrati? Vivit adhuc illius memoria in mentibus vestris. Pietatis fama optimum adhuc efficit odorem in tota Ecclesia. Collegit Deus in huius persona virtutes omnes praeceptorum saeculorum, & recentis adhuc pro illo creasse videtur. Vitia subegit; haesum consillis, & correptionibus suis, atque rationibus docilem reddidit. Ille huic dedit legem gratiae, & lenitatis annuntiandam novissimis hisce temporibus, inflammavit eum sua charitate, ut traderet populo suo scientiam charitatis, & artem, ut ita dicam, devotionis Christianae.

S. Franciscus similis servo, qui iustus & benignus fuit, cogit claudens, & infirmos ingredi h. aulam convalesc.

Considerans teneram affectionem, qua S. Franciscus Salesius pertrahebat ad Deum cujuscumque conditionis homines, nulla habita acceptione personarum, libens comparare illum cum prudente, ac sollicito famulo, de quo apud S. Lucam sermo est; qui a domino suo iustus fuit compellere in domum suam, & facere, ut mensae accumberent caeci, claudi, infirmi quotquot invenisset vel in viis errantes, vel cubantes in plateis. Parabolae huius sensum assequi facile est, & quin ipse dicam, jam nostris, nomine eorum intelligi Haereticos, quibus necesse est oculos aperire, & verum lumen videre; claudos vocabulo peccatorum innui, qui in salutis vias sunt dirigendi; infirmorum autem verbo, poenitentes, quorum mens ritubans, & male firma roboranda est contra recidivas, atque languores. Quis tale opus aggredi audebit? Constantia opus est, & zelo, ut inearum consilium; prudentia, & felicitate ut cedat a sententia. Has omnes qualitates in Francisco Salesio invenimus: quibus enim rebus par non est hic prudens, & zelotes famulus Filii Dei, efformatus secundum exemplum, & animatus Spiritu Domini praeter ceteris toto caelo suavissimi? Videt ille quidem ingentes obices Haereticorum conversioni, non ideo cessat; quid enim ejus constantiam deterrere potest? Videt peccatores perniter ferri in viam iniquitatis; sed tenera illius miseratione praecurrit, ut eos remoretur, & revocet in semitas veritatis. Poenitentes in via spinis, & amaritudinibus conferta nutant; munit eos, opem illis adfert, & pro virili parte non cessat, quominus ea peragat, ad revocandas in boni Pastoris pascua oves, quae deerraverant.

Cum Salesius electus fuit pro Missione traditus Caballici, amici omnes illi restant

Fideles Milesii perculti periculis, atque ipsa morte, quae S. Paulo imminerebat, si se Ierosolymam conferret; Prophetae quippe portenderant illum ibi in vincula esse conjiciendum, & mala gravissima illi esse subeunda; nihil intentatum reliquerunt, ut eum ab itinere deterrerent, quo videbatur Ecclesia

eripiendus. Cum autem viderent illum in proposito consilio immotum permanere, & zelo ejus omnem expelli maximorum periculorum timorem, coacti paruerunt imperio, oculisque lacrymatum imbre manantibus omnia illi fausta precantes dimiserunt his verbis, fiat Domini voluntas. Aliquid simile usavenit S. Francisco Salesio. Cum enim Annetii rumor percrebisset, Sanctum virum jam delectum fuisse, ut Caballici agri Missionem aggredieretur, & ipsum propediem esse discessurum, amici illius, qui iudicium ferebant de eo, quod Haereticis ad faciendum erant parati, ut Religionem suam tuerentur, ex iis quae secerant ad illam instituendam, & qui minime dubitabant, quin hoc esset morti certa se objicere velle, solum, & incertum id assequi, quod Sabaudiae dux cum magnis copiis invito conatu facere non poterat, ad arma concurrunt. Nemo unus fuit, qui summis viribus non contenderet, ut amoverent illum de sententia. Scripserunt ergo ad Comitem, & Comitissam, a quibus Franciscus abeundi facultatem erat impetraturus; qui illum rationibus validissimis deterrere conati sunt, ne se objiceret Missioni, in qua mors certissima illi impendere videbatur. Nihil tamen prohibere potuit, quominus ille zelum suum sequeretur, & recordatus exempla Apostolorum, primumque Apostolicorum virorum, penitus sese tradidit Providentiae, Deumque summo cum ardore precatus, ut sibi esset praesidio adversus tam infestos hostes, quot erant haeretici, & aereae potestates, imperterritus in aciem descendit certus nihil inausum, atque intentatum relinquendi, tammodo in pascua redigeret oves, quae de domo Domini deeraverunt.

dolorem, quem sensit S. Paulo Milesii, veritatem amplius reverteretur ad illos.

Lenitas appellari potest virtus Salvatoris amica. Non satis illi fuit de hac nos erudire, verum etiam sese illius in exemplum proposuit. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Mirumne ideo esse deceat, si lenitas fuit virtus familiaris omnium discipulorum Dei? Lenitas, & humilitas cordis invicem divelli nequeunt, & videntur esse verae devotionis characteres. Ostende mihi Sanctum virum qui hoc lenitatis spiritu caruerit. Moyses erat mortalium omnium mitissimus. David confidentiam suam in sua lenitate collocare videtur. Beati mites, inquit Mundi Salvator. Universum Evangelium complectitur lenitatis caractere, qui corda rapit. Hic idem lenitatis caractere fuit peculiaris optimo huic Pastori Francisco Salesio; qui semper in omnibus actibus suis expressit illa Scripturae verba: *In fide, & lenitate ipsius Sanctum fecit illum.* Animatus potissimum hoc vero Jesu Christi Spiritu, mirum esse non debet, si in omnibus actionibus suis hac virtute enituerit; mirum non est si tot peccatores converterit, atque tot haereticos in Ecclesiam sinum revocaverit. Suavitas haec non erat in illo naturae vis, sed Religionis. Debuit igitur diutius semet mortificare, ut illam acquireret; debuit plura sustinere certamina, pluresque triumphos referre. Sed quam jucundus fuit fructus tot deliciarum; & quam suave virtutem acquirere, quae ab aliis pluribus separari non potest!

S. Franciscus dilectus lenitatem a Filio Dei qui se huius virtutis exemplum prae se poluerat. *Marth. 11a Num. 12a P. salm. 131a*

Lenitas Christiana necessaria. Hac cum omnibus Christianis virtutibus admittitur.

Eccl. 45a

Applicationes locorum Biblicorum huic argumento.

Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Ps. 20. Prævenit Deus S. Franciscum Salesium iis benedictionibus dulcedinis, quas nonnumquam effundit in animas electorum suorum, ut exemplis eorum homines ad pietatem pertrahat. Hac animae bonitas, qui fructus est felicitatis nativitatis; haec monita charitatis, quae efformat gratia, ubi nascitur cor docile, hi exantlati labores pro Ecclesia, haec fidelitas in ministerio suo, haec patientia in sustinendis injuriis, hic spiritus paupertatis in possessione divitiarum, haec integritas in commercio cum hominibus, haec ejus humilitas in publica veneratione, exemplo ostenderunt, vitam institui posse secundum praesentis saeculi mores simulque conservari omnem puritatem, & perfectionem primorum

Magna Dei de S. Franciscus Salesio consilia, & quomodo hic praeventus fuerit benedictionibus oculis illa exequere.

morum Ecclesiae saeculorum. Sed potissimum elegit illum Deus singulari amoris sui beneficio, ut esset oraculum novissimi saeculi, pater verae devotionis, Magister vitae spiritualis in omnibus statibus perfectionis Christianae. Hoc innuebat mysticus ille flammam orbis, qui sacro Annuntiationis die lapsus est super facellum illius, & qui in partes quatuor desiliens totum illud scintillis replevit; ut palam fieret, Deum uti velle ejus opera ad inflammandum ignem amoris sui in quatuor partibus mundi. Hoc etiam nobis portendebat dux ille igneae columnae, quae utrumque laurus cubiculi ejusdem occupavit, quasi extructura thronum huic Angelo caelesti, qui non secus ac Moyses alter deducere debebat tot mortales utrinque sexus per mundi huius desertum, Hoc denique illi significavit visio admirabilis, qua gavisus est ipso consecrationis suae die, cum in spiritu vidit tres adorabiles Personas Sanctissimae Trinitatis operari in interiori animae suae parte quod Episcopi extrinsecus operabantur.

Summus quidam Pontifex horatur illum ad extrinsecus proficenda illa privilegia, quibus divinitus fuerat ornatus.

Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Sap. 5. Hoc fuit authenticum illud testimonium, quod Spiritus Sanctus perhibuit virtuti S. Francisci Salesii, cum ad Episcopatus dignitatem evectus fuit; cum post celebratum examen, in quo sibi conciliaverat admirationem Summi Pontificis, plurimorumque Cardinalium; Clemens V. illi incumbens tamquam firmissimae columnae totius Ecclesiae mutatus est allata Sapientis Verba, ut primum, & celeberrimum texeret Panegyricum, quo non alter locupletior in Magni huius Praefulis honorem prolatus fuit: *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide;* quasi dixisset, non lateant diutius hi thesauri, quorum Caelum te sequentem constituit. Fac ut in mortalium oculis elucescant pura, & vivida lumina, quae ad illos erudiendos recepisti. Natus es ad omnem caritatem auferendam, ad omnia reparanda flagitia, ad omnes abusus reformandos, ad errores omnes tollendos, ad effundendas in omnes orbis christianae partes salutaris aquas, quas abscondit Deus in anima tua, & ad expiendam Ecclesiam Sanctam ab omni labe, qua antea deformabatur.

Lenitas Christiana necessaria. Hac cum omnibus Christianis virtutibus admittitur.

Reati mites; quoniam ipsi possidebant terram. Matth. 5. Terram videlicet electorum. Nulla esse potest homini Christiano virtus magis necessaria, quam lenitas; quia complectitur vel saltem reliquas supponit virtutes. Humilitas cordis quae est tamquam basis perfectionis nostrae, a suavi hac animae tranquillitate separari non potest. Lenitas semper prius est fructus constantis mortificationis, sicuti patientia fructus est imperturbabilis lenitatis. Dici etiam potest liberalitas ex parte characterem ejus efficere. Quenam virtus beneficentior? Quenam charitas sine lenitate? Sed quanam virtus hac amabilior? Nulla affectio est, quam non doner; nullum ingenium adeo asperum, durum, ferax, quod non emolliat. Nullum cor adeo induratum, quod non frangat, quod non sibi conciliet; omnia sese illi dedunt, omnia cedunt lenitati. Quis error est, arbitrari severitatem esse omnium temporum, atque locorum? Oleum pluribus medetur vulneribus, quam ignis. Undenam fieri putas, quod pueri adeo parum sese corrigunt? Undenam vitia, & mala in singulos dies multiplicantur? Quia vel negliguntur, vel nimis acerbe castigantur. Dura haec severitas semper a Sancti nostri Praefulis spiritu abfuit; omnes illius actiones cum immutabili lenitate conjunctae fuerunt, & credidit se non satis dignum obire posse ministerium, nisi omnino huic inmitteret virtuti, quam vulgo reliquae comitantur.

S. Franciscus Salesius erat omnibus qui se in huius corda omnium delinere.

Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Ad Cor. 1. Quemadmodum magnus Apollolus factus erat omnibus omnia, ut illos lucrificeret; hoc ipsum & Salesius nosse praestabat, cuius regula melius nequa exhiberi, quam illi applicando, quod S. Paulus dixit de se: *Cum liber es-*

sem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrificarem. Alexander PP. VII. qui Sancti huius Apothecosim celebravit, hanc admiratus similitudinem S. Francisci Salesii cum S. Paulo, nihil invenit, quod dignius inferretur in Collectam ab illo compositam, & in Missa, & Sancti ejus officio recitandam, his verbis: *Deus, qui ad ammirandum salutem B. Francisci Confessorum tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti &c.* Cum quovis mortalium genere tractabat pro singulorum ingenio; & modò abesse crimen, ad omnia quaeque descendebat. Cum Principibus, summisque viris magnam servabat reverentiam, ad eos cum humilitate, numquam tamen cum adulatione verba facientis. Cum honeste conditionis hominibus familiariter versabatur, quin gravitatem praese ferret; & hac ratione in omnium cor illabebatur, & magnos aequè ac parvos Deo lucrabatur; Ecclesiasticos, saeculares, Religiosos, peccatores, & pius; Haereticos, & Catholicos, amicos, & inimicos; pauperes & divites; bene, & malè valentes.

Sanctus hic protius divinus aëus Charitate tanto afficiebatur sensu affinitatis auct natura.

Dimitte mortuos sepelire mortuos suos; Matth. 8. Dixit Dei filius adolescenti, qui discurrere cupiebat sequelam ejus, donec justa perfolvisset parenti suo jamjam effereudo, Salesius consilii huius rigorem videtur augere; cum enim prope esset ut magna in concione confertissimi populi Dei verbum annuntiaret, accepit quidem nuntium mortis patris sui, quem unice, & ut verum deceat filium, diligebat: sed cor illius adeo plenum erat motibus charitatis, ut locus inventus vix fuerit sensibus naturae. Ipsum etiam suspendit dolorem, quod vultus adeo recens, atque grave eidem inferre poterat, ut eo munere fungeretur, quod totam mentem, integrumque cor exierit Ministri. Non recordatur amplius se illius esse filium, cujus sibi mortui nuntium adfertur; cogitat solum se esse Patrem populi, qui ad illum audiendum convenerat.

Ad S. Paulum exemplum Salesius se ipsam faciebat omnibus omnia.

Omnibus omnia factus, ut omnes lucrificarem. I. Cor. 9. Quisnam fando posset satis exprimere qua lenitate, qua indulgentia S. Franciscus Salesius se ipsum omnibus omnia faceret? modò confuscentes cum pauperibus, eorumque egestatis propiciens; modò plorans cum nequissimis peccatoribus, qui in doloris, & contritionis lacrymas soluebantur, postquam patethicos ejusdem sermones audiverant. Visus est cum patientia, quam nunquam satis admirari possumus, nutibus, ac signis erudire matrum, quem domi suae aiebat; & hoc pacto illi fidei nostrae rudimenta tradere; modò vero integras noctes apud phreneticum in mortis extremo periculo positum traducere, ad aliquod lucidum rationis intervallum expectandum; & frequentius erudiendas egenas mulieres tanta cura, & applicatione, quasi nihil utilius peragere posset; ita ut satis diu principem feminam quae cum ipso cupiebat loqui, iussisset expectare, ut miseram ancillam consolaretur, & de iis, quae ad statum ejus pertinebant, erudiret; tantum aberat ab injusta hac personarum acceptione, quam admittunt saepe illi, qui alios viam salutis edocent. Ne mitemini ergo, si S. Franciscus Salesius cum sua lenitate, & facili accessu, quo omnes excipiebat, & cum sapienti hac indulgentia, qua opportunè uti didicerat, non pauciores homines de vitiis cano eduxerit, quam Haereticos de illorum erroribus; victrix enim lenitas suum exercebat imperium in omne mortalium genus, ut omnes Deo lucraretur. Itaque non erat ex numero eorum, quorum nimis severi mores aras desertas efficiunt & sacrificia Dei Misericordiarum sine victimis, vel qui per imprudentem zelum gratiae thronum in crudelis iudicis tribunal convertunt. Noverat ille nequitiam peccati a peccatoris infirmitate securrere; ira in persona sua adimplebat, quod Propheta de vitibus testatur, his videlicet aperire Deum suas vias, atque secreta, ut aliis praesint, eosque moderentur. *Docet vitis mites vias suas.*

P. salm. 24.

Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Quod eſſet deſer. 1. Timoth. 3. Hæc dicens S. Paulus loquebatur de primis Eccleſiæ temporibus, quibus Martyrium a dignitate Episcopali vix erat diſtinctum. Tunc enim non ſolum non erubefcere debebant pro Jeſu Chriſto coram hominibus; ſed confundenda erat hominum ſævitia præ ſe ferendo nomen Jeſu Chriſti, quod aliis quidem ſcandalum erat, aliis autem ſulticia. Sæpe hæc ipſa conſeſſio ſignanda erat ſanguine conſeſſorum. Tunc ſtabilienda erat Eccleſia, eo modo, quo Jeſus Chriſtus illam acquiſiſerat, & quo hanc meruerat inſtitutionem per totius ſanguinis ſui effuſionem. Spirituale hoc ædificium extrui non poterat, neque liniri, niſi ſanguine, qui futurus erat ſemen aliorum fidelium. Tunc non atollebantur homines ſuper alios, ut dominarentur, ſed ut gregem ſuum alerent, ut S. Petrus ait, & ut illi proſus voluntaria, & generoſa charitate invigilarent. Paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei: providentes non conſtè, ſed ſpontaneè, ſecundum Deum; ſed ut eſſent primæ victimæ Jeſu Chriſti, & ſimplices fideles inflammarent ad prælium, & illis morte viaſiam ad victoriam adſcenderent. Tale fuit tempus, & loqus, quo Franciſcus Saleſius electus fuit Genevenſis Epicoſopus, & Sanctus iſte vir ad hanc dignitatem aſcendit eodem ſpiritu virorum Apoſtolicorum, paratus ut ſpirituale Eccleſiæ ædificium proprio errore leniter.

PARAGRAPHUS IV.

Levi, ac Sententia Sanctorum Patrum, & aliorum, qui huic argumento poſſunt applicari.

Et poſitiſſimum lenitati.

R. Egat diſciplina rigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem; & ſic alterum commendatur ab altero, ut nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. S. Gregor. 19. Moral.

Ne dixeris, hic eſt improbus, nec ferre poſſum: tunc enim maximè attendenda eſt manſuetudo, cum res nobis eſt cum ſevis, & agreſſibus hominibus: quando cum hiis, qui ſunt ab humanitate, & manſuetudine longè alieniſſimi, res agitur, tunc virtus oſtenditur. S. Chryſoſt. in Pſalm. 10.

Malum hominem tacendo melius vincis, quam reſpondendo; quia malitia non inſtruit ſermonibus, ſed irritatur. Idem. Homil. 36. in Matth.

Mel ſemper ſit in ore; per ora mitamus niſi niſi mellitum, niſi niſi mellitum, niſi niſi amarum, ſed omnia cælis digna. Idem.

Non facile ultum invenies, qui audiens laudare hominem manſuetum, illum videre, & oſculari non deſideret, & non habeat in aliqua lucræ parte, ejus amicitia poſſe frui. Idem Homil. de Manſuetudine.

Quid mihi prodeſt carere ſceloribus, niſi ſuero miſis, æque manſuetus? S. Ambroſ. Epit. ad Vercell. Epicoſop.

Beatus, qui ſeveritatem, & manſuetudinem tenet, ut altero diſciplina ſervetur, altero innocentiæ non opprimatur. Idem ſuper Lucam.

Miſis eſt, quem non rancor, vel ira efficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet, non irritat, nec irritatur; non nocet, nec nocere cogitat. Idem.

Sunt quidam miſes, ſed quando niſi dicitur, vel agitur, niſi pro eorum arbitrio; patebit autem, quam longè ſint a vera manſuetudine, ſi levis oritur occaſio. S. Bernardus in Cantic.

Magna eſt virtus ſi non ledas, a quo laſus es; magna eſt fortiſtudo, ſi etiam laſus remittas; magna eſt gloria, ſi cui poſuiſti nocere, parcas. Iſidor. in Solil.

Clemens dicitur animus, quando eſt tener ad compatiendum, facilis ad remittendum, promptus ad ſubveniendum. Flugo a S. Victore.

Nihil arduum eſt humilibus, niſi aſperum miſibus. S. Leo ſerm. 5. in Epiphani.

Conviciis homo manſuetus lacerabitur; vincet convicia non reſpondero; perſecutionibus aſſiſgetur?

ſuſtinebit. Maledictis proſcindetur? exhortabitur. Calumniis agitabitur? orabit. Probris impelletur? Chriſti ſocietate honorabitur. Percutietur in dexteram maxillam? præbebit, & alteram. S. Gregor. Nazianz. Orat. 6.

Neque enim hominibus ſine lenitate, non pluſquam Deo ſine fide placere poſſibile eſt. S. Bernar. dus ſerm. 5. in Vig. Nativit.

Manſuetudo fructus eſt crucis, atque fructus arborem redolet a quo productus eſt, ait ipſe S. Saleſius.

PARAGRAPHUS V.

Quid e Theologiæ fontibus hoc in argumento valeat deſerom.

D. Difficile eſt clarum præbere lenitatis ideam; ambigitur, utrum a bonitate diſſerac, utrum cum miſericordia, & clementia confundenda ſit; ſolum aſſeritur medium tenere inter duritiam, atque molliſtiam. Quæritur utrum ſit quædam aſſinitas patientiæ, & fortiſtudinis, aut commixtio moſdeſtiæ, & magnanimitatis, vel harum rerum omnium congeries. Quomodoſcumque ſit, conſtat, admirabili hac virtute in hac quoque vita beatos effici, qui hunc mentis, & cordis ſitum aſſecuti ſunt. Beatiſtites, quoniam ipſi poſſidebunt terram; Matth. 5. ipſa veritas inquit; hoc eſt, ſecundum S. Hieronymi interpretationem; Beati illi, qui domini effecti cordis ſui, aliorum etiam cordibus dominantur; effectus quippe lenitatis eſt omnium ſibi corda, aſſectumque conciliare, niſi enim reſiſtere poſſet illecebris validiſſimis, & inevitabiliſus hujus virtutis.

Quid ſic lenitas & quem illius concepitur a natura, illa eſt ſuper quam gratia opus ſuum perfecit in S. Franciſco Saleſio.

Math. 5.

Vis, & poſtulat lenitas.

Quoniam ſit virtus lenitas Chriſtiana?

rem habitum; animæ tamen fundus repleri valet ſapientia, & illuminata ſuavitare, quæ cum ſit meum opus rationis, & gratiæ, aliquid habet perfectum, & acceptus Deo, naturali hac ſuavitare, quæ originem habet in temperamento.

Duo lenitatis genera diſtinguenda ſunt, & non promiſcuè confundenda. Alterum quidem eſt optimi ingenii, placati ſpiritus, & optimè inſtituti; qualis erat Salomonis anima hoc de ſe ipſo teſtimonium perhibens: Sortitus ſum animam bonam: Et hæc lenitas extitit fundus, quem in Saleſio gratia coluit: ſed adeſt alterum etiam gratiæ genus chriſtianiſtium acquiſitum, & ſupernaturale, quod temperantiæ partem conſtituit, & ſitum eſt in ira motibus reprimendis, in coercendis reliquis omnibus affectibus, qui turbas excitare poſſunt in corde; ita ut lenitas hæc labore, ac ſtudio comparata ſignum ſit ſimulque effectus victoriæ, quam de nobiſmetipſis reportavimus, & cupiditates noſtras tandem perfectè ſubjectas eſſe rationi, per aſſidua certamina, juceſque triumphos. Hujus virtutis in exemplum proponi poſſet incomparabilis Franciſcus Saleſius; quoniam lenitas ejus non fuit ſolum effectus ingenii mitis, atque feliciſis, verum etiam fructus interioris mortificationis, & perfectiſſimæ victoriæ de omnibus cupiditatibus relata, vel nitor, qui proſciſcebatur ex congerie virtutum omnium, quæ ſeſe extrinſecus predebant hocce exteriori habitu, vel, ſi mavis, idem ſpiritus puriſſimæ charitatis, cui Apoſtoloſus tribuit tamquam caracterem patientiam, & benignitatem. Charitas patiens eſt, benigna eſt; ac demum maniſteſtiſſimum indicium, ex quo judicari poſſet aliquem ad ſublimem Sanctitatis gradum perveniſſe.

Lenitas primus fructus eſt, quem gratia ſanctificans parit in animabus; & hæc taliter propria eſt ſpiritus Dei, ut ab hoc ſeparari, non valeat; ideoque certifiſſimum eſt veræ devotiſtium argumentum. Et conſtat ratio; plenitudo enim legis in charitate conſiſtit; & lenitas ſpiritus eſt, quidquid puriſſimum, ac preſtantiſſimum in charitate invenitur. Hinc Mundi Salvator, unicum illud Sanctitatis exemplar præ omnibus proponit nobiſ imitantem lenitatem ſuam, tamquam aptiſſimum medium ad acquirendam glorioſam hanc ſimilitudinem cum ipſo, cui reſtatur Apoſtoloſus adnexam eſſe noſtram prædeſtinationem. Ita videtur voluit ſub agni ſymbolo, patientis ſe ad necem rapi ſine querela; quem Iſaias Propheta Regem, mitem, & paciſicum nominat, & qui in peculiari reſeſtione virtutum, quibus decorandus erat Meſſias, initium ducit a lenitate ipſi jucundiſſima. Et ſane, licet vera devotio nulla ſere habeat lineamentum, quæ imitati non admittatur hypochriſis; permittit Deus ad ſervorum ſuorum conſolationem, ut exterior ſeveritas, cum ſecreta ſuperbia conjuncta, commune ſignum eſſet hypochriſtarum, quemadmodum lenitas in humilitate fundata character eorum eſt, qui verè devoti ſunt. Per hanc ſeveritatis ſpeciem lenitas quoad alios omnes peccatores, videbatur immutari in ſel, & acrimoniam contra illos; qui magis oppoſiti erant huic ſpiritu lenitatis, quem in hæreditatem reliquit filiis ſuis per hæc Teſtamentum ſua verba: diſcite a me, quia miſis ſum, & humilis corde.

Ad Cor.

Hæc lenitas eſt primus effectus gratiæ ſanctificantis.

Matth. 11.

Quid ſit vera devotio, & in quo conſiſtat.

exiſtat. Sed quia non deſunt fallaces, prævæque devotiſtiones, quibus contemptibiles ſunt illas exercentes; pluriſimi arbitrantur, quod aliquem devotum appellari, loco ſit probri; & qui etiam devotiſtione ſe mancipant, devoti audiri nolunt, quia neutri veram devotiſtioneſ a falſa diſtinguere cognoverunt. Hoc autem egregiè docet S. Franciſcus Saleſius in libro Introductionis, ubi omnia recentet veræ, ſictæque devotiſtioneſ indicia, ita ut utramque dignoſcere faciſſimum ſit.

In zeloduo extrema vitanda ſunt. Alii nimium, alii nimis modicum habent zelum; alii metantur propenſiones ſuas cum gratia, virtutem nimis ſeveram proponentes; alii in aliud extremum vuentes eam nimis faciſtem exhibent. Alii peccatores ad deſperationem adigunt, alii iſis favere videntur. Sed ſecretum a S. Præſule noſtro inventum, fuit, quod zelus ejus conjunctam habebat vim, & lenitatem in converſione peccatorum, & hæreticorum. Eccleſiæ ſuavitatem cum ſeveritate miſceſtis ſeſe accommodat nature inſirmitatibus, quin violet jura gratiæ; eſt hinc terrorem incutebat gratiæ Dei, inde locum aperiobat ſperandi in illius miſericordia. Hac immixtione lenitatis, ac viſ Sanctus noſter inſinitum peccatorum numerum convertit; hac magnum Hæreticorum numerum ad Eccleſiæ communionem redire cogit; Hæc in populi ſui corde veram pietatem impreſſit, & illius virtuti acceptos referre poſſumus triumphos, quos Eccleſia de hæreſi reportavit.

Lenitas Chriſtiana oritur ex charitate. Zelus acer, & amarus ſemper fallax eſt. Non eſſet ſane ſpiritus Salvatoris ille, qui peteret, ut rebelliæ corda exterminarentur. Samaritanus cum vino, & oleo medicinam fecit inſirmo ſuo. Animi affectiſtioneſ pro zelo vero deſumere inſignis eſt error. Cordis nequitia eſt, mala nature viſ, zelotypia, ſuperbia etiam, & ſæpe etiam propria cupiditas, incendunt ignem, qui non purificat, ſed comburit. Metuendum eſt, ne zelus ardens, ſi deſit miſericordia, & lenitas, ſit diſſimulata animi perturbatio. Num deſerac Dei Filio zelus? attamen ille ipſa lenitas erat, quam diſcipulis ſuis præ ceteris quibuſcumque voluit commendatam. Igitur procul dubio graviſſimus error eſt hoc ſibi non proponere exemplar. Fratres mei, dicit Gentium Apoſtoloſus, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujusmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.

Lenitas eſt fructus & effectus Charitatiſ.

Cum loquor de lenitate, & in virtutis hujus meritis omnem Sancti Genevenſis Epicoſopi gloriæ conſtituo, ne credatis me loqui velle de communi virtute, quæ in mediocribus hominibus invenitur, & cui niſi magnum in eſt, vel ſublime. Lenitas, egregiè S. Ambroſius inquit, in homine humanitas appellatur; in Deo unum eſt ex præſtantiſſimis, atque pulcherrimis ejuſdem attributis. Videre enim, adjicit laudatus Pater, Deum adeo potentem, & a nullo pendentem, qualis Deus noſter eſt, niſiominus pati impios; & licet tanta coram adverſetur impietas, adhuc tamen erga illos viſcera patris ſervare, efficiere, ut Sol ſuis illis aſulget, illos beneficiis prævertere, & gratiis cumulare, numquid in ſupremo hoc rerum Domino aliquid adeſt hoc admirabiliſ? Cetera, abſit invidia verbo, non miror. Quod cum Deus ſit, ſit æternus, hoc eſſentiam ejus conſequitur, neque mihi inſicit admirationem. Quod autem cum ſit Deus, ad extremum uſque ſit patiens, & careat quodammodo injuriarum, quibus aſſicitur, ſenſu; quod earum uſque auctores amet, & diligat; hoc intelligere nequeo. Quarite ex D. Paulo quid ſit Verbi Incarnatio, inſeſtabile illud, auguſtimumque myſterium; niſi inquit aliud, quam Dei Salvatoris benignitas, quæ cum fulgore enituit, & ſe mundo revelavit. Benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris noſtri Dei. Ita quid non fecit Dei Filius, ut virtutem hanc in Chriſtianiſmo exaltaret, quandoquidem adeo palam edixit Beatos miſes; propoſuit virtutem hanc, tamquam totius doctriſne ſuæ compen-

Quoniam ſit lenitas ver.

Epit. ad Tit. 3.

Matth. 5.

*Matth. 11.* pendium: *Discite a me, quia mitis sum*, eam & *Matth. 21.* Regni sui ornamentum constituit: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*; & Præcursor ejus Joannes hoc loco usus est probaturus hunc Dei Agnum esse Messiam: *Ecce Agnus Dei*: quandoquidem Apostolus hortari fideles, eosque impellere cupiens per id, quo nihil antiquius fuerat Jesu Christo, ad officia sua exequenda, obtestatur illos per mansuetudinem hujus hominis divini: *Obsecro vos per mansuetudinem Christi*; quandoquidem Jesus Christus primis Ecclesie sæculis non nisi sub Pastoris figura exhibebatur; si tamen figura dici potest, ea, quæ solida, & indubitabilis veritas est. Hæc satis superque esse puto, ut pretium, atque ipsa lenitatis præstantia intelligatur; quæ tandem non tantum peculiaris est virtus, quàm generale virtutum omnium temperamentum. *P. Bourdaloue.*

Gratia non secus ac natura suam habent temperamentum; & Christiana mansuetudo, ex ejusdem Salefii sententia, non aliud est, quam constitutio quedam nominis interioris, quæ illum reddit subiectum Deo, tranquillum in se, & erga alios benificum. Hos autem effectus tres obtinere non potest, nisi sese quodammodo effundat super omnes virtutes fortitudinis opera moderans, extremam justitiæ severitatem æquitate mulcens, humilitatem animæ immittens, zeli immodicos impetus cohibens; exuens charitatem omni philautia, ut illi generales affectus infundat. Qui taliter affectus est, procul dubio suavis est, & mitis. Virtus subtilis, sed præstanti virtus omnium efficacissima, & validissima, quemadmodum ex S. Francisci licet quer exemplo. *Idem.*

Adhuc sub judice lis est; utrum horum characterum utilior sit, suavitasne, an severitas. Suavitas quidem magnas habet illecebras; severitas nonnumquam necessaria est. Sunt spiritus bene nati, & recta corda, quæ rigor exasperat, atque repellit. Sunt spiritus rebelles, qui vi subigendi sunt, dura corda, quæ sunt confringenda. Lenitas Patrem melius decet; Severitas Judicem, Episcopos utraque. Hi igitur utrumque characterem hunc habere debent, ita ut simul & lenes sint, & severi. Sed uter præstare debet? Videtur Dei Filius lenitati adjudicasse litem, quandoquidem cum omnibus peccatoribus summa egerit cum suavitate, uti liquet ex Evangelio, & severitate usus fuerit dumtaxat contra Scribas & Phariseos, qui per incomparabilem superbiam ipsa etiam rationis lumina jugulabant; & rebelles erant omnibus objurgationibus ejus. Hanc lenitatis præstantiam præ severitate videmus etiam in S. Francisci de Sales exemplo; cum enim quidam Ecclesiasticus insanisset lapsus in phrænesim, & nemo ad illum auderet accedere, Sanctus Præsul solus ingressus est eò, ubi clausus erat, arreptaque manu illius dixit: *Frater in Domino confide*, alteraque manu capiti ejus imposita, hominis tumultus & agitatio cessavit; jussit illius afferri vestimenta, illum mensæ suæ jussit accumbere & perfecta valetudine fruente domum ejus dimisit.

Non satis erat magno huic viro per dilectionis spiritum agere, agebat etiam propter causam perfectæ dilectionis, quæ charitas divina est. Hæc erat principium, forma, & anima virtutum ejus, quæ illas theologales efficiebat, faciendo, ut omnes, & singule gestarent charitatis insignia, & colorem, singulas eadem nota signans, & effundens in illas locupletem diffusionem flammaram, ac cælestium luminum suorum. In hoc Sancto inquirendæ non sunt variae species virtutum, neque multiplicitas actionum. Ibi charitatem unicè invenietis. *Amor, ubi adventi, ceteros in se tradidit affectus*. Fides ejus non aliud erat quàm sapidus amor æternarum veritatum; spes ejus non aliud quàm suavis confidentia fore ut cor suum aliquando submergeretur in Deo: justitia, omnia Deo impendere, & sibi reservare nihil, gloria, uni illi adharere, quidquid creaturæ in oppositum niterentur; temperantia, illum intueri tamquam unicum objectum volupta-

De lenitate Christiana, & effectibus ejus.

Quoniam sit præstantior virtus, lenitasne, an severitas.

Quid sit agere propter amorem Dei.

S. Bern.

rum suarum, & Religio tandem jugè Deo offerre Sacrificium omnium animæ suæ facultatum.

Nihil ad os subliniendum aptius est laudibus, & quacumque extrinsecus adfectetur modestia, rarum est, intrinsecus non cedere tentationi acceptam sibi referendi saltem particulam ejus laudis, quæ tota Dei est. Longè aberat ab hac noxa Franciscus, neque de hac re dubitandi nobis reliquit spatium ratio illa, qua plausus recipiebat. Aliis enim cum Apostolo respondebat, cum nihil haberemus, quod a Deo non recepimus, nullum nobis inde jus est gloriandi: aliis verò, nihil esse eum, qui plantat, & rigat, sed prosperum eventum referendum esse uni Deo acceptum, qui dat incrementum: frustra homines extrinsecus adhibere verba, nisi Deus loquatur ad cor; & illum, qui omnia fecerat ex nihilo, posse aliquid facere cum vilissimis quibuscumque instrumentis. Cum ad Episcopalem dignitatem pervenit, sententia ejus nequaquam dissona fuit ratio vivendi. Non ideo infrequentior patuit ad illum aditus; pati non poterat, ut majori observaretur obsequio, quàm ante; neque minor illius erat cum pauperibus necessitudo, & familiaritas. Aliis relinquere officia nitidiora, & humiliora, atque laboriosa sibi deposcebat. Lenitas, & patientia ejus in dies singulos augebantur. Numquam uti voluit generis sui nobilitate, nominis auctoritate, aut sua apud Regem potestate. Lædebat se semper impune, & ceteris quibuscumque rebus affici non videbatur, nisi Dei gloria, & Ecclesie utilitate.

Quàm rarum est navtam adeo tutum invenire, ut eo duce, & auspice nulli pertimescendi sint scopuli, nullumque naufragium; tam difficile est invenire Directorem ita experientia magistra eruditum, quin aliquando in tradenda perfectionis via non aberreret. Alii enim sibi deposcunt officium docendi viam salutis, quin ipsi antea illam didicerint; alii ad animarum directionem feruntur instar Pseudo Prophetarum, qui ad annuntiandas Dei voluntates currebant quin mitterentur. Hi se putant aliis dirigendis pares, cum norunt formas omnes, & omnes Asceticorum loquendi modos; & illi unam tantum scientes viam, atque artem adducendi ad perfectionem, hanc docere, & omnia mortalium genera per eandem traducere volunt, manum admoventes artium omnium præstantissimam, quin teneant illam: *Artem artem, regimen animarum*. A duobus hisce characteribus longissimè abfuit S. Franciscus Salefius. Non misuit se animarum regimini, nisi vocatus a Deo, & nisi ad unguem eruditus de modo, quo illæ regendæ sunt & docendæ vias perfectæ pietatis, cum ipse eminentissimæ pietatis officia & nosset, & exerceret.

Nullum fere, aut certe modicum lucrum referre de Hæreticis per Sermones, & ratiocinationes. Frustra pugnas cum Conciliorum Canonibus, & Ecclesie fulminibus; illorum enim pervicacia sibi gloriæ vertit hujusmodi in occasionibus non cedere. Pudet illos quidem fateri se in errorem lapsos esse, & quo magis urgentur, magis contra veritatem obriescunt: oculos sibi claudunt, ne videant illam, vel si vident, nolunt illa ab intensa manu recipere, quæ illos victas dare manus coegit. Quamobrem Sanctus noster tutori, & magis efficaci procedit via; hoc est; per zelum suavem, ac patientem, qui de rebus omnibus triumphat.

Charitas parit semper zelum ardentem in iis, quorum cor possidet; ostendens enim illis hinc quidem vivam imaginem magnitudinis, & bonitatis Dei, inde verò demonstrans, quidquid ipsi conentur, non nisi imperfecte se illum adorare, & amare posse; eos cogit ut extra semet egrediantur inventuri subsidium aliquod in illis, a quibus impelli possunt, ut communi consensu deferant illi tributum suæ adorationis, & amoris. Tunc pares ad maxima qualibet audenda, industrii in excogitandis adminiculis, ut omnia fluant e sententia; intrepidi ad eorum omnium conspectum, qui illos possent deterere; constantes inter contradictiones, quæ

Quomodo S. Franciscus laudes excipere.

Qualitates ad animas regendas necessariæ in S. Salefio quæcebantur.

Modus conserendi Hæreticos.

Eff. Aug. quos Charitas parit.

quæ maxime possent firmitatem eorum labefactare; verbo, alii homines effecti, vel ut æquius loquamur, effecti aliquid ipso homine præstantius, videbantur ad Deum referre triumphos qui replent infernum quidem errore, Cælum gaudio, ac terram admiratione. *P. Martineau.*

Modestia virtus est non ita negligenda, ut Apostolus illam nequaquam censet illis, quas in Episcopo necessariè putat requirendas: In prima ad Timotheum Epistola hanc fidelibus omnibus etiam, atque etiam commendat. In Epistola ad Philippenses, & in illa ad Colossenses illam enumerat inter fructus Spiritus Sancti, & Corinthios obtestatur per mansuetudinem, & modestiam Christi, quæ duæ virtutes sunt invicem connexæ, & colligatæ, quibus Salvator cum hominibus consuecens utebatur, ut ad se illos pertraheret. Verè dicere possumus, S. Genevensem Episcopum, qui vita, moribusque suis exprimere conabatur vitam, & mores Filii Dei mansuetudine, & modestia sua lucratum fuisse eos omnes, quibus accidebat, ut vel cum illo conversarentur, vel illius fruerebantur aspectu.

Pietas admirabilem haurit opem a doctrina, sed non omnis doctrina confert ad pietatem. Quin verba faciamus de fallaci doctrina, quæ fallit; de pava doctrina, quæ corrumpit, de doctrina prophana, quæ instat, alia sunt, quæ licet bonæ, & sanctæ vel mentem excedunt sublimitate, vel exhauriunt subtilitate, vel obruunt austeritate. Alia illuminant mentem, quin moveant; alia movent, quin erudiant; hæc nimis mysticæ sunt, & negotium facessunt; illa severa nimis, & absterrent. Curnam ex tot disertis Concionibus, ex tot affecticis libris, adeo pauci pietatem nobis inspirant? Causa est, quod cum hominum doctrina oriatur & a mente defectibili, & a sensu peculiari, retinet semper qualitates principii sui, ideoque nequit esse vel perfecta, vel universalis. Si in cor aliquod ingreditur, aliud occultum nanciscitur; si ab uno recipitur, a sexcentis nullo in discrimine habetur; cum e contra doctrina, quæ a Deo est, ab omnibus intelligitur; gustatur ab omnibus: *Et erunt omnes docibiles Dei*. Hoc autem in magno, & incomparabili Salefio miraculum invenitur. Doctrina ejus epulum est, non terrenum, sed Cælestic, quod eadem substantia nutrit aque ac manhu, omnia genera Personarum, & conditionum. *P. Bourdaloue.*

Quid sit Modestia Salefii.

1. ad Timotheum. 2. ad Philippenses. 3. ad Colossenses.

Joan. 6.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti Asceticorum, recentumque Concionatorum loci.

Extremæ huic ætati Christianæ Religionis ætate quietiores nosmet judices præbeamus. Non excusemus illius vitia, sed neque laudes illius distulimus. Si vitis fertilis est, non est virtutibus sterilis; si flagitia, & multitudo peccatorum excitant indignationem, præstantia, ac diversitas virtutum hominis unius, quem hæc tulit ætas, fidelium animarum admirationem promeretur. Intelligitis me de S. Franciscio Salefio verba facere. Hæc animæ bonitas, qui beate natiuitatis fructus est; hæc benedictiones dulcedinis, quibus electos suos Dominus prævenit, incrementum hoc charitatis, quod in cordibus docilibus gratia producit: Ejus exantlati labores pro Ecclesia, ejus in ministeriis suis obcundis fidelitas, in aggradiendis operibus constantia, verbi efficacia in eruditionibus, patientia in injuriis, puritas in communicatione cum quovis personarum genere, ejus in publica existimatione, ac veneratione humilitas, ejus a mundo in ipso mundo secessio, effecerunt in ipso Sanctitatem non solidam tantum, verum etiam nitentem. Visus est ab infantia ambulare in viis Dei, quin unquam deflecteret, & consenseret in exercitatione vitæ Christianæ, Sanctæ, Apostolicæ. Visus est inter pravorum Christianorum flagitia, & Hæreticorum cecitatem, in his mortuum excitare

fidem, in aliis languentem fovere charitatem, sermonum suorum persuasionem, & vi exemplorum suorum. Visus est in corruptione, & licentia novissimorum temporum factam rectamque tueri sanctimoniam, illi primorum fidelium patem; honorare, protegere, reparare præclaris virtutibus suis Religionem, & esse spectaculum Ecclesie universæ, quamvis sub communis pietatis specie aditus fuerit contingere quidquid in veteri christianismo purissimum est, & magis sublime. Visus est variis modis, sed fideliter semper uti gratis, quibus divinitus cumulatus fuit; in quolibet vitæ suæ communis statu exercere peculiarem Sanctitatis speciem eidem respondentem: In hujus hominis vita non deest, unde mortales omnes edificentur, & unde in uno homine plures fiant Sancti. *Flachier.*

Sanctus Episcopus, cujus hodie laudes celebramus, eo tempore in lucem editus est, quo Ecclesia maxime tali subsidio indigebat. Obscisa quodammodo erat hæresum colluvie, intrinsecus generalis morum corruptione deformata, a qua nulla immunis erat conditio. Ignorantia, licentia, & impunitas in ipsum usque pervaserant Sanctuarium, ibique ea mala pepererat, quæ quisque sibi fingere potest, & quorum, qui testes fuerit adeo luctuosas nobis in scriptis suis imagines reliquerunt. Gallia præsertim, ac finitima plagæ tunc in deplorabili situ jacebant. Nihil nisi turbæ, dissidia, incendia, cædes, sacrilegia videbantur. Ubi que incensi videbantur ignes ad sacros libros, sacra vasa, Sanctorum lapidana, quorum cineres mox in profluentem jaciebantur, concremenda. Sacerdotes ab aris avulsi trudebantur in carcerem, trucidabantur. Tempia profanata, vetus Numinis cultus oblivioni datus ubique horribile præbebant spectaculum, & in dubitationem vocabant, utrum populi Deo dilecti illic incolerent, an infideles iis essent positi regionibus. Concilium Tridentinum nuperrimè absolutum hæcenus irrito fere conatu tot malis se objecerat: remedia ab illo præscripta passim non abstulerant malum, sed exasperaverant; incendio novæ accesserant vires, ex iis consiliis, quæ illud extinctura esse videbantur; auctoritas ejus ab aliis contempta, ab aliis observata parum, infirmitas, vel negligentia eorum, qui eandem roborare debuissent; hæc omnia concurrere videbantur, ut malo accederet æternitas. Verum Dei Sapiencia, quæ novit cancellos mari statuere, & quæ patitur nonnumquam, impietatem regnare, ut mox illam magnificentius confundat, inhibuit tandem cursum tot malorum; Religio sensim revixit, & fides in jura sua cepit reverti. Pietas reduxit secum revexit innocentiam, ac morum puritatem; nec minima laus est S. Franciscio Salefio, fuisse unum ex præcipuis instrumentis, quibus usa est Providentia, ut tot miracula operaretur. *Martinsfolier in vita Sancti.*

Cum lenitas virtus sit triumphatrix, non dubitamus asserere, primum effectum, primamque admirabilis hujus virtutis victoriam in S. Franciscio Salefio fuisse, hunc ipsum eximium sanctitate virum efficere. *In lenitate ipsius Sanctum fecit illum*, quod facer Textus de Moyse locutus est. Hic vir prodigiorum, ejus vita, non aliud fuit, quàm nexus virtutum, de quibus Spiritus Sanctus judicium ferri vult ex illius lenitate incomparabili, primum quidem exercita in regimine populi ingentis, deinde verò sexcentis probata contradictionibus, ac tandem heroica patientia consummata tot inter tempestatum turbines, atque procellas. Hinc judicandum nobis est de scientia eminenti, & perfectione sublimi, quam S. noster assecutus est; quoniam pax hæc, & hæc animi tranquillitas, quam dicimus lenitatem, ac mansuetudinem, fructus est victoriarum, quas de nobismet ipsis referre debemus, ut sancti simus; ad id enim opus est affectibus nostris imperitare, qui gratiæ impressionibus advertebantur, & prohibent, ne Deus in nobis suam regnum constituat, ut loquitur S. Paulus; ita hæc quoque est prima, ac diutior Sanctorum exercitatio.

Deplorabilis status, ad quem hæresis Ecclesiam redegerit, cum in lucem editus est Franciscus Salefius.

Per lenitatem S. Franciscus Sanctus effectus est, & hæc admirabilis virtus contulit suæ sanctitatis characterem.

Ecol. 45.



io, qui perfectam hanc sui ipsorum victoriam non obtinent, nisi post plurima, & gravissima praelia, & post longum annorum spatium. At scire ne vultis, quid prae aliis plurimis Franciscus noster praestiterit? Hoc sane est, quod ut ita dicam, inde duxit initium, ubi alii finem fecerunt, & se pacificum hujus de semet imperii possessorem nactus est, tunc fere cum se ipsum agnovit. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Alla hypo- tipsis e- jusdem Na- tus & cele- stis, & pri- mi sensus pietatis Sa- lesii.

Providentia in lucem edidit S. Franciscum Sale- sium eo tempore, quo Hareis in progressibus suis fructu quiete erroribus suis, & fructu ipso cri- minum suorum prope eas miseris regiones, ubi delubra sua edificaverat super rudera nostrorum altarium, & ubi usurpationes, ac rebelliones suas constituerat non tantum impietatem suam, verum etiam tyrannidem. Qui in adeo contagioso aecolatu fidem suam servare poterant, non leve bonorum morum jacuram fecerant. Licentia eò obreperat, quò infidelitas non petvaserat. Serpen- tis antiqui afflatus eos infirmabat, quos venenum suum corrumpere non poterat, & in ignorantia, atque confusione, in qua omnia sua, deque erant permixta, credebatur aliquis se impune esse posse ne- quam, modò a recta non descisceret causa, & bene de Ecclesia meritis censebatur, qui ab illius communione non descisceret. Tot inter turbas pro- diit in lucem Franciscus, quem ab ipsa infantia diceret jam affectum plenitudinem aetatis J. C. Pri- mum, quod protulit verbum, fuit actus amoris Dei, confessio, & gratiarum actio illius benefi- cii. Prima, quam gessit, cura, fuit baptismi sui gratiam tueri. Primae illius contentiones fuerunt Coelum, & salus sua: Primique actus imitationes, vel sui Sacerdotii praedidia. Dei Spiritus in Scri- pturis laudat primos fideles, quod plurimi facerent vocationem suam, perseverantiam in oratione, bonorum suorum distributionem pauperibus, purita- tem spiritus, & corporis, & sanctam in pietate, & vitae ratione simplicitatem, quae virtutes ingeni- tae quodammodo Sancto nostro fuerant. Quamvis poster ille de genere suo gloriari, in eo tantum gloriatus est, quod Filius esset Jesu Christi. Om- nem nobilitatem suam in eo posuit, ut illum imi- taretur, eique serviret. In origine sua nihil am- plius censuit, quam regenerationis spiritualis suae diem; & hoc nomen Christiani, quod nullo in di- scrimine habemus, ac toties operibus nostris dede- coramus, unicus fuit titulus, quem sibi honori ver- tere voluit. *Flechner.*

Quanta erat le- itas Spiritus il- lius.

Cum de lenitate loquor, proculdubio offert se se oculis mentis vestrae S. Francisci Salesii imago: neque enim de hac virtute verba fieri possunt, quin subeat memoria viri illius qui possit cum Moy- se certare de glorioso titulo, quem illi contulit Spiritus Sanctus, illum in Scripturis appellans mi- tissimum hominum. Posuerat haec in oculis Fran- cisci, & in facie illius illecebras ad amorem sibi conciliandum validiores, quam quavis perfectissi- mae pulchritudinis lenocinia. Effuderat quippe in omnes mores illius omnes veneres, quas eidem conferre potest. Posuerat, ut Sapientis verbo utar, legem clementiae in lingua ejus, & in labiis ejus favum mellis semper fluentis. Haec illicia eidem promerebant aestimationem, amicitiam, & gratiam omnium. Quid dico? per haec illicia trahebat ille omnes homines ad Deum: si enim Evangelii sua- vitas, ut S. Petrus Chrysologus inquit, olim subje- dit imperio Jesu Christi nationes maximè barbaras, dicere postum Sanctum hunc nostrum virtute hac lucrificasse animas omnes, quarum victoriam zelus illius aggrediebatur. *P. Marinian.*

Nativitas S. Francisci Salesii, ac infantie tempus.

S. Franciscus Salesius ex se adeo celebris est, ut minime sit laudandus a genere. De hoc dici po- test, quod de S. Basilio Gregorius Nyssenus, ipius cum Deo familiaritatem fuisse nobilitatem illius, & virtutem patriam. Non igitur referenda sunt carnis, & sanguinis privilegia, ubi sermo est de homine nihil habente carnis, & sanguinis. Gra- tia in illo agere incipit prius, quam in aliis. Pri-

mi, quod protulit verbum, fuit: *Dei, & ma- ter mea diligunt me.* Mirum non est, quod ex maternis blanditiis maternum ejusdem amorem cognosceret; ad id sensu tantum opus erat; quod verò puer, qui se ipsum non novit, noscat se a Deo amari, hic est progressus non vulgatae sapientiae, & exquisiti intellectus: hoc est exultare in ipsis incunabulis pro gratiarum, ac luminum co- pia. Hoc est nullum scire infantie impedimentum, quemadmodum S. Ambrosius inquit de S. Joanne Baptista. In quo enim Christiana perfectio sita est, nisi ut nos a Deo amari intelligamus? Si ille per- fecte cognoscitur, proculdubio & perfecte amabitur. Hominum ingratitude inde oritur, quia non advertunt animum ad ea amoris monumenta, quae sibi a Deo tribuuntur. Quemadmodum Sanctus nos- ter ea die natus est, qua S. Francisci Assisinas dies festus recolitur, haec fuit causa, ut ex illius nomine appellaretur; qua in re peculiarem non de- fuisse providentiam dicere possumus. Volebat Deus Franciscum Salesium fieri vitam clericalis specu- lum, quemadmodum Franciscus Assisinas admirabi- lis fuerat Religiosae vitae prototypus: volebat Sale- sium de mundo in mundo referre victoriam, que- madmodum Assisinas mundum vicerat ab illo re- cedens; volebat Salesium divitias in earum perfrui- tione contemnere, quemadmodum Assisinas in ea- rum privatione contempserat; Salesium annuntiare Evangelicam perfectionem Sermonibus, sicuti Assi- sinas illam docuerat exemplis; Salesium tandem vir- tum esse divino amore consumptum, quemadmo- dum Assisinas exierat Seraphim. Domus suae opes, & affluentia prohibebat, ne hic in persona sua paupertatem sentiret; sed charitas efficiebat, ut il- lam in pauperum persona sentiret. Dicebat David se patrissem diligentium Dominum. Franciscus ar- cta erat necessitudo cum omnibus pauperibus Sal- vatoris, quorum a primis infantiae annis se Patro- num ostendit. His erat provisor, pro his causam agebat apud patrem, matremque suam, consangui- neos, & quoscumque videbat. Ille praebat exem- plum elemosynae; subtrahere quippe quidquid po- terat, dapibus suis, ut id pauperibus erogaret. An- tequam ipsum probe teneret Evangelii praecceptum illius adimplebat canonem, qualis est pauperibus erogare elemosinam etiam de necessario, nequa- quam satis esse putans dare de superfluo. Itaque dicere possumus illum in charitatis sinu fuisse in- nutritum, inter misericordiae brachia crevisse, & cum lacte ipso erga miseros pietatem suxisse. Ita ex quo vivere incipit, de aliis cepit bene mere- ri, atque tenerum cor illius, certè honoris ipsius manibus effectum fuit. Mirum ergo non est, si ad- eo extraordinaria principia subsecuti sunt effectus adeo mirabiles; & si Sanctus hic Antilles toto vi- tae suae cursu imitatus est teneram boni Palloris commiserationem eo usque, ut vitam pro illis im- penderet. *Godeau.*

Comitissa Salesia S. Francisci Mater hoc munus subire voluit primae institutionis ejusdem, eumque diluculo ad virtutem formare. Felix indoles pueri pie genitricis curas efficacis efficit. Praematurae pi- etatis exercitia consuetae fuerunt infantiae ipsius oc- cupationes. Misericordia erga pauperes ea in aetate, quae parum alienis afficitur malis, eximia charita- tis illius praesagium fuit; non tribuebat solum quid- quid ipse recipiebat pro puerilibus ludicris, verum se ipsum fraudabat obsonio, cum illi decisset quo- modo aliter pauperibus ferret opem. Progressus ejus in scientiarum disciplina non abhorruit ab illo, quem in pietate obtinuerat; Acrem habebat spiri- tum, solidum, acutum, & elegantem; eloquen- tiam non vulgarem, memoriam felicem, ceteras- que omnes prerogativas, quae mox illum doctissi- mum, non secus ac sanctissimum Praesulem consti- tuerunt. Sed quaecumque in scientiis omnibus progressum faceret, majorem tamen in salutis sci- entia faciebat. Pietatis exercitationes erant animi relaxationes, quibus studia sua interpolabat. Fer- vor illius corrigendus fuit. Quantum verò fructum pietas,

Felix edu- catio Sale- siana.

pietas & bona ejus exempla in discipulis ejus pepercit, vix fingi potest. Octava qualibet die ad sacram synaxim accedebat, vix per hebdoma- dam diebus cilicium gerebat, & cupiens se ipsum devovere Deo perfectioni pacto, votum perpetua- castitatis emisit coram imagine Sanctae Virginis in Templo S. Stephani, quod Graecorum nuncupant. *P. Croiset in Exercit. Asceticis.*

Idem argumentum.

Prout lineamenta oris, & faciei in S. Francisco Salesio efformabantur, detegebatur in illo decor, atque suavitas, quae non permittebat, ut videre- tur, quin simul amaretur, Externus hic oris habi- tus cum optima indole conjunctus erat. Lenis erat, consanguineis suis, atque magistris obsequentissi- mus, plenusque honesto pudore, qui adeo necessa- rius est, ad animam a prima vitii labe praeservan- dam. Comitissa, cui nihil antiquius erat cura in- stituendi hujus pueri, numquam ab oculis suis par- tiebatur elabi, neque ullam sinebat occasionem di- luculo illum ad virtutem formandi. Illa ipsum se- cum adducebat in Templum, & facti loci illius reverentiam instillabat non secus ac orationis, & functionum, quae ibi celebrari consueverunt. Il- lum etiam sibi comitem adesse cupiebat, cum pau- peres inviseret, ut & ille opellam suam, quam po- terat agris praestaret, atque elemosynas suas illis distribuere. Ipsa illi Sanctorum vix legebat, & lectorem hanc interpellabat animadversionibus, quae captum pueri non excederet. Hac ratione pia haec mater paullatim formabat illum ad pietatis, & charitatis exercitia. Loquebatur ad illum acti- bus suis, & excitabat ad ea faciendae opera bona, quae ille ab ipsa fieri intuebatur, Sanctus hic verò puer non solum parentis optima curis paria facie- bat, sed longe matris expectationem superabat. Precibus suis vacabat ea mentis collectione, & pietate, quae non illius erat aetatis. Haec una il- lius erat voluptas, Ecclesiasticos ritus imitari, Mo- destia, & sinceritas in omnibus actionibus, & ser- monibus ejus elucebant. Charitati ejus erga pau- peres ex tunc aliquid inerat singulare. Non satis illi erat fideliter exequi quidquid in eorum sub- sidium jubebatur a matre; sed pro illis petebat ab omnibus consanguineis suis, & generose illis ero- gabat quidquid pro se ipso accipiebat, & cibis suis aliquid abradebat, cum non haberet, unde aliter illis optularetur. *Marsolier in Sancti vita.*

Innocentia, & puritas animae, & corporis quam Salesius toto vi- tae cursu servavit incolu- mem.

Idem.

Deo omnibus praeditum fuisse corporis, animique dotibus, ut Sanctus fieret. Verum quidem est felici- tatem hanc nativitate sapientem, sanctaque educa- tione fuisse perfectam, quoniam parentes ejus aequae pietate, ac sanguinis claritate conspicui nihil praetermiserunt eorum, quae erant necessaria, ut illi tribuerent habitus exquisitis ejusdem propensionibus conformes. Sed mirum in modum, quantum in ipso fuit, & ipse contulit, ac dignè cooperatus est primis gratis quibus illum praevenerat Deus. *Marsolier.*

Non deerat Salesio, unde sibi venerationem con- ciliaret apud eos, qui ne pietatem quidem reveren- tur. Nescio quid augusti cum illius modestia, & verecundia permixtum, lenitas cum quadam Maje- state, & gravitate conjuncta in omnem externum illius habitum effusa; omnia urbanitatis officia cum conversatione illecebris diffluenti consociata; no- minis celebritas, quae ad illius conspectum in me- moriam revocabat infinitum insignium ipsius actio- num numerum; spiritus, qui, quin aliquid de natu- rali ejus elatione periret, reliquis omnibus se se aprabat; omnes istae animi dores, quibus adicie- bat Deus novum decorem; qualem olim afflavit pulchritudini Judith, oculos saltem percellerant, si minus cor ipsum pervaderent. Qui illum non habebant in honore tamquam insignem Dei ser- vum, colebant eum saltem tamquam hominem non vulgarem. Videbatur in Principum aula omnia improbare vitia, probatus ipse ab omnibus, quos condemnabat. Adspectu saltem suo in officio conti- nebat, quos praesentia sua convertere non pote- rat. Veneratio, qua illum prosequantur, ut ita dicam Religionis locum tenebat donec conspicie- batur, ab omnibus societatibus, quibus intererat, licentiam, obrectationem, & immodestiam extor- res agebat. Impressiones, quas in mentibus efficie- bat, eo etiam absente agebant; & bonus odor, quem virtus sua post illum reliquebat, ad tempus loca, qua transibat, ab acri contagione expia- bat. *Ex specimen orat. Panegyricarum.*

Salesius ad Dei gloria- uitur e- gregius do- ctus quib- us a natu- ra praeditus fuerat.

Videri ne potest lenitatis exemplum admirabilis, aut magnificentius, quam hoc S. Francisci Salesii? Nemo vidit, aut cognovit illum unquam, qui eundem non fuerit admiratus, ac veneratus tam- quam animatum hujus virtutis exemplar, quod se se conspiciendum praebuerat in ejus persona per modestiam, humanitatem, externaque oris spe- ciem adeo belle compositam, ut nihil appareret, quod mundi totius estimationem, & affectum non mereretur; quod ostendit lenitatem hanc non tan- tum peculiarem fuisse in hoc Sancto virtutem, quam universalem virtutum omnium spiritum, fru- ctum victoriae de omnibus cupiditatibus relaxae, ef- fectum perfectae abnegationis fumer ipsius, argu- mentum mortificationis perfectae, & integre sub- missionis voluntati Dei; Verbo, quidquid in vir- tute perfectissimum est, solidissimum, & maximè essenziale. Si enim S. Chryostomus testatur plaris faciendam modicam victoriam de seipso, fuisseque cupiditatibus relaxam, quam sexcenta miracula: quot miracula paravit oportet illum, qui eò san- ctitatis pervenerit, quo S. Franciscus Salesius, qui absolutum affectus est imperium in omnes, sin- gulosque cordis sui motus? Nonne est magnum paucis verbis eloquium complecti, asserere Sanctum hunc unum fuisse ex perfectissimis exemplis lenita- tis, quae Deus in Ecclesiam protulerit? hoc enim asserere est, ipsum perfectam fuisse imaginem Fi- lii Dei. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

SinSus hic semper hanc virtutem fuit tamquam i- lenitatis exemplum.

Dicere posset aliquis in communi S. Francisci Salesii vita non videri, quod ille se austeris morti- ficationibus vexavit. Non distitit; sed respondeo, hoc ipsum praestantissimae vitae illius esse argumen- tum, ideoque a nobis pluris esse faciendum. Nam- que incessanter nosmet mortificare debemus, quin admodum haec mortificationes appareant; quia in- cessanter nobis occurrit, unde cruciamur, quin palam crues ipse innotescant; quia incessanter nos met vincere, nobisque metipsis abrenunciare debe- mus,

Ejus sum- ma fides, ac religio in omnibus moribus suis obtin- dit locum tenet aucto- rissimam mortifica- tionem.

mus, quin extirpatus vis ulla videatur. Ego autem a vobis quaero, ut quis sese subiciat cum Saleſio exacte, fidelique observantiae, plenae, integraeque observantiae; jugi, & constanti observantiae; sanctae, & ferventi observantiae cujuslibet status, qua vigilantia, qua cura opus est? Quoties se ipsum debet mortalis excutere, facta sua ad examen revocare? Utque se ipsum in assidua hac vigilantia contineat, qua firmitate non habet opus; quot lapsis natura superanda est, sensus captivandi, spiritus ipse torquendus? Alioquin quot officia difficillima, & in se gravissima? Quot nos plurimis obijciunt contentioibus, ac praeliis? quot quibus perungi minime possumus, nisi efficiamur victima communitalis, victima juris optimi, victima innocentiae? Quot perfectissimam integritatem requirunt, generosissimum omnium affectuum nostrorum sacrificium, omniumque sanguinis, & carnis affinitatum? Cumque omnia fiant juxta communes ejus conditionis, in qua nos constituit Deus, obligationes, non autem ex fastu quodam, & deore, quod singularitas aliis operibus tribuit; quam esse deget vim, ac puritatem sensuum nostrorum, cum nulla exteriori ope suffulti, nulloque nitendi studio acti, sola religione animamur, sola nitimur aequitate, solumque officium nobis est omnia? Viam hanc ingrediamur, & ne nos fallat, minime vereamur. Haec rectissima via est, aequae ac brevissima. Haec omnibus pater, & Franciscus hoc nactus est solarium, & voluptatem in eam post se innumeram fidelium multitudinem pertrahendi, P. Bourdaloue.

Verè de Francisco Saleſio praedicari potest magnum, & admirabilem in minimis fuisse, & in magnis mirum in modum parvulum, & humilem extitisse, sed in utrisque semper sibi parem. Et si magna virtus est, S. Augustinus inquit, in minimis fidelium esse, Saleſius profecto hac excelluit laude. Minimas etiam motuum suorum atomos videbat, & tanto pollebat lumine in iis, quae ad cordis puritatem pertinent, ut vel levissimas labes dignosceret, caque in anima sua pati non posset. Quanto prosequeretur odio minima crimina, tanto amore consuebat virtutes, quae parvula dicuntur, sed quae pretiosa a magis animabus ducuntur; sed quod non incidentes in oculos, eo modo, quo virtutes eximia, quae populi admirationem promerentur, minus patent depopulationi spirituum improborum, qui nos explorant, & venio vanitatis, qui saepe cedros Libani convellit, & dejicit in terram altiores fructus earum. Neque ideo putes heroicas virtutes, quae sanctos efficiunt, non fuisse proprias sancti nostri virtutes; quin immo in ejus vita mirifice renidebant; sed pauci illas intelligere poterant. Omnia in illo magna erant; fides illius tanta erat claritate, certitudine, gustu, suavitate circumfusa, ut ad gloriae lumen prope videretur accedere. Videbat veritates, ac mysteria Religionis, adeo simplici, puro, acri intuitu, ut nihil esset dubitandum, inconcussa erat ejus in Deo confidentia: nunquam magis certus erat cuiuspiam rei, neque magis voti sui compos inter pericula, quam cum non aliud, nisi in divina Providentia praesidium habebat, in qua majori cum tranquillitate quiescebat, quam puer aliquis in matris sinu. Anima haec erat ardentissima, generosissima, potentissima ad sustinendos labores, & ea suscipienda, quae Deus illi inspirabat; dicere solitus, ubi Deus aliquod nobis negotium committit, hoc non esse deferendum, sed fortiter, atque strenue superandas esse obvias quaslibet difficultates. P. Novet in Meditatione.

De propriis viribus praesumere est, in magni momenti occasionibus in semet ipsis, suaeque fidelitate praesidere; cum nondum assuevit cor nostrum exiguis regulis illis, ad quas observandas Dei reverentia, & amor, nos adigit. Simpliciter, humiliterque virtutes sine furore, sine studio, sine ostentatione fuerunt Saleſii nostri deliciae. Quaevis illi meritorum quidem, non autem sanctitatis celebra-

tionem. Quamvis infinitos gratiae thesauros congestisset, nequaquam parvula haec devotionis lucella; singulis fere momentis, supervenientia contentio, quorum si ratio diligens habeatur, brevi ditant animam insigni spiritualium divitiarum congerie. Ferre exigua quaedam in proximo fastidia; circa querebam parvulas dissimulare injustitias, leves sine murmure pati importunitates, cum docilitate exiguas quasdam correctiones recipere, vel tempus nancisci fandi commodum, ut leniter, nec sine fructu corrigas alios; repulsam patienter tolerare; humanè cum famulis agere; semet ubi fert occasio infra suam conditionem demittere; haec erant vulgaria ejus exercitia. Virtutes hujus modi, re ipsa exiles, ex principio suo magna sunt. In magnis occasionibus anima sese totam colligit; ratio cum fide permiscetur; observamur, & obsevamus, nosmet virtute simul, & virtutis existimatione sustinemus, & saepe in ipso bono, quod facere volumus, jam facti mercedem nanciscimur. Sed semet ipsos iis in occasione regere, ubi nosmet dumtaxat spectaculum sumus, ubi non alium judicem, aut testem habemus, quam Deum, atque conscientiam; hoc argumentum est recti cordis, & confirmatae fidelitatis. Assidua harum virtutum praesi S. Episcopus noster assurgebat in Deum vere sine obice. Talis est naturae corruptio, ut cum virtuti nequeat consentire, neque nisi aegre, & invite sese rationi valeat submittere. Opus est, ut per potentiam suam Deus subiciat, ac vinciat, ut ita dicam, indocilem hanc concupiscentiam, ad ejus furoribus, & oppositiones infringendas. At Saleſius secum pacem habebat. Nihil erat in illo, quod advertaretur, ne sequeretur gratiam, nihil quod illum contra legem incendere. Anima sua erat in manibus ejus. Pietas ejus in singulis diebus crescebat, docilitate naturae, & progressu gratiae, & affectus tranquillitas in custodia virtutis ejusdem ad bonum faciendum subsidio erant, non impedimento. Flechier.

Primae sancti nostri virtutes non nisi dispositiones fuerunt ad majores, & veluti fundamenta praecipuae vocationis, & sanctitatis sacerdotii sui. Cum loquor de Vocatione, & Sacerdotio, ne vobis fingatis adolescentem, vel patrem suorum ambitione, vel propria Ecclesiae mancipatum. Mundi nec metus, nec spes ullam habere partem in illius consecratione. Ille sibi proposuit, non bonum esse dumtaxat, verum etiam utilem; neque sibi licere arbitratu esse talentum fere sine fructu, vel iners ministerium in Ecclesiam Jesu Christi. Potissimum illius cura fuerunt omnia status sui officia edoceri, & revocans omnia studia sua ad scientiam salutis ad Episcopi sui seario confecti, & Apostolicis attriti laboribus pedes atulit spiritum illuminatum, & obsequentem voluntatem, & dixit ad Hely, ut olim Samuel: Ecce me. Fingite vobis veteris Ecclesiae Sacerdotem in legis meditatione, & Evangelicarum veritatum praxi innutitum, successu, & oratione praeparatum, divino actum spiritu ad Ecclesiastica ministeria, respicientem statum suum tamquam obligationem ad laborem, pro ut opus est, ad Episcopi nutum, & quo ab Religionis utilitate evocatur, incedentem; certum praedicandi Jesu Christi crucem, eam gestandi, & salvandi animam suam, aliorum salutis praespicendo. Talis novissimis hinc responsum fuit S. Franciscus Saleſius. Se ipsum cogitavit tamquam electum, & secretum a mundo, ut exemplis, verbisque populos adduceret ad Deum; & sicuti Charitas sacerdotis Jesu Christi otiosa esse non debet, ipse libenter se obrulit muneris durissimo, difficillimo, & omnium, quae tunc esse poterant in Ecclesia, periculosissimo. Hoc est ut in proximis Genevae vallibus Crux iterum extolleretur, & ut allideret ad Petram; quae Jesus Christus est, filios filiarum Babylonis, qui propius maternis adjuti subsidis, inflatibusque, ne patiebantur quidem, ut impune sibi verba ferent de Religione, quam deseruerant. Cur mihi non licet hoc in loco oculis vestris subijcere horrentem ima-

Vocatio S. Francisci Saleſii ad sacerdotium.

imaginem populationum, quibus haereticis miseram eam regionem vastaverat! Tempa solo aequata, vel polluta, altaria, ubi residebat J. C. eversa, illius Sacrificium oblivioni traditum, & Sacerdotes victimae facti, Sanctorum Martyrum lypſana templorum videribus contracta, & conspulta, fides adeo sancta, & venerabilis in ludibrium versa, verbum sub congerie novarum doctrinarum, humanarumque traditionum extinctum, & ipsum etiam illius corpus licet sacratissimum, & adorabile sine ulla reverentia sacrilegorum peccatorum pedibus conculcatum. Hoc erat horridum illud desertum, quod Franciscus Saleſius sibi sub Episcopi sui imperio excolendum depoposcit: haec erant mala recentia, quae tunc plorabat Ecclesia, & quibus quam afferre posset medicinam, meditabatur. Flechier.

Si Sanctus noster suae tantum humilitatis consistia fuisset secutus, numquam ille sese obrulisset ut Sacro Presbyteratus ordine initiaretur; quamvis de illo dici queat, quod Gregorius Nazianzenus dicebat de S. Basilio; hunc videlicet Sacerdotem fuisse, antequam Sacerdotio insigniretur. Altissimum Ordinis hujus conceptum imbiberat lectione librorum, ubi sancti Patres de illius agunt dignitate. Sed Deus per lumen suum adeo perspicue illi muneris hujus praestantiam, & sanctitatem ostendebat, ipse vero ministerium hoc adeo reformidabat, ut nisi Episcopus illum certum consilii effecisset, numquam ausus fuisset ad aram accedere. Parvi innocens iste Samuel voci Dei, a quo per os Summi Sacerdotis vocabatur. Credidit sibi potius sidendum esse in illo, quem Deus sibi ducem dederat, quam proprio spiritui, luminibusque. Timores ejus obedientiae cesserunt. Sibi persuasit incedenti per viam, in quam adducebatur, nihil periculi esse reformidandum. Fuit igitur ab Episcopo suo inter Sacerdotes cooptatus, qui illi manus imponens, cor quoque suum dedit ei. Cum divino caractere accepit etiam Franciscus Spiritum Sacerdotii, qui sacrificii, & mortis est spiritus: Mortuus est mundo & carni, antequam hostiam offerret. Adit perfectam societatem Sacerdotii Salvatoris, & ex semetipso egressus est, ut non nisi Jesu Christo viveret, ac subsisteret eo modo quo Jesus Christus non nisi in Patre suo vivit, atque subsistit. Ille se ipsum respexit tamquam hominem Deo consecratum, & qui non nisi propter Deum ullum sui ipsius usum facere potest. Nulla re amplius licet innocua, oblectatus est, Deo uni adhaerere decrevit. Manibus ejus, quae Filii Dei corpus atredabant, non utebatur amplius, nisi ut illas in caelum attolleret pro peccatoribus veniam deprecaturus. Os illius, quod illud conserabat, non nisi ad illi benedicendum aperiebatur. Respexit cor suum tamquam templum sacrum, in quo Salvator incolebat. Denique vir iste, qui Angelorum panem offerebat, vitam verè Anglicam ducere incipit. Godeau in Sancti vita.

S. Franciscus Saleſius statum Ecclesiasticum amplexus est non ut ibi contra adversa inveniret periculum, quod hodierna die plurimi faciunt: qua enim spe illum non alliciebat mundus, sive militariae nomen dare vellet, sive in toga versari, cum esset major natu in amplissima familia, & summa apud Principem auctoritate polleret; Sed ut Ecclesiae castra ingrederetur, veros Coelestis Patris cultores procuraturus, qui eundem in spiritu, & veritate adorarent. Diluculo in certamen descendit, sed eo descendit apparatu, qui necessarius est. Si errores varii impugnandi sunt, quos mendacii spiritus in mundum effudit, ex purissimis fontibus hausit lumina, quae celeberrimis etiam Doctoribus laudem conciliarent. Si medendum est variis malis, quae morium corruptio in saecula peperit, perfectam ille innocentiam servavit, & jampridem se se in solidissimis virtutibus roboravit. Quid autem cum adeo felicibus dispositionibus non aggredietur animo efficiendi, ut Deus ab hominibus agnoscat, & diligatur? Nihil sane non dignum corde Honary, Paneg. Tom. II.

suapte natura magno, & sublimi, & quod majus, ut ita dicam, effectum est zelo ardentissimo, quem charitas valeat inspirare. P. Martineau.

Spiritus Sanctus Moyſis encomium celebrare aggressus ait, Sanctum hunc Legislatorem specialem gratiam esse consecutum, ut esset dilectus Deo, & hominibus, & ut ejus memoria esset in benedictione, Deum fecisse illum similem in gloria Sanctorum, glorificasse eum in conspectu regum, eique populi sui regimen commisisse, necnon praeposuisse illum, ut doceret Israel, & Jacob legem, cujus praxis esse debet fons vitae; sed potissimum illum propter fidem, & Lenitatem ipsius Sanctum fecisse. Facile est ex omnibus hinc coloribus agnoscere Magnum Genevensis Ecclesiae Praesulem, Sanctum Deo, hominibusque dilectum; Sanctum cujus memoria ubique gentium est in benedictione; Sanctum qui haereticos & schismatis monstra profulgavit; Sanctum a regibus Terrae in honore habitum; Sanctum, qui ad Ecclesiae regimen non alias ingressus est, nisi per explicitum imperium Dei, Sanctum, qui universum Christianum orbem de officiis verae pietatis erudit; Sanctum Institorem, & auctorem Regulae admirabilis, quae tot Sponsas Jesu Christi sanctificavit, Sanctum denique excellenti lenitatis suae merito per apothecum Sanctorum factis adscriptum: In lenitate ipsius Sanctum fecit illum. Iterum dico, nonne hic est incomparabilis Saleſius? Haec aequior est, atque perfectior imago, quam divini hujus hominis concipere valeamus. Hic fuit Sabaudiae Apostolus, Oraculum, & Praedicator Galliae, patronus causarum Dei in aulis Regum, Praesulum Exemplar, haereticis flagellum, religionis verae propugnator, florentissimi Ordinis Pater; verbo, saeculi sui ornamentum: quae omnia complectemur dicendo, hunc tamquam Moyſem, hominem fuisse mitissimum, & per lenitatem suam, uti Moyſes, prodigiis patrandis parem. Lenitas Evangelica, amabilis Sancti nostri Character est, quae totum ejusdem elogium potest conficere. P. Bourdaloue.

Lenitas Sancti Francisci de Sales illum in vita communi Sanctum effecit, tranquillum, aequalem, & charitatem flagrantem. In domo patris sui, in studiis, in Academiis, in communi moralium consuetudine artem nanciscitur semet ipsum sanctificandi, tamquam Religiosum aliquem, praerentem, Anacoretam, in communi Christianorum ordine extra ordinem, peculiariter perfectum eo, quod nullam unquam particularem affectionem appetit, singularem, & quod nullam habuit singularitatem; & in communi conditione, & secundum saeculi sui mores sese evexit ad praeritorum saeculorum virtutes praestantissimas. Plurimum aequavit illum morum integritate, licet ad mortem usque baptismi sui innocentiam servaverit; ardore zeli, licet sexaginta annorum millia Deo peperisse constet; patientia, licet persecutiones, & contumelias in deliciis habuerit; humilitate, licet pueri docilitatem cum hominis perfecti capto conjunxerit; animo a creatis quibuscumque rebus alienato, licet saepe viderit optimis consiliis suis obstiti, ipsamque Congregationem suam, quae fuit spes sanctae posteritatis suae, gaudium cordis sui, ad incitas redigi, inopinatis casibus pene labefactari. Flechier.

Quisnam conciliare novit, ut Sanctus noster, vitae civilis officia cum officiis conscientiae? Sanctificavit commercium, & mundi decorum recto usu sese accommodans tempori, & consuetudini, semper tamen ratione duce, auspice prudentia; humanus in amicitia, & familiaritate, quam semper redigebat ad Charitatem, earum principium; & spiritualem utilitatem illorum, quos diligebat, qui unicus erat earum finis. Si ad se corda trahebat, ne credatis ideo, illa sibi retinuisse, noverat illa ad Jesum Christum adducere tamquam bonum, quod propter illum acquisiverat. Si in animos semet insinuabat; illic fidem, & Religionem querebat instituire. Prajudicium erat, a Deo diligendum esse, qui a Saleſio diligeretur: Verbo, Saleſium dil-

Holm, & peculiaris character S. Francisci Saleſii.

Ecclesi. 45.

Quomodo in vita communi in magno evasit sanctum illud quae per lenitatem.

Status omnes sanctificavit & conciliavit vitae civilis officia cum officiis conscientiae & religionis.

gere, & amare pietatem, unum ferme erat, & idem. Numquam vitiosus est in aliquem, ne devotionis quidem, excessum, ferri. Reddidit Deo cultum interiorum, atque perfectum, sed prudentem, & rationabilem, juxta Apostoli consilium. Licet de se humillimè sentiret, tamen dignitati suæ numquam externum aliquod negavit decus, quod usus postulare videret, ubi nihil ordini adversatur. In societatis hilari, modestaque virtute utebatur, quæ viros bonos lætitia afficiebat, & peccatores edificabat, atque in tota vita ejus admirabantur homines simplicitatem sine furore, prudentiam sine simulatione, conscientiam sine scrupulo, scientiam sine vanitate, pietatem sine fastu, exteriorem totius corporis habitum sine adfectione, & consuetudinem, in qua lenitas spiritus, rationis vigor, & vitæ puritas elucebant. Idem.

Quis umquam magnum hunc Episcopum uniformi pietatis praxi exæquavit, quavis in jugi versaretur occasione, ut distraheretur, vel impediretur? Nonne mundo usus est, quasi non uteretur, ea cum sobrietate, quam fidelibus omnibus commendat Apostolus? Non quæsit ille latebras, sed se ipsum collegit, Interfuit societatis, & conversationibus: sed inter sæculi strepitus novit sibi intra se interius silentium, & spiritualem solitudinem facere. Eadem operabatur, quæ alii, sed aliter ab aliis operabatur illa, cortex quidem erat similis, sed radix alia, & charitate minimos etiam vitæ suæ actus effingente, nihil non vulgare operabatur, & hoc ipsum in illo erat non vulgare. Numquam inter cæteros enitescere quæsit: semper peculiari cura, & affectu quadam profectus est virtutes, quæ negliguntur, quia eminus non prospiciuntur, & quod crescit ad pedes, & umbram Crucis, & quantumvis aliquam afferant molestiam, numquam fere honori sunt exercentibus illas. Hæc vulgaris est illorum illusio, qui magna sibi esse putant talenta, ac pietatem respiciunt tamquam artem, in qua velent excellere. Quantumvis modicè de te sentias in pietate, velles tamen exercere virtutes fortitudinis, constantiæ, magnanimitatis. Verum cum hæc niteant, sibi que admirationem concilient, verendum est, ne vanitas illas pariat, & illæ rursus pariant vanitatem. Cæterum earum occasiones raræ sunt, & sæpe etiam in incerta expectatione semet insigniendi magno quopiam facinore, fructus amittitur plurimarum exiguarum virtutum, quæ usâ quotidiano non parum proficiunt. Idem.

Manufacto magni hujus viri tanta fuit, ut quicumque illum cognoverunt, asserere non dubitaverint, nullos umquam existisse Sanctos, qui propriis Salvatoris manufacturam imitari sunt, & magnus quidam Cardinalis dicebat, sibi videri in illo imaginem intueri sacræ humanitatis Filii Dei palam cum hominibus conversantis. Et profectò facies ejus, oculi, verba, & actus omnes non nisi bonitatem, ac suavitatem affabant. Alitè ad eam lenitatem hanc impreſerat in corde, ut quodammodo in naturam migraverit, & omnibus actionibus suis generaliter influxum præberet. Tanti faciebat præclaræ hanc virtutem, quæ originem ducit a vera charitate, & a profunda humilitate, quam vocabat basim, & fundamentum sanctitatis, & caracterem filiorum Dei. Meritò quidem vulgò dicebatur, ipsum hominem fuisse sine felle; cre nim, ut liquet, dissecto post mortem illius corpore, inventum est fel ejus in lapidem conversum; quod ex Medicorum sensu contigerat propter vim, quam sanctus præsul jugiter suæ faciebat iracundiæ, in quam naturæ proclivis erat, ob sanguinem calidum, atque subtilem. Videatur hic tener discipulus Filii Dei nequaquam suapte natura fuisse manufactus; sed sibi assidue vim adhibendo talis per gratiam evasisse. P. Texier.

Summa lenitas S. Francisci Saleſii in conversationibus.

bat exultationem, & benevolentiam eorum, cum quibus consueſcebat. Asperi, ac imperiosi mores Ministrorum novæ Religionis morum ejusdem moderationem commendabant; & durities qua cum illo agebant, ubi simul argumentabantur, injuriæ, quibus illum proſeindebant, magis magisque extollebant lenitatem ejus, recentemque illi conciliabant admirationem apud eos, qui quotidie testes erant furoris, ac impotentis adversariorum æquæ ac patientiæ, qua illos sustinebat, patientiæ inquam, quæ eo usque processit, ut cum Calvinista in insidiis duos collocaſſent sicarios, ut Sanctum hunc virum adorti trucidarent, eamque misereri illi hunc expectarent secus viam, qua transiurus erat aliquot stipatus amicis, qui se illi comites addiderant, districto gladio in illum impetum fecerunt vitam adempturi, extremo hoc in periculo nihil de illius perierit constantia, nihil de consueta lenitate. Vetus ne qui illum comitabantur, armis uterentur, & obviam latronibus occurrens, dixit illis: Erratis, amici; profectò vos ad necem non queritis hominem, qui non solum vos non læſeſcit, sed qui ex corde pro vobis suum effunderet sanguinem. Paucis hæc verbis furentium rabiem sedavit, qui ad Sancti pedes provoluti veniam petiere, quam libenti animo illis largitus est. Marslier.

Salutis nostræ inimicus tantam ferre nequit innocentiam ac virtutem in tenera ætate. Aggreditur Comitem ea tentatione, quæ unquam ad illum opprimendum par erat, Suggestis illi quantumvis optimam habeat voluntatem, quodcumque in eam consilium, cum esse æternis ignibus adjudicandum: Inferni horror, terribilis damnati status, terror, atque tumultus Sancto adolescenti maximum afferunt mœrorem, quo prope erat, ut obueretur, cum oculorum aciem conjiciens in imaginem Virginis Sanctissimæ, nova, excitata fortitudine exclamat: Si ita miser sum, ut mereat in æternum post mortem meam a Dei conspectu repellî, volo saltem frui consolatione illum donec hæc vita vivam, diligendi, Oratio ad eo abhorrens a damna-ri statu Sancti turbas dissipavit, demonem confudit, & in sanctam animam tranquillitatem revexit. P. Croiset in asceticis exercitiis.

Sanctus adolescens interiori fruebatur pace, quæ nullo umquam perturbanda casu videbatur: sed ad hanc tranquillitatem non nisi per tumultum, furentesque procellas pervenit; ita ut interioris hujus pacis jacturam facturum videretur eo quod nihil nancisceretur, quod illum postea perturbare. Etenim puer adhuc, cum audisset Cœli viam asperam esse, difficilemque, spinis, & crucibus confectam, cumque ex altera parte interioris gaudium cogitaret, quo in Dei cultu afficiebatur, sanctamque lætitiâ, qua in viam mandatorum Dei decurrebat: mira Spiritus tenebrarum illusio! periculosa versutia inimici nostræ felicitatis! quod erat præclara merces fidelitatis animæ hujus innocentis in mente ejus putabatur indubium, certissimumque reprobationis. ejusdem argumentum; & secundum timorem hunc, perperam quidem conceptum, sed nihilominus ita impressum, ut nulla cogitatio illum extrudere posset: credereſne, illum nullam invenire potuisse crudeli, ac periculose hujus tentationi medicinam, nisi in eadem lenitate, quæ effecit, ut iniret consilium fideliter Deo. interviendi quidquid esset eventurum? Namque sicut illi persuasum erat, se ex numero esse reproborum, sibi representavit terribiles cruciatum, quibus infelices justitiæ divinæ victimæ torquentur; extensionem æternitatis, quæ se in illius mente explicabat, devorantium flammarum imaginem, flatus omni solatio carentes; & dolores amari, quibus indefinenter cor miserorum eorum discerpitur, interdiu, nocteque mensi illius occurrebant. Heu! ajebat ille, ea in tristitia incomprehensibili, qua premebatur, & qua ad siccitatem redigebatur; Heu! contentus sum, Deus meus, hæc omnia pati, sed æternum privari conspectu tui, qui summum es bonum

Tentatō tribuit, quæ oppugnatuſ fuit Saleſius.

Factum idem aliter.

bonum meum! sed odisse te, & indefinenter in te blasphemias evomere, hic mihi infernus alter in eodem inferno. Verum quoniam tu iussisti, mihi quæ obtemperandum est adorabili tuæ voluntati, saltem volo totum vitæ meæ tempus impendere, ut te diligam, ut tibi serviam. An non admittam ingenii hujus suavitatem, animæque tranquillitatem, quæ ideo solum turbatur, quia timet malitiam, quæ fruitur? Placuit tandem divinæ misericordie luminis radium in fidelem hanc animam immittere. Tenebræ mentis ejus caliginem laborantis dissipatæ sunt; sedata est cordis sui agitatio, tetraque cogitationes, quæ totidem erant veluti nubes, quas congesterat demon ad tempestatem hanc excitandam, cum aliis microribus, ac jucundioribus locum fecisset, rediit tranquillitas animo, quam numquam deinceps amisit; nam post diem hanc tentationem, nihil cum valuit amplius perturbare. Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.

Hoc ipsum aliter.

Salutis nostræ inimicus, quem nobis exhibet Scriptura, modò tamquam leonem vi facta palam fatientem, modò tamquam serpentem, qui calliditate sua nos fallere nititur, abusus est ea tranquillitate, qua intrinsecus Comes adolescentulus perſuebatur; persuasurus illi ea omnia, quæ agebat, ut se Deo redderet acceptum, esse irrita, & jam actum esse de æterna salute ipsius, eumque jam in reproborum numero esse constitutum. Puer ille ea correptus fuit formidine, quam æterna damnationis perſuaſio producere potest in anima, quæ Deum timet, & quam diu spes alliciat illius possidendi. Quemadmodum tenero amore divinam proſequebatur Majestatem, summo torquebatur dolore, quodcumque cogitabat se destinatum esse, ut æterno infectaretur odio Deum; & hæc assidua fere illius erat cogitatio. Terror inferni, mentis agitatio, jugis cordis sui tumultus, tandem illum in altissimam conjecerat tristitiam, unde nihil illum poterat liberare. Integros traducebat dies plorando, noctesque conquerendo. Corpus ejus licet robustum tandem cessit. Amisit repente bibendi, comedendique gustum, ac somnum; videbantur in ejus facie non obscura desperationis indicia, quæ nihil non timebatur esse portendebant. Sed Deus, qui non permiserat, ut puer adeo violenter tentaretur, nisi ut illius periculum faceret, & illi diffidentiam in propriis viribus immitteret, atque in humilitate solidaret, quæ admodum est necessaria ad tuendam eminentem sanctitatem, ad quam evocabatur, ipse illum sine hominum ministerio a furenti hac tentatione liberavit. Immisit illi desiderium redeundi in Templum S. Stephani Græcorum ubi Deo voverat castitatem. Adſpectus imaginis Beatæ Virginis excivit in illo confidentiam, quam semper habuerat in potenti illius intercessionem apud Deum. Illam obtestatur est, ut dignaretur esse Patrona sua coram Dei Majestate, & deprecaretur malum, quo premebatur, atque illum exoraret, ut quandoquidem ita erat miser, ut æterno ipsum odio infectari deberet, liceret sibi saltem, quoad viveret, eum ex toto corde diligere. Oratio adeo procul abhorrens a sensu reproborum, & quæ supponenda est spe nequaquam caruisse, statim fuit exaudita. Illico adolescens furenti hac tentatione liberatus fuit, & postmodum confessus est, eo ipso temporis articulo, quo orationem absolvit, sibi de superiore cordis parte ablatum fuisse immane pondus, quo tranquillitatem, pacem cordis, & optimam valitudinem. Marslier in vita Sancti.

In tota vita fuit immunitas ab his imperfectionibus, quibus ætas quælibet est obnoxia.

Jugi exercitatione oppugnandi, & vincendi affectus suos Sanctus nosſe adeptus est ita absolute in semet ipsum imperium, ut nulla ætas vitæ illius obnoxia fuerit imperfectionibus, quæ illi adhæſſe videbantur. In illius infantia ne minima quidem levitas innotuit, licet igneus esset, & acri ingenio: in juventute ne minimam quidem sibi vindicavit licentiam, licet procul a patria, & oculis eorum, qui ejus vitæ rationem propius

scrutari poterant, & quorum auctoritas vix, & ne vix quidem cohibere alias potest ætate etiam provectiori: ne minimum quidem vitium, impatientia, morositas in reliquo vitæ suæ cursu enituit; semper eum eadem mentis tranquillitate, cum eadem vultus serenitate, intra tot adversitates, importunitates, impedimenta, infirmitates, & morbos, quin unquam conquereretur, quin animum desponderet, quin jurgaretur, quin in dubium quidpiam revocaret. Est ne homo, an Angelus hic qui cum hominibus conversatur tam diversis ingenio? Illum quocumque volueritis nomine appellare; Sed hic status est, & frus, in quem illum sua lenitas adduxerat per jugem affectuum suorum mortificationem, constantemque sui ipsius victoriam; hoc enim testimonium illi perhibuerunt, quibuscumque accidit eundem cognoscere. Imperium, quod hoc pacto in se ipsum acquisivit, non minus integrum, & absolutum fuit, quam constantis, & continens. Hoc illi tribuit perfectam animæ suæ possessionem, ut loquitur Scriptura; hoc generatim super omnes illius affectus se extendit. Licet enim proprius lenitatis effectus sit impetus iracundiæ compescere, & prohibere, ne quis exardescat, & in iras erumpat, vel in invectivas, atque contumelias; tamen quemadmodum omnibus animi perturbationibus id commune est, ut interiorum hominum partem perturbent, & perturbatio hæc de in extrinsecus prodeat: lenitas prohibet, ne turba hæc appareat, ita ut certum sit argumentum imperium, quod mitis homo obtinet in proprium cor, integrum esse, & absolutum. Auctor Sermorum in omnia argumenta.

Quod prodigium intueri in formoso corpore, & ea ætate, quæ ad voluptatem prona est, voluptatem numquam tentasse cor illius? Eo usque ut primum suæ fidelitatis experimentum in tuenda sine ulla labe puritate corporis animæque suæ, quæ a teneris unguiculis dicaverat Deo, fuerit insignis victoria, quam retulit de blando hoc inimico, in periculosissima, quæ unquam excogitari possit occasione, ubi quidquid lenocinii habet pulchritudo, & juvenus illecebrarum, quidquid festivitatis habet vivax ingenium, & virium, atque versutarum amor, adhibitus fuit, ut de illius virtute referretur triumphus. Ea ætate, quæ huic cupiditati proclivior est, ea in occasione, in qua omnia favebant insidiis postis, eo in loco, ubi castus hic Joseph neque fugam capessere, neque pallium relinquere poterat, meretricis ad pravum hunc finem conducta, per otium omnibus uti potuit lenociniis, atque artibus, excogitabilibus ad constantiam illius labefactandum. Tunc solum, & semel Franciscus consuetæ lenitati suæ vim fecit, ut sancta exardesceret iracundia, quæ fecit, ut in impudentissimi scorti faciem conspueret, & hoc pacto ignem exstingueret amoris impuri, quem in oculis, & in ore ferebat, & quo illum inflammare adnitebatur. Auctor Sermorum in omnia argumenta.

Verè asserere possumus S. Franciscum Saleſium artem invenisse, qua duobus simul Dominis servire possumus; quandoquidem novit placere Deo, & Mundo, & alterius mandata servare, quin ab alterius urbanitate deficeret. Itaque adstratio quadam hæc duo simul conjungendi, quam Sanctus Præsul adhibuit. Mundum cum Deo conciliare infelix secretum est. Nimis crebrè occurrunt hæc odiosæ affinitates Baal cum Jesu Christo; vitæ monstroſe, quarum dimidium sunt vitia, alterum vero dimidium virtutes; mortales, qui per eorum operum praxim, quæ in speciem quidem sunt bona, credunt sibi jus acquirere vera scelerata perpetrandi. Non ita Saleſius cum Deo mundum conciliavit. Quamvis videatur sese inter Societatis, & Religionis officia divisisse, nulla tamen, fuit in corde ejus divisio. Se se in civilibus virtutibus exercens, ut christianarum amorem induceret, ex Mundi titibus illos eligens, qui omni culpa vacant, ad ea impugnanda, quæ noxia sunt, temptans

Quo modo servavit puritatem suam in occasione periculosa &c. in Laqueo, qui illi positus fuerat.

Sanctus hic modum excogitavit conciliandi mundi hujus officia cum officiis Religionis.



perans Evangelicæ zeli asperitatem Christianæ lenitatis unctiōne, satis ratus gemere, ubi velle corrigere periculosa plenum esset alæ; justorum sibi amorem conciliavit, lucratus est cor peccatorum, & meritus fuit laudem eorum, quorum duritiam frangere non potuit. Ex Orationum Panegyricarum Specimine.

Magis devotio, charitas, & misericordia erga pauperes.

Quisnam erat fervor Orationum Sancti nostri, cum ad altarium pedes provolutus, meditantibus, & immobilis effundebat Deo primos sui cordis affectus, ac illud contra illecebras, & illusiones mundi roborabat! Quenam illius erat charitas, & erga pauperes miseria, cum necessitatum eorum miseretur, ea ætate, qua modica experientia, & humanorum casuum levis consideratio ut plurimum omnem nobis sensum aufert miserationis, in misericordiæ opera impendebat, quidquid pecunie ipsi in usus suos, vel in solaria, & voluptates erogabatur, & aliquid etiam sibi de victu abradens dividebat panem suum, & Jesu Christo juvenutis solatia, & vitæ etiam suæ partem sacrificabat. Quenam illius erat constantia, cum dæmone pudori illius invidente, & durissimis illum preliis laceffente, gravissimis tentationibus strenuè resistens factus fuit exemplum continentia; & ingeminans austeritatis suas Martyr castitatis evasit! Quenam tandem erat beata illius simplicitas, quæ illum effecit divinis imperiis attentum, consillis eorum, qui ejus curæ præerant, docilem, simulationis, & mendacii inimicum, ac semper veritatis zelotem! Nonne jam perfectus videtur Christianus? & nihilominus hæc non est, nisi Christiani nascentis imago. Flechier.

Patientia in Salesio virtus erat acquisita.

Magnus

S. Franciscus Salesius tantam sibi patientiam jugi consuetudine acquisiverat, ut hæc illi virtus ingenua videretur, & illam sensu omni carere crederetur. Deus noster, dicebat Propheta Nahum, Deus est patiens, quia simul est etiam Deus fortis. Dominus patiens, & magna fortitudinis. Fortis spiritus ex patientiæ suæ caractere cognoscitur; & ex S. Ambrosii Sententia, cuilibet tantum inest sapientiæ, quantum dispositionis ad patientiam. Hinc possumus cognoscere fortitudinem spiritus, soliditatem, & sublimitatem virtutis S. Francisci de Sales, qui in plurimis, hisque urgentissimis occasionibus, ubi agebatur res honorque suus; & verbo, in iis quibus nihil illi antiquius esse poterat, nunquam tantillum de lenitate, deque patientia sua amiserit, ostendendo sibi admirabilem adesse hanc similitudinem cum Salvatore, quem nobis exhibet Isaias sub agni imagine, & qui se ronderi sinit, immo & vitam auferri, quin conqueratur: Sicut agnus, coram tundente se obmutescet, & non aperiet os suum. P. Texier.

Salesius athenis devotio, & morosa.

Salesii pietas nemini gravis fuit. Artem nactus est sibi eorum amorem conciliandi, quos corripere debuit. Crux ejus tota fuit in corde ipsius, & tota sibi. Virtutem non præcipiebat, sed persuadebat, & quin peccatorum animos averteret objurgationibus, bonitate ad officium revocabat. Satis quotidiana intelligimus experientia motum horum devotorum temperamentum, qui nihil vel sibi, vel aliis indulgent, qui justitiam præterentes, charitati abrenuntiant, & qui censuris, & perpetuis questibus patrem suæ crucis exonerant, in accedentes, ac in alios rejiciunt poenam illius poenitentia, quam sibi ipsi imponunt. Si Sanctus Franciscus concionatur, inutilibus invecivis tempus non terit; ipsum Religionis caput intruet, & quin inanes creperet reformationes, vel in exterioribus noxis immoretur, quod commune est morosa indolis, & secretæ superbæ argumentum, cupiditatem aggreditur in ipso fonte, & in illius locum subrogat charitatem. Si cum hæreticis agit, non utitur ille quidem disputationibus, ac tumultuosis controversiis, ubi minus queritur veritas, quam victoria, ubi potior cura est suam probare sententiam, quam illius fidem persuadere; ubi alius persistit in malo, quod agit, alius corripit bonum, quod facere possit, alius mordicus

asserit errorem suum, alius humilitatis, & christianæ charitatis suam alit vanitatem. Sanctus nosster cause suæ justitiam ostendit doctrina, eamque sua lenitate persuadet. In colloquiis suis unctiōne manantibus, ac robore plenis querit potius corda eorum Deo conciliare, quam mentem convincere. Flechier.

Salesii zelus pro hæreticorum conversione. Matth. 23.

Quinam fuit Salesii dolor, cum ad Chaballici agri Missionem destinatus, ac in illum ingressus, vidit abominationem, de qua sermo est in Evangelio, constitutam ea in Regione, quæ olim Catholica Ecclesiæ parebat? Sed quenam illius sollicitudo, cum hos invenit populos rei novitate confusos, mendacio decēptos, qui nequitiam errori, & ignorantia adhibebant pertinaciam? Insuperabiles ferè difficultates, quas in Missionem suam offendit, animum illius magis, magisque inflammarunt. Mina illi intentantur, ipse verò inexhaustum patientiæ fontem præparat: omnes illi aditus obstruuntur, & ipse sibi per altas nives, ac inhospitales montium anfractus Evangelium nuntiaturam viam facit. Negatur illi hospitium, ipse verò de maceria in maceriam pergit, inter dirutorum templorum rudera reliquias colligit Christianismi. Interdicitur, ne quis illi escam suppeditet, cibus illius est facere voluntatem Domini, a quo missus est, & sanctum illius verbum nuntiari. Vix invenit, qui aures illi præbere velint, non ideo tamen cessat jacere semen Evangelicum in agrum desertum, neglectumque, ratus ampliam se consequi laborum suorum mercedem unius animæ lucro. Sed quid sperari non potest ab homine, quem Dei spiritus agit? Lenitate, & constantia sensum ad se trahit populos, & illis statim proponit peccatam quandam, & mutat actionum, & exemplorum controversiam, ostendit illis in se ipso Sacerdotem charitate plenum, doctum, humilem; ab omni cupiditate vacuum, & Ministros Jesu Christi, quibus apud eos fides omnis fuerat abrogata, omni labe liberat ea integritate, qua suum ministerium adimpleret. Plantat ille, & rigat, Deus verò dat incrementum. Passim ad illum accedunt, illum audiunt, erudiuntur, attentionem adhibent, ac moventur. Ille disputat, & convincit; hortatur, & convertit. Quos sermonibus revocare non potest, ædificat patientia. Religionem suis virtutibus probat, æque ac arguētis, & sua persuadet humilitate, quod sua doctrina illustraverat. Restituitur Dei cultus, rursus atolluntur altaria, verus restituitur Religio, boni pastores inveniuntur fideles oves, & triginta conversionum millia sunt fructus charitatis, atque laborum novi hujus Apostoli. Flechier.

Fuerit zelus apud Salesii.

Statim ac Salesio proposita fuit hæc provincia Hæreticorum conversioni operam dandi, illico occurrit ad acquisitionem earum provinciarum, quas illi fere sexaginta ante eam diem annos occupabant; & præcipuum zeli sui scopum delegit ipsam Genevæ urbem, quæ regionis illius erat quodammodo centrum. Illam oppugnavit, non quidem vi, sed sua lenitate, & a veri specie non abhorret oppidum illud infelix non diu illi obliturum fuisse, nisi præ fortibus excubiis posita fuisset, a quibus illi aditus in civitatem præcluderetur; & hoc eodem obice omnium incolarum corda celestibus gratis offerrentur. Cum igitur Franciscus omni aditu circum undique prohiberetur, licet nullum non movisset lapidem, omnesque excogitabiles vias tentasset; illum ut ita dicam uridique obstruit, in agro Chaballitensi, ac finitimis prædicans. Sed re adhuc integræ quæ sunt illi, quibus veram anthuntiar fidem, tot sunt obdurata corda, quæ non nisi per patientiam emollit. Pedetentim sex, aut octo lucratur homines, quos sua trahit eloquentia, & sua alliciet lenitate; hi eidem adhærent, ejusque partes sequuntur. Longius mox suas extendit victorias. Prædicat Tunionii in urbe ad Genevensem lacum sita, tanquam alter Jeronimus fecus flumina Babylonis. Denique fulgor Sanctitatis suæ viam illi facit per densas tenebras. Undique

que concurrunt ad illum audiendum, & nemo resistere potest vi veritatis, quam victrix illius mansuetudo in obduratissima usque immittit corda, ita ut prope januas, & sub ipso Genevæ conspectu illi abstulerit, atque converterit quadraginta hæreticorum millia, quæ fuerat veluti trophæa lenitatis ejus, pretium sudorum, & merces patientiæ ipsius. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c.

Modus quo cum hæreticis agebat.

Magnus iste Sanctus cum Hæreticis agens, ac probè cognoscens solidissimarum argumentationum effectum ex ea dispositione pendere, qua illa excutiuntur, minus quærebat probationes veritati, cui nunquam defuit, quam præparare mentes ad earum probationum cognoscendam soliditatem, ad commemoranda divina ea lineamenta, ex quibus facile cognosci potest Ecclesiæ, & hæc in eam lucem adducenda, cujus ope valeant dignosci. Neque menti lumen defuturum sciebat, dummodo cor vellet erudiri; & si senel nequitia cæcitas dissiparetur, ignorantia cæcitate non diu mansuram; lumen veritatis sponte ac per se statim illucescere, ubi amoveantur integumenta, quibus celatur. Ejus eruditio prærens reddebat lumen mentibus, lenitas verò mentes luminibus præsentis. Non erat hæc subdola, & adfectata lenitas, quæ nonnumquam avertit magis animos, quam cæca licentia: lenitas erat simplex, naturalis, & veluti effusio quædam cordis, quod charitate, & zelo referretur per nimiam plenitudinem exundabat. Hæretici palam intelligebant, boni hujus Pastoris mentem esse illos convincere, quin eos confunderet; ipsum eorum sibi existimationem adipisci vellet quoad eisdem opus erat, ut eorum sibi fidem captaret: & omnia permittentem veritati, quæ sola persuadet, nihili facere vim argumenti, a quo ipsa ostendebatur. Noverat artem assequendi sensum eorum, quo usque Religionis ratio illi permittebat, ut facillime eos ad Ecclesiæ sensum perduceret; illis relinquere quædam nullius momenti consuetudines, ut in iis, quæ ad caput, & summam rei pertinebant, illorum mereretur consensum; ex collationibus præscribere omnem scientia ostentationem literatis, eruditisque viris persfamiliarem; rationem habere superbiam in humano corde latentis, quæ obest sæpe, ne agnoscat veritatem, quæ sibi ab aliis aperitur; auferre argumentationibus imperiosam hanc vim, quæ sapientis animos, quos trahere cupit, avertit; simpliciter exhibere menti veritatem, quam diligit, & permittere eidem oblectationem ex motu proprio eandem recipiendi; collationibus suis non alium immiscere ardorem, quam zeli religiosi; interpellare de controversiis colloquia, ubi in jurgia degenerant; mulcere spiritus, cum sententiarum oppositione incalcescentes nimio ardore tuebantur veritatem, vel nimio furore illam oppugnabant. Admirabili hoc consilio permittebat, ut hoc secum reputarent; quæ consideratio sæpe validior est omnibus argumentis: Religionem quam viri adeo Sancti, ac Sapientes turbabantur, veram esse. Ex Specimine Orationum Panegyricarum.

Misio ejus in agro Chaballitensi; ejusque labor.

Salesius hæresim aggreditur inter ipsius etiam vallum. Adspexit Templorum solo aquatorum, cænobiorum ditutorum, evertebatque Crucis, zelum ejus ingeminat. Plenus fortitudine, & fidentia, quibus Heroes fiunt, per ululatus, clamoresque Protestantium Tunonium ingreditur. Modestia, patientia, mansuetudo arma fuerunt, quibus usus est, ut se a contumeliis, & nequitia furentis illius populi tueretur. Ejus moderatio & virtus cicures fecerunt eas mentes, animasque apostatas. Loquitur, & convincit. Omnis protestantium causa ad arma conclamat. Severum proponitur edictum, ne quis illum audiat; cum repente ille se derelictum videt, deserturumque plures dies in civitatibus meditullio, æque solitariis, ac si in agro versaretur. Non cessat tamen quo minus quotidie divertat ad Alpium colonos, quos Allinges nuncupant. Imber, nix, glacies, furentes venti, nox ipsa nunquam illum ab hoc itinere deterruerunt. Frigus ita illum nonnumquam corripiebat, ut immotum redderet; Hondry, Paneg. Tom. II.

sed nihil moram zelo ipsius necesse valuit, eumque retardare. Noctes traducit sub dio, pluvias, frigidisque nebulis expositus. Incedit super tabulam glaciatis restulis tectam, ut ultra fluvium pergat ad erudiendos ruricolos quosdam nuper convertos. Omnibus se periculis objicit; omnia pro salute populi illius mala sustinet; sed si ingentes sunt ejus labores, victoriæ illius sunt immensa. Provincie Gex, Ternier, & Gaillard ad Ecclesiæ sinum redeunt; totus caballiticus ager convertitur; nihil resistere potest vi sermonum illius, aut virtuti exemplorum ejus; & per miraculum, in quo palam Dei digitus apparuit, tanquam agnus inter lupos in manifesto mortis periculo, lupos ipsos sapientia, moderatione, & pietate sua in agnos convertit. Proponit controversias, exhibet diès octo, vel decem ad disputandum cum ministris de his, quæ in dubium arcescebantur; sed tantum abest, ut oblatam collationem accipiant, ut imo eidem novæ infidæ, novaque parentur atrocina ad vitam illi eripiendam. P. Croiset in Asceticis exercitationibus.

Fructus missionum Salesii.

Insignes Fructus, quos in missione sua referrebat Salesius, & multitudo personarum, quas in Ecclesiæ sinum redigebat, impulerunt Episcopum, ut cum Duce Sabaudia annuente Coadjutorem eligeret, ratus, se jam senio confectum, ac laboribus per se obeundis minime patrem, nihil melius, vel utilius efficere posse, quam in Sanctum nostrum eam conferre dignitatem, ut hæc Apostolicis ejus laboribus majus pondus, majoremque auctoritatem tribueret. Verum quidem est, si Franciscus suam contulisset humilitatem, nunquam adeo sublimem dignitatem accepturum fuisse; sed considerans hanc Dei voluntatem esse, jugo subdidit cervicem, certus se toto zelo, omnibusque viribus cooperaturum conversioni populorum, quos error abstulerat. Etenim quoties Genevæ, profana illius Jerosolyma excidium, miseratione, & zelo ductus ad exemplum J. C. ploravit? Quoties se contulit, quæ illius ager late patebat, ut de rapacium luporum ore oves exculperet, quas ab ovili distraherant, & quibus jamjam illa vorarum instabant? Quoties ad misera illius civitatis januas accessit adoraturus Cruces, quas ibi solemniter plantaverat, reparaturus pietate sua contumelias, quæ Salvatore inter murorum illius septa fiebant? Quoties suæ charitatis ardor & conscientia religio illum sollicitavit, ut reposceret ab ea, non quidem reditus suos, quibus fraudatus fuerat, sed animas populi sui, quæ sibi quodammodo surrepta fuerant, ac que injustè retinebantur? Zelusejus potuissetne vim illi non inferre, si necessarium, vel etiam utile saluti, & conversioni animæ alicujus consuleret? Qua constantia profectus est, ut urgeret, atque convinceret Theodorum Beza, cujus spiritus, doctrina, & eloquentia immortales laudes promeruerunt, si socios habuissent bonos mores, & si illis ad bonam causam tuendam usus fuisset? Illum contempsit, & proculdubio eum pertraxisset, nisi avaritia, superbia, ætatis infirmitas illum retinissent; seu ut melius dicam, nisi Deus, cujus terribilia, semper tamen adorabilia judicia sunt, permisisset, ut in abyso, in quam pridem ceciderat, mortem obiret. Qua fortitudine voluit ille Catholico morienti poenitentia Sacramentum contra omnes leges, omniaque carnalis prudentia consilia administrare. Sed quo Evangelico zelo, necessitatibus Religionis evocatus, quin nomen vel officium dissimularet, per civitatem, quæ occidebat Prophetas, objecitque se pro Jesu Christo inimicis suis? Fecissent illi profectò sacrificium cause suæ perjurandum: sanguis adeo nobilis, ac purus, prope erat, ut per impuras eorum manus effunderetur: & sanctissimum Christianismi Caput prope erat, ut eorum parricidarum telis scopus evaderet; nisi Dei Filius, qui toties Ecclesiæ suæ præsidium pollicitus est, illum manu duxisset, eumque hæreticis inconspicuum reddidisset, quemadmodum ipse Judæorum allebat oculos, ubi ab eorum sevitia,



& ubi pauci erant operarii. Malebat operari, predicare, catechesim tradere populis rusticis, & qui ministerio illius maxime indigebant, quam fructum percipere ex laboribus eorum, qui alios coluerant agros, ubi messis minor erat, & operarii multo plures. Nemo unquam Concionator lubentius auditus fuit, quam sanctus noster, nemo unquam tantum reulit fructum, & vulgo dicebatur, fieri nequaquam posse, ut aliquis licet pertinacissimus vel fervori Sancti Francisci in ara litantis, aut eloquentia illius de suggestu loquentis resisteret. Incessanter lustrabat pagos, & rura, ut erudiret pauperes, qui in Christiana Religione vivebant, quin fere illam cognoscerent; & primi illius Apostolici cursus jam olim tot Jesu Christo triumphos pepereant, ut hac de causa delectus fuerit Caballici agri Missionarius ab Episcopo decessore suo, & a Principe. Ex pluribus simul auctoribus excerptum.

Post duos, vel tres annos, ex quo Salesius in agro Caballico suos labores exercuit, ea omnis regio ferme conversa erat. Cruces in omnibus locis erectae, Templâ reaedificata, cultus Dei restitutus fructus erant Apostolicorum laborum illius. Tunonium ubi septem duntaxat erant Catholici, cum illuc pedem intulit, sex millia numerabat eorum, qui recens fuerant conversi, & in agro Caballico, tribusque provinciis Ternier, Guillard, & Gex ultra septuaginta duo millia. Quod insignem Cardinalem Petronium ad dicendum impulit, si de Calvinistis convincendis ageretur, se sperare id consecuturum, sed ad illos convertendos Salesium esse mittendum. Sanè difficile est intellectu, quomodoniâ homo unus adeo brevi tot mirabilia operari poterit, & tot laboribus non frangi. Pluries quotidie concionabatur, & privatim aliquos erudiebat, & publicas collationes habebat. Pauci erant agri, quos non inviseret, pauci derelicti, quos non conquireret usque in vineulis, & mapalibus remotissimis. Confessiones in multam noctem audiebat; ille ultima deferebat Sacramenta, & fane-ribus quoque aderat. Nihil denique curas illius fallebat. Apostolicus illius zelus quocumque sese extendebat; charitatem cum necessitatibus metiebat, non autem cum personarum conditionibus, & omnibus omnia factus, omnes Deo lucrabatur. P. Croiset in Asericis exercitationibus.

Tribuebat Spiritus Sanctus tantum unctionis, ac vis S. Francisci verbis, tot benedictiones atque successus zelo illius, ut fere triginta numerentur haereticorum millia, ab illo in solo agro Caballicensi conversa. Facile est hinc conjicere quamnam esset gratiae plenitudo, qua illum praevenerat Deus. Profecto fructus, quem profusus caelestis doctrina peperit toto vitae ipsius tempore, & quem adhuc singulis diebus parit, ita mirabilis est, ut superet quidquid dici potest: & si hodierna die invenirentur Evangelici operarii satis fideles, ut per spiritum illius agerent, & divina illius instituta sequerentur, vix credi potest, quantum de Deo mererentur, quot coronas lucrarentur, quot animabus ferrent opes in iis, quae ad spiritum non esset negotiorum genus, quod illis non beneverteret hac arte, cum facilitate, lenitate, & incomparabili tranquillitate sine vanitatis periculo. P. Novet in Meditationibus.

S. Franciscus Salesius erga peccatores non utebatur zelo amaro, & imprudenti, summa cum mansuetudine ad illorum conversionem incumberebat, ne eorum animos avorteret, replens tamen suum ministerium, non prodigens temere Sanguinem Salvatoris. Non dicebat ille truculenter; actum de vobis est; nimis diu abusi estis gratiis, quas recepistis. Neque sellinanter recedebat ab eis, tamquam medici rudes, vel furentes, qui caput quantientes, ac gellibus suis, aut verbis testantes, nihil ultra de aegrotantium salute sperandum esse, ac jam esse conclamatum. Accedebat ad illos suavis oris habitu; cum illis verba faciebat de immensa Dei bonitate, qui pro illis mortuus erat in cruce,

Magnus fructus que reulit Sanctus in haereticorum conversione.

Ejusdem argumenti.

Modus quo laborabat ad peccatorum conversionem.

& qui illos salvos fieri cupiebat. Obtestabatur illos per viscera misericordiae, & propria illorum utilitatem, ut misereri vellent animarum suarum; & uti modico tempore, quod ipsis reliquum erat, & facere, quod possent, & petere quod minime possent, atque de sopore suo tandem emergerent, & agerent poenitentiam. Ipse illis & media ostendebat, & sternebat vias, & sicuti, cum homo aliquis lapsus est, oportet, ut qui cum vellet attollet, se incurvet, atque demittat; charitas, & pastoralis ejus mansuetudo, necnon ipsius erga peccatores propensio, educabat illos de caeno, in quo alitè erant demersi. Cum ad Nobilium Matronarum conversionem animum transferbat, non incipiebat ille quidem: omnem muliebrum hunc mundum projicite; fucum, omnemque hanc vanitatis pompam auferre; solatis, conviviique abrenuntiate. Mali fontem spectabat, illis horrorem peccati mortalis incuriens, & pro virili parte in earum cor inferens amorem Dei, certus illas quamprimum nugas has vel noxias, vel inanes esse derelicturas, cum earum cor Dei amore incallescere inciperet. Hac in re Salvatoris sui sequebatur exemplum, qui quin Samaritanam rejiceret, neque illi ejus objiceret impudicitiam; re adhuc integra eam docuit, quid esset donum Dei, eique desiderium injecit petendi, & recipiendi salutarem aquam, quam antea fecerat, ut praugularet; certus, illam quamprimum hydriam suam relicturam esse, & indefinenter omnibus nefariis affectionibus suis esse abrenuntiaturam. Elogia historica.

Arduum, & immensi operis esset omnes referre Sancti Francisci labores, & pericula vitae, quae subiit ad animarum conversionem incumbens. Nihil intentatum reliquit, ut a diecepsi sui extruderet inscitiam, vitium, licentiam. Ministerii Episcopalis sui fecit initium generali visitatione, quae tres annos obtinuit; sed quis asserere posset, quinam illius fuerint labores, quae pericula! Licet caeli intemperies, viarum insuperabilis fere difficultas per horridas rupes & saxa, aliter suaderent, nihilominus totam lustravit Diocesim, & quocumque attingit lumen. Quis ab incepto adeo audaci non desistisset videns torrentium lapsum, qui incredibili cum murmure, de summis montium jugis labuntur, quorum vel ipse unus fragor fortissimum quemque potest deterrere? Visus est aliquando novus hic Apollolus sudore diffluens, & vix spiritum reciprocate valens, & nonnunquam etiam frigore torpens inter nives; modò verò traducens torrentes super tabula jamjam putrescente, & modò non fracta, repens, ac sese trahens super illam, non nisi cum vitae periculo procedens; modò rupes ipsas per medium percurrens, ut viculum aliquem vel aliquod tugurium inveniret; ipsas etiam species ingrediens, ut miseros derelictos erudiret, & consolaretur. Praedicat, catechizat, confessiones excipit indefinenter, & sine requie: denique omnem incultam regionem illam percurrit, quia vel pagum, vel tugurium praetereat, quod non invisat; quin erudiat, quin sibi miserorum illorum amorem conciliet, qui non satis obtusescere poterant; quod vir summae dignitatis, ac naturae gracilis sese tot tantisque periculis objiceret, ut illos videret. Auctor Sermorum in omnia argumenta.

Pluribus in occasionibus satis innotuit, quantum Salesius vitam suam negligeret, cum de animarum salute agebatur, sese omnibus momentis aequè audacter objiciens, ac furori haereticorum. Per Genevæ urbem erat illi transeundum profecturo in Gez, quod Religionis negotiis evocabatur. Conditionem suam celare, & mentiri, pietas ejus ferre non poterat; affirmare se esse Diecepsanum Episcopum, idem saltem erat, ac facere, ut sibi cum ignominia transitus prohiberetur, nisi hoc esset subire periculum, ut malè multaretur; Genevenses enim illum sibi infestissimum hostem habebant, & incolae se acceptissimum Deo sacrificium offerre credidissent, si innocentem hanc victimam securitati suae immolassent, cum aliunde vererentur, ut

Vita pericula que Salesius subiit salutem animarum prospiciens.

Alia vita pericula, quibus pro animarum salute Sanctus se obnoxiebat.

in urbe aliquot suffragatores haberet, & ne hic transitus praetereat alicui conjurationi. Franciscus divina stetit misericordia non haesit; palam se urbis Episcopum esse professus est, & feliciter transit, quin agnosceretur. Idem alteri quoque periculo aequè manifesto se objecit, in quo nisi charitas ardens illum implicuisset, temeritatis notam non posset effugere. In hoc eodem oppido catholicus quidam agebat animam. Convenit illum, ejus audiit confessionem, & ad Christianam mortem disposuit. Patet, si Magistratus actionis hujus fuissent facti certiores, Sanctum Praesulem contumeliosissimam mortem evitaturum non fuisse. Sed in extremis, ubi positus proximus suus jamjam animam efflabat, se tamquam illius Pastorem cogitavit, ideoque teneri se censuit ad vitam suam exponendam pro ovium suarum salute, quemadmodum pro Theodoro Beza conversione illam exposuerat.

Anneii cum Genevenses urbem hanc oppugnare moliebantur.

Prope fuit, ut veneno antisermeretur.

Ubi aliquando ad Sancti Praesulis aures pervenit, Genevenses moliri nonnihil adversus urbem Anneii, se in illa conclusit futurus una cum grege suo idem periculum, cum oppidum illud nullo pacto posset vim hostium propulsare. Adspexit ejus addit populo securitatem, & respiciens Deus optimi hujus Pastoris amorem erga gregem suum permisit, ut in iritum ille terror abiret; & rumor falsò jactatus inveniretur.

Alia in occasione prope fuit, ut veneno interficeretur, cum enim decretum obtinisset a suprema Senatus Burgundici curia, cui provincia Gex erat subjecta, ut in hac Catholica Religio restitueretur; rati Genevenses hoc ad preces Francisci emanasse, neque dubitantes fore ut zelus illius satis perspetus admitteretur, ut quamprimum patentibus Litteris pateretur; rationem illius de medio tollendi per venenum excogitaverunt. Lenta febris illum invasit: sed quemadmodum nihil suspicione vacabat ea in regione, ubi liquebat, non deesse illi inimicos, Medici id quod re vera acciderat, suspicati tantum illi propinarunt antidotum, ut febris desierit, & ille convalesceret, quamvis deinceps plerumque infirma extiterit valetudine. Morbi sui tempore nihil illi antiquius fuit, quam pro inimicis orare, & prohibuit, ne tantum facinus in ipsum attentatum leges citarent. Tener hic amor, quem Sanctus testatur esse erga inimicos, non minimum Christiana profuit Religioni; peperit enim conversionem duorum amplissimorum virorum, & aliorum complurium, quos exemplum patientiae Sancti nostri, & amor, quo inimicos suos prosequeretur, in Ecclesiae sinum perduxit. Ex variis Auctoribus desumptum.

Consuetudo, quam S. Franciscus Salesius servabat, ut a laboribus praedicationis animum recrearet, hac erat, ut de suggestu descendens, fere statim vulgò Poenitentiae tribunal ascenderet. Ministerium hoc, quod jure arduum, ac difficile videtur, illi non erat molestum; nam praeterequam quòd zelo mitius fiebat, non modica afficiebatur ipse consolatione colligens messem, quam praeparaverat, jaciens divini verbi semen in animas auditorum suorum. Quot matronae cognito tandem errore omnium pomparum, nugarumque saeculi ad illius pedes afferbant, quidquid propter inconditas cupiditates suas tantopere depræterant? Quot antiqui peccatores, in scelere obdurati in manus illius afferebant corda sua timore concussa, & peccatorum suorum dolore contrita, quem ipse illis injecerat? Quot inimici ante id remporis irreconciliabiles Sancti hujus Pastoris virtute, & eloquentia facti mites; & dociles in sinu illius deponabant omnem amaritudinem furoris, quo antea erant correpti? Vos testor, Regni hujus civitates, quae olim ita felices fuistis, ut conspiceretis Sanctum hunc virum inter mentium vestrorum septa Domini vincam excolere. Sed quid vestro opus est testimonio? Cum non pauci eorum, qui diebus vestris vixere, experti fuerint in se boni hujus Pastoris lenitatem. Certum est bonum virutum ejus odorem ultra centum leucarum iter pertraxisse mortales

quosdam, ut Sancti hujus Praesulis regimini sese subicerent.

Ubique non poterat esse Salesius, nec semper; ideoque actio illius circumscribenda erat loco, ubi erat, ac annis, quibus vivebat. Sed zelus ejus modum nactus est semetipsum, ut ita dicam, perennandi, & omnibus in locis, temporibusque attendendi, ut Deus, quem colit, & amat, ab aliis quoque colatur, & ametur. Inter tot occupationes, scribat, opus est, ut quodammodo sese per sua opera multiplicet. Utrum id illi e voto cessarit, universus terrarum orbis docebit, vobis illa in plurimorum manibus ostendens. Ego sanè affirmare possum Sanctum unctionem, qua ea legentes perfundemini, melius vos persuasuram de eximii eorum qualitatibus, quam ipse consequi possum. De Sancti hujus Antistitis scriptis dici potest, quod olim S. Augustinus de alterius Sancti Episcopi litteris dixit, hoc est Epistolae esse sinceræ fidei, sanctae spei, & purissimae Charitatis. P. Marinæan.

Ex his omnibus Sancti hujus Episcopi scriptis, quin officiam reverentiae, quam ceteris Scriporibus debeo, dicere possum, post Sacra Biblia nullam opus esse, quod magis inter Fideles aluerit pietatem, quam S. Francisci Salesii opera. Verum est: Patres scripserunt pro Religione nostra propugnanda; Theologi propter mysteria nostra explicanda, Historici pro Ecclesiae traditione servanda. Omnes in genere suo excelluerunt; omnesque illis plurimum debemus; sed ad Fidelium mores reformandos ad solidam pietatem reparandam, atque servandam, nemo illud affectus est donum, quod Genevensis Antistes. Quot peccatores sola ad vitam devotam Introductio convertit? Quot inter claustra coegit? Quot viros ac mulieres in ipso conjugio sanctificavit? Quot admirabiles in statibus omnibus peperit mutationes? Non est, cur omnia recensamus elogia, quibus librum illum ornarunt laudibus Summi Pontifices, Cardinales, Reges, & Principes; neque omnia illius miracula enarremus. Non extremum praestantiae, preliumque illius argumentum hoc est, quod in Christiana Religione adeo vulgatum est, ut omnium terarum manibus, & in omnia idiomata fuerit traductum. P. Bourdaloue.

Satin celebrari potest tractatus ille, quem Praesul noster edidit de Amore Dei? Hac perfecta est tabula, ubi amor ipsius ad vivum exhibetur, & persona, quae sub Theotimi nomine loquitur non alius est, quam ipse, qui ibi repraesentat id, quod in proprio corde sentiebat. Qui legerint duodecim libros tractatus hujus, palam intelligent, amorem divinum, qui in Francisci corde actuabat, illius simul & auctorem, & objectum extitisse, & amorem ibi seipsum descripsisse, & repraesentasse. Edidit Sanctus Noster alia plurima pietatis opera aequè solida. Itaque Alexander VII. in Bulla Canonizationis Sancti nostri declarat, salutaria illius scripta totidem esse faces ardentes, quae lumen, & ignem in omnes corporis Ecclesiae partes defrunt. P. Dumeau.

S. Franciscus Salesius habitus est ævi sui Oraculum. Lutetia illum admirata est, Supremorum Senatuum Curiae in Gallia amplissimis legationibus illum conquassaverunt, ut ejus doctrinam audirent, & habitus fuit tamquam Apostolus aulae. Summus Pontifex Paulus V. tanti faciebat nostri Praesulis scientiam, ut non indignatus fuerit ab eo percontari, quamnam ipsius esset de celebri Quaestione de Auxiliis sententia. Plures Summi Pontifices, ac tot illustres Praesules, omniumque Ordinum Doctores ita crebris, ac magnificis encomiis illius opera extulerunt, ut singula referre molestum esset. Magnus Cardinalis Baronius dicebat, in Sancto hoc Praesule Adam non peccasse, & his paucissimis verbis admirabile ejus elogium celebrabat. Eruditissimus Cardinalis Bellarminus doctrinam, & pietatem illius satis admirari non poterat. Pontifex Clemens VIII. qui illum nominis celebrare cognoverat, illum sibi fingebat monstrorum dominorem, on-

Egregii libri quos Sanctus in lucem emisit.

Post Sanctam Scripturam nullum opus est, quod pietatem fructumque operis, nisi opera S. Francisci de Sales.

Elogium libri de amore Dei.

Quantum omnes hieretici & scientia S. Francisci.



onusum Calvinismi spoliis, neque satis Deo gratias agere poterat, qui illum delegerat, ut ejus urbis Episcopum faceret, quæ Caput erat hæreticos. Et quod notandum est, magnum hunc Præfulem populi coluerunt, Principes observarunt, Summi Pontifices dilexerunt; sed illud mirandum, ipsi etiam hæretici reveriti sunt. Ex magni hujus Sancti exemplo liquet, quancumque obtineas dignitatem, quocumque in statu sis, quodcumque officium possideas, te magnum esse non posse, nisi quatenus Deo places. Hujus approbatio justa est magnitudinis nostræ mensura; hæc propriè totum meritum nostrum constituit. Licet eses primus, & maximus hominum apud mundi oculos, hoc inane, & inutile est, nisi talis in Dei oculis fueris. Ex admirabilibus qualitatibus, quibus dignatus est Deus Sanctum hunc Episcopum decorare, liquet, quantum bene mereatur Sanctus aliquis Antistes de Ecclesia, potissimum verò tempore iracundiæ, quandoquidem per ministerium, virtutemque suam sit hominum cum Deo reconciliatio. *Ex pluribus Auctoribus.*

Quanti fueret Salesii mortuum & imitandum.

Præful noster tanti faciebat hominum estimationem, & amicitiam, quanti S. Gregorius docet faciendum esse a vero Evangelii Ministro; videlicet habendum esse tamquam oportunitatem administrandi ad illis inspirandam sinceram fidem, & puram charitatem. Hinc ille adeo libenter operabatur iis in locis, ubi non satis erat luminis, ad merita illius cognoscenda, quam iis in locis, ubi homines satis erant perspicaces, ut eisdem merita celebrarent. Hinc etiam profectum est, quod eos, qui cum præclaris ejusdem dotibus magis moveri viderentur, non admodum in virtutis via proficiebant, nullo ipse habebat in discrimine, ut intelligerent, se non velle eorum amicum esse, nisi ut amicos Dei faceret. Itaque miser essem, aiebat ille, ut tot laboribus, & ærumnis nihil nisi gloriosam quamdam consequeretur, & non possem in corda eorum, quos dignatus est Deus meæ curæ subicere, purum divinæ Majestatis ejusdem amorem immittere? *P. Marsineau.*

Præter Hæreticorum, quos memoravimus, conversiones, magnus hic præful non minores sustulit labores in illis Catholicorum ipsorum, quos inter complures erant corruptissimi, & qui cum in sceleribus suis consensissent, omnem fere salutis spem abjecerant. Cum morbi cordis nequaquam facilius curari possint, quam mentis, ut his mederetur enixus incumberebat. Præsertim verò in Aula Gallie in hoc operam impendit. Hæc non Calvinistis solum plena fuerat, sed impiis etiam, & flagitiosis hominibus; fructus infelix diutini civilis belli, quod nuper fuerat extinctum. Hoc in loco præsertim Sanctus Præful noster admissus est Sermones suos utiles reddere universis; & errorem simul & impietatem evertere. Et sicut in Sermonibus ejus nihil erat humile, ac repens, itaque nihil adfectatum; nec derisos sapiens unguet, innumeras peperit conversiones sua in maximis negotiis obeundis dexteritas. Præ cæteris dotibus Sanctus hic Præful maximè pollebat in suis compositionibus, quarum plurima jam præbuerat argumenta. Impeditissima quæque citò expediebat. Numerus partium, quarum res agebatur, diversitas assertorum iurium, actuum multitudo, quos ad examen non vocare non poterat; furesces ambages, obscuritas, & magnorum negotiorum impedimenta eorum illo evanescebant omnia, & ubi illi hujusmodi arbitria deferebantur, nihil erat tam difficile, quod ad finem minimè perduceret. Sed quibusnam mediis ille utebatur? Non auctoritate, non juris severitate, non mentis industria. Extrema illius mansuetudo conjuncta cum admirabili mentis perspicuitate verum a falso secernere noverat, & impedimentissima quælibet negotia sensim ad summam perfectionem adducere. *Ex pluribus auctoribus.*

Alit fructus Salesii & pietatis Sancti Præful.

Licet in Ecclesia Christiana nihil sit adeo difficile, quam Communitatum Reformationi se velle immiscere, & non ita facile opus evorare cedat,

quin simul exasperentur animi; Sanctus Præful tamquam aggressus reformare Abbatiam, quam vocant *des Dames du Puy d'Orbes*. Adeo bene Sanctimonialibus illis persuasit in pluribus collationibus, quas cum illis habuit; ubi semel mundo abrenuntiarum est, nullum ad eundem reditum habendum esse; ut Deo benedicente curis, & zelo ejus, illud Asceterium brevi mutata forma populum edificaverit, cum antea omnibus scandalo esset usus pravæ illius libertatis, qua Moniales abutebantur. Aggressus quoque est reformare mores Sanctimonialium Sanctæ Catharinæ. Hic profectò non eandem nactus est facilitatem; sed cum plures invenisset, quæ cesserunt exhortationibus, zeloque suo, eas in aliam transtulit domum, eximiasque illis constitutiones præscripsit, quas ad hanc diem sequuntur. Reformavit quoque Abbatiam de Abundantia, quam renebant Religiosi parum Regulares, ac indociles, quibus effectit, ut tribuerentur pensiones aliquot, & in eorum locum alium Religiosum ordinem substituit. Cum Abbatia, quam *de Talloires* appellant Ordinis S. Benedicti occupata a Monachis perquam paucis, quorum vita erat abnormis, & exlex, cura illius indigeret, illic profectus est, sed cum invenisset homines pertinacissimos, & ipse nihil de lenitate sua dimittere posset, illis pensiones assignavit, & æquiores homines in eorum locum suffecit. *Ex pluribus Auctoribus.*

fulis. Reformationis complurium domorum Religiosorum.

Pietas, Zelus, dexteritas Sancti Præfulis nostri potissimum apparuit in Institutione Ordinis Visitationis, qui completi videret quidquid in aliis perfectissimum est; & qui hodie in universo Christiano orbe floret cum omnium fidelium laude, & admiratione. Sanctus Institutor postquam audit confessiones primarum, quæ hoc Institutum amplexæ sunt, easque sacra Synaxi refecit, dedit illis regulas Sapientia, & suavitate plenas, in quibus tota Christianæ vitæ perfectio quodammodo in artem redacta, sit fructus vitæ suavis, ac facilis. Ordo hic magnum est Sancti nostri opus, quod hodierna die late diffusum est tanto cum splendore in orbem universum; & quod post sæculum servat adhuc totam vim primi spiritus sui, & numerat ultra sex mille, & sexcentas Sanctimonialias, quæ bono virtutum suarum odore universam edificant Ecclesiam, & sunt objectum venerationis populorum. *P. Croiset in Asceticis exercitationibus.*

Instituta Ordinis Visitationis.

Quemadmodum Magnus hic Sanctus toto vitæ suæ spatio in omnibus fuerat Divinæ voluntati conformis; ita perfectam habuit voluntatis submissionem non in iis solum casibus, qui acciderunt illi, verum etiam cum a parentibus suis recessio sustinenda fuit, quorum sicis oculis obitum vidit. Hoc ipsum videri etiam potest in ea submissione, quam præstulit in morte Nobilis Matronæ *de Charitæ*, quam Sancti nostri coadjutricem in Ordinis sui institutione possumus appellare, cujus etiam prima exiti columna. Hæc dilecta Virgo, hæc curarum, laborumque illius filia, hic cordis, mentisque suæ partus parumper videbatur Sanctum Præfulem maxime affecturus, sed tantum abfuit, ut ille casu tali obitupesceret, ut licet debuisset ipse consolatione indigere propter tantam jacturam, ipse illam consolatus sit, ignitisque verbis juverit ad superandum extremum dolorem, quo conficiebatur in amara separatione a Patre adeo sancto; qui & ad Dei imperium, tamquam alter Araham, sacrificavit quidquid illi jucundius esse poterat in Mundo. Verum si conformitas ejus cum Dei voluntate adeo completa atque integra fuit in operatissima hujus Virginis obitu; difficile est ejus perfectionem exprimere, cum ille morti proximus fuit. Cum magnus hic Vir a medicis intellexisset, sibi suum finem instare, accepit hoc nuntium cum plena submissione mandatis Dei, & confidentia in illius misericordia. Hilari animo vidit corporis sui dissolutionem; & nullum eum tenuit desiderium; quia nihil amaverat nisi propter Deum, ac ad illius possessionem festinans de creaturis ne cogitavit quidem,

Perfecta S. Præfulis submitio tam in more consanguineorum, quam in iplo mortis articulo.

dem, nisi ut eas illi in Sacrificium offerret. Religiosus, qui aderat, cum ex eo sciscitatus esset; utrum paratus esset morti subeunda, si illum ad se evocare vellet Deus? Mihi, reddidit Sanctus, non alia fuit unquam voluntas, quam illius; ipse Dominus est, & de me facere potest, quidquid ei libitum fuerit. Mox emisit fidei professionem, cumque deinceps morbus ingravesceret sine ulla spe recuperanda valetudinis, post plurimos pietatis actus efflavit animam apud Olivetum visitationis post vigesimum annum Episcopatus. *Ex pluribus Auctoribus.*

Sanctus hic vitam duxit communem ad imitandum facilem.

Providentia, quæ nobis Franciscum propositura erat in exemplum, illum communem vitam sequi voluit, ut in illo nihil esset non imitandum. Non traduxit maria, ut in novo orbe conquereret zelo suo materiam. Mansit in patria; sed fuit Propheta, & plusquam Propheta, cum illi in partem cesserit mirabile donum illud, quo sæpe futura prædixit. Non loquar de potestate, quam Filius Dei illi impertierat, & quo Sanctus hic Præful actus est; primum adversus demones, quos exire coegit ex corporibus quadringentorum, & ultra Energumensorum, quemadmodum vitæ illius narrat historiæ; mox in ægros, ex quibus plurimos cæcos illuminavit, paraliticos curavit, morti proximis in ictu oculi sanitati restituit; Denique in mortem ipsam pluribus mortuorum suscitationibus authenticis, barbarisque irreprehensibilium delictum fide; & alia numero carentia prodigia, quæ singulatim referre summi laboris esset. Dicere satis erit, illum in persona sua perfectam gessisse imaginem latentis vitæ Salvatoris, qui sub communi exteriori specie ornatus erat thesauris infinitis virtutum omnigenarum. Sanctus hic actus, & repletus hoc Spiritu nobis ostendit, civilem, communemque vitam cum eminenti sanctitate esse posse conjunctam; & ad hoc ut Sanctus sis, necessarium non esse, fugere mortalium commercium, neque in desertorum latebras concedere, aut inter Religionis claustra se se recipere. *P. Texier.*

Ejusdem argumenti.

En qualis fuerit Sanctus, quem hodierna die nobis proponit Ecclesia tamquam exemplar facile ad imitandum, quia vitam duxit juxta communem consuetudinem, sed quam metuendum est ne paucos imitatores inveniat; ad id enim principium ducendum est a cupiditatum nostrarum victoria, ut acquiramus hanc suavitatem, & animæ tranquillitatem, quæ non nisi per absolutum in nosmetipsos imperium obtinetur. Nam quodcumque habeamus hujus virtutis principium in ipsa natura; semper nobis supponendum est, illam super naturam attollendam esse per gratiam, atque colendam esse jugi exercitatione Christianæ mortificationis, sine qua nulla est patientia, quæ non frangatur, lenitas, aut modestia nulla, quæ resistere valeat tot casibus molestis, ac repentinis, qui indefinenter vitæ nostræ requiem perturbant. Adde his nobis persuasum esse debere, in hoc veram, solidamque Sanctitatem sitam esse, & secundum hunc canonem nobis judicandum esse, quan-

tum ab illa distemus. Ita illi actus impatientiæ, qui nobis elabuntur, si quid displicet nobis; hæc mentis perturbatio, quæ in faciem usque prodit, si quid nostris adversetur consiliis; hæc iracundia, & furor, quibus nos corripimus, si quis nos lædit, vel sensibus nostris obstitit; hæc querimonie, inaniura, hæc indignatio, in quæ vosmet prohibere non potestis quominus erumpatis, ubi vel minimum vobis adjicitur verbum; totidem signa sunt, vos non adeptos esse imperium in vosmetipsos; & quantum abestis a lenitate, quæ ex omnium cupiditatum oritur mortificatione, tantum vos abestis a Sanctitate, ad quam S. Franciscus Salesius pervenit, qui postquam se ipsum in hac virtute Sanctum fecisset, aliosque sanctificasset, per vitam communis exemplum nobis majorem reliquit facilitatem sequendi illum in via salutis. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Quomodo nosmet sanctificare possimus in omnibus rebus, sequentes S. Francisci doctrinam & exemplum.

Satis mihi fuit vobis hominem proponere, qui exterioris communem duxit vitam, quin inquireret vias longè sepositas, & qui nihilominus ad sublimem Sanctitatis gradum evasit. Cur ergo & vos sancti non sitis illius vestigia secuti? Diceret ne ille status omnes sanctificasse, neque utemini hac facilitate, ut vosmet in vestro sanctificetis? Viri Summi, & Nobiles ex Sancto hoc Præfule discitis, qua ratione status vester sit cum Evangelicis Legibus conciliandus, & quomodo sanguis diluens in venis vestris nullam coloris sui jacturam facturus sit, si misceatur Sanguini Filii Dei, quem crebro in Sacramentis recipitis. Judices, Præfeci, Magistratus, ille vos docebit artem servandæ humilitatis in tribunalibus, & vestra utendi auctoritate, ut ubique virtus dominetur. Vos, populi, quæcumque tandem vestra vocatio sit, docebit in negotiationibus vestris pro Cælo aliquod lucrum referre, vel inter difficilis officii labores, pro æternitate contendere. Præsertim verò ille singillatim a Deo datus fuisse videtur, ut Sanctis Virginibus virtutis exemplar præberet; quandoquidem ille in hoc mirificè præstitit, cum suavitas devotionis tenero earum ingenio sit accommodatior; & quasi Magni hujus Sancti Spiritus non satis ad vivum expressus in scriptis suis superesset, nobis vivens prototypum relinquere voluit instituens Ordinem Sanctimonialium, cujus imaginem cum inter raptus sui, extaxisque dulcedines concepsisset, voluit illius animam, spiritumque suavitatem esse, illarum perfectionem constituens in unionem cum Deo, in pace, ac tranquillitate animæ, quæ proficiscuntur a perfecta abnegatione sui ipsius, omniumque terræ hujus affectionum; ita ut ad Ordinis hujus spiritum obtinendum, necesse sit esse hostias viventes, flammis purissimæ charitatis absumptas. Nondum ne tibi satis est, Præful Sanctissime, ita reliquiste sanctimonialibus tuis Spiritum tuum? Illi Ecclesiæ universæ communica, & iis potissimum, qui te pie colunt, & venerantur; ut postquam in hac vita virtutis tuas fuerint imitati, in altera fiant participes gloriæ, qua frueris. *Idem.*

# PRO S. JOANNIS DE DEO INSTITUTORIS FRATRUM CHARITATIS, PANEGYRICO. MONITUM.



*Veri non potest S. Joannis de Deo Panegyricus, quin simul fiat Charitatis, atque misericordiae erga pauperes, ac miseros; non solum ea de causa, quia hic propius extitit character Magni hujus S. Viri, qui hac re praestitit inter illos, qui per amabilem hanc virtutem celebrati fuerunt, verum etiam quia divina Providentia illum Ecclesiae dedit, ut novissimis hinc temporibus instauraret charitatem, qua primis Christianissimi temporibus obtinebat.*

*Neque ideo putes Sanctum hunc virum non aliunde etiam insignem esse, propter poenitentiam, ac admirabiles austeritates, propter summam in Deo confidentiam in Dei Providentia, propter heroicam patientiam in perferendis contumeliis, propter generosam mundanae gloriae, suique nominis, & existimationis contemptum eo usque ut haberi voluerit veluti de sana mentis usu dejectus. Dicit denique posset in laudem S. Joannis de Deo, illum praclarum nobis reliquisse virtutum omnium exemplum; eas vero in quibus peculiariter excelluit, ac se magis imitabilem reddidit, esse opera charitatis & misericordiae erga pauperes, & infirmos, quorum servitio se se totum dicitur; immo sub hac imagine representandus est.*

*Quod spectat ad modum tractandi hujus argumenti, quod solidis animadversionibus locum praebet, tota difficultas est una propositione praecipuas colligere virtutes, & actiones Sancti hujus maxime proprias, easque ad illam referre tamquam dispositiones, adminicula, vel occasiones divinitus paratas ad obsequium sanctum hoc charitatis officium, ad quod fuerat destinatus; quae res omnia opera bona, quae erga proximum possunt exerceri, complectitur.*

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variae Sermonum id genus Structurae.

*Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Matth. 24.*

I. Exordium hoc de sumptum est ex Fletcher in Sermone S. Josephi, & S. Joanni de Deo accommodatum.



**D**eus, qui summum bonum est, & bonorum omnium fons, variis se modis communicat Sanctis. Quemadmodum adducit eos ad fines suos per gratiam qua, ex Divo Petro, multiformis est, variis illis tribuit sanctitatis characteres prout gloriam ipsius, vel eorum decet Sanctificationem, vel Ecclesiae utilitatem, efficiens, ut in ipsis domineatur aliqua ex divinis suis perfectionibus. Sunt viri misericordiae, quos locupletes facit magis propter alios, quam propter ipsos; quos suscitavit, ut sint publici benefactores, & ut reliquorum hominum egestatibus opulenterent. Sunt viri potentiae, quibus videtur omnem brachii sui vim concessisse; qui naturam omnem obstupesciunt, eamque signis, atque prodigiis suis superant, cum agitur de probanda veritate, vel de timore judiciorum suorum incutendo. Verum sunt & viri providentiae, quibus dedit non solum cor docile, ac fidele, ut se se penitus tradant in amabilis hujus providentiae manus, in iis, quae ad vitam suam regem pertinent; sed praeterea cor tenerum, atque ut loquitur Sapiens, cor primum ad misericordiam, ut sint ejusdem Providentiae ministri, videlicet ut curam gerant necessitatum eorum, qui fortunae bonis destituti sunt. Ita considerare possumus Joannem de Deo in vita sua particulari,

1. Tamquam objectum divinae Providentiae, quae illum per insuetas deduxit vias, quae illum protegit, ac defendit contra eos, qui conati sunt pia ejus evertere consilia, quae illum ex sexcentis periculis eruit, quae a flagitioso vita genere, in quod per infelicitatem incidit, eduxit illum, ac tandem illi assignavit munus, quod constituit vitae ipsius felicitatem, & gloriam.

2. In vita ejus publica cum considerare possumus tanquam vicarium, ministrum, & supplementum

divinae providentiae; ut consideret necessitates pauperum, & derelictorum.

Pro priori parte satis est considerare. 1. Quomodo egressus de patris sui domo ab ipsa pueritia, derelictus fuit ab eo, qui abduxerat illum, atque in se educationis ejusdem curam receperat. Exceptus fuit charitatis titulo a quodam viro optimo, a quo factus fuit pastor sui gregis in agro. Quis jam non videret divinae Providentiae consilium, illum preparantis curae, & regimini pauperum? Ibi puer hic pastor ita hominis charitate refertus toto tempore famularus sui amorem sibi conciliavit, ut ille hunc heredem suum scribere decrevisset, eique nuptui tradere unicam filiam. 2. Ad evitandum hoc conjugium, cui nequaquam destinaverat illum providentia, militiae nomen dedit: verum cum per licentiam, & prava exempla praeclearam indolem corrupisset, & jam oblitus fuisset omnium afeccarum exercitationum, in gravissima proruit flagitia, ex quibus illum divina eruit misericordia, quae prohibuit, ne periret per varios molestos casus, quos Providentia disposuit, ut illi nauseam crearet suscepti instituti, eumque cogeret, ut ad pristinum pastoris officium reverteretur. 3. Urget illum herus prior, ut conditionem, atque utilissimam affinitatem, quam antea illi proposuerat, acceptet; sed ille assentiri nequit, maluitque ad bellum se conferre, quod tunc contra Turcas Christiani nominis inimicos agebatur, sperans se hoc pacto expiatorum prioris militiae crimina, immo etiam se inventurum occasionem sustinendi Martyrii, quod vehementissimè optabat. Sed licet fortitudinem suam insignem effecisset, suique Ducis amor illum in spem adduceret fortunam suam provehendi, Deus, qui illum sanctioribus ministeris destinaverat, pace usus est cum Ottomano sancta, ut profugum providentiae revocaret in patriam; ubi audiit mortem

rem genitricis fuit, quam illi conceperat dolor filii in ipsa pueritia amissi, simulque beatam mortem patris, qui orbis filii Religionis statum fuerat amplexus, quae res ad vivum commovit Joannem de Deo, effecitque, ut serid se se colligeret; alter Providentiae tractus, ducentis illum sensum, & quasi per gradus eò, quod cupiebat. Denique oblata ei occasio Sermonem audiendi Sancti viri Joannis de Abula illius conversionem perfecit, effecitque ut gravissimum aggrederetur poenitentiae genus, de quo fortasse non alias verba fieri auditum est. Hinc Sanctus iste Poenitens correptus pio zelo se se penitus devovendi Deo, quin sciret adhuc quodnam opus illi futurum esset jucundius, aut quam de se esset divina voluntas; quam illi mox significavit idem vir Sanctus de Abula, qui ad id illum determinavit, ut Salvatori serviret in persona pauperum, & infirmorum omnibus Charitatis operibus, quae deinceps ardens ejusdem zelus suggestit. Haec via fuit per quas cum providentia deduxit, ut jam illius fieret Vicarius, atque Minister erga miseros: ubi incipit vita ejus publica.

Pro parte altera considerari potest, ad hoc ut Joannes dignè sibi commisso munere perfunderetur. 1. Deum illi paternam dedisse charitatem erga omnes miseros, ut tenerè eos amaret, ac sibi eorum amorem conciliaret, ita ut illos respiceret tamquam filios, quorum curam ipsi mandaverat Deus, & qui illum intuebantur tamquam illum, qui sibi patris loco datus fuerat a Deo. Hic autem non solum amor erat tener, & misericors, sed etiam practicus; firma, & constans voluntas illis omnia procurandi solacia, quibus possent indigere. 2. Illi Deum impertit curas paternae suae providentiae erga egenos, aegros, & derelictos; ut illos deduceret, nutiret, omnibusque eorum necessitatibus consuleret; & illos tueretur, protegeret & in via salutis erudiret &c. 3. Dominus idem Pater misericordiarum illi potestatem suam communicavit, efficiens, ut omnes illius conatus e voto cederent, sepe etiam per miracula, & inopinatas vias, quae humanam prudentiam proflus superabant: quae omnia probant id quod a nobis propositum est: S. Joannem de Deo constitutum fuisse super Domini familiam, tamquam fideliem, prudentemque servum. *Quem constituit Dominus super Familiam suam.*

II.

1. Sanctus Joannes de Deo nobis exemplo suo ostendit, quocumque in statu Providentia nos in lucem proferat, posse nos operi ferre pauperibus, eisque consulere; etenim cum & ille pauper esset, zelus, & charitas effecit, ut fontes nasceretur, ex quibus hauriret, unde omnibus miseriarum generibus subveniret, xenodochia edificaret, Ordinemque institueret propter extensionem, & excellentiam Charitatis, quam exercet insignem. Sin autem non supererit nobis ratio imitandi illum actionibus adeo heroicis, possumus saltem consiliis, elemosynis, visitatione pauperum, & agrotantium, viduarum, orphanorum & detentorum in carcere, quibus juxta ea adminicula, atque talenta, quae illi divina contulit providentia.

2. S. Joannes de Deo nobis ostendit, nos teneri miseris opulari, quia non solum membra sunt nostra, ut loquitur Scriptura, verum etiam membra Jesu Christi, quae rationes proferendo nos excitare debent, ut sanctam hanc praxim sequamur.

3. S. Joannes de Deo nobis suo ostendit exemplo, si tenemur corporalibus miserorum necessitatibus subvenire, multò magis spiritualibus teneri, sive illos ipsi erudientes, vel illis procurantes, a quibus in salutis via valeant edoceri, nisi forte nobis concesserit Deus talenta, quae necesse sunt ut dignè hoc munere perfungamur; tenentes pro certo, hoc genus charitatis eò esse praestantius, quo anima est corpore nobilior, totoque caelo excellentior.

III.

*Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repromisit Deus*

*diligentibus se?* Jac. 2. 5. S. Joannes de Deo pauper fuit in hoc mundo, sed locupletavit illum charitas sua secundum Deum, & acquisivit illi tres pretiosos thesauros; videlicet thesaurum virtutum, thesaurum passionum, thesaurum gloriae.

Primum charitas acquisivit illi thesaurum virtutum praxi operum misericordiae erga pauperes, & infirmos. Postquam quatuordecim annos egit armenta, & mox stipendia meruit, ac tandem librorum, imaginumque propola factus est; elegit illum Deus, ut ex eo insignem Sanctitate virum faceret, eumque omnibus Caeli divitiis locupletaret. Audiens die quadam insignem Evangelii praconem Joannem de Abula, ita acri peccatorum suorum sensu, ac dolore affectus fuit, ut concione absoluta per vias, & plateas Granatae discurreret clara voce clamans: *Misericordia, Domine, Misericordia peccatori, a quo laesus fuisti.* Populus obstupescit audiens illum, eumque videns totum luto conspersum, in quo sese volutabat, misericordia ductus defetri iussit in dementium nosocomium, credens illum de sana mente dejectum esse. Sed Deus qui utitur Sancta Crucis stultitia, ut falsam saeculi sapientiam confundat, quamprimum incidit inauditum casum hunc opus fuisse dexterae suae, quae in illum misericordiae locum adduxerat famulum suum, ut illum faceret Patrem pauperum, ejusque charitati munus daret, quod deinde illi mundi totius admirationem conciliavit. Cum enim sese devovisset pauperum & agrotantium ministerio consilio ejus, qui illum converterat, benedictione accepta ab Episcopo Tudetano, qui eidem, & Religionis habitum, & nomen Joannis de Deo dedit, omni bonorum operum generi se abdidit eo successu, ut brevi jecerit Ordinis fundamenta, qui hodierna die in omnem fere terrarum orbem diffusus est, qui a filiorum ipsius charitate non leve haurit subsidium.

2. Charitas Joannis peperit illi thesaurum passionum per exercitationem patientiae invictae, quam neque hominum nequitia, neque demonum rabies potuit unquam labefactare. Cum contumeliosè plagis afficeretur; aiebat, *Percutite, fratres, percutite corpus hoc, quod est causa meae infelicitatis.* Cum ab inimicis gravi aliqua laesus esset injuria, corde suavitate pleno dicebat illis, *Serius, ocyus si salvari volo, necesse est, ut vobis parcam, praestatur igitur, ut parcam statim.* Cum demones invidentes bono, quod ab eodem fiebat, illum suffocare adhibebantur, ipse non aliud habebat perfugium, quam preces: *Jesus, aiebat, sit mihi in auxilium.* Suavitas Sancti hujus nominis Jesu pretiosum erat balsamum, quo vulnera illius curabantur. Attamen nullum infensorem habebat persecutorem se ipso. Nullas corpori suo permittebat inducias: non nisi super mattam cubabat, adeo parum cibi sumebat, ut vix vitam sustineret, atque ut omnia verbo uno complectar, totam suae Charitatis dulcedinem proximo reservabat, sibi tantum severitatem. Quamobrem mirum non est si Filius Dei aliquando illum invisens cum Sancta Matre sua, & S. Joanne, spineam coronam capiti ejus imposuit. Ita ille coronat amicos suos, qui sibi gloriae vertunt propter ejus amorem pati.

Tertio, charitas magni hujus servi Dei gloriae thesaurum illi comparavit, qui non alius est, quam ipse Deus: cum enim ipse charitas sit per essentiam, merces quoque illius est per bonitatem. Regnum Caelorum promittit diligentibus se, cujus primos heredes aliquando constituit sibi in pauperum persona interservientes. *Amen dico vobis, quando fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis.* Venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis regnum a constitutione mundi. Quod Salvator extremo mundi die dicturus est in gratiam eorum, qui charitatis opera exercuerunt, in antecessum dixit S. Joanni de Deo, adhuc viventis. Cum enim aliquando de more pauperibus pedes ablueret; Dei Filius apparuit, & dixit illi: *mibi lavas pedes: mihi servis in persona pauperum.* Quis

Matth. 25.

Quis impostum se beatum non censebit, si poterit de pauperibus bene mereri, captivos invifere, infirmis opem ferre, obire xenodochia, quandoquidem Salvator hac omnia sibi facta putat? P. Novet in Meditationibus.

IV.

Potest etiam considerari S. Joannes de Deo tamquam victima devota charitatis operibus, & ostendere

1. Illum se totum consecrasse, corpus, & animam, vitam, & valetudinem infirmorum solatio. Oculi ejus intenti dumtaxat fuisse videntur pauperibus inquirendis majore cura, atque attentione, quam avari querant modum coarctandi pecuniam. Lingua usus est predicans pauperibus, & eorum miserias annuntians. Consecravit manus suas operans omnibus aegrotis quibuscumque morbis essent infecti.

2. Non neglexit solum, verum etiam prodegit valetudinem suam in subsidium aegrotantium, sive adhaerens contagioso morbo laborantibus sine praecautione, & cum summa sollicitudine, sive exinanienti vires suas vigiliis, laboribus, & poenis, quibus se ipsum interdiu, & noctu urgebat, ut omnibus eorum necessitatibus subveniret, quin ullam sumeret ipsius rationem haberet.

3. Consecravit vitam suam naturalem pro pauperibus, ac potissimum aegrotantibus, sese explicite voto adstringens, ideoque ex officio ad omnem, quamcumque operam illis praestandam; immo neque satis illi fuit semel vitam suam consecrare muneri huic charitatis refertissimo; verum etiam illam quotidie consecrat in persona filiorum, quos Ecclesiae peperit, ut sibi in sancto hoc ministerio succederent, quoniam nemo est, quocumque laboraret morbo, qui zeli ipsius non experiri effectus; sanctus hic vir medetur adhuc per manus successorum suorum necessitatibus eorum, qui maxime derelicti sunt, ita ut de illis dici possit, aequale ac de ipsorum Patriarcha: *Ipsi sunt viri Misericordiae, quorum pietates non defuerunt.*

Eccli. 44.

V.

Quemadmodum Deus in Sanctis litteris se ipsum vocat *Deum misericordiarum, & totius consolationis*: S. Joannes de Deo, cujus elogium istic conrexitimus, vere est homo Dei, & perfecte replet gloriosi hujus nominis significationem in exercitio charitatis, & operum misericordiae erga pauperes, aegros, omnesque miseros, qui proprie sunt objectum misericordiae, & charitatis hominum, idque tribus potissimum ex causis.

1. Quia appellatus fuit a Deo, & in hac exercitatione adhibitus, postquam plures annos probatus fuit in variis aliis muneribus, quae illi desiderium hujus praxis immiserunt, & omnem affectum, qui posse desiderari: videlicet in munere Pastoris, quod fuit veluti tyrocinium; in militis officio, quod cum illum ipsum effecisset miserationis objectum, docuit eum aliorum misereri in eorum arumnis, & necessitatibus; in statu poenitentis, eo quod aliquandiu recesserat ab officio, & fidelitate quam debebat Deo: quippe in hoc statu humiliationis, & poenitentiae, qui eidem Domini misericordias promeruerat, non poterat non habere sensus misericordiae, & miserationis erga alios.

2. Quia per peculiarem vocationem implicitus fuit in gravissimis, ac molestissimis charitatis operibus, scilicet in pauperum, & aegrotantium cura in xenodochiis.

3. Quia dedit illi Deus talenta necessaria, ut digne perfunderetur hoc munere, eique omnia suppeditavit adminicula, per quae omnia illi e voto succederent. Quod aequissimo jure illi promeruit nomen hominis Dei, tanquam ministro, ac dispensatori charitatis, & misericordiae illius erga miseros, omnia haec enim exprimentur eo nomine, quo Deus ipsum vocavit: *Joannes de Deo.*

VI.

Ad concinnandum illius elogium S. Joannis de Deo, ostendi potest

1. Ipsum fuisse Apostolum, & Praeonomem charitatis, & misericordiae, cum hanc praedicaverit, & exercuerit omnibus diebus vitae suae erga pauperes,

res, aegros, & omnes, qui illius ope indigent.

2. Fuisse perfectum charitatis exemplar, cum nulla fiat opera misericordiae, & charitatis, quae cum indefesso zelo non exercuerit.

3. Fuisse martyrem charitatis, cum obierit propter nimios labores suos, & in ipsa ejusdem charitatis exercitatione.

*Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; ut det illis cibum in tempore?* Matth. 24. Beatus Joannes de Deo hic servus fidelis est; in quo considerare possumus

1. Fidelitatem in sequenda voce Dei vocantis.

2. Zelum in procuranda salute pereuntium animarum.

3. Prudentiam in distribuendis elemosynis, quae ipsi suppeditantur. Haec tria sunt puncta elogii ipsius, quae tres sermonis partes constituunt. P. Simon a Virgine Carmelita in Panegyrico suo de S. Joanne de Deo.

VII.

PARAGRAPHUS II.

Fontes unde hauriri copia potest ad replendas his sermonum structuras, & Aethores de hoc agentes argumenta.

Franciscus Castro, Superior, vel administrator Xenodochii Granatensis primus fuit, qui scribendam S. Joannis de Deo vitam fuerit aggressus. Hanc elucubratus est post viginti, vel triginta annos ab obitu Sancti viri, & ita loquitur, ut nullum relinquat locum dubitandi de veritate eorum, quae narrat.

Auctores qui Sancti hujus vitam scripserunt.

Antonius Govea Episcopus Cirenensis, & Viscator Apostolicus Perfidis rarus Sancti hujus vitam nimis brevem esse, aliam elucubratus est a Sancta Inquisitione probatam, ubi refert, & explicat non pauca peculiariter facta, quae propter cognitionis defectum in superiori fuerant praetermissa.

P. Augustinus, de Victoria Sacerdos Ordinis Sancti nostri superiorem historiam adhuc ampliore effecit, eique addidit narrationem Translationis reliquiarum Sancti.

Joannes de Loyac Abbas de notre Dame de Gondan gallice edidit aliam beati Joannis de Deo vitam, ubi singula fusius prosequitur, potissimum vero miracula, cultum, & honores, qui illi post mortem adhibiti sunt, & Decretum Congregationis Rituum de Sancti hujus Beatificatione.

Bolandus quoque historiam illius retulit Tomo primo Martii, sed haec non aliud est, quam compendium eorum, quae Franciscus Castro, & Antonius Govea scripserunt.

Spondanus anno 1572. & item anno 1617. loquitur de S. Joanne de Deo in Annalibus, cumque magnis extollit laudibus, quod illi omnes fecerunt, qui Ecclesiasticam historiam scripserunt usque ad Sancti hujus nostri decessum.

Denique extat novissima ejusdem vita suppresso auctoris nomine, sed optime scripta, ceteris amplior, continens praeter Sancti vitam, decretum canonizationis ejus, & vitas aliquot fratrum Charitatis illustrium sanctitate. Ex hac vita depromptimus meliorem earum rerum partem, quae his collectaneis inseruimus.

Biroat Tomo 1. Panegyricorum, ubi unus adest S. Joannis de Deo.

Concinnatores hujus operis.

Le Maire Doctor Theologicus unum edidit hujus argumenti sermonem.

P. Simon a Virgine in Panegyrico hujus argumenti.

P. Novet in meditationibus de Sanctis unam habet, quae facili negotio converteri potest in Sermonem de S. Joanne de Deo.

P. Croiser in Exercitiis aeternis pro die Octavae Martii, habet compendium vitae Sancti hujus, & proponit argumenta, quibus illi possumus.

Nobis communicati fuerunt Manuscripti sermones

nes quidam, quibus suppletum est libris, & Panegyricis editis, qui dijudicantur.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & Applicationes Scripturarum huic argumento.

Loci, qui convenire possunt variis actionibus hujus Sancti.

**T**ibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor. Psalm. 10.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. Psalm. 40.

Non decernit pauperes in terra habitationis tuae, adcirco ego precipio tibi; ut aperias manum tuam fratri egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Deut. 15.

Noli avertere faciem tuam ab illo paupere, ita enim fiet, ut nec avertatur a te facies Domini. Tob. 4.

Elemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. Eccli. 31.

Beatus vir, qui inventus est sine macula; & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris, quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Ibidem, & in officio S. Joannis de Deo.

Non te pigeat visitare infirmum. Eccli. 7.

Quod fecistis mihi ex istis minimis, mihi fecistis. Matth. 25.

Charitas Christi urget nos. 2. Corinth. 5.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. Corinth. 7.

Pater eram pauperum. Job 24.

Si negavi quod volebam, pauperibus. Ibid. 16.

Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea. Psalm. 87.

Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum. Psalm. 33.

Qui miseretur pauperis, beatus erit. Prov. 14.

Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem reddet ei. Ibid. c. 19.

Congregationi pauperum affabilem te facito. Eccli. 4.

Homo indigens misericors est. Prov. 19.

Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Prov. 22.

Qui facit misericordiam, offert sacrificium. Eccli. 35.

Illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt. Eccli. 44.

Frangite esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operari eum, & carnem tuam ne despexeris. Isai. 58.

Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi vos mane pertransiens. Osee 7.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2.

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me. Matth. 25.

Nudus eram, & cooperuistis me, in carcere eram, & venistis ad me. Ibidem.

Exempla, & Figura ex Scripturis desumpta.

S. Joannes de Deo ad Salvatoris exemplum sese imitari debet curandis infirmis.

**H**oc vulgatus fuit Jesu Christi munus in terra infirmos sanare iis in locis, qua illum sua charitas agebat. Et Evangelium plenum est miraculosis curationibus, quas ubique operabatur: *Pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.* Modo enim qui in urbibus erant principes, & spectatissimi deprecabantur illum, ut dignaretur in domos eorum venire, ut eos, qui morti proximi erant, curaret, modò catervatim confluxerant populi, & deponebant infirmos suos secus vias, per quas illi transeundum erat, & modò tandem ipse hic amantissimus medicus eorum preces occupabat, eosque interrogabat, utrum vellent sanari. Licet vero hic hominum Salvator hanc eandem reliquerit potestatem Apostolis suis, eamque saepe Sanctis suis singillatim communicaverit in argumentum auctoritatis, atque potestatis, quam apud illum obtinebant: nihilominus hoc non est commune remedium, quod expectandum sit; ejusque providentia nobis non nisi humana remedia reliquit. Verum cum non desint illi infinita damni faciendi rationes, excitat charitatem plurimum doctorum virorum, ut opem, qua opus est, infirmis suppeditent. Ad hoc insigne charitatis exemplum vocavit Deus Regularis Ordinis, qui passim de charitate appellatur, a S. Joanne de Deo instituti, quos charitas cum votorum stabilitate conjuncta, & spiritus vocationis aptiores efficit ministerio, quod sanctissimum aequale est, ac utilissimum.

Joannes de Deo similis erat Evangelico Patri familiaris, qui dixit servo suo: *Exi cith in plateas & vias civitatis; & pauperes ac debiles, & caecos, & claudos introduc huc.* Quid enim praetermittebat ut aegrotantes ad xenodochium suum curandi confluxerent? Nonne illos consecretabat, qui prohibente superbia persuaderi non poterant, urbaneficiis eorum curis uterentur, & cum mittebat amicos suos, qui aegros conquirerent, qua laticitia afficiebatur, cum ab ipsis aliquis adducebatur, qui ipsius vigilantiam fefellerat? Quid magis fastidati erant, ac deformes, eo illi erant chariores; quo magis ulceribus, & horribilibus plagis manabant, eo magis illos complectebatur, & eo magis afflicto illis affidebat. Quae charitas? Molles Christiani, qui xenodochium adeo perhorrescitis; vos quos extrema mollities vetat, ne crebro adentis haec Dei domos, ut operam vestram pauperibus impendatis, vos qui affueti deliciis, & unguentis ingrati odorem fetore non potestis, vos, quibus agrotantis aspectus stomachum movere, huc accedite & a Joanne de Deo vosmet confundere discite; venite, ac videte illum voto sese adstringentem, toto vitae suae spatio infervienti pauperibus, illos tanquam onus suave, & pretiosum humeris deferendi, os suum admovendi caecissimis eorum ulceribus ad pus inde exurgendum, dies noctesque traducendi inter operatissima ea deposita divinitus sibi commissa.

Dei Filius nobis suppeditat imaginem zeli, quo Joannes pauperes conquirebat, in parvula terrena vocatione pauperes, & claudos in convivium autem Domini sui.

Immorati possumus considerantes teneram aetatem Joannis adhuc pueri, qui de paterna egressus domo est in sanctis parentibus secutus virum Ecclesiasticum. Dixerunt nonnulli ipsum in re hac imitatum fuisse Abraham, qui partem terram reliquit, ut pergeret ad Deum colendum in terram aliam. Putarunt alii hunc melius comparari posse cum S. Joanne Baptista, insigni illius patrono; qui ab incunabulis fere in desertum migravit, & qui a suis cognatis secessit, & ab omni mundo ut sese praepararet suo ministerio, & unice vacaret illi, qui ab omnibus gentibus expectabatur. Non defuerunt qui ea considerantes Filii Dei verba: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus,* asseruerunt Joannem in praxim redegisse statum hoc Evangelicum, & illum supernaturali lumine ductum, tenera adeo aetate, superasse ipsas naturae affectiones, quae magis culpa carerent. Sententiae huic addi potuisset, cum divinitus destinatus fuisset magni Ordinis Caput, & plurimorum Religiosorum Pater, quibus relinquendi parentes erant, ut in perfectionis viam ingrederentur, Deum voluisset, ut ille a prima paucitia sua hoc ipsum praestaret, ac diluculo a parentibus secederet, ut toto vitae suae tempore a carne, & sanguine expeditus, aptior esset ad inspirandos hos eosdem sensus illis omnibus, qui se ejus regimini subiciebant, eoque non verbis solum, verum etiam exemplo persuaderet. Haec praeter propter sunt facies diversae, sub quibus considerari potest recessus hujus Joannis de Deo adhuc pueri. Eruditis judicium relinquimus, utrum haec cogitata facti aqua sint, & utrum factis valido fundamento inniantur. Ex vita S.

Joannes de Deo comparatur Abraham, & S. Jo. Baptista.

Luc. 14. 26.



Charitas est...  
Charitas est...  
Charitas est...

Post hæc omnia quid a Joannis de Deo charitate expectatis? ut tamquam Abraham præfletur pauperes secus vias? ut illos tamquam Tobias conquirit in specibus, & caveinis, & usque in Mortuorum sepulchris? ut, tamquam Job, penetrat horrenda deserta, ut ubique suæ charitatis effectus effundat? Nimis parum est Joannem de Deo conferre cum antiqui fœderis Patriarchis; habet enim nescio quid singulare inter illos novi. Mirum profectò non est, Sanctos existisse, qui tantum pauperibus fuerint largiti, quippe ex opulentis domibus editi erant, cumque multum accepissent a Deo, multum quoque illi dabant, & Deus illis reddebat cum fœnore. Quod vero Joannes de Deo ex pauperibus ortus, ipse pauper, & bonis omnibus destitutus adeo abundè suppeditaverit egenis, & infirmis necessaria, quod omnibus eorum egessitibus opem tulerit, suasque liberalitates per omnes mundi provincias extendit, solis laboribus suis, quin aliquem haberet fundum, nonne hoc appellari potest incomparabilis charitatis prodigium? *Sermo Manuscriptus.*

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Sancti Patres summis extulere laudibus felicitatem Abraham, qui rarus se hospitalitatem erga simplices peregrinos exercere, dignus habitus fuit qui adibus suis reciperet Angelos cœli incolas, vel etiam ex nonnullorum sententia Deum cœli, ac terræ, qui dignatus est humanam formam induere, ut tantum illi honorem afferret. Dicere possumus Joannem de Deo hac in re ne minimum quidem cessasse huic Patriarchæ, quandoquidem ut ille hospitalitatem exercuit, illius fervorem imitatus est, cum obviam ivit pauperibus hos invitaturus in domum suam, eos domum suam adduxit plerumque gestans humeris suis, eorum curam egit, necessitatibus eorum consuluit, atque ut perfectius huic Patriarchæ se præberet conformem, illis operam suam præstitit. Numquid & similem mercedem consecutus est? utique. Cum enim quadam die sese demitteret coram homine ad pedes illius abluendos, intellexit, se ipsi Jesu Christo illud humilitatis obsequium præstitisse. Hunc vidit gloria plenum, hunc loquentem audivit, & ex hujus ore summa cum animi lætitia cognovit, illi accepta esse, quæ ipse faciebat, & ab illo probari quæcumque charitatis officia ab eo membris suis præstabantur.

Angelus Raphael...  
Angelus Raphael...  
Angelus Raphael...

Jure admiramur omnia officia, quæ Angelus Raphael præstitit olim Tobie juniori, verum affirmare possumus, illum paria præstitisse Joanni de Deo, cum ad id indutus fuisset forma visibili, & sese palam gessisset eo modo, ex quo illum non simplicem hominem esse palam liqueret. Cum enim die quadam Joannes tristis esset, quod non satis haberet panis ad pauperes suos alendos, vidit Sanctum hunc Angelum ingredientem sub adolescentis habitu, & præter propter eodem ritu ac ille indutum, afferentem calathum pane refertum, qui ad Joannem accedens inquit: *Joannes, idem nobis tecum officium est: accipe hunc panem, quem tibi Calathum mittit, ut tunc subveniat necessitati.* Iterum cum Joannes de Deo secus viam invenisset pauperem imbribus, ventisque expositum, cumque illum in xenodochium suum transferre cuperet, deficientibus viribus onere victus succubuit, & hic Angelus idem sub nobilis viri persona sese obtulit opem laturus, officiosè dicens: *Cum nimis grave pondus humeris imposuisti tuis? Da manum mihi, & innitere humeris meis.* Quoties hic idem Angelus visus fuit verere domum, agris in omnibus eorum necessitatibus ministrare, & ea ipsa obire officia, quæ humillima sunt, & abjectissima, & sub Sancti nostri imagine omnia ægrotantibus officia exhibere? ita ut ille domum reversus pane emendicato per urbem intus suis, ac inveniens omnia domus munera ad unguem perfecta, strata cubilia, valerudinarij aulas seopis mundatas, cumque ex agris seiscitaretur, quisnam hanc sibi curam sumpsisset, respondentibus pauperibus, hæc ab illo ipso curata fuisse omnia, Joannes sciens, a se

illa minime facta, & illud addubitans utrum Angelus hæc omnia fuisset operatus, inde occasionem antipiebat confirmandi infirmos suos, dicebatque illis: *Euge, fratres, euge: mittit Deus Angelos suos, qui vobis deserviant.* Sanctus enim vir dubitabat utrum Angelus Raphael datam illi fidem præstaret, quandoquidem, uti supradictum est, se eidem opem laturum receperat.

Frater charitatis...  
Frater charitatis...  
Frater charitatis...

Singulare profectò fuit privilegium, & incomparabilis felicitas Sanctarum Mulierum, quæ teste Evangelio, quocumque sequebantur Dei Filium, ejusque necessitatibus subveniebant: sed ad aspectus divini hujus objecti, quod jugiter versabatur ante oculos ejus, tantam in mente illarum vim obtinebat, ut beatas se putarent eo quod bona hæc officia illis præstare possent. Joannis de Deo Fratres non habent quidem prærogativam interveniendi Deo in ipsius persona, sed par eorum meritum est, quia filio Dei imaginibus ejus opellam suam locant, non solum quatenus infirmo, verum etiam quatenus pauperi, quippe quatenus talis indiget charitatibus eorum, qui illum in Xenodochio alant, & nutriant, alioquin in vitæ periculo versatur in persona pauperum ægrotantium.

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Facile est ostendere factum Joannis de Deo simulantem se recti sensus jacturam fecisse exemplo non carere apud Sanctos utriusque testamenti. Nempe unus ignorat, David, virum illum adeo sapientem, & sanctum veritum, ne injuriis afficeretur apud Regem Achis, locum dedit credendi se in dementiam lapsum esse, ut hæc arte vitæ suæ confunderet. *Immisit os suum coram eis, & calabatur in manus eorum, & impingebat in ostia porte, desuebantque salivæ ejus in barbam.* Sciunt item omnes Regem hunc deducentem Arcam Fœderis, ut gaudium suum testaretur saltasse, quod cum Michol uxor ejus tamquam indecorum illi objecisset, uxoris iritionem, & contemptum despectit, & professus est, se non destitutum quominus se coram Domino humilem, atque contemptibilem redderet. Isaias verò Propheta jussu Dei ipsius aliquid admirabilis aggressus est; relicto enim penitentia indumento, quod gestare consueverat; politisque soleis, & sacro quo præcinctus erat renes, natus coram Israel universo ambulavit. Hæc actio profecto varicinium erat turpitudinis, & ignominia quæ manebat populos Egypti, & in captivitate abducendi.

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Si a veteri ad Novum Testamentum gradum facere cupimus, ibi poterimus plura invenire Sanctorum exempla, qui ut agerent penitentiam, & se coram Deo humiliarent, adsectantur videri insipientes in oculis omnium, atque sese gerere tamquam omni prioris sensu destitutos. Insigne est factum S. Ephrem; qui certior factus fuit in Episcopatum nominatum fuisse, & ab iis conquiri, qui hanc illi dignitatem conferre cupiebant, simulavit sibi mentem esse perturbatam, vestes suas per lantum traxit, ridiculis gestibus per urbem incessit; avidè coram omnibus cibos deglutivit, & alia plurima fecit se ipso longè indigna. Arte hæc evitavit Episcopatum, cui se imparem arbitrabatur, cum ceteri conferrent, ejus vitam, scientiam, & præclara talenta profectò eminenti huic dignitati respondere.

Exempla...  
Exempla...  
Exempla...

Scio Ecclesiasticam historiam loqui de quodam Sancto Episcopo, qui fideliem habebat nomenclaturam omnium paralyticorum, leproforum, ægrotantium civitatis suæ, & noverat tempus, ac diturnitatem infirmitatum ipsorum. Scio, S. Hieronymum loquentem de insignibus largitionibus Sanctæ Paulæ initio viduitatis suæ, testari ab illa tot ægros alios, nutritosque fuisse in omnibus Romanæ urbis regionibus, quos & invisebat; ita ut magnum se fecisse crederet detrimentum, cum alius quispiam opem, & alimoniam pauperi suppeditasset. Sed parum est Joanni de Deo omnes Granatensis civitatis pauperes cognoscere; parum illos in lectulo dolentis eorum convenire, ut Sancta Paulæ;

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

la; charitas sua omnes in unum locum congregat, ut semper illis adsit, ut eos in singulas horas videat, ut alat, ut soletur, ut de illis, quantum in ipsa est, benemeretur. Granatense Xenodochium, quod instituit, idem est adhuc, eritque cum aliis plurimis ad illius imitationem extractis æternum momentum amoris Joannis de Deo erga pauperes.

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Admirabile exemplum fuit divine protectionis illud erga tres pueros Hebræorum, qui jussu Regis Babyloñici coniecti fuerunt in fornacem, videre illos sine ulla læsione egredientes de eadem; quod prodigium nobis palam ostendit bonitatem omnipotentis erga diligentes illum, qui ignis vim non sentiant, ubi sacro igne illo inflammantur, quem Dei Filius in terram tollit. Hujus veritatis exemplum nobis præbet Joannes de Deo, cum illum videmus ad aliquod tempus immunem ambulare inter Xenodochii Granatensis incendia. Nonne in illo deprehendimus fidem illi trium puorum simillimam? Quoniam ut illi in igne ad tempus non ita modicum permanet, & inde evadit incolumis. Ex hac non communi actione cognoscimus, amori non deesse excessus suos, & nihil esse, cui par minime sit: & Christianam Religionem suos heros habere, quorum cor majus est, quam eorum, qui terrarum orbem domuerunt. Denique in hoc prodigio videmus amorem Dei & proximi non incendiis detereri posse, neque multitudinem aquarum extinguere. *Aque multa non potuerunt extinguere charitatem.*

Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...  
Joannes de Deo...

Possumus etiam Joannem de Deo comparare cum Sanctis viris, qui beatis illis Christianissimi temporibus vixerunt, quibus omnia plena erant fervore, & dicere possumus Sanctum nostrum nequam zelo, aut charitate illis cessasse, tantum quantum illi, adlaborasse, & omnes eorum virtutes imitatum fuisse. Profectò ille omnia terræ bona contempserit: neglexit illa, ubi sese obtulit eidem occasio acquirendi, & prætulit paupertatem omnibus bonis, quæ in sæculo sperare poterat. Imitatus est fervorem primorum fidelium, qui, ut in se propria peccata punirent, aspernas subiere penitentias: etenim nonne æque magnas, & majores etiam imposuit sibi, quam quas pro execrandis sceleribus Canones Penitentiales exigebant? Particeps fuit gloriæ Virginum purissimarum; quandoquidem non solum conjugio se implicari passus non est, sed ex quo de illo sibi verba fieri audit, fugam arripuit, prætulitque poenas vitæ pauperis, ac laboribus addictæ quieti, qua frui potuisset in hominis locupletis domo, filia suæ nuptias illi offerentis. Nonne imitatus est veteres illos Anachoretas, sibi metipsis mortuos & mundo; & nonne, ut se ipsum exinaniret plura præstitit, quam sæculi sectatores patiuntur, ut ad summa dignitatum fastigia perveniant? Quantum adhibuit obsequium illis, qui rectores erant conscientia suæ, & quam docilitate omnibus eorum consiliis paruit? Si humanis scientiis excultus non fuit, non ideo tamen luminibus caruit, & facile est cognoscere illum in via salutis fuisse oculatissimum. Quod perinet ad Charitatem, non deest, quod miremur, numquid difficile est intelligere quomodonam homo sine existimatione, auctoritate, opibus magnum excitare potuerit Granatæ Xenodochium, & quomodo victus non cesserit pondere tot negotiorum, quibus circumundique premebatur, & quomodo illum non deterruerint tot objecta, quæ natura penitus adversabantur? Quod spectat ad Martyrium, hujus quidem coronam promeritus est, quandoquidem re ipsa ad illud obtinendum plures, magnasque Provincias peragravit; ita ut si martyrium illi defuerit, asseri possit, ipsum non defuisse Martyrio. Denique in laudem S. Joannis de Deo dici possit illum vel aquasse, vel etiam superasse gravissimam veterum Eremitarum penitentiam; sustinuisse insigniorum Martyrum cruciatum, imitatum esse ardentiorum Apostolorum zelum, & præcipuè exercuisse opera charitatis, & misericordiarum quæ simul maxime sunt molesta, & optimi

exempli, qua re seipsum insignivit; ac imitabilem præbuit.

Qui seridè considerat vias Israhelitarum in deserto, citra stuporem non potest illos videre cuntes, & redeuntes, quasi viarum suarum incertos. Moyse errare fecit magnum hunc populum per sexcentas ambages spatio annorum quadraginta; & dixerit, illi consilium fuisse non quidem in promissam terram perveniendi, sed ab eadem magis magisque recedendi. Sed Dei Voluntas ducit illum, & numquam opus suum illi e sententia cessisset, si monstratas sibi vias negligens, eam securus fuisset, quam illi mens sua ostendebat. Hoc pacto Deus Joannem adducit. Sanctus hic vir arma debet abjicere, & mox ad eadem reverti; redire in natale solum, & mox inde egredi; iterum fieri rustica domus œconomum, iterumque equo mereri stipendia. Per varias hæc vias deducit Deus Sanctum hunc hominem ad finem, quem illi destinavit.

Providentia...  
Providentia...  
Providentia...

S. Paulus hortatur Hebræos, ne patientiam suam charitatem extingui erga fratres suos, eosque obtestatur, ne obliviscantur hospitalitatis, cum plures inscii Angelos receperint in ædibus suis. Hæc felicitas contrigit Abraham in valle Mambre; Loth Sodoma; & Tobias etiam habere meruit Angelum Raphael comitem, & ducem filii sui. Hi favores, qui divisi fuerunt inter primos antiqui Testamenti Patriarchas, collecti inveniuntur in Joanne de Deo: atque ut oculis vestris objicere rectum ordinem, qui in illius Xenodochio regnare videbatur, describenda mihi vobis esset Sapiencia, quæ in adibus Salomonis fulgebat. Conclavia ubi Salomon Ministros suos collocabat, insignita erant caracteribus magnificentie. Aula, ubi Joannes de Deo pauperes recipiebat, in ipsa simplicitate sua quadam majesticatis specie reident. Illic supellex erat pretiosa, hic munda est. Illic officia pro Aulicorum meritis erant distributa, hic munera pro Religiosorum capto, ac dexteritate dispensantur. *P. Simon a Virgine Carmelita, in hujus Sancti oratione panegyrica.*

Favores, &...  
Favores, &...  
Favores, &...

Applicationes quorundam locorum Scripture huic argumento.

**A**B infamia crevit mecum miseratio, & de utero matris mee egressus est mecum. Job 31. Licet virtutes non semper hæreditario jure acquirantur, neque semper cum sanguine de patribus migrent in filios, possunt tamen esse felicia præfagia, & valida præjudicia, ex bonis arbitriis non nisi bonos fructus afferri, juxta ipsius Veritatis estatum; & non injuria expectari, ut filii sint suis parentibus similes. Joannes de Deo, cui contigit ex genitoribus charitate referri in lucem profertur, ab illis hausit spiritum Charitatis, ex quo Deus illum dignatus est ad pauperum curam evocare, & de illo dici potest, quod de Job, videlicet misericordiam cum illo natam fuisse, & per errorem in corde ipsius nova semper incrementa sumpsisse.

Virtus parentum...  
Virtus parentum...  
Virtus parentum...

**Quis infirmatur, & ego non infirmor?** 2. Corinth. 11. Verba hæc ad unguem quadrant Joanni de Deo, quia eorum sensum gerebat in corde, & totus vitæ ejus curriculum non aliud est quam ferries operum charitatis erga miseros, quorum ærumnis acris afficiebatur, quam si ipse illas passus fuisset. Vocatus fuerat a Deo, qui posuerat in corde ejus hunc acrem tenerumque miserationis sensum erga fratrum suorum calamitates. Oculi fidei Jesum Christum illi detegunt in pauperis persona. Ille sibi met dicebat; possumne amare caput, quin amem & membra? possumne Salvatoris vocibus surdum esse? possumne non audire vocantem me, & pauperis ore dicentem: urgeor fame, dedecore afficior nuditate, innocenter turpi huic captivitate damnatus sum? Et ad aspectum hujus spectaculi, quod mihi exhibet fides, possumne abstinere, quominus per civitatem, & agros, quovis tempore, interdum, noctuque concursus conquiriturus pauperes, & omnia illis præstiturus subsidia in extrema

Magnitudo...  
Magnitudo...  
Magnitudo...

porum egestate? Quis infirmatur, & ego non uror? Plenus hac cogitatione animata hac tenera miseratione, Joannes de Deo se ipsum respicit tamquam hominem ad Charitatem exercendam natum. Nullos huic cancellos statuit; nihil vel remorari, vel laxare potest zelum illius erga miseros. Obices ipsos, qui miserationi ejus adversantur, convertit in media, ut optatum sibi finem consequatur, & solatium afferat pauperibus quacumque tandem infirmitate laborent, idque per ea, per quae id fieri non posse videbatur. Adeo ingeniosa est charitas, plena consilii, ubi semel posita fuerit corde, eo usque ut proximi malis ita afficiatur, perinde ac illud iisdem affligeretur.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. Avertat Deus, quod Joannes de Deo unus ex illis fuerit, qui omnia fortè aggrediuntur, qui ubi zelus in illis primam pepererit impressionem, statim ignem corripunt, quin quidquam vocent ad examen, qui per temerariam praesidentiam, neque satis probatam Charitatem sperant omnia sibi possibilia futura, qui absque eo quod media comparent cum sine temere sese rebus omnibus obiciunt, quin laborent, qualis exitus futurus sit. Joannes de Deo melius de officiis suis eruditus ordinem in sua charitate constituit, & egit innixus Christianae Sapientiae principis, quae illum fallere non poterant. Verum est stuporem aliquibus incesisse, quod homo similis illi sine bonis, sine rebus cogitaret de valetudinario extruendo; illi obiectum fuisse non sine irrisione, ridiculam esse temeritatem, & audaciam non ferendam, sibi curam alendorum pauperum deponere, non habenti, unde victum illis compararet; hoc esse tentare Deum, & quærere se ipsum sub specioso titulo exercendae charitatis; virtutem hanc prudentia regendam esse, sapientiam non esse, non vocatum, & sine certa aliqua spe fore ut cæpta omnia benevertant, alicui sese ingerere ministerio.

Isti viri misericordia sunt, quorum pietates non defuerunt; cum semina eorum permanent bona. Eccl. 44. Hoc intercedit discriminis inter Mundi Optimates, & Sanctos, quod illi nomen desumunt, vel a terris, quas possident, veluti Reges; vel ab actionibus, quas alii contra alios ad mutuam excidium operantur, veluti terrarum Domitores, qui ex subactis Provinciis appellati sunt. Sancti vero titulum a sua sanctitate desumunt, tamquam caelesti hereditate, & praesertim a beneficiis, quae proximo suo procurarunt. Haec illorum hereditas est, & possessio. Haec illorum gloria, victoria, triumphus, quapropter nuncupantur viri misericordiae, & Charitatis: Isti viri misericordiae sunt. Sub hoc augusto, & glorioso nomine S. Joannes de Deo potest apparere, tamquam vir misericordiae, sed ex eorum numero, quibus Deus unquam maximè singulares, eximiosque Ecclesiae suae fuerit elargitus. Possum ergo alterum hunc titulum ei tuto tribuere, quin primo ejusdem nomini derogemus; quia non fuit homo Dei, nisi quia fuit vir misericordiae. Deus Charitas est, S. Joannes inquit, & qui manet in Charitate, in Deo manet. Possumus ergo verè affirmare de Joanne de Deo, illum mansisse in Charitate, quoniam ministerium Charitatis exercuit, & perfectissimè omnia Charitatis obit officia.

PARAGRAPHUS IV.

Locis, & Sententiis Sanctorum Patrum, qui huic convenire possunt argumento.

De illius Charitate, & misericordia erga Pauperes.

Misericordia est aliena miseria in nostro corde compassio, qua utique si possemus, subvenire compellimur. S. Augustinus l. 9. de Civit.

Beati illi, qui subveniunt miseris: quoniam eis responditur, ut per misericordiam Dominum de miseris liberentur. Idem de Serm. Domini.

Nihil tam commendat Christianum, quam miseratione Charitatis. S. Ambros. in offic.

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. S. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum.

Peccatis tuis venundatus es: redime te pecunia tua; vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. S. Ambros. de Sancto Elia.

Nulla re omnino perinde ut misericordia, Deus conciliatur; quandoquidem nec aliud quiddam Deo magis proprium est, quippe quem misericordia, & veritas procedunt. S. Greg. Nazianz. Orat. de Pauperate.

Nihil tam divinum homo habet, quam de aliis bene mereri; fac calamitoso, sis Deus, Dei misericordiam imitando. Idem ibidem.

Dominus misericordiam manule, quam sacrificium. Idem ibidem.

Non timeatur in expensis defectio facultatum, quoniam ipsa benignitas magna substantia est, nec potest largitatis deesse materies, ubi Christus pasce, & pasceatur. In omni hoc opere illa intervenit manus, quae panem frangendo auget, & erogando multiplicat. S. Leo Serm. 10. de Quadra.

Omnis summa Christianae disciplinae in misericordia, & pietate est. S. Ambrosius in Officiis.

Si misericordis appellatio Deum decet, ad quod aliud te Sermo Dei hortatur, nisi ut Deus fias, tamquam insignitus propria tua. Deiratis? S. Gregor. Nyssen. l. de Beatis.

Quod peccantibus dat, benefacit, quae caritatem intelligit, beatus. S. Augustinus super Psalmos.

Si nihil habes quod largiaris pauperi, collacryma, magnum infortunato remedium, miseratio, ex animo collata. S. Gregor. Nazianz. Orat. de paupertatis amore.

Unusquisque nostrum animae suae benefacit, quoties misericordia sua, inopia succurrit aliena. S. Leo Sermone 1. de Collact.

Semper illi quod largiatur, occurrit, quod bene velle non desicit. Idem de Apparitione Domini.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia hauriri possit in hoc argumento.

SI omnes virtutes indigent prudentia, ne aurea mediocritatis cancellos transiliant, in qua tota earum perfectio sita est; credendum non est, Charitatem, quae illarum est Regina, legè hac non teneri. Etenim sicut, D. Bernardo teste, languet prudentia nisi charitatis ardore excitetur: ita charitas sit princeps nisi prudentia temperetur. Si Prudentiam duntaxat audis, nihil ferme operaberis, si charitatem tantum, nihil tibi cederet sententia, eo quod nimis obtinere contendis. Prudentia a charitate sejuncta, te nimis timidum, charitas a prudentia seposita nimis audacem reddet. Si nimis aggredieris hanc securus, nihil ages illam tantummodo consulens. Ut ergo in iis, quae agimus, non desit pulcher ille contentus, atque consensus, qui est veluti magnorum operum anima, & qui nos de eventu certos efficit, oportet, ut mutuo duae virtutes istae manum sibi praebant, ac semper inter se quamdam habeant affinitatem: & hoc illud, e Divi Bernardi sententia, privilegium est, quod se recepit Canticorum Sponsa gloriabatur: Ordinavit in me charitatem. Nam quantum prudentia a Charitate excitanda est, tantum charitas regenda, & cohibenda est per prudentiam. Facile videre est, virtutes has, cum mutuis indigeant subsidiis, numquam melius fuisse conjunctas quam in exequendis magnis consiliis, quae gratia Joanni de Deo adimplenda proposuit; & charitatem illius, quantumvis ardentem; numquam tamen fuisse praecipitem.

Fatendum est nullam esse virtutem, ubi difficilius sit justum fervare temperamentum, quam zelum, & Charitatem erga proximum. Zelus hic ardentes,

Ut sumo cum aliis quod opus e voto edat, opus est ut charitatis comes accedat Prudentia.

Cant. 8.

Exemplum S. Joannis de Deo ostendit zelum salutis proximi levitate moderandum esse.

ardentes; ac vehementes facit, & facile ab hoc ardore, & impetu gradus sit ad impatientiam, atque furorem, cum inopinatae occurrunt difficultates, & inexpectatae resistentia. Audaces facit ad magna suscipienda, & haec audacia nonnumquam ad temeritatem usque procedit. Efficit ut iis omnibus afficiamur, quae pertinent ad gloriam Dei; & affectio haec non semper distinguit ea, quae Dei sunt ab iis, quae nostra. Demum constantes nos praebet in susceptis consiliis, sed verendum est, ne haec constantia vel in pertinaciam degeneret, ut numquam cedamus; vel in superbiam, ut honori nobis veritatem fallacem firmitatem; vel in duritiam, ut nullam adhibeamus rationem ex iis, quas Christiana prudentia praescribit. Mala deo magis periculosa, quo zelus immodicus illa producens semper approbat illa ob oculos eorum, quos agit. Semper enim sibi jus esse arbitratur, qui sibi persuasit, se zelo moveri ad agendum. Charitas, quae sacrum hunc ignem accendit in corde virorum Apostolicorum, simul infundit sanctam suavitatem, quae quin illud molliat, ac laxet, vim ejus temperat, & acrimoniam. Sancti Joannis de Deo Exemplare hoc nobis palam ostendit; quia zelus ejus comparari potest cum zelo Sanctorum primarum Ecclesiarum; & quod zelum suum temperans Christiana suavitate, novam in Ecclesia militiam instituit, quae quotidie in persona pauperum tanta illi conferat subsidia.

Pauperum calamitates nequaquam inspicienda sunt tanquam mala merè humana; Jesus Christus ad ordinem superiorem elevavit illa, cum se ipsum in illis esse testatur est, & professus est sibi fieri, quacumque in eorum comunodum fierent: Quod fecisti mihi ex istis minimis, mihi fecisti. Postquam Deus homo factus est, fecit pauperes corporis sui membra; quandoquidem, ut S. Chryostomus inquit, in paupere absconditur Deus. Paupertati huic semetipsum non subiecit, nisi ut illa species quadam Sacramenti videretur. In Altaris Sacramento duo sunt distinguenda; alterum quod extrinsecus videtur, & quod in speciem humillimum est; cujusmodi sunt panis, & vini species; alterum, quod est interius, & absconditum, & quod augustissimum est, Corpus & Sanguis Salvatoris. Paupertas est tamquam Sacramentum Misericordiae Filii Dei, qui sub vili specie, & sub pauperum centonibus suam obtegit magnitudinem, & majestatem; quapropter Propheta dixit: Beatus qui intelligit super egenum; & quare in pauperibus, quod super illos est, qui illorum saluti invigilat; & qui in illis audit vocem Dei. Ita Joannis de Deo charitas horum miserorum paupertatem respiciebat, iisque curandis, juvandisque eundem calorem impendebat, ac si ipsam Dei filium juvaret.

Quemadmodum Eleemosynae praecipuum causam habet generalem, quae omnia bonorum operum genera comprehendit, & sese extendit ad omnes actiones charitatis, quae erga proximum exercentur, necesse est cognoscere, meritum peculiare, quod in se habent opera praestita pauperibus infirmis in xenodochiis. Ibi duo, vel tria considerari possunt, quae aptiora sunt ad nobis id instituti genus amplectendum. Primum est, quod qui in locis illis excipiuntur, cum simul & pauperes sint, & infirmi, magis indigent subsidio, quatenus magis imparces sunt victui sibi comparando, vel operibus sese exercendo, ut laboribus sibi osiam redimant. Sola paupertas debet nobis inmittere sensus miserationis erga eorum calamitatem; sed paupertas cum infirmitate conjuncta, extremam reddit eorum miseriam, & inficit graviorem illis subveniendi legem. Hoc innititur ipsis eleemosynae principis, quae ex Theologorum sententia solos divites obligant ad erogandum pauperibus superfluum bonorum suorum in necessitatibus communibus, & vulgatis; sed obligatio de qua loquimur extenditur usque ad partem necessariam, cum miseria extrema est, & de pauperum vita agitur. Si ergo unquam pauperum necessitas hujus generis est, proculdubio in eorum infirmitatibus est; quoniam haec verant

In pauperibus quibus optinatur aliquid est supra naturam, quod nostram civitatem debet Charitatem, ut illum S. Joannis. Mart. 25.

Psalm. 40.

Eleemosyna pauperibus, & praesertim infirmis eroganda.

ne illi sibi comparent victum, & aliunde pluribus indigent, & in majori versantur impotentia sibi mererit providendi. Ea autem, quibus indigent, nequeunt ipsis suppeditari nisi eleemosynis personarum, qui commodiorem vitam ducunt; & si haec illis desint eleemosynae, palam versantur in periculo vitae suae, quae secundum Christianam charitatis regulas praefenda est, non solum nitore, ac decoro status singulorum; sed etiam illi, quod non est absolute necessarium ad propriam vitam alendam; ita ut licet aliquod forte deberes incommodum, non ita bene vestiri, minusque deceter indigui; Christiana charitas flagitat, ut pauperum vita his rebus omnibus praeferratur: quod seculo perpendendum est, & loco inevitabilis obligationis habendum. Neque obiciat aliquis, si pauperes in xenodochio conclusi in majori necessitate versantur, non deesse tamen, qui eorum curam gerant, & fundos, unde illis subministrantur alimenta; nam praeterquamquod fundi sunt adeo modici, ut vix sufficere possint menti eorum, qui actu in illis versantur: quot singulis diebus rejiciuntur sunt, atque expectandum, donec alii locum vacuum reliquerint? Quot etiam semivalescentes dimittendi sunt, & tunc cum majori egent subsidio, ut penitus convalescant? Quanto major esset numerus, si suppetere unde alerentur? Nonne quoddam beneficii genus est illic admitti? Ad id opus est amicorum gratia, qui hoc ipsis procurant auxilium; unde oritur quod non semper admittuntur qui sunt egentiores, sed qui validiores habent suffragatores; cum interim divites plerumque fontes sint mortis aliorum, eo quod illis non opulentur.

Ratio alia, quae palam ostendit officium agris pauperibus subveniendi magis urget, quam alias quascumque eleemosynas erogandi, haec est quod nemo causari potest ignorantiam necessitatis eorum. Saepè enim alias necessitates non cognoscimus, neque tenemur cognoscere; pauperes nonnumquam illas celant praeter verecundiam, quae efficit ut durissimam sustineant necessitatem, quin hoc audeant aperire. Sunt denique qui miseriae suas majores stimulant, quam re vera sint, & quia nonnulli haec arte utuntur, ad divitum misericordiam spectandam, saepe horum cor indurat veris exterorum miseris. Sed satis est in xenodochium pedem inferre, ut extremam eorum, qui ibi videntur, agnoscamus miseriam, ibi enim non admittuntur, nisi qui omni solatio, & subsidio destituti sunt. Si Charitas esset talis, qualis esse deberet in vero Christiano, nulla jam esset excusatio, nullus praetextus, qui a miseris sublevandis dispensaret. Haec praebet oculos ad illos, ubiqueque delitescerent, inveniendos, viscera misericordiae ad eos sublevandos citra quodvis examen, num eorum miseria sit extrema necne, & manus ad opem illis ferendam quocumque versarentur in statu. Sed sicuti haec Charitas, quae olim Christianos animabat, adeo inreputit; vel ut melius dicam, extincta est, quin, ut olim cum manebat adhuc primus fervor, conquirebantur, nunc ad vos adducuntur, & in xenodochio congregantur. Illos non agnoscere non potestis: eorum vulnera totidem ora sunt, quae loquantur, & rogant; & deficientibus vitibus, quibus ad aedem vestrarum aedes obrepant, vos movent de loco, ubi sunt. Eorum necessitas, & miseria vobis minus esse debent ignota, quam eorum personae, quoniam expectant a providentia, & charitate vestra. Haec de causa hodierna die interpret ago silentii eorum, illis vocem meam commodo, ut cum Apostolo clamem. Induite viscera misericordiae, & si vobis zelus deest, qui fuit quibusdam viris misericordiae pauperes excipiendi in aedibus vestris, quod sanè faceretis, si vobis esset persuasum recipi filium Dei: saltem ferre opem, ut inveniant ad victum necessaria in aedibus illis, quas aliena charitas extruxit, ac dividite cum illis meritum actionis adeo Sanctae aliis eorum necessitatibus propicientes. Satis magna illorum necessitas est, & omnes in merito partem possunt accedere.

Obligatio pauperibus subveniendi magis urget in eorum infirmitate.

Act. 16. 3.

Joannes de Deo fecit se obiectum contradi- ctionibus, ut Xenodochium constituerec.

S. Joannes de Deo fuit vir misericordiae & inde nun- cupandus est.

S. Joann. 4.

Ratio alia hujus obligationis.

Alia consideratio, quæ obligationem hanc reddit ætioris officium facilius reddit elemosynæ præceptum, determinando locum, & personas, quibus peculiariter debetur, simul adimplentur reliqua omnia officia, quibus tenemur erga proximum. Et quamvis nequam cogitatio cancellos zelo vestro, & charitati statuere, ita ut se debeant ad hoc unum Charitatis exercitium coarctare, dico tamen hoc adeo latè patere, ut quodammodo ceteras misericordie actiones complectatur, quas Dei Filius recensere dignabitur extremi Judicii die eorum vobis amplissimam mercedem collaturus. Quoniam per elemosynam, quæ illis erogatur, fames, ac sitis eorum reficitur: Esurivi, & dedistis mihi manducare; neque expectatis, ut vos importuni fatigent, eorumque petitiones, & preces prævertitis. Advenæ sunt, & peregrini, quos excipitis domi non suæ, & quibus alimenta præstatis. Hospes eram, & collegistis me. Nudos vestimentis induistis. Vestes, lineamina, & quidquid necesse est ad frigus propulsandum, sunt indumenta, quibus Filium Dei in eorum persona cooperistis. Nudus eram, & cooperistis me. Hi sunt infirmi, quos invisistis, vel ad quos invisendos verbis vestris alios mittitis: infirmus eram, & visitastis me. Mortales sunt in carcere conclusi, vincæ carnis longè gravioribus quàm fontes, qui in publicis vinculis detinentur; & vos pro eorum libertate laboratis. In carcere eram, & venistis ad me? Quot charitatis opera in actione una continentur? Avertat Deus, quod velim modum statuere vestris elemosynis, aut vobis auferte libertatem in electione personarum, ad quibus ferendam opem vestra vos charitas urget: audeo tamen asserere quodcum non possitis illam super egentiores effundere, nullas esse elemosynas utiliores republicæ, Deo jucundiores, & aptiores ad omnes cæli benedictiones promerendas.

Math. 25.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

De affectu Joannis de Deo in sancti ad penitentium ægendum.

Patendum sanè est hoc S. Joannis de Deo factum mirum esse, neque hominibus vulgè proponendum videri, tamquam exemplum, quod imitentur. Non ideo tamen hinc sequitur damnandum esse; non enim defunt peculiare viæ, quas ostendit Deus quibusdam animabus, quas a cæteris discernere vult, & ad sublimem perfectionis gradum attollere. Qui non iidem tenentur officiis, vel non adeo copiosa, uberi que gratia sunt præditi, abstinere debent ab eorum imitatione, qui majorem præstatis gratiæ cumulati sunt; alioquin sibi perpetam præstidant, & sunt texerant. Verum hoc minime prohibet, quominus ea, quæ ab hujusmodi viris fiunt, bona sint, & laudabilia, spectatis eorum dispositionibus, & causis, propter quas operantur. Quamobrem non ita facile factum hoc Joannis insimulandum est, neque putandum, ad quod nostris non respondeat conceptibus, & ordini communi adversari videatur: neque mirari quisquam debet permisisse Deum, ut Sanctus noster tor fecerit, quæ in speciem quidem ratione abhorreere videbantur; quoniam suprema ejusdem Sapientia hæc illi indigitaverat, ut saluti ipsius cooperaretur; qua in occasione etiam verum est dicere cum Apostolo: Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Generales hæc veritates possent procul dubio sufficere, ne temere judicaretur de actionibus, quæ sunt supra rationem nostram, & super ea omnia, quæ comprehendere possumus. Non erit tamen inutile ostendere hoc Joannis factum non carere exemplis, & complures Sanctos viros hoc ipsum fecisse; qua in re asserere possumus eruditissimi Præfatis testimonium, qui de alio sancto verba faciens ait; Scio equidem secundum eorum regulam loquendo tale factum, non solum bonum non esse, sed reprehendendum; nec miror, si mundi sectatores illud redarguant, ac verant in Iudicium. Verum considerandum est etiam, Spiritum Dei, qui operatur in Sanctis, eos nonnumquam

Ibidem in Hist. Eccl. sup. 6. Sc. c. 1. n. 145.

ad illas actiones impellere, quæ, sint licet abnormes, tamen in stulticia Crucis fundantur, quæ omnibus humane sapientie rationibus adversatur. Non levis momenti questio, alioqui curiosa est, utrum quis magis mereatur diligens Deum, an diligens proximum? S. Augustinus, cujus sententia fuerunt Conciliorum decisiones ex duplici hoc amore unum duntaxat efficit præceptum. Et sanè utriusque par esse videtur meritum; & licet Deus unus majorem toto cælo mereatur amorem, quàm omnia simul creata, & ille unus sit unicè amabilis; tamen adeo bonus est, ut sepe sua cum nostris permisceat; nam aliquando cætera præcepta ad amorem suum refert, & aliquando ad amorem proximi modo alterum ab altero sejungit, modo utrumque permisceat. Attamen si dilecti discipuli vocem audimus, ille contentus est, dummodo proximus diligatur: Hoc si solum fiat, sufficit: Non ne hoc ipse etiam Salvator nos docet, non vult, ut ipsa quoque sacrificia nostra, & augustissima Religionis mysteria interpellemus, ut satisfaciamus officiis Charitatis in proximum? Relinque munus tuum ad Altare &c. Præfert etiam opera Misericordie honoribus victimarum. Misericordiam volo, & non sacrificium. Adorabilis Dei bonitas, sua jura abdicantis, & creaturarum suarum utilitatem propriæ antefereantis! His innixus principiis asserere audeo, amorem, quo Joannes de Deo præfetur erga proximum longe illi gloriosiore esse, quàm quidquid propter Deum ipsum operatus est. Ejus erga proximum Charitas, ejus amor erga pauperes Jesu Christi illum ad tantum gloriæ gradum provexit.

Eadem Charitas jubet nos Deum, & proximum diligere; conficiendum est quantum fuerit S. Joannis amor in Deum cum totus fuerit in pauperes.

Math. 5. v. 4.

Facilius est elemosynam pauperibus erogare, quàm illis servire.

Non defunt, qui aliquid ex bonis suis pauperibus erogent; sunt, qui illis collatis elemosynis opem ferant; sed pauci, qui manibus suis illis serviant, & xenodochium ingrediantur eos consolantur. Discriminis hujus ratio est, quod non difficile est elemosynas erogare ad pauperes ære juvandos, ubi & gloria est, & voluptas, sed in famulatu, qui illis præstatur, sexcenta sunt difficultates, & sexcenta, quæ naturam ipsam videntur avertere. Constitutionis nostre fragilitas, gravis Xenodochium sustinet, horror vulnerum; & mortis aspectus nos perterrefacere possunt. Attamen hæc officiis Joannes de Deo consecrat suas manus, corpus suum, valetudinem, ac vitam, & ut majora ex hac virtute merita percipiat, voto se adstringit ad illam toto vitæ suæ curriculo exercendam. Deus, cujus Providentia præfatum pauperibus invigilat; Deus inquam, omnibus sæculis in lucem prodire iussit homines Charitate referatos, quibus miserorum curam commendavit. Aliis quidem hospitalitatem erga peregrinos commisit, aliis orphanorum curam tradidit, aliis captivorum visitationem, & iis, qui majori zelo flagrabant, curam infirmorum. Joannes de Deo certam non obrinuit partem, & Deus, cujus actiones ad unitatem tendunt, in illius persona omnia varia hæc charitatum genera collegit; ita ut dicere possit æque ac Job, se tutorem esse orphanorum, sponsum viduarum, medicum infirmorum, hospitem advenarum, subsidium afflictorum, verecundorum pauperum honorem, patrem, & audeo dicere, pauperum omnium Deum. Quibus addere possumus, quod cum ipse per se pauperissimuset, proprias exercuit manus in molestissimis operibus, factus est propola librorum, & sacrarum imaginum, ut pauperum egestati optularetur, in hoc securus consilium Apostoli ad Ephesios manibus operandum esse, ut eorum necessitatibus subveniatur. Biviat, aliisque auctores nonnulli.

Fidelium misericordia ultra vulgè Providentia in pauperum necessitatibus sublevandis.

Credendum non est pauperes a Deo derelinqui, cum ab hominibus derelinquantur. Peculiaris illis invigilat Providentia, & re ipsa eorum egestatibus subvenit. Sed unum ex præcipuis subsidiis, quibus Deus utitur ad eos sublevandos est Christianorum misericordia & hic spiritus Charitatis, quem in Ecclesia sua inflammat. Hæc misericordibus Christianis hoc mandat, ut pauperibus optulatur:

Psalm. 112.

Tibi derelictus est pauper, Orphano tu eris adiutor! Vobis pauperes commendo, in charitate vestra quiesco, ut orphanis in eorum necessitatibus optulaminem. Sed si quis unquam extitit Sanctus, qui hoc munere fidelissime fuerit perfunctus, hic procul dubio S. Joannes de Deo est, quem virum misericordie postsumus appellare, quoniam fuit veluti supplementum misericordie Dei, charitate sua omnibus pauperum necessitatibus subveniens. Si graves sunt corporales pauperum necessitates, spirituales tamen sunt graviores, iisque consulere summæ necessitatis est, quàm enim graviores pati possunt jacturam, quàm animarum Salvatoris sanguine redempturam? Pro divitiis multi inveniuntur directores, & confessarii; multi illis ferunt opem, & ad bene horiandum auxilium sunt; verum ut in extrema hora pauperibus subveniant, verè dicere possumus zelum, & Charitatem primitivæ Ecclesie intepuisse, quasi animæ pauperum Filio Dei non satis pretiosæ essent ac divitum. Hac de re persuasum erat Joanni de Deo, quot enim pauperes eduxit de flagitiorum cæno, in quo alii erant demersi? Quot mortales, qui omnem sensum criminum suorum abjecerant, ad penitentiam excitavit, & ad benemoriendum bonis consiliis, & adhortationibus suis adjovit? Quot miseris servavit, qui numquam salvi fuissent, nisi ingressi fuissent in Xenodochia, potissimum illius illececi charitate? Dicamus ergo illum verè esse Apostolum misericordie, quia per occasionem charitatis, quam in eorum corpora exercuit, aliam longè præstantiorem exercuit in animas.

Spirituales pauperum necessitates graviores sunt.

Visitaciones, quæ obcurrunt, infirmorum duplicem habere debent finem, consolationem eorum, atque utilitatem. Illos consolari possumus eis suggerendo pro captu singulorum rationes, ut patienter sustineant malum, quod illis immitit Deus. Ubi operæ pretium est animadvertere, semper compatiendum esse malis ægrotantium, quin hæc quodammodo iidem exprobrentur, perpetam illis dicente, quod olim tres illi amici Job, hæc illos sibi fuisset mala promeritos criminibus suis; neque enim, ut optime animadvertit S. Gregorius Pontifex, cognosci potest Judicium Dei in corporalibus tribulationibus, utrum illas ad probandum, an ad puniendum immitat. Quamobrem afflicto non addenda est alia afflictio, sed hortandus est, ut offerat Deo tribulationes quibus premitur, in peccatorum suorum expiationem. Hoc ipsum Charitas Joannis de Deo erga infirmos pauperes per charitatem exequabatur, ratus pauperes jam satis esse miseros propter morbum, atque pauperem, quin malis eorum aliud quoque malum accederet longè intolerabilius, quale est, illis sua mala exprobrare.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, superisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Blasphemus & carader S. Joannis de Deo.

Ecce novum offero vobis heroem Christianum, qui sibi novum stravit iter ad gloriam, qui post labores vitæ absconditæ in silentio, & in factis obscuro recessu transactæ in Mundi lucem prodit; homo admirabilis, splendidum virtutum omnium exemplar, mortificationis extremæ, ita ut jure vocari possit Martyr in ipsa Ecclesia pace; ideoque amarus, & in honore habitus simul a summis, & imis; in aula Regum Hispaniæ tamquam Angelus Consilii exceptus; mortales omnes sermonibus inflammas, & exemplis adificans. Homo inquam admirabilis, quos novissimis hæc temporibus Deus suscitavit: ut esset pater, & patronus pauperum: Prodigium Charitatis, quod insignem instituit Ordinem eo consilio, ut in fidelium corde restoreretur hæc virtus, quæ tunc fere extincta erat. Qui legit historiam vitæ ejus attente agnoscit statim in illo amorem humiliationum, & laborum penitentia, & zelum ad agris, ac

pauperibus solatium afferendum fuisse duas dilectas cordis ipsius virtutes, & duos veluti caracteres, qui eum reddiderunt perfectum Jesu Christi imitorem. Sermo Manuscriptus.

Deus qui Ecclesiam suam amat, & attentus est omnibus necessitatibus ejus semper ad eum misit homines non communes, ac præstantissimos, qui illam erudirent, edificarent, eique insignia virtutis exempla præberent; qui possent in illa instaurare spiritum Sanctitatis, qui illius caracter est, ex quo inter Mundi corrupti labes cognoscenda est. Ita ille re adhuc integra suscitavit Apostolos, qui Ecclesie Patres fuerunt, qui eam fundavit super petra soliditatem, & qui universam terrarum orbem lustraverunt, ut Evangelii lumen effunderent & gloriam nominis sui usque ad terrarum extrema perferrent. Deinceps oriri iussit in sinu ejus infinitos omnium ætatum, conditionum, sexuum fideles, qui ut veritati testimonium perhiberent, obviam facti sunt Tyrannis, minas eorum contempserunt, & totam effuderunt sanguinem suam ut ædificium arca: Novi Testamenti linirent. Illius quoque eruditioni prospexit, mittens ad eos Pastores, & Doctores scientia, ac pietate præstantes, qui divini verbi panem fidelibus distribuerent. Supeditavit quoque illi temporibus omnibus singularibus personis, quæ aliis esse possent exemplo, ut in via virtutis incedant, & quæ zelo, & fortitudine sua, ac penitentia vita Christianam excitarent de sopore, in quo erant, eosque in justitie vias revocarent. Ita providentia in lucem edidit S. Joannem de Deo, qui licet novissimis tantum temporibus venerit, non cessit tamen aliis zelo, & charitate; quia quantum illi, & ipse laboravit imitatus omnes illorum virtutes, contemnens omnia terrena bona, & Evangelicam paupertatem præferens bonis omnibus, quæ in mundo sperare poterat se consecuturum. Imitatus est fervorem veterum penitentium per extremam severitatem, quam exercuit in corpus suum; & deserta nullos viderunt Anachoretas magis humiles, & magis propriæ existimationi mortuos, quàm Sanctum hunc, quia semper pro virili admissus est, ut se ipsum exinaniret, ac semet in hominum oculis redderet abjectiorem, & contemptibiliorem. Verum quidem est illum operam non dedisse scientiarum humanarum studiis; quoniam dies illius traducti fuerunt in vitæ mortificatæ pœnis, atque laboribus; sed non ideo tamen ei lumina defuerunt, & dici potest, illum perfectè possessisse scientiam Sanctorum, quam gloriæ sibi duxit toto vitæ suæ tempore cognoscere Jesum Christum, & hunc crucifixum, qui veræ scientiæ cumulus est. Ex Sancti vita.

Providentia Consilium dantis Ecclesie sue Joannem de Deo.

Neque putatis me initium elogi S. Joannis desumere ab iis dotibus, quibus ipsum ornavit natura, vel Sanctitatem actionum illius me prodigiis Sanctitatis ejusdem confirmare. Si argumentum meum per se minus locuples esset, ex incunabulis ejus Panegyrica orationis materiam haurirem, vobisque ostenderem Joannis de Deo nativitatem cum nativitate Domini nonnullam habere similitudinem. Profecto ignea columna illi similis, quæ olim Israelitas præcessit in deserto, visa est super domum illam, quæ eum orientem excepit. Si olim Angeli nuntiaverunt Pastoribus nativitatem Filii Dei, celebrant etiam Sancti hujus nostri natalitium diem, & sicuti oriente Domino Sanctus Simeon prophetavit, non defuit venerabilis vir; qui Prophetia Spiritu plenus ab incunabulis futuram Joannis de Deo magnitudinem fuerit vaticinatus. Verum ne miremini; ita agere consecutivus Deus in animas magnas, de quibus magnam aliquam inuit consilium; in eorum ortu semper edidit aliquot non vulgaria portenta, quæ sunt quasi felicia futuræ magnitudinis eorum præfagia. Ignea columna, quæ præfuit nativitati Joannis de Deo symbolum fuit charitatis ejusdem, qua aliquando mortalium omnium corda erant inflammanda; & hoc signum quamprimam veritas subsecuta est; vix enim ille rationis particeps factus est, cum a creatis

Nativitas Domini Joannis de Deo præfagia futuræ Sanctitatis, & primi præfatus in ipsa Sanctitate.



tis quibuscumque rebus suum cor avulsi; Charitas illum bonis suis exiit, effecitque, ut solum vereretur tamquam novus Abraham, in alienigenam terram profectus, ut ibi verum Deum adoraret. Ex ipsis Sancti nostri incunabulis ostendit Providentia, virtutis nullam aetatem esse propriam; tenerrimam etiam pueritiam posse initium præbere sanctissimis actionibus, quandoquidem vix loqui noverat, cum jam parvulos sodales suos Deum orate, & Evangelicam amare sapientiam docebat. *Sermo Manuscriptus.*

Dei Providentia in Joannis pueritia.

Presbyter ille, qui sibi adolescentuli Joannis curam depoposcerat, ut eundem Matritum deduceret, nequaquam profectus est illum ad statum usque finem; cumque vix attigisset oppidum, cui nomen *Onpeja*, ab illo secessit, cumque omnino dereliquit. Facinus quidem durissimum, sed celsitudo, permittit, volente Providentia, ut hic puer a teneris a familia sua divelleretur, & supra naturales affectus educaretur. Debemus igitur nobismet exhibere hunc puerum a parentibus suis semotum, in terra aliena, sine ope, qualibet cognitione destitutum, & generatim derelictum. Durus quidem hic status est; sed hæc Dei voluntas est, qui sibi Sanctum vult effingere, cujus character sit labor, paupertas, humiliatio. Puer statim opem tulerunt quidam homines, qui eidem perfugium ad aliquod tempus præbuerunt; Mox ille se addixit famulari Oppidani cujusdam satis locupletis, a quo in agro præpositus fuit ovibus pascendis; quo in officio meliorem adolescentie partem transiit, ita labori deditus, ut gravissima & molestissima sibi munera depoposceret. In hoc statu hujus adolescentis vita erat veluti præfugium futuræ Sanctitatis ejusdem; numquam enim visus est quispiam illo moderatior, verecundior, obediensior, & in verbis etiam cautior, & non herilibus tantum imperiis, sed si quis quid illi præcepisset, subjectior. Ferebat cum humilitate exprobrationes, quæ sibi ingeriebantur, undecumque proficiscerentur. In laboribus assiduus noverat tempus suum utiliter impendere, ejusque rationem habere; ita ut herus optimis illius qualitatibus oblectatus, fidelitate vero potissimum, plures annos in famulatu habuerit, cum Joannes etiam per se hunc statum sibi utilissimum esse arbitraretur, quandoquidem sperabat, se hoc pacto a Mundo semper abstratum, sibi que tempus Deo impensius serviendi non defuturum. Et sanè vita, quam illic transiit, jugis fuit bonorum operum series: Et profectò vespere, & mane statas habebat orationis horas, & aliquot etiam diei horas successivas nancisceretur huic Sanctæ exercitationi impendendas. Quicquid in agris illi occurreret, occasionem inde arripiebat laudandi, & adorandi Deum. Rebus in omnibus se ipsum mortificabat; jugiter custodia sensuum suorum invigilabat, & quodcumque bonum poterat, exercebat. Post aliquot annos Dominus ejus moribus ipse illectus, omnem rei domesticæ, familiaque suæ curam illi contulit, cumque bonorum suorum tamquam œconomum instituit. Tunc enituit solida Joannis pietas: nam quin preces suas negligeret, totum se contulit ad herilem utilitatem procurandam, quæ palam in dies augetur videbatur. Illud vero præ cæteris animadvertendum est, quod inter varias occupationes suas aliorum quoque domesticorum spiritali bono vacabat, quod illos præcipuis fidei documentis erudiebat, atque commoda fandi tempora nancisceretur, ut Jesu Christo animas eorum lucraretur.

Joannes militia adscriptus a pietate detestatur.

Verissimum est, cordis pietatem nulla re magis intepescere, quam ea vivendi ratione, qua milites ut solent. Armorum tumultus fere semper interiorum animarum requiem perturbat. Præva, quæ ibi conantur, exempla tentant, & debilitant fortissimum quemque, assidua agitatio, in qua vivere tenentur milites, efficit saepe, ut Dei obliviscantur, & omnia sibi licere putent, eo prætextu, quod longè absunt a locis, ubi iustitia exercetur. Joannes de Deo miserè hanc expertus est veritatem; vix enim

in castra pervenit, cum assueta pietatis exercitia neglexit, ad aliorum mores sese composuit, pravorumque exemplorum torrente se trahi passus est. Latam ingressus est viam, quæ ducit ad interitum. Satis sit aliquid generatim de hoc argumento delibasse, quin singula percurramus, hoc tantum sine, ut liqueat, quantæ necessitatis sit illis, qui suam sartam tectam tueri volunt innocentiam, a periculosis occasionebus abhorretere. Divina misericordia jugiter suis Electis invigilans, & non penititens, ut in aliqua incidat crimina, nisi ut, generosa ratio, qua ex lapsu confurgunt, hæc edificet, eos penitentiam agere doceat, eisque modum agendi penitentiam tradat, non passa est, Joannem diu in sordibus suis volutari. Quamprimum ille ex infortunio suis in se reverfus, salutari contritione rediit ad officium. *Ex Sancti vita.*

Auxilium a Deo illi periculum illi coarctavit.

Justus a duce suo Joannes cum nonnullis militonibus tumatim sese conferre, equum ascendit igneum, a quo in terram deturbatus fuit, ejusque lapsus adeo gravis, & periculosus extitit, ut pluribus ex locis manaret sanguine, & diu motu, ac voce cauerit. Nullo recreatus subsidio, prope fuit ut vitam cum morte commutaret, sed ubi tandem paulisper sese collegit, & vidit extremum, in quo versabatur, discrimen, surrexit, & in genua procumbens oculis in cælum sublatis ad Sanctissimam confugit Virginem ardenti prece exoraturus. Oranti adstitit Angelorum regina, quæ illum adpectu suo consolata spondidit, se illi non defuturam, & dixit: *Imposueris fideliter obispiratum munus tuum, tuarumque promissionum memento.* Nihil ultra fuit opus, ut Joannes rubore suffunderetur, & rediret in se, illico penitentiam sinceram se acturum pollicitus. Deus, qui illum exercere volebat, cumque magis, magisque a mundo divellere, permisit, ut iterum vita periclitaretur ob ducis furorem, qui cum illius curæ commisisset prædæ cujuspiam de hostibus relate, custodiam; eamque a latronibus auferri sibi passus fuisset Joannes, Dux illum plagis ad mortem usque male mulcasset, nisi Providentia, quæ magna de illo consilia inierat, coque deinceps uti volebat ad infinitum miserorum numerum sollevandum, non permisisset, ut dux alter prioris amicum mortem deprecaretur, hac conditione, ut statim armorum professione vale diceret.

Cogitatio periculorum quibus delinquitur erat Joannes illius convertit.

Joannes non sine miraculoploribus vitæ suæ periculis defunctus secum hæc omnia tactus recogitavit. Consideravit cum Deus insigni bonitatis excessu vitam illius conservasset, hanc recentem esse gratiam, propter quam se totum illius servituti devovere debebat. Palam intellexit cæcos esse mortales, qui tanta aviditate mundum sectantur, a quo nullam laborum suorum mercedem referunt, nisi arumnas, & calamitates. Sagum abjecit, & sicuti antea secus magnam ferebatur viam, & Crucem invenit, ad cujus pedes procubuit, & Salvatori gratias egit, quod ipsum ex tot periculis eripuisset. Veniam petiit criminum suorum, ac dolor ipse ita vehemens fuit, ut ex oculis ejus lachrymarum torrentem elicuerit. Professus est se impotenter vivere velle vitam prorsus novam. Multa mirabilia secum tacitus corde volutavit; & quod mirum videbatur, duos transiit dies in hujusmodi impetu, quin vel cibo, vel somno reficeretur. Mox quadam extasis specie correptus fuit, vel mystico somno, per quem dubitandum non est, quominus illi Deus significaverit sua de eodem consilia. Præterea, sicuti olim Deus egerat cum Elia Propheta, & S. Paulo Eremitarum parente, quibus insigni miraculo panem cælitus misit in desertis, ac solitudinibus: ita egit cum servo suo, hoc pacto declarans se peculiarem sibi curam capere; quod omnino vires ejus restituit, effecitque, ut iniret consilium magis magisque precibus, & contemplationi vacandi. *Ex vita Sancti.*

Joannes militiae periculis dominum primum dominum suum rediit.

Joannes de Deo suæ fortunæ, & casuum, qui in Regis exercitu sibi contigerant, peractas apud veterem herum suum sese recepit, ibi pristino patriis

fortis munere perfunctorus, ratus se ibi aliquam inventurum esse requiem, & facilius salutem suam operari navaturum. Verum quamprimum vitæ hujus rationem perhorruit, & sciens Cæsarem in Turcas bellum gerere, arbitratus est, hanc viam esse oblatam sibi divinitus, ut propter Dei motum aliquod pateretur, sibi que persuadebat etiam se martyrii coronam acquirere posse, & hoc pacto præterite vitæ labes eluere. Sed pace cum Infidelibus inita, in Gallciam profectus est, ubi audiit, matrem suam morte confectam eo quod ipsius janitorem fecerat, extremum obiisse diem; patrem vero suum relicto mundo in cænobium quoddam se se recepisse, ubi sanctè humanis decesserat. Nuntia hæc illum permoverunt; & statim sibi exprobrans consilium suum mobilitatem, credidit, se propriæ salutis melius non posse consulere, quam martyrium apud Mauros inquirendo, qua mente trajecit in Africam. Verum ubi ex Confessarii sui monitis intellexit, consilium suum pro tunc fide sanguinem effundendi meram esse illusionem, post plurima pericula, quæ in mari perpessus est, rediit in Hispaniam, ac tandem nescius quid sibi faciendum esset, constituit artem profiteri, in qua nihil detrimenti fibire posset conscientia, & in qua suæ erga proximum charitati satisfacere posset, vendendo sacras imagines, & libros asceticos, ut sibi daretur occasio excitandi proximum ad pietatem sermonibus sanctis, & salutaribus. *Auctores varii.*

Joannes se frustratum videns spe martyrii alterum statuit pati genus per vitæ penitentis austeritates.

Joannes de Deo ab exercitu rediens Martyrii desiderio incensus fuit, sibi que conquirendam esse putavit in regnis infidelium, crudelium quidem, sed propriam manum, qua ipse Jesu Christo immolaretur. Siste gradum innocens victima, excipit cælum vota tua, sed eorum effectum non exigit: jucundum illi quidem est sacrificium tuum, sed aliis te aris destinat. Tuere & zelum hunc qui te agit, & sanguinem, quem offers, nihilominus Martyris; rigores penitentia efficiunt in te, quod tyrannorum sævitia non fecit: & jugi mortificatione explebis ardorem tui desiderii charitatis tuæ officii perfungens. Ita disposuit Deus, ac permisit, ut Angelus, qui Ecclesiæ suæ præest, prohiberet Joannem jamjam in Africam trajicere meditantem. Sanctus hic vir suum flevit infortunium, vita ægrè urens, quam cupiebat amittere, neque aliam nanciscens consolationem, quam quotidie moriendi per martyrii genus, eo accerbis, quod minus tale videbatur. Etenim quo alio nomine appellari posset vita hæc austerior, & laboriosa, ad quam suus fervor illum adegit, efficiens, ut de pagis in pagos, de oppidis in oppida, de Provinciis in Provincias pergeret animas Deo lucraturus? Quo alio, quam Martyrii nomine appellari potest jugis illius abstinentia, jejuniis frequentis, supra modum omnem austeritas? Quo alio, quam Martyrii nomine vocari potest inexplabilis hæc sitis contemptuum & opprobriorum, eo usque ut præ gaudium exultaret, sicuti tamquam mortalium novissimus haberetur? Quo alio quam Martyrii nomine nuncupari potest patientia hæc, quam inter injurias servabat, præbens dexteram maxillam, lavam percutienti, sibi que gloria vertens pro criminibus, quæ commiserat, pati? *P. Simon a Virgine, Carmelita, in S. Joannis de Deo Panegyrica Oratione.*

Obedientia Joannis suo Confessario.

Fidelis hic Servus perfectionem suam in hoc posuit, non ut propriam faceret voluntatem, sed illam Domini sui, non ut viam sequeretur, quam illi suus amor indigebat, sed quam suus illi ostendebat confessarius. Seu ad sublimem sese attollat contemplationem, seu ad simplicia sese ministeria submitat; semper eodem agitur Spiritu. Mortificationes augenda sunt? parat cohibenda? acquiescit, ac sese omnibus, quæ sibi imperantur, subjiciens de propriis diffidit luminibus, ut aliena sequatur; longe alius a falsis spiritualibus, qui suæ tantum libidini parent, qui sensum suum sequuntur; qui se ipsos attollunt in Magistros, & censores omnium, quibus facta sua semper recta videntur, & de alienis temere judicant, licet sancta, & bona

fiat; qui in necessitate bonum operandi, sibi illud elegendi facultatem depoposcent. *Idem.*

Dei Filii intraculis etiam uterentur ad Joannis peractam conversationem.

Status propolæ sacrarum imaginum nondum erat ille, ad quem Deus Joannem vocabat. Ille huic sub pauperissimi pueri imagine apparuit manu tenentis unum granatum, e cujus medio crux prodibat, eique hæc verba protulit: *Joannes de Deo Granata erit crux tua.* Ad hæc verba Joannes consolatione fuit cumulatus, sed tunc mysterium assecutus non est; sed ubi Granatam pervenit, audire quam primum voluit sermonem celeberrimi doctoris Joannis Abulensis, qui passim Andalusie vocabatur Apostolus. Ipse perattente sermonem hunc audiente, Deus qui huc illum adduxerat, in corde illius adeo perfectam peccatorum suorum excivit contritionem, ut Templum omne singulis, clamoribusque repleverit. Tundebat pugnis pectus suam, faciem unguibus lincinabat, allidebat caput in parietes, & egressus per vias, & compita insanientis more discurrebat, clamans incessanter: *Misericordia, Domine, Misericordia.* Omnes arbitrati sunt hunc de sano mentis usu esse detubatum, adeo bellicæ actiones suas ad insaniam speciem conformabat, ut omnes in hac sententia confirmarentur. Itaque Joannes sese in terram prosternebat, in luto se volutabat, crines, barbamque sibi convellebat, faciemque suam usque ad sanguinis effusionem fovebat. Nihil ultra fuit opus, ut circum ipsum innumerabilis populi turba addensaretur. Nobiles illum monstrabant digito; pueri post illum cursabant, & iridebant; multi eum pugnis tundebant, Joannes ita per totam urbem transiit, quin quereretur de contumeliis, quibus proscindebatur. Ubi domum suam pervenit, brevi arcam tabernaculi suam exhausti; omnes profanos libros laceravit, eos qui de pietate agebant, volentibus distribuit; vestes etiam abjecit suas, & obviis pauperibus divisit. Omnibus spoliatus, iterum per vias tamquam insanus cucurrit. Denique comprehensus fuit, ut ad Sanctum de Abula Sacerdotem adduceretur, qui cum sermone suo asserat hanc pepisset dementiam, par etiam eidem auferenda passim judicabatur. Magnus hic vir cum eo seorsim locutus, causam intellexit, propter quam se dementem simulaverat Joannes, & agnovit meritum hujus simplicitatis, & humilis hujus penitentis constantiam admiratus est; & ratus fore ut hæc humilitas non alios habere effectus, satis arbitratus est magnam illi in Deo inspirare confidentiam; & pollicitus illi protectionem suam, permisit eidem, ut in sua penitentia perseveraret. Joannes itaque putans se se nunquam satis humiliari posse, ita in incepto persistit, ut in insipientium nosocomium amandandus censeretur. Ita cum illo actum est, & saepe crucentatus fuit, ut a dementia ad sanitatem revocaretur. *Ex variis auctoribus.*

Quomodo in hac imitata insaniam hereticam penitentiam, & profundam exercuerit humilitatem.

Vix detentus fuit hic penitens, qui judicabatur insanus, cum ferreis pedicis, manicisque obrutus fuerit. Spoliatus fuit, virgis cæsus, corpusque ejus undique lincinatum, ut dolor ipsum vocaret, & ab astricta phrenesi liberaret. Sed cupiditas aliquid sustinendi pro Jesu Christo illum prohibuit, ne adeo celeriter recti sensus præberet indicia. E contra novas prætulit insanie species & locum præbuit credendi, se quotidie magis insanire. Ausus est etiam eos, qui nosocomio præerat, corripere, eisque suam exprobrare sævitiam erga pauperes, ut in caput suum graviora supplicia congeneret. Administratores irritati jusserunt, illum ætiori custodia premi, ac severioribus cruciatibus affici, non tantum propter ejus insaniam, sed quia ipsorum agendi rationem corripiendam esse censuerat: & affirmare possumus ea in occasione sitim passionum, & mortificationum in illo expletam fuisse, adeo inhumanè exceptus fuit. Illud vero magis videtur mirum, quod toto hoc tempore nullum edidit impatientiæ signum, neque de illis conquestus est, qui medicinæ, & curationis causam præterentes, libidinem explebant suam, & ultionem in ejus corpore exercebant. Quia immo illos excitabat ad

evo.

evomendum in ipsum furorē suum, ita ut tandem corpus ejus sub hoc crudeli supplicio succubuerit, & ad incitas fuerit redactum. Ex Sancti Vita.

Profunda ejus humilitas, & obedientia consilii directoris sui.

Sacerdos Abulensis factus eorum de crudelitate, quæ in penitentis sui corpus exercebatur, se ad nosocomium contulit, cumque invenisset affectum hunc insanum in extrema virium infirmitate, vulneribus coopertum, & in stramine culcita male facta jacentem dixit illi; tandem esse tempus ex voluntaria hac dementia emergendi, & satis diu penitentiam ejus durasse. Statim ac recessit Abulensis, dicto paruit Joannes, recepit rationis usum, quem ad tempus dissimulare voluerat, ut Salvatoris passionis, & humiliactiones imitaretur. Spiritus ejus repente visus est tranquillus & placatus, quæ res stuporem iniecit administratoribus, eosque summa affectu lætitia. Ubi convaluit, difficile esset inuenire, quantum edificaverit adstantes igitur sermonibus suis. Ad eos magno cum zelo verba fecit de extremo Judicio: neque satis illi fuit de pietate loqui, ipse etiam agere incipit, tanto fervore pauperibus inserviendo operam dedit, ut ignaviores excitaret. Verbo, tantam erga omnes præferebat suavitatem, ac moderationem, ut nemo satis admirari posset mutationem tantam. Hunc finem habuit stultitia Joannis de Deo, qua usus est tantum, ut se coram hominibus humiliaret, & melius suam absconderet penitentiam. Ex Sancti Vita.

Joannes de Deo divino afflatus fuit lumine, ut se pauperibus inservendis, ac juvandis devoveret.

Quemadmodum noster Sanctus in mente Dei destinatus erat, ut recens esset ornatus, quem tempore suo Ecclesie daturus erat ad molliendam divitum erga pauperes duritiam; Charitas J. C. quæ magnum hunc Virum urgebat, illi afflavit consilium quacumque ratione illos juvandi, quapropter credidit sibi ad molestum hoc ministerium evocato, omni mora sublata manum operi statim esse admovendam. Itaque iis percitus sensibus, quos nobis mundi Salvator in Evangelio reliquit, & fidei suæ oculos protendens ultra vilem hanc speciem, & contemptibilem formam, quæ oculos nostros afficit in pauperibus: Joannes de Deo sibi intus dicebat; numquid nullo mihi esse possunt in discrimine pauperes isti derelicti? Numquid amare possum Caput, quin diligam membra? Et si Charitas Christi urget me, charitas proximi potest non urgere? Occupatus hac cogitatione, a qua nunquam animum amovebat, respicit se tamquam hominem propter charitatem natum, & propter difficillimam charitatis ministeriam. Sed quam fuit hujus charitatis extensio in corde Sancti hujus? ullos ne illi cancellos constituit, nisi cum eam laetius proferre non valuit? Quinam obices ardoris illius adversari non sunt? Sed quidnam illi officere potuit? Cumque hæc eadem charitas sexcentis ex locis cum peteret, numquid unquam repulsum passa est? Cumque ille veller amplecti universa, nam quidquam excidit illi, nisi cum temeritas fuisse illud velle retinere? Charitas ejus semper fuit ardens, sed semper in ardore suo temperata: Semper oppugnata, sed semper victrix; semper acer, semper sollicita, sed semper intra officii sui cancellos se continens; semper contradictionibus exposita, & semper superior iis omnibus, quæ ad casum illius inhibendum suscipiebantur. Ex Sermonis Manuscripto.

Quæsi faceret Joannes de Deo operi pauperibus, & iustitiam præstitam.

Hæc miseratio, ac tener affectus erga alienas calamitates, quem charitatem dicimus, nonne semper increvit in anima Joannis de Deo per ea lumina, quæ eidem infundere divina placuit Providentia; ut officium, ad quod divinitus evocabatur cognosceret? Deus te adhuc integra per gratiam suam illi significavit quid ab ipso veller, ut suis responderet consiliis. Ostendit ei quidquid illum confirmare debebat in sancto hoc & laborioso munere, neque celavit cum quidquid ipsam poterat deterere; reprehensiones, fastidia, amaritudines, labores, omnia illi fuerunt aperta. Heu! equidem scio, magnus hic Sanctus aiebat, in be-

ta illa animi affectione, quam in eodem exciterat gratia, ut oblatam sibi vitæ rationem ingrederetur; scio infinitos labores, qui necessariò conjuncti sunt cum glorioso munere, ad quod me destinatas Domine; munus abjectum si spectentur illi, circa quos zelus meus est exercendus; sunt enim pauperes, ægri, miseri, sed gloriosum munus, si spectetur ille, cui operam meam locaturus sum in pauperum persona. Deus meus, & Salvator meus, quam bene hic status, pergebat Joannes, cum meo corde consentit, & convenit amori meo. Sermo MS.

Plenus hac cogitatione, qua consolatione summa perfundebatur Joannes de Deo ne momentum quidem cessavit. Ergo ad servendum Jesu Christo in membris ejus vocor, ait. Heu quanta mihi inceder gloria! sibi factum putabit, quidquid pro suorum minimo faciam? Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Illi optulabor, opem ferens miseris, quibus nihil inest, quod nausam creet. Ad hoc verbum charitas illius excitatur, incenditur, inflammatur. Semper secum recogitans sibi a Deo creditam fuisse pauperum curam, & se in locum illius susceptum fuisse, ut esset Providentiæ suæ supplementum, non distinguit amplius fratrum suorum miserias a suis. Quis infirmatur, dicere poterat cum S. Paulo, & ego non infirmor? Quis ægrotat, & ego non languo? Quis pauper est, & ego paupertatis incommoda non experior? Hoc animatus spiritu quoniam ardore querebat occasiones de omnibus bene merendi? Cum verbò obrutus eorum multitudine, qui opem ab illo imploraturi confluabant, non poterat omnibus pro voluntate sua facere satis: Deus, Fratres mei, dicebat illis, qui occultissima cordium secreta scrutatur, est mihi testis, quomodo capiam omnes vos in viscibus Christi, & quanta exultarem lætitia, si omnibus satisfacere possem Idem.

Idem argumenti.

Matth. 25.

2. ad Cor. 7.

Joannes oppressus multitudine pauperum undique confluentium opem ab illo imploraturi, aliis facit, quod sibi facere non potest. Petit, hortatur, urget; quocumque se vertit ad illorum ærumnas significandas; & charitate actus tanta vi loquitur, ut durissima quæque corda molliat, eaque omnia sibi concedere cogat. Itaque Magnus hic Sanctus dicere consueverat, sibi, ex quo a Jesu Christo constitutus fuerat Apostolus misericordiae, & charitatis Concionator, sibi inquam in id unum incumbendum esse, ut fratrum suorum prospiceret necessitatibus; idque potissimum, ex quo illi Deus intus significaverat, ad ipsum dirigi illa Prophetæ verba: tibi derelictus est pauper. Hac de causa Sanctus hic habendus est tamquam pater, & patronus pauperum, publicus veluti asylus, & generalis miserorum conventus, tamquam tutissimus portus, in quo post terribissimas infelicitissimæ paupertatis procellas tandem quiescunt, ac fruuntur, malacia, quam Sancti hujus nostri Charitas illis procurabat, tamquam homo, quem divina hæc virtus multiplicem facit, atque pariter in tot munera, quæ alii centum obire non possent; tamquam homo universalis, qui solus universo sufficit mundo. Idem.

Quo pacto Joannes vocacionem suam impleverit.

Post hæc nonne jure Joannes de Deo Misericordiae Apostolus, & Charitatis præco nuncupari potest; quandoquidem ævo suo curis, & virtutum exemplis id faciebat, quod olim Apostoli ministerium suum obeuntes. Misericordiam in plateis palam prædicabat tanto fervore, ut omnibus persuaderet virtutis hujus praxim, ipsi etiam qui durissimi erant, veluti cum ex locupletissimo mercatorem mutuam petiit non mediocrem auri vim in xenodochii sui necessitates erogandam. Cum enim ex eo mercato cautionem peteret pecuniæ, quam mutuam dederat; utique, Joannes de Deo, offerens illi crucifixum ait, ecce cautionem, quam tibi do; hic mihi erit vas, & sponfor. Ita locuti sunt Ecclesie Patres, Chrysolomus, Augustinus, cum dixere, Salvatorem cautionem esse elemosynarum, quæ erogantur. Quod si quaeris, quis cautionem

Joannes de Deo jure vocari potest præco, & Apostolus hujus Christi.

hanc confirmabit, & quis in se recipiet restitutionem illarum reddo, eundem esse restitutum: Idem restitutor, ac debitor. Illud verò in hac Joannis de Deo actione mirum est, quod Crucifixus Mercato-ri apparuit lumine cœcens, quasi ad confirmandam cautionem Servi sui, qua se perfolurum spondederat, & ad obligandam gloriam suam in hujus contractus executione. Non igitur desunt nobis thesauri, & bona fratribus juvandas, sed charitas, quia in se ipsa, & in Dei omnipotentia inexhaustos invenit fundos. Bivoat.

Joannes tandem triumphat de obiectis, quos mundus ejus confectis obiecterat.

Joannes de Deo tandem satis felix fuit post tot obices, qui eidem adversari sunt, & post tot prælia, quæ sustinuit, ut viderit tempestatibus subsecqui malaciam, & turbis diuturni, ac pertinacis belli pacis dulcedinem. Et profectò omnes ita illececi fuerunt humanitate, patientia, humilitate, & charitate Joannis de Deo, ut crediderint sibi non esse satis oculorum, ut illum viderent, & satis linguarum, ut cum assiduis laudibus celebrarent, satis cordium, ut illum amarent, satis divitiarum ut illius xenodochium locuplerarent, ac certatim juberent extrui domum amplio-rem, & ædes commodiores, atque solatium aliquod pauperibus ejus conferrent. In id unum intenti sunt omnes, ut reparant injusta judicia, quæ de eodem conceperant, ut dolerent non antea virtutem illius cognovisse, ut admirarentur ejus constantiam, quæ tot prælia sustinuit; ut palinodiam canant, & illius quodammodo sarciant existimationem, ut prostentur nonnulli insignem sanctitatem virum tot procellas sedare potuisse, & quemadmodum nulla fuit unquam charitas magis oppugnata, quam charitas ipsius; ita nullam unquam magis victricem exitisse. Antonias, Martinus, & Petrus Velasco, irreconciliabiles illius inimici conversi sunt, & ex lupis facti sunt agni laboribus Joannis de Deo: Alter Abula crudelissimus ejus persecutor, sese ejusdem obedientiæ subjecit, postquam illum ex mortuis avulsi; Sebastianus Arias, hi summi viri, qui mox firmissima fuerunt Ordinis sui columnæ, postquam illum calumniari fuerunt, nonne haberi possunt tamquam trophæa erecta ad gloriam charitatis magni hujus Sancti? Sermo Manuscriptus.

Joannis ardor in cura infirmorum.

Inauditus ardor Joannis de Deo, ut institutum a se nosocomium pauperibus repleret, non prohibebat quominus solertissimus esset in iis omnibus comparandis, quæ illis erant necessaria. Illis victum procurabat, quem ipse ministrabat præstitis horis. Tempus captare norat, ut illos resiceret, qua in re medicorum parebat imperiis. Omnibus diei momentis aderat, neque ardebat unquam, quo minus præsto esset. Ex illius manu fere semper recipiebant ea, quibus indigebant; cum enim paucissimi tunc essent, qui zelum ipsius imitarentur, opus erat, ut omnia ordinaret, ut in jugi versaretur actione, ut omnibus agrotantium necessitatibus satisficeret, & multiplici rerum varietate occuparetur. Ita vir hic plenus Charitate explebat ardorem zeli sui, & quin deterrerent illum labores, quos fere semper solus exaurire debebat; ita rebus omnibus prospiciebat, ut nulla pauperibus deesset opera, & solatium. Ex Sancti vita.

Nulli erant miseri quorum Joannes non miseretur.

Joannes xenodochium patebat omnibus, & admittebatur quicumque accederet. Hinc quidem videbantur mortales febri ardore consumpti; inde verò claudi, saucti, paralitici. Qui ulceribus aliisque morbis laborabant, admittebantur. Nemo rejiciebatur, nec querebatur, utrum qui cubilia depolsebant, oppidani essent, an rustici. Verbo. Satis erat agrotare, & aliquo laborare incommodato, ut in adibus illis exciperetur. Si quando accidebat, ut pueri præ nosocomii foribus exponerentur, libenter eorum curam suscipiebat, atque curabat, ut alerentur, & pie educarentur; nihilque prætermittebat, ut parentum defectui, atque inhumanitati suppleret. Tot bonorum operum, tantæ charitatis rumor crebri per finitimas percrebuit provincias, & brevi factus est miserorum omnium perfugium. Ad ejus nosocomium omnia

mortalium genera videbantur confluere; viduæ; orphani, pudibundi pauperes, senes non amplius labori pares; agricolæ procellis ad egestatem redacti; mercatores, quorum defecerat fides; mortales, quibus non erat, unde intentam sibi vitam sustinerent, vel qui aliis diem dicere cogebantur, ut bona sua recuperarent. Omnes hilari facie recipiebant quæ testatur ipsum malis eorum condolare. Eos consolabatur, ad patientiam hortabatur, ac suadebat, ut in sanctum usum suas ærumnas converterent; mox verò illis, quæcumque poterat, subsidia procurabat. Ex vita Sancti.

Illud verò admirabile est in Joanne de Deo, quod variæ occupationes quibus distinebatur, minime cum prohibebant, ne iis curis vacaret omnibus, de quibus nuper locuti sumus. Antequam domo pedem ferret, in ordinem omnia disponere, & singillatim præcipere, quæcumque se absente erant faciendæ; & domum reverfus singulos invisebat agrotos, eos solabatur, illis deserviebat, quærebat ex illis, utrum essent contenti, & utrum re aliqua indigerent. Deinde quoniam consideraret utrum defessus esset per urbem redibat ad multam usque noctem mendicaturus. Ita Charitas illum cogebat impendere tempus suum, labores, valerudinem, ipsamque vitam in proximi utilitatem. Nullam carpebat requiem, semper erat in motu, & ubicumque bonum aliquod faciendum erat, illic aderat. Omnia vitæ suæ momenta fratrum suorum commodis dicata erant; sibi deposcebat in xenodochio quæcumque difficilia erant, aliis relinquens faciliora, ac minus molesta. Præ manibus sexcenta illi semper erant negotia, & nihilominus totum sese illi dabat, qui ad ipsum confugebat. Semet tamquam pauperum omnium patrem respiciebat; de illis unicò cogitabat; pro illis sollicitus erat, & sui oblitus curam, tempusque suum trans mittebat, ut illis omnia procuraret solatia, ita ut in infirmitatibus suis magis suavem, & commodam inveniret rationem, quam alibi ubicumque inveniret. Ex Sancti vita.

Alia occupationes Joannis de Deo non prohibebant quominus omnibus, & singillatim præcipere, quæcumque se absente erant faciendæ; & domum reverfus singulos invisebat agrotos, eos solabatur, illis deserviebat, quærebat ex illis, utrum essent contenti, & utrum re aliqua indigerent.

Cum innumeri pauperes ad Joannem confugerent, & propter multitudinem eorum, qui opem ab illo petebant, argentum deficeret, non oblitus documenti sibi a Confessario suo de Abula traditi, neminem dimittebat, sed pro illis ad eos se convertebat, quibus esset iisdem optulandi facultas; nullum negligebat ex bonis operibus, quæ divina illi exhibebat Providentia, & ad divites tanta vi, & unctioe loquebatur, ut fere semper eisdem in sua desideria pertraheret.

Joannes de Deo alios etiam ad charitatem exercendam impellit.

Hispania tunc dominabatur Philippus II. qui Castellæ princeps tantum appellabatur, quia vivebat adhuc Carolus Quintus illius pater. Joannes de Deo notus erat aliquibus illius aulæ viris, qui Granatæ illum viderant. Hi de illo ad Principem verba fecerunt, qui etiam illum cupiit videre. Ex quo coram admittus fuit, Joannes in genua procubuit, eumque salutavit verbis christiana simplicitate dignis, quæ adeo Principi placuerunt, ut sese ad ipsum relevandum dimiserit. Hinc in secretum penetrale illum adduxit, satis diu audit loquentem, & illum dimittens imperavit, ut non modica vis auri pro pauperibus numeraretur. Joannes postmodum adductus fuit ad duarum siliarum Principis conclavia, quæ diu collocata de illius nosocomio, & de ratione, qua illud moderabatur, utraque illum donis cumularunt & generi suo, & pietati congruis. Honoraria quoque eorum ancillæ hominis adpectu suum voluerunt, a quo ita edificata sunt, ut complures pretiosos lapides vendiderint eorum pretium pauperibus Joannis de Deo collaturæ.

Consulte se ad aulam Hispaniæ ut pro pauperibus aliquam opem inveniret.

Tenera miseratio Joannis de Deo erga pauperes agrotantes non patiebatur illum eorum curam negligere in iis, quæ sunt maxime necessaria; videlicet majorem impendebat curam salutis animarum, quam corporum. Quam jucundum spectaculum illum videre horrantem agrum morti proximum verbis igneis, excipientem extremos anhelitus ejusdem

Joannes de Deo non neglegit curam salutis animarum, quam corporum. Quam jucundum spectaculum illum videre horrantem agrum morti proximum verbis igneis, excipientem extremos anhelitus ejusdem

in agone positi, eique serentem opem, ut in spiritu penitentia, & Religionis extremum faciat vitam suam sacrificium? Hoc loco resumens officia spiritus Apostolici, quo semper fuerat animatus, egit, non Medicum solum, verum & Apostolum, & Missionarium relinquens conversionem peccatorum, dum vivunt, sibi mortis eorum tempus reservat, a quo pendet aeternitas. Sermo Manuscriptus.

Nullum enim movet lapidem ut pauperum necessitati- bus subveniat.

Quam jucundum videre Joannem de Deo mortuos offerentem, si minus cum pompa saltem juxta communes Ecclesiae ceremonias. Quod spectaculum illum videre nocte concubia incidere, sportam humeris, manibusque vasa gestantem ad populi cleemosynas colligendas, idque per imbres, ventos, aliasque caeli injurias, elata voce clamantem: Fratres, redimite animas vestras cleemosynis. Quid gratius, quam offendere virum hunc humeris suis infirmos, quos secus viam reperit, deferentem; sed quoniam corpus ejus jejuniis, vigiliis, austeritatibus attritum est, satis crebrolabatur sub tam gravi sarcina, & Charitas sua illi vires ministrat, ut surgat. Dicamne vobis Charitatem Joannis factam esse Angelis simul, & hominibus spectaculum; urbes Granatae spiritibus ad illius zelum explendum omnes infirmos suos misit; saucios omnes, claudos, viduas, & orphanos, senes, & pueros delictos in xenodochio illius asyllum nactos fuisse? Dicamne Angelos illi adjuvatores fuisse pauperibus deservienti, & Salvatorem ipsum eidem apparuisse sub imagine pauperis aegrotantis, pallidi, atque deformis, quem cum Joannes humeris impositum in nosocomium detulisset, abluens pedes ejus, cognovit ex cicatricibus, & facie coruscante. Sermo Manuscriptus.

S. Joannis de Deo eum non iam moribatur in solis pauperibus, sed ad omnia opera bona se extendebant.

Prater pauperum, & aegrotantium curam, quibus Joannes de Deo se penitus devoverat, zelus ejus ad omnia honorum operum genera extendebatur. Pecuniare illi donum erat ad favissimos inimicos conciliandos, & lenitate sua proprios convertebat, & Sanctos faciebat. Avenas, & peregrinos recipiebat, eosque per urbem conquiebat, ut suam domum adduceret. Incomparabili ardore studebat Virginitatis honestati, quae periclitabatur, carumque necessitati ferebat opem. Ipsa etiam invisitabat lupanaria, ut perditae famae mulieres a libidine revocaret; eisque peculiariter invigilabat, ne ad pristinas sordes revertentur; abunde ministrabat quae ad victum illis erant necessaria, & si inventiri poterat occasio, honesto in matrimonio eas collocabat. Conciliabat etiam dissidentes; obsecratos, ac solvendo imparos cum creditoribus conjungebat, efficiens ut dato equissimo ad solvendum spatio ex alieno aere emergerent. Ille crucifixi imaginem manu gerens per publicas plateas, & compita exibat prohibitorum juramenta, & scelera, quae patrabantur. In carceres usque descendebat, ut homines perditos, ac desperatos salutis pertraheret ad Deum, eisque bonam mortem procuraret. Nullum fuit denique bonorum operum genus, quod Joannes de Deo, non exerceret; quae si singillatim profeceremur, singula integrum requirerent Panegyricum.

Docent Sancti Patres, Marthae, ac Mariae munera raris in una, eademque persona conjungi, & cum quis Marthae secutus exemplum actioni vacat, non esse admodum parem contemplationi cum Maria; exteriora quippe, quibus animus applicatur, interiorum animam requiem perturbat. Mirum igitur est, quod cum Joannes semper in actione versatus fuerit obrutus negotiorum multitudine, & varietate, quibus undique ita premebatur, ut vix liberum duceret spiritum, semper tamen orationi vacaverit, & quibuscumque negotiis urgeretur, numquam vel suae devotionis exercitationes intermisit, vel meditationum suarum fervorem laxaverit. Longo usu habitum sibi comparaverat Deum adorandi in omnibus creaturis; quicquid accidebat in mundo, nova illi praebebat Meditationum argumenta. Cum per urbem graderetur, in omnia Tempora, quae patebant, ingrediebatur ibi Salvato-

rem in altaris mysterio adoraturus; & nonnumquam ibi diu morabatur in extasi, ex qua sese colligens recedendo dicebat, Dominus meus nunquam amittit tempus suum, manens nobiscum. Somno quodcumque poterat temporis spatium subtrahebat, ut illud orationi, ac meditationi impenderet. Interdum pro pauperibus suis operabatur, noctu vero, quin requiesceret, sanctae huic exercitationi vacabat. Non solum assidue precabatur; sed preces illius tam ardentes erant, ut pluribus in occasionibus uberes lacrymarum imbres ex oculis ejus elicerent, ut, quae emittebat exspectore suspiria, procul exaudirentur, & sepe ille incidere in extases, quae omnes admiratione afficiebant. Oratio ejus adeo valida erat, ut omnia in orationis materiam converteret. Ad Salvatoris pedes praeteritos descebat errores omniumque peccantium flagitia. Orandi studio, & lacrymarum dono enituit. In hoc liberet sequebatur motus amantissimae teneritudinis suae; & uberes lacrymae, quas effundebat, non ex illius imaginatione, vel sensu fluabant, sed ex corde propter meditationem Jesu Christi vulneribus faucibus, vel magnum Dei, a quo se videbat distitum, & cujus conspectum cupiebat, crebro dicens cum David: *Fieri mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habito cum habitantibus Cedar, qui de Caesariis Jerusalem nequaquam mihi loquuntur.* Lacrymae illius uberior fluabant, cum divitum cogitabat duritiam, qui fide vacui, minime transferunt suos thesauros in caelum ne pereant; cum illos intuebatur deperite divitias, cum interim pauperes fame, ac siti interirent. Objecta haec adeo sancta erant causa assiduorum lacrymarum, & frequentissimum orationis ejus argumentum. Facile ex Sancti hujus exemplo liquet, nequaquam impossibile esse munera Marthae, ac Mariae simul conjungere, & fatendum est, Joannem de Deo in hoc gratias obtinuisse prorsus singulares; & illum esse posse exemplo, non solum iis, qui variis Mundi conditionibus distinentur, verum iis etiam, qui vitam ducunt semotam, & eremiticam. *Auctor Recessus.*

Ejus confidens in bonitate, & providentia Dei.

Quicumque attentius vitam S. Joannis de Deo in variis vitae ejusdem circumstantiis inspexerit, fatebitur illum semper peculiarem in Deo habuisse confidentiam. Duos, & viginti natus annos, reliquit domum hominis, cui famulabatur, & qui illi non sperendam pollicebatur affinitatem, & maluit vitam ducere pauperem, ac laboribus addictam, quam sese mundo implicare, sperans, se a divina providentia nunquam iri derelictum. Aliquot annis post aures noluit praebere avunculo suo, qui pollicebatur, se illum ex arte haeredem scripturam, & solum veritititum quocumque divina illum adduceret providentia, non cogitans aliud nisi Deo jubenti parere, ejusque sanctam aequi voluntatem. Sed praesertim in valedictionis sui curam nitidius ejus apparuit confidentia; cum enim pauper esset, & sine praesidio, nihilominus alendos suscepit innumeros pauperes, & aegrotos; nec veritus est subire potius, quod ditissimorum vires superare videbatur. Spei respondit eventus; plurimis enim miseris ad illum tanquam certum asyllum confugientibus; Deus semper illi non vulgaris suggerit subsidia, tunc cum majores ingruebant necessitates. *Ex Sancti vita.*

Ejus penitentia, & austeritas.

Dicere, Joannem de Deo magni xenodochii curam suscepisse, idem est ac brevissimis verbis innuere, illum austerissimam, ac penitentem duxisse vitam; quid enim fingi potest hoc munere gravius, atque molestius? Tamen Sanctus noster etiam post Nosocomii sui institutionem singulares austeritates exercuit. Passim singulis noctibus singulas dabat horas somno, reliquum in orationibus, ac laboribus insumens, atque dicere confueverat, spiritus inertes, & oscitantes Deo esse inutiles. Marta super terram extensa illi erat pro cubili, lapis pro cervicali, & pallium tritum pro stragulo. Caput semper apertum gerebat, quamvis imbres laberentur, furerent venti, & omnia gelu adstringerentur. *Antiquorum*

Antiquorum Penitentium exemplo omnia itinera sua pedibus peragebat; nunquam ascendebat equum, neque alia vectura utebatur, tunc etiam cum maxime defessus esset, vel cum anni tempora magis erant inclementia. Itaque saepe aliquo afflictabatur morbo, & pluribus in locis visa sunt ejus crura livida, & evanescere pedes; cumque a Regis aula rediit, quod se mendicaretur pro suis pauperibus contulerat, notatum est; caput illius, collum, & faciem decorticatam fuisse propter nimium calorem, quem in itineribus suis pertulerat. Attamen nunquam de re ulla conquestus est, quoniam pati gaudebat, atque corpus suum sive aestu, sive frigore mortificare oblectabatur. *Ex Sancti vita.*

Magna Sanctorum nostri in Deo confidentia in institutione Xenodochii Granatensis.

Carnis prudentia, temeraria illa divinarum rerum interpretes, ferre non poterat, quod Joannes de Deo pauper, omnibusque bonis nudatus tantum opus aggredi auderet, quod toto caelo viribus ejusdem majus videbatur. Sed quid respondit Joannes Granatensis Archiepiscopo, ad cujus tribunal accessus fuerat, ut operis incepti rationem redderet? Quod aggredior, ait, Audax tibi videtur; at quid facere non valeo cum eo, qui mea fortitudo est, atque praesidium? Valetudinarium, ad cujus institutionem contendit, opus Dei, non meum est; per illius potentiam, non autem infirmitatem meam judicandum est illum absolurum iri. Ille hanc mihi mentem injecit, ipse operi dabit benedictionem, si ad ejusdem gloriam edificaverit. Hominum corda sunt in manibus ejus; ille haec, quocumque ipsi placitum fuerit, circumagere potest. Oraculum ejus locutum est; Abula, homo hic virtute, & meritis clarus, Abula inquit, Minister ejus, & interpretis voluntatum illius in me, palam locutus est: quid mihi metuendum est, & illi obtemperans in quo deficere possum? Certus sum, hoc Deum velle. Hoc acquissima confidentia mea est fundamentum. Quod creptum opus beneverat, an male, quid ad me? Ego quidem sentio non frustra me ad hoc evocari. Fratrum meorum erumnas intueri non possum, quin me misereat. Er nihil intentatum relinquam, ut inde illos eruam. In aliorum sacculis inquirendum erit, quod in meo non inveniam; mihi spondor erit Providentia, & ubi mutabor pro aegrotantium necessitatibus, vas, & cautio erit mihi Jesus Christus. Exhaustientur brevi thesauri mei; facilius duritiam sectere non potero, Domine, inquit Joannes, hoc tuum erit; nihil praetermittam eorum, quae in me erunt, reliquis ipse prospicies. Agitur de te, quia agitur de membris tuis; potestne illa non amare? Dixisti, quodcumque uni ex minimis meis feceritis, hoc mihi feceritis. Sufficit. *Sermo Manuscriptus.*

Injux argumenti consideratio.

Cur nobis non aequae ac Joanni de Deo persuasum est, pauperes verè esse membra Christi Jesu? Heu! si aequae, ac illi, nobis haec veritas esset probata, na illos summa complecteremur benevolentia; honori nobis veteremus illis servire, illos invisere, consolari: nostra illis bona impertiremur, & abstineremus sumptibus vel superfluis, vel noxiis, qui nostram explent ambitionem. Charitas nostra semixincta, iterum accenderetur; pauperum miseris afficeremur; nos nobismet dicere, ad amorem nostrum sciendum; non agris tantum, sed Salvatore nostro operam impendimus nostram; xenodochium, quod intuemur, non est domus simplex, ut alia, sed verè Domus Dei est, qui illam aspectu suo consecrat, nobisque cum venerabilem reddit propter bona, quae ipsius Dei Filio in persona pauperum sunt. *Sermo Manuscriptus.*

Causa mortis ejus ad mortem praeparatio.

Pro Ecclesiae bono, & ad fovendam Charitatem in regno Hispaniae fuisse optandum, quod Joannes de Deo plures adhuc annos viveret, sed charitas ipsa fuit mortis suae causa: talis occasio illi fuit. Cum jam incidisset in morbum, & ei nuntiatum fuisset fluminis exundationem auferre magnam lignorum fluxum, aliaque Xenodochii sui mobilia, nulla morbi sui ratione habita, & cubili surrexit, in quo jacebat, & ferum assumpsit unum ex famulis, cujus ope recuperaret ea, quae flumen

abstulerat: sed cum aquarum magna vis comitem ejus abrupisset, Joannis Charitas deliberandi tempus non permisit, & ille statim indutus vestibus suis in aquam se coniecit, nec tamen prohibere potuit quominus miser ille aquis submergeretur. Dolor, quo hoc casu confectus fuit, magnum morbo attulit incrementum, ut minime valens sustinere infirmitatem suam; iterum in cubile suum reverti debuerit. Difficile esset referre sensus pietatis Sancti hujus viri in extremo hoc morbo. Cum Granatensis Archiepiscopo illum in ades suas transferri jussisset, Joannes ibi praebuit virtutum omnium exempla, quae a moriente poterant expectari. Ostendit illi profundam humilitatem, proflans se indignum beneficiis, quibus cumulabatur. Palam a Deo petiit veniam omnium noxarum, quas patrarat, easque coram adstantibus confessus est. Clara, & distincta voce respondit omnibus Archiepiscopi interrogationibus, ac precibus, quas super illum effudit. Testatus est se divinae voluntati esse obsequentissimum, & se nec vivere, nec mori velle, nisi ad nutum ejus, & ut illius mandata faceretur. Verbo, locutus, & operatus est ita christiano more, ut omnia ejus dicta, factaque toridem essent lectiones ad artem bene moriendi tradendam. Ab Archiepiscopo, qui per se voluit illi novissima administrare Sacramenta, interrogatus, utrum quidpiam esset, quod in illa extrema hora sibi exprobraret: Heu, inquit, quomodo mihi non exprobretem ignaviam, & negligentiam meam in eo servitio, quod in pauperum persona Deo praestiti? Proh Deus! Si Sanctus cujus vita tota in pauperum servitio impensa fuit, moriens hoc sibi potuit exprobrare; illi proximo momento, quo illi prodeundum erat ad iudicis sui iudicium, ad recipendam gloriae coronam summis ejus laboribus preparatam, tanta illius exitit religio, & proleperet se non fecisse satis pro Jesu Christo in membris ejus, heu! quid ipsi in mortis articulo dicemus, quibus scrupulis non agemur, cum nobis aperiet Deus hanc inflexibilem cordis nostri erga inopes duritiam?

Modus, & circumstantiae mortis ejus.

Sanctus Ecclesiasticis munitus Sacramentis, neque amplius in se sentiens, quod inquietum teneret, magna flagrabat cupiditate quam citius sacrificium suum absolvendi. De Deo tantum cogitabat, de Deo loquebatur, & jam fidei oculis prospiciens vitam alterius bona, festinabat ingredi in Caesarem Jerusalem. Intelligens vires minui, & instare finem peregrinationis suae, Fratres suos alloqui voluit. Singulos cohortatus est, eisque ostendit, quid ipsis pro Sanctificatione eorum, & pro pauperum famulatu faciendum esset: illi verò dolore correpti non nisi lacrymis respondere potuerunt, se diligentes fore in exequendis mandatis ejus: cumque illis aeger postremum vale dixisset, incidit mox in quandam extasis speciem, quae diu mansit. Adstantes rogavit, ut paulisper recederent, ac se solum relinquerent. Perstitit aliquandiu in admirabili mentis excessu, & cum omnes secessissent, Archiepiscopus privatim illum allocutus est, cumque obtestatus est, ut ingenue fateretur, quomodo se haberet, & utrum quidpiam illi negotium faceretur, ut adferret medicinam. Joannes de Deo, qui verus erat Obedientiae filius, & qui uncto Domini nihil dissimulare consueverat, illi confessus est, se nocte superiori ab Archangelo Raphaelo invisum fuisse, a quo certior factus fuit Deum praesto esse, ut cum illo faceret misericordiam ipsam ex hoc mundo eripiendo; Sanctissimam quoque Virginem aspectu suo illum fuisse dignatam, eique pollicitam futurum ut Angelus Raphael, & S. Joannes Evangelista, qui tunc illum comitabantur, essent Ordinis ipsius, pauperumque ejus Patroni. Denique cognoscens horam suam adventare, quandoquidem mortis hora illi fuerat revelata, & ei strato surrexit, Regularibus se vestibus induit, arreptaque Crucifixi imagine, quam super se gestare confueverat, ad aram in genua procubuit. Ibi lacrymas ubertim effudit, elicitus actus contritionis, & amoris Dei; extrema cum humilitate auctorem vitam



luz adoravit, cumque ita clara, & perspicua voce pronuntiasset, ut ab iis, qui in proximo aderant cubiculo exaudiretur, hæc verba: *Jesu, Jesu in manus tuas commendo spiritum meum*, efflavit animam, & ad recipiendam laborum suorum coronam profectus est.

Ita S. Joannes de Deo, qui dum viveret semper orationem dilexit, orans quoque mortuus est; & quod notandum est; corpus illius etiam post animæ separationem in genua stetit in supplicis mortem, & quodammodo in sua persistit oratione: quandoquidem ex D. Hieronymo in S. Pauli Eremitarum Principis vita, hic situs unus oratio est coram Deo. Unde licet inferre non multos esse Sanctos, qui modo sanctiori mortui sint, & qui majorem habeat rationem cum statu beatorum in cælis, quorum unica occupatio est supremam majestatem laudibus excipere, & adorare. Citra metum affirmare etiam possumus nullum hominem post obitum majoribus honoribus fuisse decoratum. Legentur quidem in historia funera illustriora, & majori cum pompa celebrata seu propter confluentes populos, ac principes, seu propter exteriorem ornatum magnificentiam, sed nullum invenitur, in quo major enituerit reverentia, amor, & dolor: quæ unica ratio est, qua valeat defuncto parentari; cum reliqua inspicienda tantum sint tanquam simplices cæremoniæ, & pompa profus humana.

Prodigia, quæ in Sancti obitu acciderunt, & quomodo omnes civitatis ordines ejus exequias honorarunt.

Neque illud prætermittendum est, quod Archiepiscopo in cubiculum, ubi aderat Sanctum corpus, ingrediente accidit prodigium illi simile, de quo verba fecimus, cum de illius ortu loqueremur; omnia enim urbis æra campana ultra sonarunt, & sonitum adeo tristem, ac lugubrem ediderunt, ut cælum quoque doloris particeps ob illius mortem esse videretur. Hoc signum fuit incolis jacturæ quam faciebant patris, patronique sui; simulque per totam civitatem geminas, & lacrymæ percrescuerunt. Compita Viduarum, & orphanorum ululatibus personabant, quibus victum præbebat. Alii etiam pauperes extremum dolorem testari sunt, & ipsi divites portendebant, Granatam deinceps magna laboraturam miseria; ille enim, cui charitas publica innitebatur, e mundo decesserat. Denique sanctus hic vir tanta erat in veneratione, ut omnia artium corpora, omnes Religiosæ communitates, omnis clerus urbis, omnes Magistratus, & variorum Tribunalium ministri illius funus præsentia sua honorare voluerint, quasi injurias, quibus olim, ad tempus, Sanctum hunc virum affecerant, repararent. *Ex Sancti vita.*

Ejusdem argumenti.

Omnes etiam honores isti modicum est, nisi addatur, mundum universum cognovisse, & enuntiassè virtutem ejus post mortem. Archiepiscopus Granatensis in sacellum convertit cubiculum ubi decessit; alterum quoque ædificatum est, ubi ortus fuerat. Mox ad illius Canonizationem devotum est, quæ a Papa Innocentio XI. peracta fuit; postquam quadringentorum, & sexaginta testium excepta fuisse juramenta, ex quibus innotescebat Sanctum hunc mille, & ultra miracula perpetrasse, & neminem ad illius intercessionem confugisse, qui votis damnatus non fuerit; ita ut donec manebit Ecclesia, donec fideles non deerunt, Joannis memoria futura sit in honore; nomen illius sit observandum, & invocandum, & charitatis ejusdem encomium celebrandum. Pauperes illum semper respicient tanquam Patrem, & patronum suum; Hispania, & præsertim Granatæ Civitas, quæ illius adpectu, atque laboribus decorata fuit, semper se beatam putabit, eo quod testis fuerit ardentissimæ illius charitatis. Revocabit illa summo cum dolore memoriam persecutionum, quas olim eidem contulit, in novissima usque sæcula propagabit memoriam beneficiorum, quibus ab illo fuit aucta, & fatebitur, se credidisse, omnia perdere, cum mors illius felicitari invidens Sanctum hunc virum eripuit. Verum si magnus hic Sanctus terram se non dignam deseruit; tigeles tamen, & præser-

tim pauperes sperandi locum habent, tenerum hunc, & amantissimum miserorum, merentiumque pariter semper in filiis suis victarum, quos Ecclesiæ reliquit tanquam successores suos, & qui tanto cum zelo perseverant eam pauperibus operam præstare, quam antea ipsorum Patres præstiterat.

Quam Sanctum, & Deo acceptum est munus pauperibus subveniendi! quandoquidem hocungebatur Dei Filius, cum nobiscum vivere dignatus fuit. At nonne proprium eorum est, qui se se devoverunt servitio Domini per pecuniariam vitionem, quales sunt Fratres Charitatis? Heu! si quicumque Christianam Religionem profitentur, primum haberent Christianissimi spiritum, hi sane vacarent obeundo muneri, quod est dignum adeo nomine quod gerunt, & adeo conforme legi, quam amplexi sunt. Sed quemadmodum Sacer Textus invenit, cum Christianorum numerus creverit, intercepta charitas in cordibus eorum; & zelus iste adeo refriguit, ut vix superstiti hodierna die aliqua scintilla in piis aliquot animabus, quas adjuro, ut laborem meritumque adeo sanctæ actionis partiantur cum Religiosis, qui se se devoverunt piæ exercitationi ægris pauperibus inserviendi. Hos subinde invitent, & si minus illis suppetet, unde bonis suis illis subveiant; saltem nemo est, qui aliquid non possit afferre solatium, opem ferens in sexcentis necessitatibus, quæ iidem accidere possunt; cum illis bonos Sermones habens, pios sensus illis inspirans, adhortans illos ad patienter sustinenda mala, quæ sustinent, & ad illa convertenda in pretium, quo Cælum sibi valeant comparare. Quot Nobiles Maronæ, quæ pietatem profitentur, acquare possent zelum horum Sanctorum Fratrum Joannis de Deo; sine alia auctoritate præter eam, quam sua illis Charitas præbet, possent distribuere panem verbi Dei familiaribus hortamentis apud miseros, quibus nonnumquam non eget minus, quam corporis esca. Alere possent ægrotantes aliquo vitæ verbo ad imitationem horum Religiosorum, cum illi commune prandium ministrant, illos sanctis munire Sermonibus, eosque ad bene moriendum, & ad æternitatis cogitationem præparare. Nulli sunt atem pietatis sensus, quos illæ his inspirare non valeant. Et sicuti Filio Dei omnia hæc optima officia præstabant in persona pauperum ægrotantium, quas cæli gratias, ac favores sperare non poterunt ab illo, qui palam edixit, se tanquam sibi factum habiturum, quidquid uni ex minimis suis factum fuerit? Infirmorum in nosocomiis visitatio illi toto cælo erit acceptior, quam inutiles visitationes, quas urbanitatis officia nuncupatis; hæc Charitatis actiones post rei domesticæ curam esset munerum vicissitudo, quæ vos sanctè occuparet. Assiduitas in Templis, & prolixis precibus, in qua nonnulla veram statuunt devotionem ad aliquod tempus interpolata, ut simul Marthæ, ac Mariæ confocientur officia, non minus Deo grata esset; immo etiam illi esset acceptior post tanta merita. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Hac in civitate plurimi sunt Ecclesiastici, qui sexcentis bonis operibus occupantur; cur non liceat mihi & hoc illis suadere, nonnumquam veniendi, ut ad Sanctorum horum Fratrum imitationem solentur, erudiant, horrentur, & pauperibus ægrotantibus serviant? Propheta quidam in persona Filii Dei inquit, se a Spiritu Sancto missum esse, ut pauperibus prædicet: *Evangelizare pauperibus misit me*. Zelotes hi ministri Domini hoc ipsum facere poterunt, si eodem spiritu animentur. Immo neque iis labor erit pauperes procul inveniendi; eorum paupertas, & ægrotudines in hunc Sanctum locum conveniunt. Messis est matura, & parata; eos obsecro, & obsecro, ut ad illam demetendam accedant. Sunt Religiosi, quorum charitas nihil nisi occupationem, & munus inquirat; si voluntaria paupertas, quam proficentur, illos ab elemosynis erogandis dispensat, quas alii conferre possunt, optime norunt elemosynam spi-

De munere inserviendi pauperibus, & curia ad exercitulum Fratrum Charitatis.

Ecclesiastici & Regulares hæc præstare melius possunt, quam alii.

ritualem eò pretiosorem esse, quo anima nobilior est corpore, & inter charitatis officia, illa quæ propius spectant ad animæ salutem, ceteris quibuscumque esse præferenda.

Vix dicere possumus Nosocomium in civitate, scholam esse virtutis, domum Charitatis; quia illa ibi nobis omnibus exercetur per omnium bonorum operum praxim non sine purissimis, atque nobilitatibus intentionibus; quippe ratio, quæ nos illuc adducit, est respiciendi Deum in fratre nostro persona, & cogitandi nos illi opellam nostram præstare, cum ægrotantibus deservimus, & tandem pauperibus subvenire secundum pia exempla horum Religiosorum, qui pecuniariam hæc professionem emittunt, omne tempus, curas, sudoresque suos impendendi; ut miseris vario morborum genere languentibus opitulentur. Facile est videre, spiritum eorum occupatum cogitatione serviendi Salvatori eidem, non alium ob finem agere posse; ideoque nihil ultra requiritur, ut animentur ad perseverandum in Sancta hac exercitatione cum omni devotionis sensu, quo possunt, Beati si in actionibus ipsis quæ maxime tumultuose sunt, semper Dei præsentiam tuentur, rati se non solum propter Deum infirmis pauperibus, sed ipsi Deo operam præstare. Ex optimis hæc exemplis facile intelligi potest, aliquando Deum propter proximum esse relinquendum, quamvis melius mihi dictum videatur, Deum propter Deum ipsum relinquendum esse; verè enim Deo hæc impenditur servitium, quæ pauperibus, & ægrotantibus adhibetur.

Fratres Charitatis peculiari voto se adstringunt ad servendum ægris pauperibus, Dubitantium non est ne diligenter ac fideliter hoc munus obeant.

Inde verò Sancti Joannis de Deo, Fratrumque ejus opera reipublica, & peculiariter infirmis pauperibus sit utilior, quod pii Religiosi tor adeo sanctis rationibus addunt obligationem voti, ac solennis promissionis, quæ proficentur, se adeo piæ exercitationi operam navaturos, ideoque illam navant majori cum affectu, fervore, & sedulitate. Profectò liquet professionem, quam emittunt propriam esse caracterem, quo ab aliis Religiosis discernuntur, & quo in stabili situ constituuntur, qui non secus ac Ordines alii, subsister perenni successione personarum Deo tam sancto muneri devotarum: quæ apertissima nota est divinæ providentiæ erga infirmos pauperes omnium statuum, & conditionum: quoniam illa hoc pacto iis præbuit solatium, quod suapte natura æternum est. Ne putetis tamen sanctam hanc exercitationem ita propriam esse illorum, qui ultro sibi obligationem imposuerunt; ita ut alii nequeant, & minime debeant in illius partem accedere. In hoc molesto labore non deest, unde explatur charitas illorum omnium, qui voluerint ejusdem participes fieri. Id genus pauperes sunt publici infirmi; liceat mihi per vos, hoc nomine illos appellare, quoniam publicæ Charitati derelicti sunt. Omnibus indigent; & difficillimum est, ut necessitati adeo generali provideatur, nisi omnes ex se aliquid contulerint; & dicere satis est, hos esse infirmos, atque in hoc statu omni commodorum genere destitutos: ita ut propriè sint objectum actionum omnium charitatis, quæ possunt exerceri; & sanè videtur Dei Filius illos complexus fuisse in exprobratione illa, quam ingeret aliquando illis, qui renerint, vel neglexerint subvenire illi in omnibus necessitatibus: *Infirmus eram, & non visitastis me*; perinde ac diceret, eo in statu ad quem redactus erat, se tot rerum indiguissè pro anima, & corpore, ut necessitas sua latere non posset, ita ut nemo poterit causari ignorantiam suam, neque ullam excusationem afferre, quod opem non ulerit. *Infirmus eram, & non visitastis me*. Addamus ad hæc a sanctis hæc Fratrum Deo servitutum præstari in persona pauperum incomparabili fervore, & fidelitate, ita ut nobis sit iustissima credendi causa,

Matth. 25.

Joannem de Deo, sociosque illius, qui hoc vivendi genus instituerunt, cælesti lumine afflatus fuisse, ut tantum opus servarent, & omnibus laboribus sustinerent, sicuti videmus, ægrotis solatium afferentes in omnibus illorum infirmitatibus, ac necessaria illis remedia ministrantes, eos ad salutem revocaturi. Charitas, quæ animatur, efficit ut ad vivum eorum mala sentiant, qui sunt viventes imagines Filii Dei super terram; ita ut qui libet ex his Fratribus dicere possit cum S. Paulo, *quis infirmatur, & ego non infirmor?* In me met ipso eas experior infirmitates, quibus alii laborant. Nobis igitur credendi locus est, illos nunquam suis deesse officiis, quibus se se devoverunt, cum ea omni cura, & sedulitate, quæ ab illorum Charitate possit desiderari. *Auctor Kæcen.*

Non verebor asserere belluas hominum miserescere, & homines belluarum: sed nos belluis deteriores, licet homines esse gloriemur, homines majori inhumanitate, quam belluas excipimus. Hoc sæpe Joannes de Deo secum cogitabat. Quis nostrum se ipsum colligens, ex se querit, quid fiet de hoc paupere, quem secus viam vidit? Quid illa die ista comedit? Ubi hac nocte quiescet? Itæ pauperes Christiani; alios querite liberatores; maria trajicite, alia climata optate, paupertas vestra majus perugium apud Barbaros, quam apud Fideles invenit. Quenam miseris querela causa est, cum se ita crudeliter vident derelictos? Offrent ne illi pro nobis preces suas, qui precibus eorum aures obstruimus? Optabunt ne nobis bona, qui illos suis malis derelinquimus? An e contra de nostra inhumanitate conquerentur videntes nos adeo sollicitos in iis persecutendis, quæ ad nos minime pertinent, & adeo frigidos, ac inertes in tribuendo illis, quod ipsorum est? Credere ne possunt, divitis, & pauperis eundem esse creatorem, eumque in thesaurorum suorum distributione omnium rationem habuisse? Attendite doctrinæ huic. Vos, quibus aridet fortuna, creditis nullum ad veritatibus premi, vos qui inter delicias, & voluptates versamini, vobismet persuadetis neminem tribulationibus agitari; vos qui omnia possidetis, creditis alios nulla re indigere. Beatus Joannes de Deo, cujus cogitationes sunt sublimiores, & cor nostro ad miserationem propensius, sibi persuaserat, pauperes, & infirmos amicos esse Jesu Christi potentissimos; illius perfectissimas esse imagines, & membra charissima. Cum Sancto Chryologo noverat, Divinum Salvatorem se in eos transformare, & illos in se. Per illorum morbos, & infirmitates intuebatur caracterem magnitudinis, & divinitatis, ut loquitur S. Augustinus, & sub hoc intuitu illos honorabat, amabat, consolabatur, reficiebat, illis manibus propriis deserviebat, & circum illos abjectissima quæque exercebat, & laboriosissima ministeria. Natura ita constitutum est, ut tristes hæcce locos horreamus, ubi paupertas ac morbus conjunctis viribus ad hominis interitum contendant. Vix animum inducere possumus ut illuc pedem inferamus; non desunt unquam rationes, aut colores, qui nos deterreat. Tabidus timetur aer; lamentabiles ejulatus audire, & horrentia videre ulcera formidamus. Aspectum fugimus morientium, cogi nolumus, ut nos mortales esse cogitemus, atque ut nobismet nobis propriam excusamus ignaviam, culpam rejicimus in temperamenti fragilitatem; & ad longè aliam institutionis nostræ rationem confugimus. Joannes de Deo nequaquam levibus hæcce artibus se fecellit; similis nostri secundum naturam, sed nobis generosior secundum gratiam omnium naturæ fastidia superavit, pro viribus suis, immo ultra vires suas egenibus opem tulit, seque voto adegit, ut in eorum ministerio viveret; & moreretur. *P. Simon a Virgine Carmelita in Panegyrico S. Joannis de Deo.*

semperque plerumque fideliter munus ad hoc sustinet & sancti negligenter.

PRO SANCTÆ URSULÆ PATRONÆ SANCTIMONIALIUM URSULINARUM, P A N E G Y R I C O, M O N I T U M,



Opposta duo extrema in Sanctæ hujus elogio evitanda sunt; quorum primum est immoderata, ac temeraria illorum critices, qui quodcumque a priscis Auctoribus de Sanctæ has narratur, inter fabulas censent amandandum; alterum verò priori oppositum eorum est, qui sibi licere volunt admiscere circumstantias adeo a veritatis specie abhorrentes, ut locum præbuerint de ipsa historia, deque S. Ursule, sociarumque ejus Martyrio dubitandi. Medium igitur quod est tenendum, est sequi traditionem Ecclesiæ sensu probatam, & qualem notæ melioris Historici referunt.

Quod spectat ad rationem argumenti hujus pertractandi, reor, quin adeantur loci communes de Martyrio, vel de Virginitate puritate, unde hauriuntur argumenta, que ad tot alias locis ejusdem, que sevisimos periculis cruciatus ob eandem causam, possunt applicari, conandum esse ut proprius Sanctæ hujus caracter inveniat, ea asserendo, quibus inter ceteras maxime elucet, qualia sunt ejus obedientia voluntati Patris sui, submissio Divinæ voluntati propter nuptias adeo oppositas; vita solitaria, & prorsus sancta, quam duxit in Aula, quæ locus est innocentie finestissimus; constantia, quam prætulit, & quam sociis immisit pro fidei, & puritatis sue incoluntate; effectus, quem illius peperit exemplum in tanta Virginitate multitudine, & quæ ad hanc diem perseverat in tot Sanctimonialibus, que de illius nomine nuncupantur, & zelum ejus imitantur in erudiendis adolescentulis, quas alunt ad pietatem. Hæc ea sunt, que in proposito argumento, solidas, & particulares suppeditare possunt considerationes.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Eo quod castitatem amaveris, idea benedicta eris in æterna. Judith. cap. 5.

I.



Equaquam generis sui nobilitati referendæ sunt acceptæ benedictiones, quæ usque in seculorum finem Ursulæ impartientur, sed castitati, quam ita semper coluit, ut infimo quoque generi decorem possit adferre. Quis unquam recentes laudes memoriæ ejus tribueret, si vitæ suæ tempore non aliam habuisset magnitudinem præter eam, quæ infimos oculos mundanorum perstringit? In sepulchro, in cineres redacta, non secus homines ceteri, jampridem alteram invenissent mortem in oblivione populorum, qui de illa non amplius cogitent. Sed Cælo gratiæ habeantur; generi, ex quo illam in lucem edidit Providentia, novit perfectam adjicere puritatem, & hoc illam vindicat ab eo fato, quod plerique terræ principes experiuntur, cum eorum memoria paulatim obliteratur, & tandem amittunt alteram vitam hanc, quam sibi in æternitate famæ pollicebantur, & quam fortasse unice post hanc vitam sperabant. Eo quod castitatem amaveris, ideo benedicta eris in æterna. Donec Jesus Christus in terris veros habeat cultores, laudes Ursulæ enuntiabuntur, quia perfectio castitatis amore flagravit. Quomodo enim anavit ille nobilem hanc virtutem, quæ hominem super se ipsum attollens cum similem facit sublimibus spiritibus, ac super eisdem sublimes spiritus se attollens pervenit usque in sinum divinitatis quasi sponsum fidelibus animabus; secundum S. Cyprianum sententiam? Illa Deum amat

- 1. Amore vigilant, ut eam conservet.
2. Amore efficaci, ut illam inspiret.
3. Amore strenuo, ut illam tueatur. Ejus vigiliantiam deprehendo inter aule scopolos; ut castitatem conservet. Detego efficaciam inter innumerales Virgines, quibus illam inspirat; Denique fortitudinem aperio inter Barbaros, a quorum insulsiibus illam defendit: Hoc est Panegyrici illius argumentum. P. Martini.

Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus. Prov. 31. Licet verum sit, Virginitatem æque nobilem, & pretiosam, ac mollem, fragilemque esse utriusque sexui communem, negari tamen non potest, quominus peculiari jure pertineat ad sexum, cujus ornamentum est, & virtus, quæ in eo præ ceteris in pretio est; communis quippe sententia maximum gloriæ muliebris apicem in illius incoluntate constituit, ita ut ad eam factam rectam servandam, propriam etiam vitam liceat, & debeat impendere. Sin autem virtuti huic adeo mirabili addis zelum servandi fidem, quæ non minus pretiosa est, & quam Sanctus quidam Pater animæ Virginitatem appellat; tunc Christianarum Virginitatem constantiam, quæ ad utramque tuendam martyrium subierunt, & quæ vulgò duplici hoc ex loco lacessitæ fuerunt, ut ex eis plena, & integra referretur victoria; tunc, inquam earum constantia maxime enituit, & Christiana Religio magna producere consuevit exempla, tamquam fortitudinis, & generositatis miracula. Sed inter illas, quæ in propugnandis duabus hæc virtutibus emicuerunt, credo vos mihi oblituros non esse, si unum ex principibus locis Sanctæ Ursulæ tradidero, quæ veluti hereditatio jure affecta fuisset cum fide amorem, & desiderium puritatis; martyrium quod subit utramque tuendam adeo singularibus cum circumstantiis conjunctum fuit, ut minime dubito illi singulariter deferre laudem mulieris fortis, quod gloriosissimum est elogium, quod Spiritus Sanctus per Sapientis os tribuat illis, quarum constantiam, ac generositatem præ ceteris admiramur.

- 1. Quia fidem, & puritatem servavit inter aule delicias, ubi fuit gravissimis periculis obnoxia, inter minas, & pollicitationes militum, qui ad eam fallendam astu, minisque usi sunt; & denique inter terrores, ac præsentiam mortis, quæ illam dimovere non valuit. 2. Quia vis, quam ha-

II.

III.

buit super illustrem hanc Virginitatem turbam, & generose hujus Ducis exemplum omnibus animum addidit, ut gloriosum perferrent martyrium ad suam fidem, & puritatem tuendam. Hoc erit argumentum, & paritio Elogii ipsius.

Adducuntur Regi Virgines post eam. Psal. 44. Trahet secum ad obsequium Domini plurimas secum Virgines. Nemo est, qui in paucis hæc verbis non deprehendat peculiarem S. Ursulæ caracterem; & quamvis illa Spiritus Sanctus protulerit ad Ecclesiam respiciens, quæ, ut distingueretur a Synagoga, inter filios suos instituire debebat virtutem, cujus præcis sæculis superioribus locum non invenisset. Tamen variæ relationes, quæ semper inter Sanctam hanc, & Dei Sponsam omni carentem macula & labe intercesserunt, efficiunt ut hæc spectari minime possit, quominus illius recordatio succurrat. Utraque sunt Sponsæ, Virgines simul & Matres: Si enim Ecclesia Sponsa est per arcem unionem, quæ habet cum Jesu Christo; si per Spiritum suum fecunda est, si per integritatem fidei suæ Virgo est, non ne & Ursula has eandem possidet qualitates; quandoquidem est?

Primum Virgo custodiens puritatem in occasionibus huic virtuti maxime oppositis.

Secundò Sponsa sine labe, quæ nullam nisi cum Deo unionem habere vult.

Tertiò Mater sanctæ fecunda, quæ, ut ita dicam plurimas Virgines parit, quæ illius consilia, & exemplum secuta amabili Salvatori suo puritatem suam integerrimam servavit.

Jure igitur de illa dico, quod Spiritus Sanctus olim dixit de Ecclesia; futurum ut ad Domini sequam plurimas Virgines trahat: Adducuntur Regi Virgines post eam. Jure igitur illam intueor tamquam illustrem Jerosolymæ Filiam, quæ ab omnibus illis sui sexus distinguitur infinito Virginitatis numero, quas Sponsa suo adducit; tamquam divina fax, quæ aperuit oculos tot juvenculis, quæ tranquillè in mortis umbra quiescebant; denique tamquam mystica Stella, quæ educit de naufragio infinitas puellas derelictas, easque feliciter in portum salutis adducit: Adducuntur Regi Virgines post eam. En paucis idea, quæ concipi potest de incomparabili Sancta Ursula, quæ per se, & socias fecit quicquid illustrius, ac generosius fieri possit ad Majorum Dei gloriam. Sermo Anthonis scriptus.

IV.

Mulierem fortem quis inveniet? Proverb. 31. S. Ursula est hæc Mulier fortis, quam Sapientis tanto labore inveniebat. Hoc illa palam ostendit triplici pacto.

1. Strenuè fidem, & puritatem suam servavit in periculis jacturam faciendi in aula passim occurrentibus.

2. Defendit fidem, & puritatem suam, contra sevisimos hostes, a quibus lacessabatur.

3. Exemplo, verbisque suis fortitudinem inspiravit Virginitibus, quæ illam sequebantur, potius per barbarorum manus mortem subeundi, quam duas hæc virtutes admittibiles amittendi.

In triplici hoc statu Princeps nostra triumphat; ostendit virtutem suam contra illecebras Aule, strenuè resistit tyranni illam seducere cupientibus, & per admirabile exemplum, ac verba sua Sociis auctrix est, ut se ipsas tamquam victimas sine macula offerant Salvatori. Biron.

V.

Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de reliquo superest mihi corona justitiæ. 2. ad Timoth. 4. Hæc eadem Apolloli verba de Sancta Ursula dici possunt, quia Deus illi dedit tres insignes Coronas pro illis, quæ in mundo contemperat, & reliquerat.

1. Coronam Virginitatis, quia de carne, & sanguine triumphavit, nec non de omnibus illecebris, ac blanditiis, quæ in opulentiâ, & generis nobilitate inveniuntur.

2. Coronam Martyrii, quia triumphavit de tyrannis, & iis, a quibus in captivitate tenebatur.

3. Coronam Doctorum, quia exemplo verbisque suis hanc Virginitatem turbam, quæ illam sequebatur, Paneg. Tom. II.

tur, erudierit, atque illas persuaserit, ut omnia sacrificarent, & vitas ipsas effunderent pro Jesu Christo. Itaque considerari potest tamquam Magistra Virginitatis, Martyrii, & Doctorum. Virginitatis quidem, quia illas eduxit de Mundi captivitate: Martyrii, quia exemplo suo illas hortata est ad mortem potius subeundam, quam fidem ejurandam; Doctorum, quia illam sibi in Patronam vindicavit. Hæc igitur peculiaris fuit S. Ursulæ gloria, quod non solum mater extiterit infinite Virginitatis multitudinis, quæ utiliter operam impendunt in Christianis Virginitatibus erudiendis, verum etiam plurimorum eruditissimorum Theologorum in celeberrimis Mundi Gynnasibus, cujusmodi sunt Vienne in Germania, Sorbonicum in Gallia, & Combricenses in Hispania, quæ illam sibi Patronam asseruerunt. Ex Meditationibus P. Novet.

VI.

1. Martyrium pro fide, vel alia quapiam virtute sublatum semper habitum fuit gloria Christianæ Religionis, quæ in eo sita est, ut plures habeat fideles propugnatores cujuslibet generis, & qualitatis. Sed illud pethonoricum est, quod circa personarum qualitatem in Sancta Ursula invenitur. Hæc erat ex genere amplissimo, Regis filia, & destinata, ut Regis solium ascenderet. Poterat illa frui aule delictis, & vitam amplecti, quæ illius ortum deceret. Non decrat illi qualitas ulla ex iis, quæ eam in mundo beatam efficere poterant, & nihilominus his omnibus nuntium misit. Hæc re præstat tot aliis Martyrum millibus, quæ non omnes eundem Religionis honorem procurarunt.

2. Martyrium certissimum fuit argumentum non solum fidei eorum, qui Christianam Religionem professi sunt, sed etiam probatissima ratio veritatis Religionis ejusdem secundum illud eisdem Sancti Patris effatum; Nisi vera esset Religio, nunquam sanguine defenderetur. Rationes defumuntur ex amore naturali, quo vitam nostram prosequimur, & ex horrore mortis, ita ut nunquam animam induceret ad illam subeundam, nisi qui integram perfectamque haberet ejusdem veritatis certitudinem, unde infertur, Religionem hanc oportere veram esse, quia mortales ingenio, genere, bonis natura, & fortunæ præstantes illam amplexi sunt cum periculo vitæ, aliorumque bonorum, quæ in terris poterant sperare se esse consecuturos.

3. Martyrium causa fuit extensionis fidei per fecunditatem, quam videtur Deus Martyrum sanguini applicuisse: Sanguis Martyrum, semen Christianorum, Tertullianus inquit. Hæc innouit veritas in omnibus persecutionibus, quas Christiana Religio passa est; plures efficiuntur, quoties metimur, idem Auctor ait. Sed quodnam Martyrium alia plura peperit, ut ita dicam, nisi illud Ursule, quod subsecutum est illud tot Virginitatis Sociarum ejus, quas verbis, & exemplis animavit? Non ne igitur vocari potest Mater tot Martyrum, quot ante se in Cælum præmisit? Hæc omnes circumstantiæ si rite perpendantur, non ne insigne effecerunt Martyrium Sanctæ hujus præ tot aliis, quibus hæc omnia privilegia defuerunt?

PARAGRAPHUS II.

Fontes, ex quibus hauriri copiam potest ad propositas Sermonum structuras exornandis; & Auctores, qui de hoc agunt Argumento.

Historia S. Cuthberti, qui S. Ursulæ Martyrium refert in annum 258. sub Maximino, non autem sub Maximo Tyranno.

Surius, qui fusiori stylo prosequitur historiam Martyrii Sanctæ hujus cum circumstantiis, de quibus plurimi dubitant. Citat verus Manuscriptum Anonymi cujusdam, cujus auctoritatem secutus, hæc omnia vera esse contendit.

Sigibertus, & Ursardus eodem ferme pacto loquuntur, sed quia immoremur recentium Criticorum judicio circa numerum Sociarum Sanctæ Ursule, & alia facta, quorum non omnia sunt certissima.

istudo necessaria, ut Sanctae hujus elogium statuamus, satis est adhaerere sententiae Baronii, & Ecclesiae festum Martyrii ipsius diem celebrantis.

P. Senault Oratorii Sacerdos tomo tertio Panegyricorum.

Biraot. Tomo tertio Panegyricorum.

P. Texier. Tomo secundo Panegyricorum.

P. Le Jenne, ex Oratorii Presbyteris. Tomo 4. Sermonum.

P. Odet d'Allier. Tomo 1. Panegyricorum.

Auctor Sermonum Christianorum. Tomo tertio Panegyricorum.

P. Crasset in libello, cui titulus, Instructio de la jeunesse elogium habet Sanctimonialium Ursulanarum, quorum institutum est, adolescentulis formandis vacare.

P. Novet in Meditationibus suis in Sanctos, unam habet in S. Ursulam pro die 21. Octobris.

Albertus Magnus Sermonem habet pro hac festivitate in illa S. Marthae verba cap. 25. Media nocte clamor factus est; Ecce Sponsus venit, exite obviam ei.

Thomysius Carthusianus alium edidit huic festivitati magis proprium.

Thauleus in eundem festum diem pro themate assumit haec verba: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum hujus Argumenti.

Loci, quae huic argumento deservire possunt.

Adducentur Regi Virgines post eam. Psalm. 44. Eo quod castitatem amaveris... ideo benedicta eris in aeternum. Judith. c. 5.

Certamen forte dedit illi, ut vinceret. Sapient. 10.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Prov. 31.

Multa filia congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Prov. 31.

Omnis gloria filiae Regis ab intus. Psalm. 44. Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Ibidem.

Ducisti me a juventute mea. Psalm. 7.

Dabitur illi sicut donum electum, & fors in templo Dei acceptabilis. Sap. 3.

Confitebor nomini tuo, quoniam adinter factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione, & a lingua iniqua, & a labiis operantium mendacium, & in conspectu adversarium factus es mihi adjutor. Ezech. 52.

Et liberasti me secundum multitudinem miserationum, a rugientibus preparatis ad escam, de manibus quarentium animam meam, & de porris tribulationum, quae circumdederunt me, & a lingua iniqua, & a verbo mendacii, & a rege iniquo, & a lingua injusta. Ibidem.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum; & vita mea appropinquans erit in inferno deorsum; circumdederunt me unaeque, & non erat, qui adjuvaret. Ibidem.

Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erant; memorata sum misericordiam tuam, Domine, & miserationis tuae, quae a seculo sunt, quoniam crucis sustinentes te, Domine, & liberas eos de manibus potentium. Ibidem.

Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis, & in tempore superborum sine adiutorio. Ibidem.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Ibidem.

Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsecit me. Ibidem.

Sapient. modum mater mirabilis, & bonorum memoria dicitur, quae percipit filios conspiciens, bono am-

mo ferebat, propter spem, quam in Deum habebat; singulis hortabatur fortiter voce patria, repleta sapientia, & feminea cogitationi masculinum animum infersens. 2. Machab. c. 7.

Quid queris, & quid vis discere a nobis? pariter sumus mori magis, quam patrias leges praevocari. Ibidem.

Exempla ex Scripturis deprompta.

Pulchrum quidem, aequè ac admirabile spectaculum fuit videre de castris Assyriorum reverentem Mulierem innumerabilis exercitus victricem, qui effusus late in agros, & montes aeternam Israelimitabatur servitorem. Cives Bethuliae testes victoriae, quae ab eorum cervicibus semovit jugum, quod ipsi priores erant subituri, obstupuerunt; admiratio, qua plena erat mens illorum, illos aliquantisper tacitos tenuit, & silentium fuit primum encomium, quo Liberatricem suam salutarunt. Sed cum tandem grati animi sensus os ejus aperuit, uno veluti ore in hoc elogium erupere. Eo quod castitatem amaveris, ideo benedicta eris in aeternum, Judaea universa personit, & laudes incomparabilis Judith effusa sunt quocumque nuntium cladis hostium laetitiam attulit, & securitatem certatim singulis ejusdem encomium celebrantibus. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus in organis, & citharis. Numquid fallor, ubi cogito, vos simili stupore percussos silentes admirari Christianam Virginem, cujus hodie festum celebramus? Et sane quis non miraretur videns triumphos, quos de hostibus retulit, non quidem illos fraudando, quomodo operata est, de qua agimus, sed alienas fraudes eludens; non immolans vulneribus ab ipsa inflictis alium, sed semet ipsam immolans iis vulneribus, quibus ipsa confossa fuit? Igitur juxta Judaeorum exemplum finem faciamus silentio dicturi, quod olim illi dixerunt Sanctae Viduae: Eo quod castitatem amaveris, ideo benedicta eris in aeternum.

S. Ursula ab incunabulis in pietate educata, inter saeculi solatia, quae suavissimam constituunt occupationem Principum, in secreto cordis sui suspiravit, tamquam ancilla sub pondere catenarum suarum, & cum caelesti Sponso conquerebatur, quod per quandam infortunij speciem tandiu illam acceret ab unico sui amoris objecto. Mihi videre videor in hac Sancta sapientem Esther, quae domina cordis Imperatoris sui, multoque magis cordis sui, novit se ipsam praeservare a mortali dulcedine, quam certatim offerebant illi honores, & aulae deliciae. Tu scis, Domine, aiebat illa, necessitatem meam, quod abominer signa superbiae, & gloriae meae: quod est super caput meum in diebus tentationis meae. Eximii sensus magna illius Reginae, quibus si jure uti poterit, nonne haec ipsa verba attribuere possumus Sanctae nostrae, cum nobis persuasum sit, illam fuisse pietatem cum laete, & ipsam caelesti sponso cum heroica constantia servasse puritatem, & virginitatem, quam illi devoverat?

Possum ne aequiore instituere comparisonem, quam inter S. Ursulam, & Matrem Machabaeorum filios hortantem ad martyrium potius subeundum, quam ad patriam, legem violandam? Haec Sancta Mater ante se in caelum misit filios suos cum corona martyrii; illos sanctius genuit Domino validis adhortationibus suis, quam facere potuisset eisdem in mundo educando. Feliciter facta est eorum mater spiritalis, & illa extremam fecit adspersionem sacrificii eorum, post has omnes innocentes victimas sese generosa morti subjiciens. Srenua Princeps nostra similis sanctae Felicitati, cujus S. Petrus Chrysologus disertissime scripsit elogium, non magis erat sollicita, quam ne filios suos sibi relinqueret superstitibus; vergebatur enim, ne, cum non amplius suo confirmarentur adpectu, eorum fortitudo suppliciorum magnitudine labefactaretur. Illa nihil vehementius optabat, quam illos videre

S. Ursula conjugata cum Judith.

Judith. 15.

Comparatur Regine Esther.

Esther. 14.

S. Ursula Machabaeorum matri comparata.

videre ante se morientes, quia hinc quidem certa esse volebat eorum beatitudinis, inde vero quia in illis interitis oculis tot cernebat bravia, quot vulnera; quot tormenta tot premia, quot ultimas tot coronas, & hac repleta cogitatione multo minus verbis illas ad pugnam excitare studebat, quam exemplo suo illis inspirare constantiam. Idcirco Sancta haec nostra illis explicuit quantae utilitatis esset Jesu Christi causam amplecti, baptismatis eorum officia, sexus honorem, Religionis sanctitatem, & singularem gratiam sequendi agnum quocumque. Caeteris etiam extremo illo momento donata fuit ea gratia, & sapientia, quae persuaderet, movet, allicit, trahit, & facta est hoc pacto Mater omnium Sanctarum Virginum, quae maluerunt effundere sanguinem, quam assentiri illis Barbarorum illecebris, quorum amor in furorem versus est, ita ut enses suos immitterent in sinum sanctauro, & innocentium victimarum, & Ursula postremam adiecit sacrificio adspersionem sanguinem suum miscens cum sanguine fidelium sociarum, quae omnes simul a Deo receptae fuerunt in odorem suavitatis.

Applicationes locorum quorundam ex Scripturis desumptorum huic argumento.

Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Prov. 31. Ne nobis amplius negotium facessat cura inveniendi mulierem fortem, quam Salomon comparabat thesauro, cujus pretium opes ex longinquo arcessitae regionibus exequare non poterant. Hoc arduum quidem erat antequam Rex Virginum in terram descenderet, & cum virginitas habebatur velut obex honori aliquid contribuendi nativitati Messiae: sed modò cum Messias novam legem tulisset, cujus non extremum praecipuum est puritatis animae, & corporis, & consilium Virginitas; Ecclesia hodierna die nobis proponit exemplum undecim mille Virginum, quae de fortitudinis gloria cum generosissimis Martyribus certare possunt; & asserere possumus Salomonis Oraculum in earum personis fuisse adimpletum; quippe ex transmarinis regionibus veniunt, & longissimum terrae spatium emense sunt, tempestatibus aeternae Angliae littoribus usque ad Rheni fauces, ut dici possit, illas de longinquis regionibus adventasse. Procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Sed earum multitudo satis ostendit, raritatem, quae rebus pretium tribuit, tantam non esse, quandoquidem tot una in regione invecitae sunt, & Ecclesia mox tantum deinceps earum numerum peperit, quae omnibus temporibus, omnibusque in locis vivere, quibus insignis haec Sancta exemplo fuit, & quae illi dicere possunt haec verba, quae Jeremias dicebat Deo: Dux virginitatis meae es tu. Tu caput nostrum es, & dux noster, te duce, te auspice Sanctam hanc militiam sumus ingressae, cujus imperator est Dei Filius, & ubi in terris imago videtur illius, quem olim S. Joannes in caelis conspexit, exercitus Virginum, quae Agnum sequebantur. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Adducentur Regi Virgines post eam. Psalm. 44. Ne putetis de tereno Rege hic verba facere Prophetam, neque me velle biblica verba ista profano cuiuspiam eventui applicare, qui non nisi in speciem, ad Sacri Auctoris mentem referatur. Verum quidem est, Principem quemdam, qui olim in Britannia dominabatur, poposcit Ursulam omnium, quae tunc temporis florabant, omnibus mentis, & corporis, dotibus ornatissimam; verum est illustrem hanc, omnibusque virtutibus praeditam Virginem eidem permittam fuisse a Rege Cornubiae patre suo, & illam morem gessisse genitoribus suis, patrium solum reliquisse, consecrantibus illam quamplurimis virginibus, quae ad Britanniam destinatae erant, ubi Regina nostra erat regnatura, destinatae erant, atque novam conscendisse haec mente sese offerendi cum hoc comitatu Regi, qui illam petierat: Ad-

Adducentur Regi Virgines post eam. Psalm. 44. Ne putetis de tereno Rege hic verba facere Prophetam, neque me velle biblica verba ista profano cuiuspiam eventui applicare, qui non nisi in speciem, ad Sacri Auctoris mentem referatur. Verum quidem est, Principem quemdam, qui olim in Britannia dominabatur, poposcit Ursulam omnium, quae tunc temporis florabant, omnibus mentis, & corporis, dotibus ornatissimam; verum est illustrem hanc, omnibusque virtutibus praeditam Virginem eidem permittam fuisse a Rege Cornubiae patre suo, & illam morem gessisse genitoribus suis, patrium solum reliquisse, consecrantibus illam quamplurimis virginibus, quae ad Britanniam destinatae erant, ubi Regina nostra erat regnatura, destinatae erant, atque novam conscendisse haec mente sese offerendi cum hoc comitatu Regi, qui illam petierat: Ad-

ducentur Regi Virgines post eam. Sed haec nuptiae, licet amplissima viderentur domui Ursulae, huic tamen non satis videbantur honestae; Aliud in caelo erat de hac Principe Virgine consilium; Nata erat, ut esset longè potentioris Principis sponsa: Jesus Christus, cui ejus cogitationes aperte sunt, eam sibi deposcit; amuli sui pervertit consilia, ventis imperat, & mari, ut intentionibus suis obsecundent. Principis nostrae classis disciteur, & ad Rheni fauces appellitur. Obviam sit illa exercitui infidelium, & martyrium Sanctae hujus turbae Virginum sociarum ejus praebet illi occasionem caelesti Regi offerendi pulcherrimum, gratissimumque munus, & ad litteram implendi ea Prophetae verba: Adducentur Regi Virgines post eam.

Ducisti me a juventute mea. Psalm. 7. Quam vim haec eadem verba habuissent in ore illustris Sanctae hujus, cujus hodierna die cum Ecclesia memoriam recolimus; Ursula puella haec adeo fortis, haec virgo, quae puritatis suae merito tot aliis praefata fuit, nonne potuisset, atque ac David, gloriari, quod a teneris annis a Domino edocta fuerit, quod ab ipsa pueritia salutaria documenta exceperit, & ambulans in viis ejus amoris ejusdem dulcedine fuerit gavisa? Illa semper secuta est Agni vestigia, quocumque ivit, & in iis sequendis est adeo sollicita, ut dici possit, nunquam ab oculis ejus, ne transversum quidem, ut ajunt, unguem discessisse, semper illi inhærendo, ut nulla unquam re ab eo divelli poterit. Mundus, & illusiones, caro, & illecebrae; crudelitas cum omnibus suppliciiis; demones, & eorum potestates nimis debiles sunt ad separandam illam ab hoc objecto, quod effluetiam adamat.

Mulierem fortem quis inveniet? Vel ut alia Versio habet, Mulierem exercitum. Prov. c. ultim. Divine Spiritus, ne queras ultra fortem hanc mulierem, quae tibi inventa adeo videtur difficilis; jam in Sancta Ursula invenimus illam. Mihi videre videor generosam hanc Principem majestate gravi, & intrepida facie anteire huic Virginum exercitum, cujus summum ardorem, atque fortitudinem inspirare. Haec illa est anima magna, quae se ipsam quodammodo multiplicans in focus suis, illas animas, sustinet, & confirmat in occasione adeo periculosa, ubi infirmitas, & vis, vel lenitas, & violentia, vel promissiones, & mina, vel vita, & mors simul consentiunt ad eas oppugnandas. Magnam illius cor egrediens, ut ita dicam per fulgura oculorum ejus, & per ignita verba oris ejus, effundit in illarum innoxis cordibus praclarum ignem, quo flagrant. Dicam melius, dicam ea in occasione Sanctam Ursulam tunc induisse nobiles, renerosque sensus S. Pauli: Filii, quas iterum parturio, donec Christi formetur in vobis. Quamquam esset virgo, affectus tamen, & zelus praestabat illi materna viscera, ut rursus Jesu Christo omnes haec Virgines pareret. Dilectae comites, mundus amplissimis quidem nuptiis nos destinabat, ait, sed propitiam nobis exhibet Deus occasionem, ut stamus Sponsae sure. Jesu Christi charitatis Sponsi hujus sanguinem, qui pro nobis mori voluit, nimis target, ut illi negare possimus vitam hanc; saepe illum a nobis amari professi sumus; hoc operibus modò confirmandum est. Milites servi furorem vestrum exerte in oves has innocuas, occidite, laniate, immolate, amor illarum lubenti animo perficit sacrificium hoc per manus crudelitatis. Maestra haec animi virtute, Sorores, estote; Coelum apertum est, parata corona est, nos Salvator expectat, eamus. Ita loquebatur Ursula, donec victrix turba haec palmas in proprio sanguine metebat. Hoc tota adspexit illa, nec incedit, nisi super mortua corpora; sed tam longe abest, ut hoc terribili, ac misero spectaculo devertatur, ut pretiosas illas Reliquias tanquam trophaeum divini amoris intueatur.

Spiritu magno vidit ultima. Ezech. 48. Extremum finem suum impeterrito vidit oculo. Ursulam nihil aliud expectabat, quam propitium mot-

Ursula a tenetis unguentis educata fuit in pietate, in timore, & amore Dei.

Generosa Ursula induca virtute Spiritus sancti eandem fortitudinem inspirat Socris suis ad fidem, & puritatem tuendam.

Ad Galat. 4. 19.

Panegyrici.

Concionatores quidam veteres.

Providentia factum est, ut quae cum mortalibus erant despondere, ducit Ursula, Sponsae fuerit Regis Caesaris.



is vulnus, quod constanti, alacrique animo profpiciebatur socias suas secutura; cum milites admirati fulgorem virtutis illius, & Majestatem, quae in ejus facie renebat, arma posuerunt. Illorum praesertim imperator eandem reverentia impressionem sensit, quae furorē suspendit, & quae illum profrenans ad sanctae pedes in ore ejus ponit blanda, & humilia verba, ad arte delinendum invitum cor hujus Virginis, nil tantum, quantum mortem cupientis. Providentia quae nostram elegerat Ursulam, ut sancto huic exercitui praerit, voluit eam sociis esse superstitem, & solam magnae huic caedi superesse, ut ejus victoria esset insignior, & postquam alios animos auxisset, ipsa honorem obtineret modo proflus peculiari, praeliandi, vincendi, atque triumphandi. Hoc pacto illustriora dedit amoris erga Deum argumenta, aequae promissiones, ac minas Ducis barbarorum nullo habens in discrimine. Facile est cognoscere quem usque ad gradum generosa hujus Virginis fidelitas evaserit: id eoque considerandum est, cor humanum, quod simul forte, ac infirmum est, duos habere inimicos, qui duabus variis rationibus illud oppugnant, alter quidem callide, alter vero violenter. Qui blanditiis illud fallere querit, & voluptatibus blandit, sensum, ac sine sensu accedit, pollicetur, blanditur, & hac indulgentiae specie infirmat vim animae, quae quin obnitatur, victas dat manus, cum interim hosti, qui armatus minis, ac terrore videtur, cujusmodi dolor est, infamia, & mors, cogit cor, ut vires suas colligat, & strenue, & constanter hostis violenti impetus, & oppugnationes sustineat. Hoc ipsum nostra incomparabilis Virgo praestitit; contra hujus furentis inimici levitiam restitit, postquam omnes illius fraudes eluserat, & hoc pacto de utroque simul hoste triumphum retulit.

*Videte vocationem vestram.* 1. ad Corinth. 1. Vocatio sanctimonialium Ursularum praeter id quod illis commune est cum aliis ejusdem sexus, quae per Religionis vota sese Deo devoverunt, est operam navare instituendis puellis, tradendo illis prima fidei rudimenta, mores earum formando, & caelestis gratiae subsidio faciendo tot Sanctas, ac virtute praeditas Christianas, quemcumque statum deinceps amplectantur. Hae divinae majestati infinitas agere debent gratias, quod illas ad munus adeo sublime, & ad officium adeo amplum evocaverit; quandoquidem illud officium est ipsorum Angelorum, nobiliorumque Caeli spirituum. Sanctimonialis ergo, quae nullam erga puellas habeat affectum, & quae ad illas erudiendas parata non est, Ursulina vocari non potest, quia certe non habet spiritum Ordinis sui, quia non obit potissimum ex muneribus suis. Cadaver est Sanctimonialis, & Ursulina larva, ut Tertulliani in casu simili verbis utar, hoc autem de vobis dici nequit, quae me auditis, Anima Religiose; quandoquidem summo zelo, & indefessa charitate incumbitis ad ministerium hoc adeo sanctum replendum, quod munus Apostolicum, officium Angelicum, functio divina potest appellari. Vos effunditis super terram sancta praeccepta & bonorum exemplorum lumine fideles omnes edificatis. Vos sanctificatis Ecclesiam, claustra frequentatis, bonum ordinem in familiis inseritis, & sexus vestri personis vitii horrorem immitit, eisque affatis honestatem, modestiam, pietatem, timorem Dei, & generatim virtutes omnes, quibus adolescentula Christiana efformatur. Vos multo cum labore feritis, quod fideles, & omnes regiones deinceps magna cum voluptate merent, ita ut nunquam satis faciendum sit vestrae vocationis meritum, & ratio sancta, qua eadem satisfacitis.

*Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Caelorum.* Matth. 4. Variæ in caelo sunt sedes; sunt gloriae throni alii ab aliis diversi, non omnes sunt magnitudine pares. Sed Dei Filius asserit sublimiores pro illis futuros, qui bonum fecerint, & docuerint. Ubi igitur collocatur Sanctimonialis, quae erudit adolescentulas tot curis,

tantisque laboribus? quae illas docet aeternam lucrari vitam? & quae hoc facit gratis, quin ullam expectet mercedem, pura, irregraque charitate; & spontanea obligatione voluntatis suae, quam devovit muneri adeo molesto, & utili Caelo, & terrae, Ecclesiae adeo necessario, Republicae salutari, Deo perjuvando, & universo terrarum-orbi frugifero? Quanam illius erit in morte securitas, postquam vitam insumpserit in hac patientiae, & charitatis exercitatione? Quid ergo vereri poterit Sanctimonialis, quae abduxerit animas plurimas de inferis, quae multas familias sanctificaverit, quae maximam criminum vim prohibuerit, quae in puellarum cordibus plantaverit, & radices jecit vitiorum plurimarum; quae Deum tot labiis laudaverit, quae tot puellas orare docuerit, quae illi tot manibus, quae ad laborem virtutumque praxim informavit, deseriverit; quae illum tot cordibus amat, quot ipsa charitatis igne succendit? Quem gloriae gradum praeferat Deum Sanctimoniali, quae adolescentulis infundit criminis horrorem, & amorem virtutis? *Quae ad justitiam erudiunt multos, Spiritus Sanctus autem fulgebunt quasi stella in perpetuas aeternitates.*

P A R A G R A P H U S IV.

*Locis, ac sententia Sanctorum Patrum, quae convincere possunt huic argumento.*

**G**audia virginum de Christo, in Christo, & cum Christo. S. Augustinus. *Quae est virginitas mentis? integra fides, solida spes, sincera charitas.* Idem in Psalm. 7.

*Melior est victoria Virginum, quam Angelorum; Angeli enim sine carne vivunt, virgines vero in carne triumphant.* S. Ambrosius in lib. de Viduis.

*Gaudet per illas (nempe Virgines) atque in illis largior floret Ecclesiae Mater gloriosa fecunditas, quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matri augetur.* S. Cyprianus de habitu Virginum.

*Non ideo laudabilis est Virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres facit.* S. Ambrosius de Virg. l. 1.

*Haebitis in una hostia duplex martyrium, pudoris, & religionis; & virgo permansit, & martyrium obtinuit.* Idem de S. Agnete.

*Majus est in castitate vivere, quam pro castitate mori.* Tertull. in exhortatione ad castitatem.

*Forma vincit armatas, ferrum pulchritudo capitvat, vincuntur specie, qui non vincuntur praesidio.* Origenes.

*Libidinem fugere pars magna martyrii est.* S. Augustinus.

*Custodit Dominus Virgines grandis cura.* S. Ambros. l. 1. de Virgin.

*Num hanc faminam martyrem, & plusquam martyrem dixerim, quae septem filios ante se mortuos praemisit?* S. Gregorius homil. 3. in Mart. loquitur de S. Felicitate.

*Martyrum gloria carniscentem crudelitas.* Tertullianus.

*Martyrium nihil haberet admirabile sine dolore, quem superasse dignum est corona.* S. Cyprianus.

P A R A G R A P H U S V.

*Quid ex Theologia hoc in argumento posse depromi.*

**L**icet fortitudo quatenus christiana virtus ad feminæ sexum minimè spectare videatur, quoniam suapte natura gracilis est, & ipsa fortitudo habeat nescio quid violenti, atque ferocis; atque cum generosa hæc virtus super ceteras virtutes se effundat, earumque partem efficiat, idcirco in christiani mulieribus invenitur, in quibus in eo potissimum versatur, ut puritatis auribus tueatur; ejusque occupatio est in sexu muliebri mulieres æquas efficiere. A Tertulliano docemur,

*Celestis gratia, seu illi infirmo viam tribuit, & fortitudinem adjuvatam suam servandam.*

animabus nullum sexum esse, & in femineis corporibus inveniri spiritus viriles; & quidam S. Pater ait, puritatem virtutem esse, manibus semper gerentem arma, ac fugiter ad inferenda, vel sustinenda praelia intentam, quibus addere possumus, Dei gratiam nunquam magis victricem, magisque fulgentem videri, quam iis in occasionibus, quae cognoscendam præbent vim, quam huic sexui inspirat.

Quamvis omnes virtutes, ut S. Ambrosius ait, sese videndas præbuerunt, atque, ut ita dicam, simul cum Dei Filio carnem induerunt, ex quo ille corpus assumpsit, ut videretur in terris, atque ut cum hominibus versaretur; dicere tamen possumus puritatem, atque Virginitatem inter ceteras habere prærogativam tulisse; quoniam Aeternum hoc Verbum, quod est ipsa puritas per essentiam in sinu Patris, quo nomine illud appellat Scriptura, & increati luminis splendor, non solum apparuit Mundo, sed natum ex Virgine, hujus virtutis vexillum extulit, quae antehac habebatur ignota. Ex eo tempore, Sancti Patres inquit, conceptum est cognosci meritum virtutis hujus adeo fulgentis, quae olim apud Judæos erat species quaedam opprobrii. Deinceps enim visa sunt Virginitatem millia solemnium professione illam amplecti, & de illis personis quae illam professæ non aliud ab hominibus iudicium sit, quam quod admiratio solet profere; nam per illam sese supra naturæ suae conditionem extulere, & pates Angelis fecere, qui hac in re quidem plus habent felicitatis non autem fortitudinis, acmeriti. Hoc enim inter hominem in terris, & Angelorum in caelis puritatem interest, quod excellens hæc in Angelis qualitas fortitudine non indiget, ut conservaretur; & in illis potius fuit felicitas conditionis eorum, quam virtutis effectus, tum propter ipsorum naturam, tum propter locum in quo sunt. Hæc sunt substantiæ merè spirituales, quae non habentes corpus oppugnari nequeunt sensuum affectionibus, quae humanæ puritati obducantur: ceterum habitant loca longè remota ab occasionebus, & periculis, quae gloriam eorum possint laesactare. Sed longè diversis conditionibus puritas residet in mortali persona. Intus oppugnatur infirmitatibus carnis, quae substantiam nostram componit; extra vero objectis, & periculosis occasionebus, quae nos undique circumstant. Hinc Bernardus ait, puritatem, quae servari potest tot inter praelia, quae illum perdere possunt, Angelica esse fortorem. *Et si illius castitas felicior, hujus tamen fortior esse significatur.* Cum gloriosius hisce circumstantiis Sancta Ursula factam rectam servavit virtutem hanc, quae hodie causa est ejusdem gloriae.

*Virginitas quatenus virtus non nisi post J. C. cognita fuit. In quo puritas Angelorum differat ab humana.*

*Fortitudo Virginitatem, quae Martyrium sustinere, magis emicat, quam in viris, qui ejusdem sacramenta propter eandem causam passi sunt.*

Videtur hoc fortitudinis genus, quod in morte vincenda, & de suppliciis triumphando consistit non esse Virginis proprium, neque Christianæ mulieris, & neque Religionis suavitate neque sequioris sexus imbecillitate decere. Sed duabus hinc difficultatibus S. Ambrosius occurrit. In primo libro Officiorum egregiè probat fortitudinem, & generositatem in Christianis inveniri cum nitore magis admirabili, quam in celeberrimis Terrarum domitoribus enituerit; & Martyrum victorias magis esse admirabiles, quam omnes Principum virorum triumphos; & in libro de Virginitate ostendit, fidei fortitudinem indiscriminatim ad mares femellaque pertinere: *Utrique indifferenter sexus.*

Quamvis magnum sit Christianæ fortitudinis argumentum acceptare mortem, cum nobis tentatur, & deliberato animo dicere: morti consentio; adest tamen in ipso actu martyrii aliqua peculiaris difficultas, quae in simplici acceptance non invenitur, & quae recentem requirit fortitudinem, ut mors ipsa sustineatur. Multum discriminis intercedit inter hanc deliberationem, qua motus tamquam absens excipitur, & illam, cum qua praesens perfertur. Nam praeterquam quod supplicii praesentia quempiam licet animosissimum terret, cum re ipsa patitur, multò quoque majus periculum est, ne dolor aliquod extorqueat suspirium, verbum, motum, quae martyrii gloriam imminuant. Hanc constanciam in Martyribus laudant Theologi, & hæc ostendit Religionis nostræ veritatem, & gratiae potentiam. Ita corpus Martyris ostendit & fortitudinem spiritus Dei, quo animatur, & virtutem fortitudinis suae per vulnera, quibus corpus confoditur. Ita emicare, & mori video Ursulam Virginem incomparabilem in puppa navis, quae illi est pro oculo, & pro Theatro. In virginali hoc corpore, in fragili vasculo fert strenuam virginitatem, cujus tamen nitor non emicat clacius, quam pervulnerum hiatus, quae inconcussa constantia patitur pro Jesu Christo.

Martyrium actio est, quae indiget omnibus gratiæ virtutibus, & quae inter actiones omnes supernaturales principem locum tenere debet; quandoquidem complectitur virtutes omnes, quae in Christiana Religione sunt amplissima; hoc est fidem viduorem, quae efficit, ut aliam vitam credamus tanta cum certitudine, ut non dubitemus proprium effundere sanguinem hanc testatam veritatem, spem heroicam, quae efficit ut praesentia bona pro aeternis relinquamus; ardentissimam charitatem, quoniam propriam etiam vitam impendimus propter Deum, quod certissimum est maximi amoris argumentum, quemadmodum ipse Dei Filius testatur: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Itaque profusus singulari gratia ad id opus est, quae pro illis tantum est, quibus destinat Deus incomparabilem hanc felicitatem. Illud verò considerandum est, Deum adnectere alias gratias vitae hujus casibus, & occasionebus temporum, & locorum; sed plerumque utitur exemplis martyrum ad alios ad martyrium excitandos; quandoquidem quodammodo pullulabant, prout illis vita adimebatur; *Plures efficiuntur, quoties metimur,* Tertullianus ait. Unde Pater hic hauriebat certum divinae virtutis argumentum, quae impellebat Christianos, ut Religionis suae testimonium perhiberent: etenim in rebus ceteris, ait ille, mortis metus efficit, ut Caesarum edictis pareatur. Supplicia nocentibus intentata eorum frangunt sanctissima consilia, vel prohibent saltem, ne multiplicentur: Religioni verò Christianæ frustra semper interdictum fuit proposita martyris pena. Quinimmo ipsa mortis spes efficit, ut homines illam amplectantur, & cetera quælibet, & inaudita tormenta, tantum abest ut ejusdem religionis progressum morerent, ut immo hæc sit potissima ejusdem causa.

Nemo unus inter rationabiles homines est, qui non credat Dei Providentiam, & nemo ex Christianis est, qui divinam perfectionem hanc non

*Error est credere, nisi quae consistit in moris terribilibus ferendis non esse virtutem, quae Christianas Virgines decet.*

*Majoris fortitudinis est mortem praesentem propter, quam minus ejus remota negligere.*

*Omnes virtutes emicat in Martyrio, quod pro Deo picimur, ut licet in S. Ursula Martyrio.*

*Joannis 15.*

*Peculiaris Dei Providentia in Reata Ursula & Sociis.*

*Instituto puellarum fidelium munus est Sanctimonialium Ursularum sumi.*

revertatur; sed paucissimi sunt, qui caed illam sequantur, quin in illius curis quiescant, qui unice in illa confidunt, qui denique illam constituent arbitram, ac dominam actionum, & cogitationum suarum. Et sane raro christiani inveniuntur, qui perfectè divinæ voluptati sese subjiciant; idque eò magis quod hæc perfecta obedientia supponit sanctam vim, quæ omnibus inferitur affectibus; quæ è regione omnibus amoris proprii motibus adversatur; quod pati non potest vel deplorabiles ridicule ambitionis insanias, vel præfidentes inanis curiositatis perquisitiones, vel injusta ignavæ mollitiæ murmura, vel perditos fordida avaritiæ amores, aut verbo, omnem cupiditatem nostrarum, proprietateque voluntatis licentiam. Attamen hæc submissio ita necessaria est sequi volentibus Jesum Christum, ut solidissimum sit perfectionis eorum fundamentum, & principium arctissimæ unionis, quam habere possunt cum Deo. Itaque hic primus est gressus, quem Salvator amabilis exigit ab illis, quos trahit post se. Illis re adhuc integra inspirat generalem abrenunciationem omnibus eorum studiis, & secretum sanctumque suis voluntatibus obsequium; & ut periculum faciat primæ hujus virtutis, deducit illos per vias non difficiles tantum, verum etiam in speciem oppositas termino, quem illis præscripsit. Alios quidem de peccatorum abyso revocat, & ad altissimum gratiæ gradum attollit, ut magis aperte infinitam misericordiam suam extensionem agnoscant: permittit verò ut alii de perfectionis statu in errorem incidant, ut eos solidius sanctificet in humilitationum christianarum defectione. Illis a teneris unguiculis peperum mundi horrorem immitit, ut cor eorum sine partitione possideat; relinquit in his quamdam in mundum propensionem, ut fortius illos avellat, cum sese eadem mancipare voluerint; deducens christianam animam per diverticula, donec prorsus uniatum cum illo, qui eam neque fallere potest, nec perdere. Admirabile providentiæ consilium, quod in Ursulae sanctificatione non minus elucescit, quam alias enituerit in sanctificandis illis omnibus, quorum, & quarum nomina scripta sunt in libro vitæ, & quorum merita semper in Dei Ecclesia celebrantur.

PARAGRAPHUS VI.

Loca delecti ex Asceticis, & superis Concionatoribus hujus Argumenti.

Quid magis authentica historia nos doceat de Sancta Ursula, ac sanctissimæ Mariæ virginis.

NE Sanctæ Ursulae Panegyricum super factis incertis, ac dubiæ fidei elaboremus, satis nobis erit asserere ea, quæ hauriuntur ex historia probatissima, cui Ecclesiæ traditio attulit auctoritatem. Cum ambitio Maximino suassisset rebelliam inferre signa contra Gratianum Cæsarem legitimum ejusdem Principem, omnia cautè inire consilia, ut certam sibi faceret eorum fidem, quos in suam rebellionem adsevit. Credidit autem se non posse eos in suam partem facilius trahere, quam si affinitatis jure illa cum spectatissimis familiis ejus regionis conjungeret, in qua novi imperii sedem constituerat. Ursula destinata fuit copiarum duci, & socias aliis. Omnes navim conscenderunt simul eò venturæ, ubi consilium hoc erat implendum, quod humana prudentia optimè ad finem direxisse videbatur. Verùm Deus, qui ubi vult, emittit de thesauris suis ventos, ut loquitur Scriptura, excivit tempestatem; quæ omnem hanc Virginum turbam coniecit in eam terræ plagam, ubi erant inventuræ palmam martyrii, pro magno illo nuptiali apparatu, qui eas alibi manebat. Etenim in Hunnos incidere, populos adeo celebres propter totius terrarum orbis vastitatem; qui cum simul essent & idolorum cultores, & barbari, illis non eripere non poterant vel pudicitiam, si eorum blanditiis cessissent, vel vitam, si restitissent. Avertat Deus, ne quid ego mutet ex fabulosis scriptis aliquorum imprudentium Auctorum, qui falso ad-

ducti zelo in honorem S. Ursulae, agrè ferentes tam pauca de eadem in antiquis historiis inveniri, ratj sunt hujc defectui inventionibus suis supplere posse. Veneremur hac in re antiquitatis silentium, neque temeraria curiositate scrutari audeamus, quod nos celare divina placuit Providentiæ, dicere satis sit, S. Ursulam Regio sanguine ortam esse, & sanctè in Patris sui Aula vixisse, & postmodum cum sociis martyrii coronam adeptam fuisse. Hoc constat; neque alio nobis opus est, ut quanta illius virtus extiterit, intelligamus. P. Martineau.

In ea, quam vobis exposui narratione facti adeo singularis, atque inauditi, cujus hac die memoriam recolit Ecclesia, per vos, quæ vestra humanitas est, mihi liceat pauca pramittere de vocabulis fortitudinis, constantiæ, animi, capitis copiarum, aliorumque id genus, quibus uti me cogit argumentum meum in Sanctæ Virginis elogio, quæ a teneris unguiculis sese devoverat Deo, & cui non aliud erat negotium, quam pietas, & pietatis exercitia. Cessabit vestra admiratio, ubi perpenderit puritatem ex omnibus virtutibus illam esse, cui plures sunt timendi inimici, plura obvianda pericula, plura prælia sustinenda; & sicuti ad illam factam rectam tuendam opus est peculiari celestis gratiæ subsidio, vel ut cum Sapiente loquar, favore, quem Deus electis animabus largitur, ita neque alia virtus est, quæ majorem fortitudinem, ac robur requirat, cum propter multitudinem inimicorum, a quibus læssitur, cum prælii pertinacia, & semper vincendi necessitate. Verum hoc ipsum hodierna die constituit gloriam S. Ursulae, quæ virtutem propugnavit, adeo raram ac tot periculis obnoxiam, præcipuè in generis nobilitate, in aula deliciis, ubi multum illi metuendum erat, & in dignitate, qua præfulgebat quatenus filia Regis, quæ non minima in Angliæ parte dominabatur. Etenim si ex altera parte tutor erat propter reverentiam, quæ nobilibus puellis præstat; ex altera liquet, nuptias, quibus destinatur, & ad quas usque ab incunabulis aluntur, nequaquam illis optionem relinquere, aut libertatem in virginali statu permanendi, etiam si vellent. Duplex obex, qui re adhuc integra superandus fuit ad servandam puritatem, & gloriam suæ virginitatis, quam Deo a crepundis devoverat. Inter duo hæc, in arcta etiam affinitate, quam habent inter se, discernim ali-quod interest, & varia pericula evitanda. Sed Ursula simul, pugnare debet contra aule delicias, & illecebras, quæ puritatem oppugnant, & contra Reipublicæ rationes, vel simavultis, contra jura, quæ Reges prætexunt pro regni sui incremento de filiorum suorum voluntate disponere. Hac de causa Ursula indiguit ope illius, qui eidem generosum inspiraverat consilium unice se illi mancipandi; & dicere possumus Dei gratiam nunquam extitisse magis fortem, atque victricem, quam in illa variis in occasionibus, ubi omnia generoso ejus consilio adversari videbantur. Auctor Sermonum in omnia argumenta.

Si omni personarum generi difficile est innocentiam tueri inter sæculi illecebras, quodnam periculum est illam amittendi in mundi hujus luce, ubi voluptates ultro sese offerunt, & oculis nostris ostentant quidquid in illis jucundissimum est? Sed quid nobis de illis dicendum est, qui summo loco nati suam traducunt adolescentiam in aula inter ea omnia, quæ ipsam naturam palpare, augere, eique satisfacere possunt? omnia enim, quæ illis circumstant, nonne conjurare videntur in eorum interitum? Domus paternæ, ubi educantur, magnificentia, domesticorum inservientium assidua cura; blanditiæ eorum, quas utilitas, aut spes agit, ut sese in eorum clientelam tradant; verbo, cura, & sollicitudo, qua omnes conferre pro viribus student, ut quæ desiderant, consequantur? Opusne est, ut summa invigilent diligentia, ut constanter sibi caveant a vanitate eo in statu, qui eis aliorum reverentiam, & obsequium conciliat; ut eorum suum tueantur a secreta idololatria sui ipsorum inter-

S. Ursulae gloria est, invitam præfensuræ fortitudinem in tuenda puritate sua in aula, ubi illa periculis erat obnoxia.

si difficile est innocentiam tueri in faculo; generaliter quid erit de illis, qui in mundo vivunt, & qui præferunt in aula? singularis ergo Sanctæ Ursulae gloria est hanc rem fuisse Deo.

inter blandientium turbam, quorum cura unica est illis placere? ut sequantur tantum impressionem dogmatum Evangelicorum, cum apud illos non habeatur sermo nisi de iis, quibus natura facillè assentitur? denique ne omnia sibi permitant in absoluta potestate quidquid eis libitum fuerit faciendi? Opus hinc est, Domine, ut victrix gratia tua in illis amorem ciet christiane innocentiam, sed amorem vigilantem, & jugiter cautum contra ea, quæcumque thesaurum adeo pretiosum illis possunt eripere. Talis extitit a teneris annis amor Ursulae. Ut illam protegeret a vanitatibus, quarum nitore mortales fallit, artem invenit faciendi in proprio ejusdem corde speciem quamdam valli contra tumultum, & impedimenta sæculi, inter quæ invitam retinebat qualitas filia Regis. Novit Ursula sese intra illud continere; & vitæ ejus historia restatur, jugiter ante oculos ejus obversatum fuisse nihilum earum rerum omnium, quas humana opinio, & affectio magis commendat. Itaque vitam in mundo ducere coacta, nullam cum illo necessitudinem, nullam habet commercium, nisi quatenus ineluctabilis eam cogit necessitas. Eodem tempore, quo generis magnitudo neminem patitur super ipsam, modestia, & humilitas illam omnibus subjiciunt. Quin omnem impendat curam in insanum corporis ornatum, quem quotidie videmus in plebisque ejusdem sexus, & dignitatis, se ipsam ad excessum fere negligit, & contemnit. Inimica omnium studiorum, quæ ab aliis addectantur, ut placeant, studet severa penitentia praxi eas in se destruere illecebras, quibus a natura donata est, criminis sibi verrens, si aliis oculis placeat, quam illis divini sui Sponsi. Si omnino facere nequit, quominus aliquando in partem accedat solatorum aula paternæ, agrè semper, & gravatè ad illam se confort, sed inde cum ineffabili gaudio revertitur illud Sancti Augustini monitum tenens, omnem castæ, & innocentis animæ voluptatem esse debere de Jesu Christo, in Jesu Christo, & cum Jesu Christo, vim patitur, donec sequi non potest rapidum hunc sui amoris impetum, qui incessanter cor ipsius in illum convertit: *Gaudia Virginum Christi, de Christo, in Christo, cum Christo.* Inter sæculi solatia, quæ suavissima est occupatio ætatis, & ordinis ejus in secreto cordis sui suspirat, tanquam mancipium sub pondere catenarum suarum; & conqueritur cum caelesti sponso, eo quod per quamdam infortunii speciem tandiu arceat illam ab unico sui amoris objecto. P. Martineau.

Felix nostrum hoc sæculum esset, si horum temporum adolescentia ad exemplum Sanctæ Ursulae conformata, sese intra verecundiam & necessariam modestiam contineret! Sed heu quantum discriminis adest! Numquid stupor nobis incedere debet videntibus mala, quæ universam Ecclesiæ faciunt rubore, & confusione suffundunt? Pudor, S. Ambrosius ait, timida virtus est: hæc facile turbatur; & ad solius hominis adspæctum contremiscit. Omnia illi periculosa videntur, & ne semel deprehendatur, timer ne in singula deprehendatur momenta. Ubinam hodierna die aliquid simile invenitur? hodierna inquam die, qua puellæ & videre volunt, & videri; qua rei domesticæ curam negligunt, & sese profere cupiunt; quæ a mundo placere gestiunt, & quid placere possit, in mundo quaerunt? Quorsum enim tanta anxietate omnibus interesse cæcibus volunt, ubi vanitas mundana quidquid magnificentis habet, ostentat? Quorsum tot nova appetuntur ornamenta, & addectati mores in mundo muliebri in pretiosis, nobilibusque indumentis? Cur addectitur fucus, & alia centum, quæ fufius S. Ambrosius describit, ad eam sibi oris speciem comparandam, quam natura negavit? Si id unum quaeremus, ut Dei oculis effemus accepti ad exemplum Virginis nostræ, num ea tantum quaeremus, quæ acceptos nos efficere possunt oculis mortalium? Neque dicatis, mundanæ mulieres, vox externum corporis habitum ad

urbanitatem, consuetudinique componere; cum interim animus vester, zelotes suæ puritatis custos novit ea omnia cavere, quæ illam vobis possent eripere: Etenim cum Tertulliano vobis respondeo; *Pudicitia Christianæ satis non est esse pudicas, verum & videri oportet. Tanta debet esse plenitudo ejus, ut emanet ab animo ad habitum, & erubescat a conscientia ad superficiem.* Hoc ipsa debetis Jesu Christo, cui dæmon diebus singulis tot animas auferit, quin aliis utatur armis, quam iis, quæ ipse illi ministratis addectato cultu, pictisque vestibus. Hoc debetis fidelibus, quibus lethale virus inspiratis, quod gratiæ vitam illis auferre potest. Hoc nomini vestro debetis, in cujus cura adeo delicate videri vultis; etenim S. Hieronymus docet, modestiam, verecundiam, recessum socios esse pudoris, qui ab eo nequeunt divelli. Quem igitur de vobis vultis esse mortalium sensum, si vos intuentur ea agere, quæ his virtutibus palam adversantur? Ursula intelligens se integram, scelerisque puram vitam agere non posse, illas ad unguem exercuit; numquid ipsi existimabimus in vestri gratiam, alias rationes adesse, quibus inter Mundi scopolos factam rectam innocentiam vestram tueamini? P. Martineau.

Post pericula, quæ Sancta Ursula in aula evitaverat, ecce rursus alia, ubi quantumvis iniisset consilium sese Deo unice reservandi, cadere coacta fuit parentis sui auctoritati, a quo habebatur tamquam throni sui præsidium, & familie spes propter nuptias amplissimas, quibus illam destinabat; etenim vos ipsi mihi testes eritis, in tanta generis sublimitate Virginitatem raro inveniri. Principes tenentur dare Reipublicæ posteritatem, quæ bonis eorum succedat, & nomen, ac dignitatem sustineant; sæpe etiam usuvenit, ut ætas, & oprio prævertatur, & eorum filia vix in lucem edita sunt, ut jam desponsata sint, antequam earum consultatur voluntas ea in re, quæ una omnium vim patri non debet. Sed Principum conditioni hoc inhæret infortunium, qui cum juris sui non sint, ut asserunt, sed reipublicæ, plerumque domus suæ commodis, ac rationibus immolantur. Hic potissimum obex erat ab Ursula superandus: cum enim esset unigenita, omnis Regiæ sobolis spes in ea sita erat, quippe per eam tantum poterat perennari. Et sane pater ejus, cui filia consilium adeo pium conculerat, re adhuc integra illi fuerat assensus, illecebras filia pietate, quam patrio amore prosequabatur, & summa animi constantia, quæ non minus erat heroica, omnia sacrificasset commoda sua, domusque suæ magnitudinem Voluntati Dei, nisi inopinatus incidisset eventus, qui illum in hanc mentem adduxit, ut crederet Dei voluntatem esse, ut sacrificaret potius publicæ tranquillitati, ac regni sui felicitati sancta filia suæ consilia. Hac in re Deus, qui illibatam servavit Ursulae puritatem, inter omnes illecebras, & florentis aule divitias, eandem servaturus est adversus vim externam, sapienter providentiæ suæ consilio, quæ gloriam suam novit educere ex eventibus, qui voluntati suæ magis videntur oppositi. Denique Princeps Ursulae Pater politiciis rationibus actus nequit diutius resistere validis sollicitationibus Conani Ducis Britannia, & Maximi Tyranni Præfectus. Terror, quem hujus Imperatoris arma in omnem terram effuderant, auctoritas, & fides, quas Conanus ipse sibi apud Maximum conciliaverat; conspiratio, quæ inter ipsam erat, & Angliæ Principes, obsequium, quo Ursulae Pater novum hunc gentium dominorem prosequeretur; demum omne rationum genus, quæ alia ab aliis proficiuntur, non solum hunc impulerunt, ut filiam suam traderet Principi enitens illam petenti, sed ceteros quoque Regni Principes, ut ex ditionibus suis colligerent magnam adolescentularum vim, quæ in Britanniam migrarent, ibique Anglicam Nationem fundarent, quæ Imperatoris Maximi partes, & gloriam tueretur. Ex variis auctoribus.

Maximus obex vobis quo se ac puritatem suam Domino devoverat, fuit Paris voluntas, qui politice ductus rationibus assensus erat filiae suæ nuptiis cum Conano Maximo Præfecto; sed aliter disposuit Deus.

Fidei consonum est tot divitas Virgines, quæ Utili.

Quomodo  
divinae pa-  
ritis provi-  
dentia, &  
faciis suis  
persuasit,  
ut se sub-  
iicerent.

Ursulam subsecuebantur, non eodem excepisse pa-  
cto huius itineris propositioem, cum singula pro-  
pitiis inharentes consiliis aliter, aliterque de fato  
suo loquerentur. Magno hoc in numero poterant  
inveniri, quibus longinquitas parentum, quos uni-  
cè diligebant, placere non poterat; non focus ac  
alix poterant esse, quæ satisficentes hanc ipsam pa-  
rentum presentiam quiddam aggressi cuperent per-  
fructura hac libertate, ad quam forsasse studio ni-  
mis acri ferebantur. Haecenus Ursula, quam edu-  
catio generi suo conformis inter ceteras atcollebat,  
magis assequatur inauditi consilii rationem; era-  
nim femota ab omnibus placitis carnis, & sangui-  
nis, quin vel commodis suis, vel affectionibus  
præbeat aures, omnia ad divinam refert Provi-  
dentiam. Fatetur inutile esse hominitas contra Do-  
mini imperia repugnare, & sapientibus hisce cogi-  
tationibus præventa sese disponit itineri imperato,  
& strenuè relinquit partem, atque familiam suam,  
exemplo, ac sermone reficit illas, quas magis mœ-  
rentes existimat; eas autem, quarum intentiones  
non satis pura videntur, instruit, atque reformat.  
Alias hortatur, consolatur alias, & insinuans  
exempli sui vim in mentes, & corda harum San-  
ctarum victimarum, libere tradit se æstuosis flucti-  
bus maris procellis agitari, freta, illum, a quo  
separatur ab amantissimis genitoribus in æternum,  
sibi futurum esse loco illius, quodcumque cupere  
posset. Ita piis huiusmodi conjecturis nequaquam  
fallitur: hæc enim divina providentia, quæ pericu-  
lum fecerat fidelitatis Sanctæ nostræ in adeo tene-  
ra ocellatione, non solum illi prælo est peculiaris  
præsidio inter maris fluctus; sed fluctibus ipsis utens  
tantum abest quod eam deserat in manus illius,  
a quo procebat, ut suæ libidini satisfaceret, ut  
illam in ignotum conjiciat portum, ubi suam fi-  
dem, & Virginitatem propugnans cum Martyrii  
corona sanctitatis perfectionem acquirit. *Sermo  
Manuscriptus.*

Documen-  
ta que Ur-  
sula tradi-  
dit Sanctæ  
Virginitatis  
sociis suis,  
& fortissi-  
mè quæ  
illis inspi-  
ravit.

Satis non erat quod Ursula cor suum devovisset  
Deo puritatis, oportebat, ut tot referrer victo-  
rias, quot Virgines erant curæ suæ creditæ. Illa  
has respicit tanquam deposita sibi divinitus tradi-  
ta; & fidelis administra nullam inveniet requiem,  
nisi eas immunes præstiterit ab omni labe corrup-  
tionis sæculi. Quis tanto ex numero non agrè  
crederet, nisi constanti quatuordecim seculorum  
traditione probaretur, quis crederet ne unam qui-  
dem passam fuisse vel propria infirmitate, vel bar-  
barum argenti sollicitatione se decipi? Non ita;  
& Ursula hæc reficitur cogitatione, ut de Virgi-  
nibus suis dicere possit, quod olim Salvator Patri  
suo dixit de Prædestinatis suis; *Nam perdidit ex eis  
quemquam, quos dedisti mihi.* Tamen quibusnam  
periculis non vidit illa earum virtutem expositam?  
Quod pietatis sensus inspirantur iis, qui longè ab-  
sunt ab occasione, quæ aptæ sunt ad illos vo-  
luptatum illecebris delinquentes, vel doloris metu  
perterrefactos; non equidem miror. Quis non  
facile iniecit consilium adversus hostes fortiter dimi-  
candi, cum nondum ad arma ventum est? Blanda  
cogitatio earum victoriarum, quas sibi quisque  
pollicetur, blandè occupat animam, quæ gavisam  
speratæ victoriæ dulcedine, oblectatur cogitans se  
cum inimicis arma conferre. Sed confirmare con-  
stantiam plurimarum in ipso conspectu earum re-  
rum omnium, quæ illas possunt labefactare; effi-  
cere, ut sine quidem suspecte illicia voluptatum  
sele ultro essentia, inde verò presentis mortis  
horrorem contemnant; verbo, illas adigere, ut  
carnifices eos habeant, quos habere possunt thala-  
mi socios; hoc sane mirum est; & nihilominus  
hoc præstitit Ursula verbis maximè moventibus, &  
exemplo imperterrite fortitudinis, qua suas anima-  
vit socias, eas hortando, ut mortem insidie sus-  
tinerent, quam ut fidei, & puritatis suæ jacturam  
facerent. *P. Martineau.*

Admirabi-  
lis Dei Pro-  
videntia in  
Ursula &  
sociis.

Admirabilis Dei providentia! quam longè consi-  
lia, & cogitationes tuæ distant a cogitationibus,  
& consiliis hominum! Post aliquot horas felicissi-

mae navigationis furens procella Virgines nostros,  
ejusque socias longè semovent a portu, quò cogi-  
tabant, & violenter eas ad Rheni fauces appellit,  
adversus quem coguntur ascendere inventuræ por-  
tum, in quo esse possent tutæ ab omni naufragii  
periculo. Prope Coloniam perveniunt, ubi pars  
copiatum Gratiani Imperatoris erat in hybernis,  
qui hanc classem male fartam intuiti, & ex aplu-  
stri, vexillisque cognoscentes ad Maximi partes  
pertinere, ad arma concurrunt, ut comprehendant,  
& occidione deleant sine ulla miseratione quoscum-  
que illic intus invenirent. Quenam, amabo vos,  
eorum admiratio fuit, cum militum loco Virgines  
invenire, quæ oris habitu, modestia, tristitia, ac  
terrore, quem faciei pallor ostendebat, fecerunt ut  
de manibus illorum arma dilaberentur, eorumque  
furorem cohiberent, & in miserationem vete-  
runt, licet essent barbari, ac insidiosi! Narrat  
enim historia Hannos fuisse populos feritate, ac  
barbarie insignes, qui Imperatoris stipendia incre-  
bant ab eodem electi, ut Maximi progressibus ob-  
sisterent. Illis ergo suam exhibent opem, sed cum  
insolentia illis gentibus ingenua, quæ non rever-  
entia ducta, neque miseratione status illius, in  
quo mœrens illa turba versabatur, opis suæ mer-  
cedem flagitabant, & palam ostendebant hos hu-  
manitatis sensus illis a kbidinæ fuisse inspiratos.  
*Auctor Sermorum in omnia argumenta.*

Quenam fuit horum barbarorum leuita ad as-  
pectum navis hujus, quæ in suis manibus incidit,  
nonne duplici inhiabant prædæ, ut opes, quas il-  
lic inveniri poterant, diriperent, & pullarum in-  
firmitate abuterentur, illis fidem, & virginitatem  
auferentes? Impii isti armati erant, ut duo hæc  
preciosa eriperent spolia. Avaritia eorum vim in-  
flammat, ut potirentur auro, quod se inven-  
tuos putabant; impietas verò illos ciebat, ut San-  
ctis Virginitibus & Jesum Christum, & pudorem  
auferrent. Illas interrogant, easque faciles ad bo-  
na sua tradenda reperiunt, sed constantes in fide  
sua, & castitate tuenda. Frenunt barbari contra  
Religionem, cujus instituta adeo sancta sunt, &  
mirantur, pudicitiam illis vita ipsa esse chariorem,  
& carnificis ensem minorem illis merum incute-  
re, quam levissimam labem contra puritatem. Mi-  
seri evomunt in innocuas has victimas odium,  
quod janpridem contra Religionem adeo sanctam  
alunt. Sed impotens est furor eorum, quoniam  
Electos tuos, Domine, ad ipsorum sinem perdu-  
cis. Barbari isti peraviditæ majus procurare be-  
neficium sanctis hisce Virginitibus suo erga illas  
amore, quam quod istem per martyrium procura-  
runt; quandoquidem per barbaricam suam effice-  
runt, ut immortalis gloriæ coronas lucrarentur?  
*Auctor Anonymus.*

Milites  
post blan-  
ditias, &  
sollicita-  
tiones vi-  
dentes Re-  
ligionem  
Sanctarum  
Virginitum  
esse cau-  
sam con-  
stantia, co-  
nati sunt  
efficere, ut  
fidem ejus  
rarent.

Ursula ecce tempus, quo tibi expectandus est  
effectus confidentiæ, quam semper habuisti in eo,  
qui tibi debet patrocinari; periculum nunquam fuit  
majus. Restitisti quidem aulae deliciis, ac illece-  
bris; sed tibi tunc pugnandum erat contra te, &  
contra objecta fallentia; sed hic vis, ac violentia  
blanditiis, & beneficiis accedunt; promissiones,  
& minæ precibus, & obsequiis. Forsasse etiam cum  
militibus ab earum aliqua intellexissent, se destinatæ  
esse in uxores militibus, quos Maximus in Britan-  
nia reliquerat, illis ostenderunt, præferendos esse  
legitimi Imperatoris subditos militibus perfidi re-  
bellis, qui contra Principem optimum arma epe-  
rat: illas certiores, utilioresque inventuras affini-  
tates in Germania, & Gratianum, ut inimicorum  
suorum dissiparet consilia, non modicum earum  
felicitati collaturum. Tandem se jure gentium do-  
minos earum factos esse, illas ipsorum mancipia;  
sed si vellent, illas in se inventuras esse famulos,  
& amicos pro Dominis. Ecce recentes insidie,  
ex quibus non ita facile sese poterant expedire ca-  
privæ sine præsidio, & quibus metuenda erat eo-  
rum violentia, quorum promissiones respuebant.  
Quid sentis, Virgo sancta? Ubi est tuæ confidentiæ  
effectus? Deus, cui te despondisti, nunquid te  
deser-

Rationes  
quas affe-  
runt mili-  
tes dehu-  
rari con-  
stantiam  
Ursula, &  
sociarum.

Ursula ser-  
monibus  
suis cohi-  
bet mili-  
tum info-  
rentiam, &  
faciis ani-  
mat ad o-  
mnia per-  
trecuda.

Ursula, &  
sociarum  
repulsa mi-  
lites irri-  
tati lupu-  
rum instar  
sele con-  
jiciunt in  
gregem in-  
nocentium,  
& submane  
illas truci-  
dant.

Quam Deo  
acceptum  
fuerit præ-  
lium, &  
Victoria  
Ursula, &  
quam glo-  
riam hæc  
fuerit ade-  
pta.

Quantum  
differat  
mortem  
longinquè  
cupere, &  
presentem  
sustinere.

deseret in necessitate, & occasione, ubi sine auxi-  
lio evitare non potes vel honoris, vel vitæ jactu-  
ram? Haud ita non deest Virgini nostræ in tan-  
to periculo auxilium. Quoniam hinc quidem tan-  
ta cum auctoritate ad militum præfectum loquitur,  
tantumque securitatis, & constantiæ ore præferet,  
ut cohibet militum impotentiam; inde verò tan-  
tum fortitudinis, certique consilii Sociis inspirat  
suis obeerum oculos exhibens gloriam, quam con-  
sequenter, mortem potius, omniaque supplicia sus-  
tinentes, quam consentientes impudentium militum  
turpibus desideriis, ut eas omnes paratas inveniat  
ad mortem pro causa adeo gloriosa subeundam.  
*Auctor Sermorum in omnia argumenta &c.*

Repulsa denique constans, qua Ursula, cæteræ-  
que Virgines oblata sibi militum corda rejiciunt,  
excitant furorem, quem earum illecebræ semisopi-  
verant, ibique amorem extinguit, quem illæ in-  
gratias accenderant. Dolor, rabies, desperatio, ob-  
litio subeunt in locum promissionum, precum, ul-  
sequiorum, & jam coruscare videtur ferrum ad  
immolandum victimas generosas, in istem mani-  
bus, quæ præsto fuerant, ut illis thus adolerent.  
Non veremini, Christiani Auditores, ne virguncu-  
læ molles, in sinu profunda pacis innutritæ con-  
tremiscant, expallent, ac tandem ad terribilem  
hunc adspectum vitæ cedant? Nihilominus ne una  
quidem est, quæ non habeat in anima securita-  
tem, & quæ ipso oris habitu non dicat, se qui-  
dem mori posse, non vinci, vitam sibi auferri posse,  
pudicitiam non posse: *Mori possimus, sed cari  
non possimus.* Et re ipsa Barbari in gregem inno-  
centium tanquam lupi rapaces sele conjiciunt. Nul-  
lum insigunt vulnus, quod illas ad necem non  
fauciet. Omnes effundunt cruorem suum, nullam  
effundunt lacrymam, & si ex earum ore aliquis  
erumpit questus, ille significat, se longe majora  
subituras esse tormenta pro illo, qui eas in celo  
cum immortalibus coronis expectat; hilariter enim  
mortem respiciunt in vitæ jactura, puritatis suæ  
invenientes incolumitatem.

Insigne trophæum, Domine, quod ad Sancti no-  
minis tui gloriam extollunt crucrata corpora tot  
innocuarum Virginitum, quæ per gratiam tuam in-  
victæ evaserunt in tanta aratis, & sexus sui im-  
becillitate. *Quantò enim infirmus est vas, tantò  
illustrius est trophæum.* Ursula autem instrumentum  
sui, quo uti dignatus es ut tanta hæc patres mi-  
racula. *In omnibus ipsa certabat, in omnibus ipsa  
vivebat,* quia omnes certarunt, quia vicerunt om-  
nes per sanctum, & generosum amorem virgini-  
tatis, quem hæc illis infudit. Nullum igitur os  
est, quod eloquentius celebrare valeat laudes Ur-  
sula, quam numero carentia vulnera, quibus ge-  
nerose illius sociæ demerantur. Audiamus ergo cum  
reverentia vocem sanguinis ad fluctum instar ma-  
nantis ex integerrimis Victimis, & exclamare te-  
nebitur cum vocibus istem, quibus olim S. Hie-  
ronymus admiratus est virtutem duarum illustrium,  
Sanctarumque alumnarum Sanctæ Marcellæ, Pau-  
læ videlicet, & Eustochii; *Qualis magistra ubi tales  
discipula!* Quomodo puritatem amaverit, opus est,  
illa, quæ effecit, ut a tot aliis tantum amaretur?  
Qua constantia cor illius annatum fuerit, oportet,  
quæ effecit potuit, ut tot Virgines tantum essent  
fortes, ac strenuæ, ut vincerent illicia suavissima-  
rum voluptatum, & crudelissimæ mortis horrorem!  
*Qualis magistra, ubi tales discipula!* *P. Martineau.*

Magnum quidem intercedit discrimen live cupias  
cruciatas, ac temet illis subjicias, cum longè ab-  
sunt, live eosdem presentes sustineas. Virtus est ani-  
mum, mentemque suam ad illos præparare, sed  
fortiori virtute opus est, ne turberis, cum mors  
immineret, & martyrium oculis tuis obverfatur. Sal-  
vator, Agnus illè adorabilis, cujus vestigia Virgo  
nostra premit, qui ab ipso suæ conceptionis mo-  
mento passionem suam spectaverat, multa quidem  
in vita perulterat, non tamen tantum, quam unum  
passus est pudie quam moreretur; nam sibi mortem  
instare cognoscens sudavit aqua, & sanguine; adeo

proximæ mortis timor terribilis est. Itaque si ad-  
miramur Sanctam Ursulam martyrium cupientem,  
ubi adhuc mors aberat, longe mirabilius est illam  
considerare in accessu martyrii, & ut ita dicam,  
sub ipso vulnere mortis. Jugulatur, interficitur,  
trucidatur illa inspectante, hæc innumerabilis Vir-  
ginum copia Sociarum suarum, quas non minori  
charitate complectebatur, quam si silæ suæ essent,  
hoc est ipsa millies, & millies jugulatur, interfi-  
citur, trucidatur. Si S. Gregorius scribit S. Felici-  
tatem octies mortuam fuisse, quia videt morien-  
tes septem filios suos, antequam ipsa martyrio co-  
ronaretur; si illam plusquam martyrem vocat:  
*Namquid ego hæc feminam Martyrem dixim?* *Hm. 3. in  
housg.*  
*sed plusquam Martyrem, quæ septem pignoris ad  
regnum præmissis, toties ante mortem, ad præmii  
ma venit, sed pervenit Othava?* Nonne de Sancta  
Ursula dicere possumus, hæc toties perulisse mor-  
tem, ac tot coronas fuisse prometitam, quot Vir-  
gines illam comitabantur? quandoquidem teste Hi-  
storico fide digno, post omnes socias martyrio af-  
fecta fuit. Si hoc est esse ad excessum usque pa-  
tientem, mortem cum constantia subire; eam toties  
subire, nonne prodigium est patientiæ, quod in  
Sancta Ursula invenitur dignissima, quam in om-  
nia secula Cælum, ac terra mirentur? *Pater  
Dallier.*

Pro fide, & puritate Ursula decertavit; etenim  
per utramque Barbari illam oppugnaverunt. Sed  
qua non opus fuit constantia? Qua fortitudine cor  
suum non amavit, ut duo illa tanta recta serva-  
ret, quibus nihil illi erat antiquius? Vereor, &  
me pudet hoc in loco vobis exhibere spectaculum,  
quod humanitas æquè ac pudor perhorrescunt: Vir-  
ginem, Christianam, Principem, expositam sollici-  
tationibus, irrationibus, impotentia, imprudentia  
Barbarorum, & in deplorabili mancipii statu, in  
quo reperitur. Sed nihil fidei, nihil puritatis ejus  
timete: Deus sub cujus præsidio confugit, utrius-  
que curam geret, eique inspirabit constantiam Ca-  
tharinarum, Caeciliarum, Agatharum, & Agne-  
tum, quemadmodum earum tenet innocentiam, &  
puritatem. Itaque non timer illa sibi: sed quis il-  
li sponsor erit, in tanto societatis fide numero, ne  
unam quidam futuram, in qua mortis metus non  
sit amore fidei, & pudicitia vehementior? & ne  
vinci pariatum Barbarorum illicis, qui abulsi sint  
ejusdem exemplo ad aliarum fidem labefactandam?  
Difficile quidem erat ut tanta in multitudine om-  
nes eandem mentem, & cor idem haberent. Quis  
illi pollicebitur, omnes eas, quæ de Angliæ regio-  
ne excesserant ad affinitatem per nuptias contra-  
hendam, & quæ geniali thalamo erant preparata,  
repente ad martyrium subeundum fore dispositas?  
& potius non causaturas, divinam sibi providen-  
tiam obtulisse recentes sponfos in locum eorum,  
ad quos proficiscerantur, & quos nunquam spe-  
rare poterant se in æternum visuras? Nonne me-  
tuendi locus est, ne sele accommodent tempori,  
præsentique statui suo? Hoc timer Ursula; ideoque  
cogitur datam sibi cœlitus fidem reposcere, vel fal-  
tem illius opem tanto in periculo deprecari. Uti-  
que, Virgo sancta, opem hæc assequeris. De no-  
vissimo hoc certamine victrix egredieris, unde du-  
plicem referes coronam, eo quod fidem, ac Virgi-  
nitatem tuam, utramque simul servasti. Sed inde  
in infinitum crescet gloria tua, quod postquam  
Deus tibi fuerit exemplo ad virtutem utramque ser-  
vandam; tui quoque exemplo eris frequentissima  
huic Virginitum multitudini, quæ te sequentur, &  
quibus inspirabis fortitudinem, animumque ad præ-  
lium adeo crudele sustinendum. *Auctor Sermorum  
in omnia argumenta.*

Considera-  
tur Ursu-  
la fidem,  
ad fidem,  
& purita-  
tem tuen-  
dam.

Si Sancta Ursula misera est videns ob oculos  
suos socias trucidari; nequaquam credendum est  
Sanctas has viduas vacuas fuisse omni miserationis  
sensu erga eandem; qua te unice Principi suæ ri-  
mentes, propriamque vitam negligentes circa illam  
agglomerantur, eamque tueri omni studio conten-  
dunt excipientes tela, quæ in illum undique con-  
tor-

Zelus, quæ  
in hac oc-  
cassione o-  
stenderunt  
sociæ Ur-  
sula, ut  
illum tue-  
rentur.



torquebantur. Primis cadentibus accurrunt aliae, atque succedunt, ut corporibus suis illi vallam, aut clypeum constituant; quae causa fuit ut illa inter extremas mortis iclu confoderetur summo dolore faucia, quia socias suas adeo miseram mortem oppetere intuebatur. Non caruit tamen hac consolatione, videndi eas martyrio coronari, & spe, illas quam primum insequendi. Aliae ejus exemplum secuta pavidiorebus addebant, animos, & aliae praer ardenti desiderio mortis adeo gloriose, quae sibi in caelum viam aperire debebat militibus illas quaerentibus obviam occurrunt certantes, quam reliquas praeverterint, & cui cesserit prima gloria martyrii. Aliae sequuntur ardorem, quo rapiuntur, arcescentes eos, qui socias suas persequuntur, eosque hortantes, ne obliviscantur sui: & aliae denique videntes cruorem de suis vulneribus effluentem, illum Deo offerunt expectantes donec sacrificium assumatur novo ictu, quo sibi vita adi-matur. Ecce effectus exempli Ursulae; adeo verum est, unam saepe satis esse personam, ut aliis longè plurimis animus excietur; secunda enim sunt Martyrum exempla, aliosque plures gignere con-fueverunt. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

Contigit Ursulae omnes Socias suas ducere us-que in aeternae quietis portum; numquid procella adhuc sevens propter illam, quae fuit reliquis fu-perstes, illam a portu amovebit? verum est do-næ innocens cohors, cui praeriat, ia illam ocu-lus fixit, nihil eam commovere valuisse: sed non defunt virtutes, quae cum ex se stare nequeant, subsistunt quoties spectatorum obtutu confirman-tur: an Ursulae virtus simili indigni subsidio? Non ita; generosa enim Princeps moriens super confer-ta Virginum suarum corpora perficit gloriosum tro-phaeum, quod in earum personis pudicitiae erigere inceperat. Frustra Hunnorum Imperator, qui for-tasse ob oculos Ursulae omnes ejusdem Socias ideo iusserat occisione deleri, ut per tota martyris viam sibi fecerat ad cor illius nimis lentum, ut votis suis responderet: frustra, inquam, eam delinire novis pollicitationibus nititur. De quibus nuptiis loqueris tecum, respondit illi Princeps nostra, ver-bis usa, quae S. Ambrosius in ore Christianae Vir-ginis ponit: quantumvis mihi perhonorifice vi-deantur tibi haec nuptiae tuae, illis lubentissime ab-renuntio, amorem meum consecratura Sponso, qui toto caelo omnibus terrae Sponsis antecellit; Sponso, cujus thesauri omnes continent divitias, cujus imperium nullis finibus continetur, cujus nobilitas ex caelo ipso originem ducit. Sed solum mortis vulnus me cum illo perfecte conjungere po-terit, cur cessas mihi inferre vulnus hoc adeo meis desiderii propitium? Quam invidio Virginitatis il-lis, quas tuae crudelitati immolasti! Quid igitur ipsa feci, ut tandiu illis essem superstes? Percute ferro, percute extremam hanc victimam, cui fal-lax spes, vel simulata misericordia adhuc pepercit. Haec tantum morte dignior est, quantum fuit in-felicio, cum tibi praer ceteris placuit, Hinc barba-us intellexit nullum humanum bonum Ursulae mentem mutare posse, igitur ad minas, ipsamque mortem confugit, ut cor illud flectat, quod in-exorabile omnibus amoris illecebris naectus fuerat; immo illam re ipsa intescit, vel ut alii malunt emisso jaculo ejus pectus transfadigit. Quot bene-dictionibus illa cumulata fuit a caelesti sponso, qui illam cum sociis praetolabatur, cum victrix illius anima de corpore egressa est per vulnera, quibus erat confossum, particeps futura gloria earum triumphii! *P. Martineau.*

Si Virgines sunt templa Spiritus Sancti, Sponsae Filii Dei, socia Agni in caelo, & denique grex electus, & dilectus Summi hujus Pastoris: (Haec quippe sunt elogia quibus a Scripturis, sanctisque Patribus decorantur.) Quanam est Sanctae Ursulae gloria tot Deo templa dicasse; tot illius Sponsas ab infamia vindicasse, tot illi integerrimas victimas obtulisse, quot secum adducebat virgines, quibus praerant! Nonne debet modò praerant illis, qui

Agnum in caelo sequuntur, quandoquidem illa du-ce, & per ejusdem exemplum ed pervenerunt? Sal-tem dici potest, quemadmodum nullum est corpus quod adeo frequens in sua origine extiterit, nul-lum quoque esse, quod mox sese latius extenderit, & cujus exemplum fuerit uberius. Verum est post primas persecutiones muliebrem sexum non dedisse unquam tantum personarum numerum, quae vitam suam ad fidem tuendam profuderint: quia perse-cutiones deinceps infrequentius sevirere; & quia martyrium non semper in nostra est potestate, quemadmodum puritas. Verum Sanctae Ursulae fi-lia in hoc ab aliis distinguuntur, quod martyrio se obiciunt, munus Apostolicum obevntes, & quod per constantiam, quam haereditatis jure ob-tinuerunt a Sancta Ursula matre sua, earum quaer-dam videntur maria traducere, & in remotissimas plagas se conferre ad fidem ibi excolendam, quam Apostolici viri illuc inferunt; quod cum zelus suus illas intra mundi veteris fines contineri non possit, in novum se conferunt ad novos triumphos referen-dos, Oceani periculis se obiciunt, & in partem Apostolicorum laborum accedunt. *Auctor Sermo-nem in omnia argumenta.*

Sanctimoniales Sanctae Ursulae habita ratione sexus usque ad novissima haec tempora dispensatae fuerant, ne maria traducerent, ut Doctrinam Chri-stianam docerent in regionibus barbaris; sed ea-rum solers charitas illas maribus trajiciendis pares fecit, ut liqueret, non tantum fortitudinem earum deesse martyrio, ut loquitur S. Cyprilianus, sed mar-tyrium illarum deesse fortitudini. Hic factus est exempli S. Ursulae, quod fecundum fuit Virgini-bus, atque Martyribus; propria enim vocatio quae illarum, quae sub vexillo illius militare cupiunt, est puritatem profiteri, & ad martyrii gloriam con-tendere, ita ut sicuti in Ecclesia nullum est mu-nus amplius, ac sublimius Apostolico, quod quidem est dispositio quadam, & ut ita dicam martyrii tyrocinium; ex filiabus S. Ursulae Deus quosdam elegit, quae ad extremas usque terrarum plagas proficiscerentur, ut ibi animas erudiendas conqui-rent, Apostolorum muneribus perfunderent, & cum vitæ suae discrimine pergerent ad salvandas animas Salvatoris Sanguine redemptas. Gloriosa posteritas, quam illustre Principis, Virginitque nostrae exem-plum reliquit! dignae tanta hac matre filiae! haere-des aequè fortitudinis ejus, ac puritatis; semper pa-rata, ut Ecclesiae suppeditet Martyres aequè, ac Virgines, quoniam ad exemplum illius formatae sunt, cujus laudes celebramus. Itaque alterum com-ponunt exercitum, qui Sanctam nostram tamquam Caput, ac prototypum tenent. Magna haec Sancta alteram hanc ducit familiam per eandem vias, per quas priorem deduxit; ideoque haec quoque haeres est illius fortitudinis, atque constantiae. *Idem.*

Mille benedictionibus cum Ecclesia Sanctam Ur-sulam prosequamur eo quod adeo strenuè fidem suam propugnavit, & quod amore adeo efficaci puritatem dilexit, ut illam innumera Virginum multitudini inspiraverit, quae illi acceptas uni re-ferre debent palmas, quibus in aeternum coronate fuerunt. Caelum nobis praebet exemplum per eas benedictiones, quibus illas in hoc saeculo tanto cum fulgore cumulat. Nonne enim nobis haec ex parte spectanda est illustris Ordinis institutio, quae sub auspiciis, & ad imitationem Sanctae hujus in-cessantèr invigilat formando Sponsas Jesu Christo in iis virgunculis, quae curae earumdem commit-tuntur? Religiose, quae hunc Ordinem constituunt, ut S. Hieronymus inquit, longè se beatiores existi-mant, quod tenellis cordibus primos christianae pietatis sensus inspirare valent, quam fuerit prin-ceps philosophorum in efformando Asiae domitore. Alacriter suam requiem, valetudinem, vitamque ipsam sacrificant in laboribus iis, qui ab adeo san-cto munere divelli non possunt. *Multò gloriosior mundi Philosopho, qui non Regem Macedonum, sed Sponsam Christi erudiam,* laudatus inquit Hierony-mus. Zelus earum ipso terrarum orbe major cum

Sanctimo-niales D. Ursulae ma-tris suae exem-plum secuta: A-postolice sanc-timoniales hae-c se ad ducunt, maria traducentesque barbarorum filias erudiant.

Sanctae hae Virgines exercent eadem A-postolica munera in omnibus civitati-bus, in quibus fe-dum obre-tur.

intra Europae fines contineri non posset, illas per Oceani immensi fluctus traducit, usque ad ea clima-ta, quae sol hinc quidem aeternis nivibus, & glacie adstricta relinquit, inde vero ardoribus non ferendis, obnoxia, ut Caestri sponso lucentur animas, quas crassa idololatriae tenebrae, vel vivendi im-moderata licentia daemone captivabat. Ita quod il-lustis Virgo nostra non nisi semel, & uno in lo-co facere potuit, id ferventes ista Religiose, quae ab illius nomine nuncupantur eo quod illius ex-empla sequuntur, quotidie, & ubique terrarum fa-ciunt; & sicuti cor illarum eodem puritatis amore animatum est; lingua earum est Echo sanctorum verborum, quibus illa usa est ad amorem eum-dem inspirandum: *Ejus doctrina mirabilis per mul-tiplices linguas magna ubertate diffunditur. P. Martineau.*

Quam necessarium erat Ecclesiae J. C. hoc mu-nus eo saeculo, in quo sumus! Saeculum, quo in-nocentia christiana vix invenit aliquid vallum quò se recipiat contra morum corruptionem, cum vetus modestia traducatur tamquam spiritus infirmitas, & licentia passim honesta libertas appellatur. Per-sonae saeculares quidem, sed Christianae, quas di-vina providentia matrimonii vinculis obligavit, ut Caelo incolta deis potius quam terrae; respicite domos Sanctae nostrae, tamquam tot asyla, ubi fi-liarum vestrarum innocentia in tuto esse potest. Licet bene instituta domus vestrae sint, ibi tamen singulis diebus aliqua occurrunt pericula hinc re-nera arati; quavis illa approber consuetudo, & necessitas aliquo modo confirmet. Igitur Chri-stianae interest providentiae earum, ut in hunc modum committere, quae arcent ab eorum hujus-modi objecta. Tenuer illa benevolentia, quam na-tura genitoribus inspirat, nonnumquam advertabi-rur; sed timor, quem vobis incutere debet intuitus periculorum, quibus haec adolescentula parere pos-sunt, quin ne sciant quidem, huic benevolentiae praerare debent: *Melius est desiderare absentem, quam parere ad singula quid loquatur, cui ardeat.* Verba sunt S. Hieronymi ad Matronam Romanam, a qua illius filiam petebat in Bethleemica solitudi-ne educatam. Qua consolatione non afficeremini illas intuiti, vel a vobis recedentes, ut recinant canticum Agni cum ferventibus animabus, quae jam

aeternam cum illo contraxere affinitatem, vel ad vos redeuntes, ut implent domos vestras odore virtutum, quas magis exemplo, quam praerceptis di-dicerint! S. Carolus Borromeus, Antistes ille, in quo Caelum sub finem praeritii saeculi nobis pro-pofuit imaginem virtutum Ecclesiae praericae, praer-tiens fructus, quos in terris Caelum relaturum erat ex laboribus Sancti hujus Ordinis, in suam digna-tus est suscipere clientelam prima ejusdem rudimen-ta, quae illius aetate in Italia prodierat; cumque ali-quot annis post idem ordo in Gallia formam suam, extremamque perfectionem acceperit, quisnam Epi-scopus admittit non est, ut in diocesi sua aliqua ordinis aeternitatis adificarentur? Brevi in ampliori-bus Regni civitatibus nonnulla posita sunt, & ne una quidem fuit, quae peculiari modo hac institu-tione a se facta non laetaretur. *P. Martineau.*

Qui dicit Sanctimoniales Ursulas, Virgines dicit, in quibus Sancta Ursula perennavit zelum suum pro salute animarum, & in quibus per-cellentiam invenitur magnum illud privilegium, quod S. Ambrosius omnibus tribuit Virginitatis, vi-delicet foedus virginitatis cum fecunditate eo ad-mirabili, quia fructus est verborum, & instru-ctionum, per quas illa Caelum frequentant, cum terrae fecunditas terram dumtaxat frequentant. *Par-vus Virginitatis fetus laborum, nescit funera, novit haereditas: omnes pro liberis habet.* Curae, laboresque vestri, animae religiose, sunt bonum publicum, quod omnes Regni familiae vobis debent. Etenim nonne praerant illis, filias suas in domibus vestris inter virtutum exempla educari, quam in mundo inter exempla vitorum? Animae in adolescentia omnibus patent impressionibus, instar cere, in qua quidquid libitum fuerit imprimitur; & sicuti cor-pus efformatur antequam Spiritus; actiones, quas pueri vident, illos magis persuadent, quam praercepta quae audiunt, & personae, quae illos manu tenent, tutius illos ducunt, quam quae praecedunt. Maerita hac animi virtute, Anima sancta; toto peccatore incumbite, ut renellas Virgines erudiatis; hoc pacto efformabitur Sponsas Salvatori in terris, quae vobis mille benedictiones praerabuntur in cae-lo, quoniam vigiliis, curisque vestris illas aptas effeceritis, ut aliquando aeterna beatitudine per-fruantur. *Ex Christianis Sermonibus.*

Adhuc ratio ad facultates, ut li-berum futu-rum curam Ursulinas committant.

Finis Tomi Secundi Panegyricorum.

# T A B U L A A R G U M E N T O R U M .

Quæ continentur in hoc secundo Volumine Orationum  
in laudem Sanctorum Institutorum Ordinum  
Religiosorum.

Pro Panegyrico S. Benedicti	pag. 3
Pro Panegyrico S. Francisci de Paula.	17
Pro Panegyrico S. Philippi Nerii.	35
Pro Panegyrico S. Norberti.	50
Pro Panegyrico Prophetæ Eliæ.	64
Pro Panegyrico Sancti Ignatii.	79
Pro Panegyrico Sancti Dominici.	99
Pro Panegyrico Sancti Bernardi.	116
Pro Panegyrico S. Augustini.	136
Pro Panegyrico S. Francisci Assisianis.	156
Pro Panegyrico S. Theresiæ.	179
Pro Panegyrico S. Francisci Salesii.	197
Pro Panegyrico S. Joannis de Deo.	222
Pro Panegyrico S. Ursulæ.	240

